

RARE BOOKS
BS1515
C167
1570

Library of The Theological Seminary

PRINCETON · NEW JERSEY



PRESENTED BY

D. L. M'GOWAN, JR.


S.C.F.
1882

IOANNIS
CALVINI
COMMENTARII
IN ISAIA M
PROPHETA.

¶ Primum collecti opera & diligentia N. Gallasii, deinde locupletati & expoliti magno labore & cura ipsius Authoris, nunc tertio recogniti & aucti ampla acceſſione Locorum Scripturae qui paſsim in toto opere citantur.

¶ Additi sunt in fine Indices locupletissimi.

EDITIO TERTIA.



¶ Anchors sacra mari intitatos unica Christus
Fundat, & est omni tempore sola Salus.

GENEVAE,
APUD J. O. CRISPUS
M. D. LXX



L E C T O R I S .

QVVM Anglia recens à graui ingo liberatae gratulari vellet author, & Regine Elizabethae, cuius auspicijs Ecclesia Christiana respirabat à diris persequotionibus quas Maria regnante passa fuerat, hoc opus aliena prius opera editum, quod Eduardus regi inscriperat, à se recognitum & locupletatum, pia illius sorori, ut regnita virtutis & muneris heredi, rursus inscribendum putauit. Ac ne ullam prioris propositi ab ipso mutationem esse factam, aut levitatem quadam aut ambitionem, à quibus semper alienissimus fuit, hoc fieri quisquam existimat, hanc testimoniem in ipso operis initio prefigi voluit, quam ut pareamus eius decreto hic tibi iterum subiçimus:

HOC OPVS, VT NVNC MAGNA DILIGENTIA ET LABORE LI-
MATVM PRODIT, PRÆCLARI REGIS EDWARDI SEX-
TI MEMORIAE DICATVM MANEAT.



*N. G A L L A S I V S J O A N N I
C R I S P I N O V E T E R I A M I-
C O E T H O S P I T I S.*

 VOTIES recordor, mi Crispine, insignis illius & pij Ecclesiae pastoris Ioannis Calvini, ad quod me saepius facere necesse est, roties oecore graui ac simul laetitia afficer. Nam quin in animum reuoco candorem & integritatem hominis, benignumque eius erga me affectum, suauemque & familiariter consuetudinem quam cum eo per annos sedecim usus sum, fieri non potest quin me tali amico aut potius parente priuatum esse admodum aegre feram. Nec verò meam ipse vicem solum dolco, sed vniuersitate potius Ecclesiarum, quae tanto viro orbata haud leue ex illius obitu damnum accepit. Quos enim labores, quas vigilias & curas subibat, quam acutè & solerter praeuidebat pericula, quamta diligentia iis occurrebat, quanta fidelitate & prudentia consulebat omnibus, quam a facilitate & comitate excipiebat eos qui ipsum adibant, quam promptè & apertè respondebat iis a quibus etiam de rebus maximis rogabatur, quam doctè, & priuatim, & publicè difficultates ac nodos si qui proponerentur, solubilis, qua lenitate consolabatur affictos, mœrētēisque & fractos erigebat; qua constantia obsistebat aduersariis, & qua vehementia elates ac praefractos solebat retinendere: quo animi robore ferébat res aduersas, qua moderatione vrebatur in prosperis, denique quam dextre & alacriter omnia veri & fideliis Dei serui munia obibat! ego certè nullis verbis exprimere possim. Ac ne quis: ac amoris vehementia ad hac dicenda impelli putet, res ipsas consideret, qua sanè & sermonem & cogitationem exuperant. Nam præter scripta & monumenta quibus illustre de virtutibus illius testimonium datur, permulta alia & fecit & dixit quae non ita persunt omnibus i: notescere, vt iis qui vna cum ipso, quum illa ederet, adfuerunt. Ad illa quum refero animum, sublenor mœrere, & fructu tantarum rerum, quem mecum tot pri homines percipiunt: me ipsum confortor. Hæc mea laetitia est, caque tam firma & solida, vt omnem tristitiam ac luctum, quantumvis magnum, absorbeat. Atque hoc nomine tibi etiam gratulor, mi Crispine, qui cum in illius viri, quem vincere amasti, libris & monumentis summa cum voluptate verseris, das etiam opera ut aliis ea communices. Sic enim augentur isti sapientiae thesauri, & magno etiam fœnore ad eos redeunt à quibus sunt profecti. Sic efficiis ut leniantur desiderium tanti viri, ac deloris sensus quem tristis & præmaturus eius obitus peperit, minuatur. Iam tertium reuocatus sub incede: tuam ac linatus

prodit hic liber, quem verè thesaurum appellare possum: propterea quòd
 immensas gratiæ cœlestis opes contineat, atque aditum ad maiores pate-
 faciat. Quisquis in eo libenter ac studiose versabitur, certò sciat se non in-
 anem redditurum. Ea enim colligit quæ non solum huic Prophetæ, sed aliis
 omnibꝫ & toti Scripturæ vñsi erūt: nec dubitet, si regulas teneat quæ spar-
 sim inferuntur, quin maximum habeat lumen ad ea contemplanda &
 fruenda quæ multis occulta & abscondita fuerūt. Quòd igitur s̄epius huic
 operi manus adhibes, non mihi tantum, qui magno & diuturno labore
 illud primum emisi, rem gratam facis, sed iis omnibus qui in eo sunt ver-
 sati, aut etiam aliquem eius gustum habuerunt. Id quod iam antea tot dis-
 tractis exemplaribus satis percipere ac re ipsa experiri potuisti. Nec me pro-
 fectò tūc spes fecellit, quū toto quadriennio, indefesso labore, primum ex
 cōcionibus, deinde ex prælectionibus, meo tamē iudicio & stylo, domū
 reuersus hæc literis mādabā. Ac quoties illius tēporis record. r quo simul
 hæc Ecclesia quæ prius exigua & tenuis erat, mira incremēta accepit, non
 possum maximō gaudio nō percelli. Tu verò satis meminiſſe potes qualis
 esſet illius status quū patria extorris huc primum appulisti, deinde quāto iā
 auēta esſet numero quum recepta familia tua, huc commigraſti prorsus eo
 animo vt arte industriaque tua piorum studia adiuuares. Hæc ego liben-
 ter refero vt eorum quæ ipſe expertus es commemoratione acuā studium
 tuum: tēque ad ea quæ ſuſcepisti, & quorum pœnitere nunquam poterit,
 præſtanda excitem, & quanuis ſpōte currenti ſtimulum adhibeam. Perge
 igitur, mi Crispine, hac tua diligentia iuuare eorum studia qui ſacris literis
 dediti ſunt: nec tantum huic operi, sed aliis quoque edendis incumbe. Vi-
 des enim multa quanuis utriffima prætermitti ac prop̄ negligi ab iis qui
 prompto potius quæſtui quām publicæ vtilitati ſtudent. Opulcula eiudē
 authoris ſemel me authore ante quindecim annos excusa ſunt. Ab eo tē-
 pore tametsi multa alia addidit, nemo tamen eidem operi manum admou-
 uit, vt vel eadem vel alia quæ poſtea acceſſerunt ſimili exemplō (de Latinis
 loquor) vñā excideret. Vt ergo illorum atque etiam aliorum quæ tibi ſatis
 nota ſunt curam ſuſcipias, neque tanti viri ſcriptum vllum perire ſinas: de-
 niue & ea quæ pii & studioſi à te poſtulāt, præſtes, & quam excitaſti iā-
 dudum de te expectationem magis ac magis ſuſtineas, ego te vehementer
 etiam atque etiam rogo. Deus faueat institutis tuis, tuāque fausta & fœli-
 cia eſſe iubeat. Genevæ, Cal. Ian. 1570.



Serenissimæ Reginæ, & suis vir-

tutibus non minus quam Regijs decoribus splendidae

D. ELIZABETHÆ ANGLORVM

REGINÆ, IN HYBERNIA ET CIR-


CVM IACENTIBVS INSVLIS, &c.

DOMINÆ.

RETSI in hoc Commentario poliendo tantum laboris ac diligentia sumpsi, generosissima Reginæ, ut meritò nouum opus censeri debeat, quia tamen in prima editione Regi Edwardo fratri tuo dicatus fuerat, cuius pueri, qui multos atatis sua viros superauit, memoriam, ut digna est, ad posteros florere cupio: statueram in ea inscriptio- ne nihil mutare. Sed quum in misera illa tristisque Ecclesia disipa- tione, & purioris doctrina ruina, qua tam exiguo tempore in- credibili violètia grata sunt, liber hic cum tota sincera pietatis doctrina ad tēpus fuerit ex Anglia profigatus: nunc vero sperem fæ- licibus regni tui auspicijs quasi postliminio restitutum iri: nihil absurdi facturus mihi visus sum, si præstantissimi Regis nomini tuū quo- que non minus bonis omnibus amabile, & iucundum adiunge- rem. Jam non occasio solum oblatæ, sed necessitas postulare visa est, ut huic commentario, cuius exilio ingentem piorum numerum sub- tuæ ditione ingemuisse scio, patrocinij tui fidem implorem. Et si non tam priuatim labori meo consulere animus est, quam te sup- pliciter rogare, & per sacrum Christi nomen obtestari, ut nō solum tuo fauore orthodoxi omnes libri hospitium rursus in Anglia tua inueniant, liberèque isthic versentur: sed quādo fædum in modum collipſa fuit religio, ut primam eius curam suscipias. Quod si à cum- etis terra Regibus iure suo exigit unicus ille Filius Dei, sanctiore te vinculo, nobilissima Reginæ, ad hoc officium prestandum deuin- etiam tenet. Nam quum ab illa formidabili procella quæ piorum omnium capitibus grauiter incubuit, ne tu quidem, Regi: soboles, immunis fores, te inde in columem, licet non à metu periculi inta- etiam, mirabiliter eripiens, te sibi ac omnia tua studia addixit. Cuius

liberationis adeo te pudere non debet, ut Deus amplam & uberem
Infr. 53. 8. gloriandi materiam tibi dederit, Fili sui imagini te conformas, inter
cuius elogia hoc receset Prophetae noster, et carcere & reatu in sum-
mam cœlestis imperij altitudinem fuisse euectum. sicuti autem non vulgare
decus est tale referre exemplar, ita quoties in memoria recurret, quod
nulli invicem obliuione intercidere fas est, ex quo misera & anxie tre-
pidatione, Deo tibi manu palam quodammodo porrigit, emergeris, si
mul huc tibi sine propositum esse memineris, ut intrepida constatia, in-
uictaque animi magnitudine tuo vindici ac liberatori vicissim ius suum
afferas: ac post habitis omnibus negotijs, quorum ingentem turbam in his
regni principijs obstrepare non dubito, cultum eius qui ad te per fidem &
indigne fœdatus isthic fuit, suo nitori restituendu cures. Quod simul
tis & arduis difficultatibus obiectis, metu vel segnitie iniurare tetet
S. ita: unde tibi fiducia strenue pergedi (qua obstatu omnia super-
ret) petenda sit, non ignoras: nec Deus, qui priuatas hominum actiones
suis benedictione dignatur, opus suu felici & optabili successu de-
stituet. Te etiam, o veneranda Reginæ, extimulet officij religio, quando

Infr. 49. 23. non a Regibus solum flagitet Iosias noster ut Ecclesiæ sint nutricij,
sed etiam a Reginis ut sint nutrices. Hoc vero tibi officium non modo in
per purgadis iterum sordibus Papatus, & fouedo grege, qui nuper pa-
uidus latebat, praestandum erit: sed in colligendis exilibus, quibus pa-
tria carere satius visum est, quod in ea manere, quadiu profligata inde fuit
pietas. Hic ad alia tua erga Deum gratitudinis cumulus accedit, ac
suum uisum quidem odoris sacrificium, fidos Dei cultores, quos ob Evangelij
confessionem profugos vagari per longinquas regiones contigit,
tuo beneficio in patriam nunc reduci. Nobis vero qui & lugubri illo
spectu acerbissimum dolorē, ut præ erat, concepimus: & gaudemus,
& tibi gratulandi instanter materia suppetit, dum nutus tui clementiae fratribus
nostris videmus redditum iam aperiri, non modo ut liberum sit illis
Deum sub tua Majestatis ditione colere, sed ut alijs sint adiutores.
Hoc vero me erga te obseruatæ, nobilissima Reginæ, testimonium
(quod non nullis forsan leue ac vile esset) si protu clementiae, ut co-
fido, non spernetur, non vulgaris beneficij loco ducam, meamque, qui-
buscumque potero officijs gratitudinem tota vita probare emitam.
& Dominus te serenissima Reginæ, prudentia Spiritu gubernet su-
stinet inuicta fortitudine, Majestatem tuam tueatur, omniisque be-
necionum genere locupletet. Genuæ X V. Januarij: quem
diem prima obtinuerat tua coronationi præfixum esse: quo me alterius
ad scribendum accinxii, paulisper excussa quartana febris segnitie.



Sérenissimo Angliæ Regi Ed-

U A R D O S E X T O , H Y -
BERNIAE DOMINO. &c.

P R I N C I P I V E R E

C H R I S T I A N O ,

I O A N N E S C A L V I N V S .

ET SI Commentarium hunc fideliter & dextre ex meis lectionibus collectum, esse agnosco: quia tamen aliena manu expolitus erat, initio veritus sum, Rex serenissime, si nomini inscriptus tuo in publicum exiret, ne munere non satis legitimo erga tuam Majestatem defunctus viderer. Sed dubitationem: hanc una maxime ratio inter alias mihi tandem exemit: quod sicuti persona tua apprimè dignus est Regio genere ortus Prophe-ta, & nobilissimus summi Regis Christi legatus: ita laborem in explicandis eius vaticinij a me positum, tua Majestati gratum ac pretiosum fore speravi. Porro quum quinque Regum animos, quibus continuo successionis ordine Doctor prefec-tus fuit, expertus fuerit longè dissimiles: quisnam ex illis praci-pue tibi ad imitationem diligendus sit, monere opus non est: ac ne hortiri quidem ut id facias, in quo iam satis voluntarium te ostendis. Oziam & Jotham, quanuis ad vindicandum Dei cultum non satis animosi forent, propitios tamen habuit. Plus certaminis illi cum Achaz subeundum fuit: non illo qui-dem palam, infesto hoste, sed versuto hypocrita, & perfida simula-tione referto. Quo hostium genere nullum Dei seruis molestius. Successor Zechias non modo reuerenter sanctum virum coluit, sed modeste eius doctrina tanquam unus ex reliquis, se submisit: paruit consilijs, monitionibus se prabuit regendum:

quietiam seuere reprehendi, quum res ferebat, a quo animo paſſus est. Postremus Menasses, quem ſocerum fuſſe magno coſenſu tradunt Judai, diro tormentigenere cruciatum impie necauit. Ceterum quo tempore manum illi porrigeabant non mali Reges, adeoque ſub ipſo Ezechia tam ſtrenuo pietatis vindice, non tamen eis duris moleſtisque contentionibus vexari, eis acres ſubire conflictus deſtituit. adeo rarus ac diſſicilis eſt hominum cum ſana doctrina coſensus. Quin potius aſſiduum cum mundo belium gerant neceſſe eſt qui Propheticam functionem ſyncerè et fideliter obire volunt. Quo maiore ſtudio pios Reges ad ſublevandos ſuo patrocinio Dei ministros incumbere conuenit, ne impiorum protervia ultra modum fatigentur. Sed hac, ut inſignis eis verè heroica eſt virtus, ita ſi omnes ab initio uſque mundi atates memoria repetas, rara eis à paucissimis culta fuit. Multi ignauit eis ſocordes, quaſi ea res nihil ad ipſos attineret, Dei ve- ritatem opprimi, ſecure paſſi ſunt. bona verò pars palam aduersa, eis violento furore infesta fuit. Atque utinam quicunque ſe hodie Christianos profitentur, tam effent in aſſeren- da ſalutis doctrina cordati, quam nomen iſum ſupercilioſe ia- etant. Verum ut de alijs taceam, hoc ſalteri in praefentibus Eccleſia miſerijs ſolatium non vulgare cenſeri iure po- teſt, quod iſta ingenij animique preſtantia ad tuendam pietatis cau- ſam diuinitus ſiſ excitatus, nobiliſime Rex, ac tuum in ea parte obsequium Deo tam ſtudioſe offens, quam illi gratum probatumque eſſe cognoscis. Etiſ enim per confiliarios adhuc geruntur regni negotia, eis itatum illuſtrifimo Sommerseti Duci, Maieſtatis tua auunculo, tum plerisque alijs cordi eſt religio, ut in ea conſtituenda ſedulo, ut par eſt, laborent: ſic tamen omnium ſtudia unuſ praecurris, ut facile appreheat non minimum illis eſſe calcar, quem in te perſpiciant, ardorem. Neque enim ge- nerosa modò in te indoles, eis quedam virtutum ſemina (quod in tenem iſta atate preclarum videri ſolet) fama celebrantur, ſed iam ultra atatem adulta earum virtutum maturitas, qua pleniſ annis non ranam modò laudem, ſed admirationem etiam conciliant. Pietas vero tua preſertim ſic laudatur, ut habitu- rum Prophetam noſtrum certò mihi perſuadeam qui eadem reuerentia, qua viuum exceptit Ezechias, mortuum quoque profe-

prosequatur. Quæ porrò inde utilitas ad te redditum sit, ex lectione discere te prestat: & tractando argumento non nihil attigi. Unum modo caput est, de quo pauca apud tuam Manifestam verba facere institui. Postquam enim iustas Dei querimonia aduersus ingratum populum exposuit Propheta, pœnamque Judæus minatus est, qualem & perfida eorum defectio, & desperata perniciacia merebatur: Instare scilicet tempus, quo in horrendam vastitatem redigendi forent: mox de noua & incredibili Ecclesia instauratione differens, sic Deo post-hac curæ futuram promittit, ut in iuitis hostibus beata & gloria semper floreat. Latum hunc ac fælicem statum gustarunt, qui ex Babylonico exilio reuersi, erectis de integro sacrificijs, spem maiorum bonorum concipere poterant, quam quibus tunc fruebantur. Quemadmodum ex aurore conspectu propinquum solis exortum speramus. Ubi autem cum Euangelijs sui fulgore, sol iustitiae Christus emersit, quod tam magnificè celebratum fuerat Prophetæ oraculis, longe res ipsa superauit. Intra exiguum tempus sparso per totum sere orbem fuit veri Dei cognitio. Puræ religio, quæ prius in Iudea, quæ si in obscuro angulo contempta latuerat, diffusa per omnes gentes ac provincias ita coli cœpit, ut lingue innumeræ uno fidei consensu Deum invocarent. Collectis passim Ecclesiis, Regium suum tribunal erexit Dei Filius, unde ab ortu in occasum usque solis conspicuus emineret. Ecclesia ipsæ, inauditis spiritus donis ornata, nō modo incomparabilem diuinæ bonitatis fructum senserunt, sed admirabilis potentie illustria cœcis quoque fuerunt theatra. Et quænius sub cruce regnaret Dei Filius, tamen inter duros persequitionum conflictus augustior eniuit eius gloria, & speciosiores triumphi fuerunt quam si tranquilla fuisset Ecclesia prosperitas. Factum tandem est, ut superba illa Romani imperij celitudo se quoque Christo submittens, singulare domus Dei ornamentum esset. Sed ne continuos haberet successus hac fælicitas, obstitit hominum malitia & ingratitudo. Itaque sponsa Christi tam pretioso habitu nudata, tanta dignitate spoliata, tanquam splendido decoro priuata, in miseram postea deformitatem redacta est. Semper quidem aliquas Deus reliquias velut sub latebris seruavit: verum quod ad externam Ecclesia speciem pertinet, nihil mul-

tis seculis quam vasta, confusaque ubique dissipatio appa-
ruit. Et videmus ut hodie etiam Romanus Antichristus longe
latèque sanctuarium Dei sacrilegatyrannide occupans, quic-
quid Dei erat, disiectum ac oppresum sub pedibus habet. Nam
quum prodigiosis erroribus corrupta sit illic doctrina puritas:
quum obruto Dei cultu, innurera idolatriæ illic graffentur:
quum in legitimi regiminis locum dira carnificina subierit: quum
Sacramenta partim crassis corruptelis vitiata, partim fœde nundina-
tioni exposita sint: quid prater lugubres ruinas ex verè &
genuina spiritualis edificij pulchritudine restat? Atqui huc no-
stra etate Dominus, prater spem omnium, quod collipsum e-
rat erigere rursus cœpit, ut aliqua saltem veri templi, in quo pu-
rè & ex Euangelij prescripto adonaretur, superficies extaret. Ho-
munciones quosdam ex vulgo, qui tamen syncra doctrina opus
hoc prouherent, quasi architectos sibi delegit. arduum, sane, &
immensa molis opus: etiam si nihil turbaret Satan. Nunc vero
simulac surrexit aliqui edificij pars, quum omnes ad demolien-
dum machinas admoueat, quid mirum est si tenui lentoque
profectu, multum & anxiè sudamus? Itaque superbè nos con-
temnunt alti gigantes: quasi Romana sedis tyrannidem labefac-
tare studentes, Olympum ex suis radicibus conuellere molis-
murus. Astuti vero homines & nasuti (ut sibi quidem videntur)
nostram sedulitatem iocose ridentes, quia in restituendo Ecclesiæ
statu tantopere laboremus: quasi certus aliquis & fixus inueniri
queat. Putant enim illi se ita fundatos esse & undique munitos, ut Papatum aboleri nihilo sit facilius, quam cœcum terrâ
mischeri. Horum autem cogitatio paulo diversa: quia maior sit
mundi peruersitas, quam ut frano aliquo contineri queat, propon-
sterè nos satagere ducunt, qui correctis vestitis, puram & synceram
Ecclesia administrationem queramus. Notum est Ergo
dicterium, Qualem à se decimum Capitulo fore sperat? scilicet,
Uolphangum Capitonem negare non poterat & san-
ctum esse virum, & optimo studio ad repurgandam Eccle-
siam inumber: sed quum persus esset, non minus frustra
luctari Christi ministros in corrugenda mundi malitia, quam si
flumina retro gressu conentur, (ut umbratilibus philosophis mos
est) inconsiderati Zeli nos omnes sub unius hominis personæ dama-
bit.

bat. Multum vero errant utriusque, quod in colligendis Ecclesiæ ruinis non cogitant ita nos operam Domino, quam mandat & exigit, præbere, ut solidum tamen eius sit opus, Ecclesiæ instauratio. At qui hoc nec tota passim Scriptura abs re testatur, nec Prophetæ noster tam solicite inculcat. Quare nos huius doctrinæ memores, rem viribus nostris longè superiorē, Dei auspicijs freti, suscipere ne dubitemus, nec villa nos frangat vel emolliat difficultas, ut susceptam deseramus. A te quidem nominatim hic appello, præstantissime Rex: immo Deus ipse per os Jesaiæ serui sui tecum compellat, ut quicquid habes virium ac potentia, ad prouerbiam in melius, quæ iam fæliciter in regno tuo procedit, Ecclesiæ restitutionem conferre pergas. Primum has tibi in regno, cui præfectus es, impositas esse partes quotidie audis ac legis. Presertim Jesaias, ut dixi, Reges Ecclesiæ nutritios appellans, opem illiū am, quā afflictā implorat, deesse non patitur. Neque etiam leuiter animum tuum afficere debet, quod vae Regibus ac populis omnibus denunciat Prophetæ, qui suo illam subūdio fraudavit. Quid deinde flagitet temporum necessitas, clare Mæiestas tua videt. Etiam si satagēdo non admordum proficeret: quia tamen gratum hunc Deo cultum esse nosti, adeoque suūissimi odoris sacrificium, nihil quantumvis aduersum, abducere te ab instituto deberet. Nunc quum Deus ad rem strenuè gerendam te hortando, successum quoque simul promittat, cur non vocantem alaci animo sequaris? Clamat alio loco Prophetæ noster, Sternite viam, sternite populo meo. Quād despenitus ab exilio in patriam reditus captiuis fuerit, satis notum est. Non dum id quidem tunc acciderat: sed quia spiritu iam cernit Prophetæ, quod aliquanto post re ipsa sensuri erant posteri, ne quem piorum exanimet tam triste spectaculum, mature anticipat, nihil omne genus obstatulis tam clausum obstructumque fore, quod non sibi peruum facturus sit Deus in Ecclesiæ liberanda. Non minori saltem hodie consolatione nos erigi decet. Te vero, Rex nobilissime, pro iniuncti muneris ratione acriter excitari opera pretium est: quum Reges önes & Magistratus sub Cyri persona hortetur Jesaias, ut laboranti Ecclesiæ in studio recuperando manum porrigan. Quia, quam tua & Cyri in eo dissimilis est ratio, quod ille, qui alienus

Inf. 49.23

vfr. 54.14

à grege Domini erat, nunquam velut ex professo edocitus fuit, ut sponte sū ex animo vindicem Ecclesia offerret ac praestaret: te verò, quem Dominus non modò adoptione sua dignatus est, sed primario etiam inter filios suos loco statuit, quasi porrecta manu, in has partes vocat Propheta. Quò etiam maiore fiducia & ardentiore studio in hoc cursu, generose Rex, tibi per gendum est. Res quidem, ut dixi, cum per se magnarum difficultatum plena, tum verò maioribus implicita molestijs, & discriminibus perplexa, quòd innumeras subinde machinas ingere, non desinit Satan; si quā sacrum Dei templum, vel euerte, vel labefactare, queat. & constantiam nostram Deus talibus experimentis interdum probari vult. Verum si istud modo constitutum habes, nihil te cum præstantissimo tuo consilio, vel hactenus aggressum esse in restituendo Ecclesia statu, vel nunc persequi, nisi Deo authore, senties proculdubio quam mirificus sit eorum omnium effector qua ministris suis mandat. Fructum ex hoc successu incomparabilem percipiet Anglia: nos & tua, & regni totius felicitati gratulabimur. Interea precibus meis, ut par est, quando nihil habeo melius, sanctos istos conatus inuabo.

¶ Vale, Rex serenissime, Dominus Maiestatem tuam, quam diutissimè florentem conseruet, tibi adsit, te gubernet suo Spiritu, te in omnibus benedicat, Amen. Geneua, octauo Calen. Januarij, M. D. L I.

IOANNIS CALVINI IN I-
SAIAM PROPHETAM
P R A E F A T I O .

DE OFFICIO Prophetarū permulta dici quidem tractari solent: sed nullū mihi compendiu magis probatur, quām si Prophetas ad Legem referamus, unde doctrinam suā, veluti riuos ē fonte duxerant. Eam enim velut regulam sibi proposuerūt, ut merito eius interpretes dici ac censeri possint: quibus nihil est ab ea separatum. Lex autem tria potissimum continet. Primum doctrinam, vite: deinde minas & promissiones: tertio fædus gratia, quod in Christo fundatum omnes in se speciales promissiones complectitur. Nam quod ad cærimonias attinet, exercitia erant, quibus retinebatur populus in cultu Dei & pietate: ideoque prioris Tabulae appendices erant. Doctrinam igitur latius explicant Prophetæ: & quæ duæ Tabulae paucis comprehendunt, plenius interpretantur: & quid potissimum requirat Dominus, ostendunt. Minas vero & promissiones quas in genere Moses promulgauerat, ipsi accommodant suo tempori, easque in specie designant. Postremo, quæ obscurius apud Mosem de Christo & gratia eius habentur, declarant aperiens, plenioraque gratuiti fæderis & uberiora testimonia afferunt.

Tut autem res ista melius pateat, altius paulò repetenda est: nempe à Lege ipsa, quam Dominus ceu perpetuam regulam Ecclesia constituit, ut semper versaretur in manibus hominum, & quam posteritas omnis sequeretur. Quum videret Deus doctrinam à Mose traditam, ac periculum esse ne rudi & indomito populo non sufficeret tradita à Mose doctrina: immo populum ipsum videret, nisi arctiore freno iniecto, vix retineri posse: dum vetat ne Magos aut Ariolos, Coniectores aut Aruspices consulat, solaque eius doctrina sint contenti: hoc quoque simul addit, sibi fore cura ne unquam desit Propheta in Israel: idque consulto facit, obiectioni volens occurrere, quæ à populo afferri poterat: conditionem videlicet suam deteriorem fore quam impiorum omnium, quibus sui erant Flamines, Pontifices, Aruspices, Coniectores, Astronomi, Chaldae, & eiusmodi, quos ipsis adire & consuere liceret, neminem vero hominem ipsis futurum, qui dubius &

ancipitibus in causis ipsos consilio iuuaret. Ut ergo pretextum ipsis omnem adimat, nec se execrandis Gentium ritibus polluantur, promittit se Prophetas suscitaturum, per quos mentem suam aperiet, quique fideliter nuntiabunt quicquid mandauerit: ne quid sibi in posterum deesse conqueratur. Est enim illic ^{Ex. t. 10. 5.} numeri, cum Prophetam nominat. Nam et si locus ille proprius ac potissimum ad Christum pertineat, quemadmodum aperte interpretatur Petrus, quoniam Prophetarum caput est, ab eoque pendunt omnes cum sua doctrina, atque in eum uno consensu intendunt: tamen ad reliquos etiam Prophetas pertinet: eosque collectivo nomine comprehendit.

^{Malach. 3: 2.} Prophetas igitur cum promisit Dominus, per quos mentem, et consilium suum aperiret, in eorum interpretationibus et doctrina populum acquiescere iussit. Nec propositum illis fuit Legi quicquam adere: sed eam fideliter interpretari, eiusque auctoritatem stabilire. Unde etiam Malachias dum hortatur populum ad sincerae fidei constantiam, ac perseverare in religionis doctrina iubens, Memento, inquit, Legis Mosis serui mei, quam ei in Horeb, ad omnem Israelem mandaui. Reuocat eos ad unicam Dei Legem, eaque contentos esse iubet. Ultione igitur Malachias Prophetias contemni? Minime vero: sed cum Prophetiae sint Legis appendices, Lex autem summatim omnia comprehendat, sufficiebat ista exhortatio. Nam qui summam ipsam doctrinam, et capita pricipia tenebunt, eorumque, studiosi erunt, Prophetias certe neglecturi non sunt. Nimis enim ridiculum esset iactare studium Legis, si diuinis eius interpretationes negligas: quemadmodum hodie impudentes plerique homines studium Verbi iactant, cum tamen admonitiones pias et reprehensiones que ex Verbi doctrina fiunt, quo animo sustinere non possint. Proinde cum de moribus differunt Prophetae nihil noui afferunt: sed et tantum explicant que perperam in Lege intelligebantur: verbi gratia, Populus se per bellum functum officio existimabat, cum immolabat victimas, externoque ritus obseruabat: mundus enim metitur Deum suo ingenio, eique carnales cultus affingit. Prophetae id grauiter reprehendunt, atque offendunt nihil esse omnes ceremonias cum abest sinceritas animi: colili Deum fide et vera invocatione. Id quidem Lege satis testatum erat:

erat: sed diligentius inculcandum, & sapis commemorandum fuit: detegenda quoque hypocrisis, qua se tegunt homines ceremoniarum praetextu. Quod attinet ad secundam Tabulam, Prophetæ ex ea exhortationes suas hauriunt, ut ostendant ab omni iniuria, vi & fruude abstinentem. Itaque nihil aliud agunt, quam ut populum in obedientia Legis contineant.

In minis vero & promissionibus speciale quiddam habent Prophetæ. Quæ enim in genere Moyses proposuerat, specialiter quasi digito notant. Habent præterea visiones sibi proprias, quibus futura reuelabat Dominus, ut missa & minas ad populi usum applicarent, propriisque de voluntate Dei testarentur. Minatur Moyses, Bello te persequetur Deus, foris hostes, domi te intestina disidia vexabunt. Vix tua tanquam filo suspensa erit: ad strepitum folii horrebit, & eiusmodi. Prophetæ vero, En, inquit, Deus aduersus te Assyrios armabit, Aegyptios sibilo accerset, Chaldaeos suscitabit, in exilium rapietur Israel, regnum eius abolebitur. Iero solymam vastabit hostis, templum exuret. Idem etiam de promissionis dicendum est. Ait Moyses, Si obseruaueris mandata, benedicit tibi Dominus. Beneficia deinde refert in genere. Prophetæ vero nominatim denuntiant, Hoc te beneficio Deus ornabit. Item Dominus per Moysen promittit in hunc modum, Etiam si in extre mas orbis terræ partes disiectus ac dispersus fueris, tamen te colligam. Per Prophetas vero, Quanvis te in Babylonem disicerim, tam post LXX annos inde te eruam.

Quod autem ad gratuitum fœdus attinet olim cum Patriarchis à Deo percussum, Prophetæ sunt multò clariores, atque in eo populum magis confirmant. Semper enim illuc pios renocant, dum volunt eos consolari, & Christi aduentum proponunt, qui & fæderis erat fundamentum, & vinculum mutua inter Deum & populum coniunctionis: quapropter omnis summa promissionum ad eum referenda. Qui hoc tenebit, facile intelliget quid querendum sit in Prophetis, & quem in finem eorum scripta intendant. Et hac quidem velut digito nunc commonstrasse sufficiet.

Hinc colligere licet quomodo tractanda sit doctrina Verbi: atque imitandos esse Prophetas, qui sic Legis doctrinam administrarunt, ut ex ea monitiones, reprobationes, minas, consolations peterent, quas populo accommodarent pro status presentis

ratione. Tamen si enim non reueletur nobis quotidie quod pro vati-
cinio proferamus, tamen mores nostrorum hominum conferre ope-
ra precium est cum prisci illius populi moribus: atque ex historiis &
exemplis patet facienda iudicia Dei. Quae olim vltus est, non minus
hodie etiam esse vlturum, quia sit perpetuo similis sibi. Hanc igitur
prudentiam adhibeant pii Doctores, si cum aliquo fructu, Prophetarum
doctrinam tractare velint.

Hac de Prophetis in genere. Ut autem ad Isaiam no-
strum veniamus, inscriptio satis ostendit quis fuit, & quo tempore
Prophetias istas publicauit, nominatur enim hic eius pater Amoz,
qui frater fuisse creditur Azaria regis Iuda. Vnde apparet
Isuam fuisse stirpis regie, atque in eo veteres omnes consen-
tiunt: nec tamen aut genus aut propinqua Regis affinitas (soce-
rum enim Manassesse, Iudei tradunt) impedire potuit, quo
minus interimeretur odio Verbi: nec magis habita est ratio ipsius
quam plebeii cuiuspiam, vel obscuri & contempti hominis. Tem-
pus quo prophetauit indicant Regum expressa hic nomina. Sunt
qui existimant ipsum capisse demum sub finem regni V sia.
Coniecturam autem ducunt ex visione qua refertur Capite
sesto, quae se confirmatum testatur Isaia. Verum illa coniectu-
ra nimis infirma est, quemadmodum dicetur suo loco. Aperte ve-
ro ex hac inscriptione constat ipsum sub V sia prophetasse. Ne-
que id mihi dubium esse potest: Ut cunque sit, constat ipsum
plusquam LXIII annos ut minimum prophetasse. Iotham
enim sexdecim annos regnauit: Achaz totidem: Ezechias no-
uem & viginti. Iam fuit unus & sexaginta. Adde eos qui-
bus sub V sia fuit: deinde sub Manasse, a quo imperfectus est: sex-
aginta quatuor ad minimū anni erunt, quibus Isaia a sidne Pro-
phetæ officio fungi non destitit: quanquā probabilis coniectura est,
imò fere certa ratio, supra illud temporis spaciū decē annis prophe-
tasse: verum quia haud satis liquide ex historia constat, non ultrā
contendo. Id quidem ministris Dei omnibus diligenter notandum
est, ut considerent quam patienter sibi ferenda sit sua conditio, ut
cunque alioqui dura & difficilis sit: nec indignum esse putent:
si multa & grauia ipsis preferenda sint, dum tolerantie eiusmodi
exempla ante oculos versantur. Hac autem grauissima est tenta-
tio, cum vident se nihil tot laboribus promouere: & centies
deser-

deserē dum, potius existimant suum munus, quām ut operam suam tandem ludant. Quamobrem hæc exempla sapientia proponenda & commemoranda sunt. Nempe cum I^saias parum proficerit tot tantisque laboribus: Ieremias quoque magnis clamoribus per quinquaginta annos populo instare non desisterit, qui tamen eo peruvicacior reddebat: nec ullis difficultatibus à suo cursu auerti potuerint: nobis quoque recte in officio pergendum, & omne molesi. rum genus & quo animo sustinendum est. Notanda etiam circunstātia ex mutatione Regum quib[us] numerantur. Nec enim potuit idem esse rerum status in tanta varietate, ut scimus quoties aliqua sit in publico statu conuersio, magnam partem quasi nouos mores induere: unde multas perturbationes interea exoriri necesse fuit. Quod perficit tamen inuicta constantia, nec unquam animo fractus est, ad imitationem stimulare debet omnes Dei seruos, ne vlla inclinatione unquam flectantur.

Quæ queri poterit, *An I^saias ipse* titulum hunc inscripsit sua Prophetia, an alius quispiam. *Huic* questioni nullus interpretum, cuius quidem scripta legerim, hactenus, respondet. Ego vero et si omnino satisfacere vix possum, dicam tamen quod sentio. Posteaquam Prophetæ concionem habuerant ad populum, breuem eius summam colligebant, quam valuis templi affigerent, ut omnibus pateret ac melius innotesceret Prophetia. *Quæ* cùm per aliquot dies satis patuisset, auferebatur a ministris templi, atque reponebatur in thesaurum, ut perpetuum eius rei monumentum extaret. Hinc confessos esse libros Prophetarum verisimile est: idque colligipotest ex secundo capite Abacuc, si quis ipsum ritè expendat: atque etiam ex capite octavo huius Prophetæ. *I-* mō qui diligenter & cum iudicio versati sunt in Prophetis, mihi concedent, non semper fuisse quo decebat ordine digestas eorum conciones: sed ut ferebat opportunitas, inde conflatum fuisse volumen. Singulari autem Dei prouidentia effectum est, ut Sacerdotum opera, quorum officium erat Prophetias ad posteros mandare, (quoniam & ipsi saepe infestissimi essent Prophetis) hæc ad nos usque peruenierint.

*Ab. sc. 2.2.
Infr. 8.1.*

Liber Prophetiarum Isaiae.

ndro h̄d̄m̄ of gl̄f̄m̄

C A P V T P R I M V M

1 **V**ISIO Isaiae filij Amoz, quam vidit super Iudam & Ierusalem,
in diebus Vsic, Iotham, Achaz, Ezechiae, regum Iuda.

2 **V**AUDITE cœli, & ausulta terra: quia sic Dominus loquitur, Fi-
lios educavi & sustuli, ipsi tamen sceleratè egerunt in me.

"vel rebella
runt contra
me." 3 **C**ognovit bos posse suum, & asinus precepe dominiorū
suorum: Israel non cognovit, populus meus non intellexit.

4 **O** gens seculista, populus omisus iniquitate, semen malignorum, filij degeneres! dñe
liquerint Iehouam," spreuerunt sanctum Israeles, alienati sunt retrosum.

"vel prouo-
carunt ad 1:
ram." 5 **Q**uorsum adhuc vos percuterem? Adiçetis prævaricationē. Totum caput languori,
& totum cor dolori.

6 **A** planta pedis usque ad caput nulla in eo sanitas. Vulnus, tumor, & saniosa plaga.
Nec sunt emplastro curatae, nec circumligatae, nec oleo delinitae.

7 **T**erra vestra in vastitatem: Urbes vestre igni succense: Terram vestram alieni de-
uorant in conspectu vestro, redigeturque in solitudinem, iuxta subuersione exteriorum.

8 **E**t residua manebit filia Sion, sicut tugurium in vinea, sicut diuersorium in cucumerario, sicut ciuitas vastata.

9 **N**isi Dominus exercituum residuas nobis fecisset reliquias vel tantillas, quasi Soda-
ma fuissimus, & similes Gomorrhæ.

10 **A**udite verbum Domini, principes Sodome: Auscultate Legem Dei nostri, populus
Gomorrhæ.

11 **Q**uorsum mihi multitudo sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus? Plenus sum holo-
caustis arictum, & adipe sagittariorum animalium: nec sanguinem bovinum, aut ovinum, aut hir-
corum desidero.

12 **Q**uando venitis ut appareatis coram facie mea, quis hoc est manu vestra requisuit?
nempe conterere atria mea.

13 **N**e pergitis adducere oblationem vanitatis. Incensum abominatione est mihi. Neome-
niam, & Sabbathion, & solempnes indictiones non potero: vanares est: nec conuentum.

14 **N**eomenias vestras & solempnia vestra odio habet anima mea: superfuerunt mihi
loco oneris, fatigatus sum ferendo.

15 **C**um expanderitis manus vestras, abscondam oculos meos a vobis. Etiam si multi-
plicaueritis orationem, ego non exaudiam. Manus vestre sanguine plene sunt.

16 **L**auate mundemini, auferite multiam studiorum vestrorum a conspectu oculorum
meorum, desinite mala facere.

17 **D**iscite benefacere: querite indicium: restituite oppressum: ius dicte pupillo: tuemini
ni viduum.

18 **V**enite, agedum, & disceptemus, dixit Dominus. Si fuerint peccata vestra ut coc-
cini, quasi nix dealbabuntur. Si rubicunda fuerint instar purpuræ, quasi lana erunt.

19 **S**i volueritis, & audieritis, bonum terræ comedetis.

Quod

- 20 Quod si nolueritis, & rebelles fueritis, gladio consumemini. Quoniam os Domini loquutum est.

21 Quomodo facta est meretrix ciuitas fideli? plena iudicio fuit: & aequitas per Habitac.
no< aut in examine autem homicide.

22 Argentum tuum versum est in scoriam, & vinum tuum est aqua mixtum.

23 Princeps tui perierit, & socij furum, vniusquisque diligit munus, & inhibet mercede-
bus. Causam pupilli non indicant, nec causa videtur peruenire ad eos.

24 Propterea dicit Dominus, Ichouah exercituum fortis Isracl. Heu! consolatione "Vel dona-
cipation super hostibus meis: vindicabor de inimicis meis.

25 Convictam maran meam super te: purgabo ad liquidum scoriam tuam, & aufe-
ram omniflammum tuum.

26 Et refutam iudices tuos sicut à principio, & consiliarios tuos ut ab initio. Tum
dicetur de te, Ciuitas iustitiae, urbs fidelis.

27 Sion in iudicio redimetur: & qui reducentur ad eam, in iustitia.

28 Contritus autem praevaricatorum & seculatorum simul fiet: & qui à Domino
defecerunt, consumentur.

29 Nempe pulchritudinem ab arboribus quas concupiisti, & ignominia afficiemini à lu-
cis quos elegisti.

30 Eritis certè sicut arbor cuius folium m.trecessit, & sicut lucus non habens aquas.

31 Eritisque fortis vester sicut stuppa: & fictor cuius quasi scintilla: & comburentur Alijs Deus
ambo, nec erit qui extinguat.

IN CAPVT PRIMVM.

HOC Hebreæ H A Z O N , et si à videndo deducatur, propriéqué est visio, tamen ferè prophetiam significat. Nam vbi speciales visiones cōmemorat Scriptura, quæ symboli loco Prophetis fuerūt obiecta, cū Deus alij ad insigne testari vellet, tunc ponitur nomen M O R E A H . Ne plura testimonia congeram, primi Samuechis, cap. vbi de prophetia in genere libetur termino, dicit auctor libri, termen Dei fusile pre-
ciofum, pia rarus est Hazon. Paulus post visio per quam se Deus Samuecli patet fecit, vocatur Moreah. Et cap. Numerorum 12 vbi distinguitur Moses duos ordinarios reuelationis modos, Moreah, tanquam speciem, coniungit tonnio. Constat tamen ex cap. 9 evidebit libri, Prophetis ultimorum fusile impositum, Harom; sed per excellentiam, quod Deus familiariter suum illic consilium pate facret. Quod ad pratenem locum spectat, haud dubie hac voce notatur doctrina certudo : actis dictum est, nihil hoc libro esse proditum quod non diuinus manifestatum fuerit Itaix. Itaque notanda etymologia est, quia docemur, Prophetas huius sponte loquatos, nec de propmissis imaginationes suas fed illuminatos a Deo, dumdem aperire oculos, ut cernerent ea quæ ahoiq ex scriptis perspicere negoūsset. Commendat igitur nobis inscriptio doctrinam Itaix, viptate quæ non humana ratione, sed oracula Dei continet, ut peruersi simus nihil hic contineri, quām quod est spiritu Dei reuelatum.

SUPER IUDAM) Si ad Iudam veritas, parum interest. Nam & particula ali, utrumque significat, & sensus eodem redibit. Nempe quicquid liber hic continet, proprieta ad Iudam & Ierusalem pertinere. Tamen si enim permixta sunt multa, quae ad Babylonem, Aegyptum, Tyrum, aliaque civitates & regiones spectant, tamen sigillatum in titulo recenseri non oportuit, quia satis fuit summae praecipuum nobis proponi, id declarari quibus potissimum Iuda ex destinatus erat: nempe Iero-solyma & Iudeis. Nam quicquid praeterea continent eius vaticinia, extraneum quodammodo & accidentale fuit. Nec tamen erat alienum ab eius officio, alius etiam tuas clades nuntiare: quemadmodum nec Amos vocationis sue fines egrediebatur, cum neque parceret Iudeis, licet ad eos missus non esset. Exemplum familiarius erit de Petri & Pauli vocatione, quorum alter Iudeis, alter Gentibus destinatus erat. Nec tamen Petrus ultra metas officii sui perrupit, Gentibus praedicando. veluti dum ad Cornelium profectus est: nec Paulus Iudeis suam operam offerens, ad quos retraetur-gebat, simulatque urbem aliquam ingrediebatur. Idem de Iaria cedendum est: nec enim duni atren-tus est ad docendos Iudaeos, & in hunc tempore ex professio studium suum dirigit, fines iuuos trahi ager-ditur, obiter aliarum etiam nationum mentionem faciens. **IUDAEI** hic protota natione accipiuntur. **18.4.19.**

Ierosolymam, pro lede regni præcipua. Nec enim fecerit ipsam à Iudeis, sed *et ceteris*, veluti caput nominat, ac si quis hodie Propheta regnum Galliarum & Luretiām, quæ caput est gentis, compellaret. Idque operæ pretium fuit, ne Ierosolymitanū se eximerent, quasi vacuos omni culpa, aut propter dignitatem eminentiam legibus solutos, atque ita ad rusticos & plebeculari Prophetas amanda ent. Faltatur autem qui scitum Ierosolymam nominari volūt, quod in tribu Beniamini sita esset: cùm dimidiat tribus, quæ posteris Davidis parebat, sub Iude nomine comprehendatur.

Dicitur 32. 1. A V D I T E C A E L I.) Isaías hic Mose imitatus est, sicuti mos est omnibus Prophetis. Nec dubium quin alluterit ad celebre canticum illud Mosis, vbi cælum & terram statim ab exordio ad aerius populum contestatur: quæ contestatio certè grauiissima est. Nam perinde valer, ac si ad mīta clementia & sensu carentia utique se converteret, quia iam nullæ hominibus sint aures, vel obstupefacti omnes sensū. Sie ergo loquitur Isaías, vt de re prodigiosa & stupenda, quæ brutis etiam elementis horrorem incutere debeat. Quid enim magis horrendum, quam Irachitis deficere à Deo, à quo toti beneficiis ornati erant? Qui per Cœlum, angelos, per Terram, homines intelligunt, vim istorum verborum nimium extenuant, & quod in ista Prophetæ vehementia grauissimum est. Porro omnes ferè Interpretes statuunt hic clausulam: Quoniam Dominus loquutus est, perinde ac si innueret Prophetam, simularque sacrosanctum os Dominus aperit, omnia debere intenta esse ad excipiendam eius vocem. Et certè vberior in speciem videtur hæc sententia: verum cireunstantia loci alium contextum requirit, vt scilicet illud a V D I T E referatur non ad quemlibet sermonem generaliter, sed tantum ad expostulationem quæ proximè sequitur. Quæc sensus est: Audite querimoniam quam Dominus profert in medium, Filios educauit, &c. Refert enim portentum, ad curius conspectum perhorreseat, vt cogatur mortuas creaturas præter naturam testes citare. Hæc igitur propria significazione accipere malo, quia Prophetæ sensum verius ostendunt. Et ne cuiquam mirum sit, quod res mutas & inanimes alloquitur, experientia non obicure ostendit, vocem Dei à mutis entia creaturæ exaudiri, nec aliud esse naturæ ordinem, quam obsequium quod ei à singulis mundi partibus redditur, vt summum eius imperium vbique refuleat; quia pro eius nuto præscriptam legem servant clementia, & officio suo cælum & terra funguntur. Terra fruges producit: mare extra præscriptos fines non euagatur: Sol, Luna, Stellæ, circuitus suos peragunt: cæli etiam ad certa momenta volvuntur, in omnibus mirabilis distinzione, tametsi ratione & intelligentia careant. Homo verò ratione & intelligentia prædictus, cuius in auribus & mente sèpius infonat vox Domini, velut stupidus non commouetur, nec cervicem flectere potest, quod se se submittat. Mutæ ergo & inanimæ creaturæ aduersus homines præfractos & contumaces testimonium ferent, vt non inanem fuisse hanc contestationem aliquando ipsi sentiant.

E D V C A V I.) Ad verbum est, Feci magnos. Sed quia de liberis loquitur, melius verti non potest quam Educaui, vel Sustuli. Nam & Tollere liberos, pro Enutrire, Latinū dicunt. Mox tamen addit alia beneficia, quibus ipso magnificè ornauerat: ac si diceret, non modò se impleuisse boni patris munus in alimentis & ordinatio vieti, sed curæ sibi foisse vt in sublime eos eucheret. Nullum enim genus benignitatis non exereucrat in ipso, se quasi totum effundens: quemadmodum alibi ex Iesu 5. 4. probrat, Quid potuit fieri vincere me, & non feci? Potest quidem Dominus idem vniuersis Gentibus obuiscere, quarenus omnes alit, & variis beneficiis afficit ac accumulat: Sed Israclitas potissimum delegerat, & tibi adoptauerat præ alias, quos velut filios charissimos traheret, quos in finu peculiariter fuerint, quos denique ornaret omni beneficiorum genere.

Vt hæc ad tempora nostra accommodemus, considerandum num eadem sit nos: a conditio, aut etiam melior, quam olim Iudeorum fuit. Adoptatio Dei obstrictos tenebat, vt cum purè colerent: duplex nostra obligatio est. Nempe quia non solum redempti sumus Christi sanguine, sed quia nos suo Evangelio dignatur, qui nos seni redemit: atque hoc modo præfert omnibus, quos adhuc ignorantia obsecratos manere finit. Hæc si non agnoscerimus, quanto grauiore pena digni erimus? Quod enim plenius & vberius effula est in nos gratia Dei, eo maioris ingratitudinis nos conuincet.

D E F E C E R V N T.) Hieronymus vertit Spreuerunt. Satis verò patet ex multis locis, PASHA plus aliquid exprimere. Defectionem scilicet. Significat ergo Deus, nullis beneficiis potuisse ipso in obsequio retineri. Auerhos esse prorsus atque abalienatos, ac si filius domum paternam defekrens, nullam spem correctioni relinquat. Quod certè instar portentum est, filios patris non esse morigeros: atque adeò beneficio patri, & assiduam de suis curam geréti. Lyceurgus aduersus ingratos legem ferre noluit, quod prodigiosa res esset, beneficium non agnoscere. Duplex ergo portentum est, ingrati filii erga parem: Triplex verò, erga liberalem & beneficium patrem. Nam filios nominat, non honoris cauia, sed vt defectionem illam magis exaggeret, atque inuisum reddat.

3 C O G N O V I T B O S.) Hæc comparatio magis amplificat crimen defectionis. Poterat enim Dominus populum suum conferre cum Gentibus, sed magis vrget, cùm ipsum mutis bestiis comparat, itaque stupidiorem esse ostendit. Illæ enim quanvis mente & ratione careant, sunt tamen dociles: ea falem parte, quod agnoscent eos à quibus pacentur. Ergo quum hunc populum Deus non tantum pavisset ad præsipe, sed liberaliter aluisset, non fecus ac pater filios solet, nec tantum

tum saginal set ventres, sed spirituale alimentum quotidie porrigeret: postquam tantam societatem expertus est, merito dignum censet qui in beluarum non hominum scola doceatur: itaque ad boves & asinos ipsum amandat, ut ab iis dicat quid sit officium sui. Nec profectio mirum: sapientia bestiarum naturae ordinem melius sequuntur, & plus humanitatis preteferunt qui amant homines ipsi. Et ne multa exempla referam, sufficiet quod hic proposuit Italias, Superdissimas feliciter & tardissimas bestias tamen dominis & rectoribus suis iete submittere. Quod si etiam alia considerare hbeat, quam inulta ieripentur? Quid enim quod nullum animal in genus suum laureto toleret, & agnoscit in arte ro similitudinem suam? quid eriam, quod omnia animantia tantum diligenter adhibere tolerate in educando foetu, cum sapientia mulieres naturae & humanitatis omnium oblitae, liberos abiciant? quid porrors, quod id tantum cibi & potus sumere solent, quod ad tuendam vitam & sustinendam avires sufficiat, cum homines ingurgitent se: ac prorius obruant? quod demique, quod nulla in re transgrediviuntur leges sibi: a natura praestitatas? Prosternit, ut solent genuinum Scripturarum sententiam cuvere, & suis nugis inficere omnia Dei mysteria, insulam hinc fabulam commentisunt. Finixerunt enim boves & asinos in praesepi Christum, cum nascetur, adorasse. In quo egregios esse asinos ostendunt. (Arque vtinam ipsi asinum quem fingunt iniurare: hoc est, saltem asini essent, Christum adorantes, ac non calcestrantes aduersus eum maiestatem.) Nec enim de miraculo hic agi. Prophetas, sed de ordine naturae: quem qui peruerterunt, velut monstra esse docet. Non sunt autem contingenda nova miracula ad authoritatem Christo conciliandam. Sic enim fala veris per miscendo, periculum est ne virtuique fides derogetur. Nec vero dubium est, quin si editum esset tale miraculum, Euangelistae terripit proddissent. Est autem emphasis in nomine I S R A E L I S, quem bestias istis opponit. Scimus quoniam fuerit honorificum posteris Abrahae, hoc nomine celeri, quod sancto Patriarchae diuinatus inditum fuerat, quia vixit fuerat Angelus in lucta. Quo magis indignum fuit in' er filios degeneres ac peruersos facti lactari: primum quidem tacita iubet exprobratio, non tollem quia perperam virupant sancti viri nomen, cui sunt prouersi dissimiles, sed quia in Deum, a quo summis beneficiis affecti fuerant, sunt ingratis inde obliqua etiam comparatio subaudienda. Nam quod maior fuerat dignitas, longe super omnes alios populos eminere, nunc maioris ignominiae causa, sub honorifico titulo Israels ab aliis gentibus legregantur. Graeci interpres addiderunt M E, sed malo repetere quod dixerat: nempe, Israel non cognovit possessorem suum, id est Deum, nec praesepem suum, id est Ecclesiam in qua educatus est, ad quam colligi debet eum tamen bestiae illae agnoscent dominum a quo aluntur, & in locum ubi pasto fuerint, sponte redeant.

4. O GENS SCLESTAS. (Quanquam latius vehementer crimen arguerat, amplificandi tamen causa, exclamationem subiungit, qua tam secundum ingratitudinem & impietatem magis detestetur. Nonnulli particulam hominum dolentium esse volunt. Hicronymus interpreta us est Vx. Mihi vero sufficit esse vocem exclamantis, partim ex admiratione, partim ex tristitia natam. Nam erumpimus in clamorem, ubi res ipsa sua indignitate simpliciter exprimi non potest, vel ubi defuncta verba quae doloris magnitudini respondeant. Vbi possumus Gentem sclestam, Graeci verterunt, οὐαράντιον. id est peccatricem, ut etiam habet vulgaris translatio. Sed Hebraicum nomen sceleribus deditos significat: nec vero dubium est quin perditam eorum malitiam accuseret Prophetas.

ONVS TVS. (Notanda est vis metaphora. Praterquam enim quod in sua iniuritate quasi in profundo caeno demersos esse intelligit, simul etiam expi obrat, non errore vel incognititia, ut solent flexibles homines, peccare, sed fixo animi proposito contumaciam suam perlequi: ac si diceret iniustitiam esse principios, vel ad male agendum venditos. Quod addit, Semen malignorum, tandem valet ac malignum. Subtilius alii, Indignos pronuntiari, qui locum reneant inter filios Abrahae, quia lupi sint vel alieni: quemadmodum alibi dicuntur Semen Chanaam, & prepucium illis obicitur, ac si ex profanis & alienigenis geniti essent. Sed Hebreis visitatum est, Filios bonorum pro bonis accipere: quod & Graeci imitati sunt.

FILIIS DEGENERES. (Ad verbū est, Corrumptentes: ideoque supplent interpres Seipso vel studia sua, Sed puro melius conuenire, Degeneres. Sic enim depravatos esse intelligit, ut proutus sint alieni a suis patribus. Porro quatuor, quos videmus, titulus ornat gentem suam, parum honorificis & valde remotis ab ea opinione quam de se conceperat. Sic enim experientiis sunt hypocritae: & quo magis sibi indulgent, nec reguntur timore Dei, fulminibus verborum quatendi sunt. Frigeret enim erga tales homines simplicior doctrina: nec eos vulgaris exhortatio commoueret. Detrahenda etiam falsa persuasio sanctitatis, iustitiae, prudentiae, quae se plerunque tegunt, & inaniter gloriantur.

QUIA DERELIQVERVNT. (Subiicit rationem cur tam severè eos graviterque reprehendere, ne scilicet suo more querantur nimis asperè & duriter secum agi: ac primum quidem illis defensionem a Deo exprobrat, quod est malorum omnium caput. Quemadmodum enim summa iustitia perfectio est, Deo adhærente, quod etiam pertinet illud Mosis, Nunc Israel quid petit abs te Deustus, nisi ut sibi adhæreas: ita ubi ab eode secessimus, astum est de nobis. Conflitum aurem Prophetas est, non unius criminis in specie reos facere Iudeos, sed ostendere prorsus esse apostatas. Quod sequitur, ad amplificationem haud dubie facit: sive Irritare legas, sive Spernere, quod poste-

ritus magis amplectior. Fœda enim indignitas fuit, pro nihilo ducere eius gratia, qui eos solos ex omnibus populis adoptauerat. Et hac ratione vocat Sanctum Iacobus: quia se illis addicens, sua fanaticitate simul eos ornauerat. Siquidem ab effectu nomen hoc ei passim tribuitur. In tanti verò hono-ris contemptu, quam barbara superbia fuit? Si quis verbum Irritandi magis probet, sensus erit, Deum repudiasse, ac si data opera iram eius prouocare vellent: unde apparet, quam detestabilis sit corum apostasia.

A BALIENATI SVNT RETRORSVM.) Sensus quidem est, quum Dominus ipsis certam viuendi viam & rationem proponeret, cupitatibus suis abreptos fuisse: proximam tamen sententiam confirmat, nempe ad eum effrenem fuisse eorum perulantiam, ut scriptio à Deo proutus abdicauerint; ac data opera à scopo, in quem dirigenda vita erat, retro curium flexisse.

QVORVM PBR CVTIBMINI.) Aliqui vertunt Super quo, vel in qua parte: atque ita accipiunt, ac si Dominus sibi nullum amplius flagellum esse dicere: quia tam variis modis eos in viam reducere conatus sit, vt nulla amplius superfit ratio castigandi. Ego verò malo interpretari, Quorum: ut etiam voci Hebreæ congruit, & conuenienter mihi sensus esse videtur. Ide enim est quod vulgo dicimus, *A quel propos, Pour quelle fin.* Nam significat Iudeus eò impietas & scelerum progressus esse, vt ne plagis quidem meliores fore credibile sit. Nam desperatos homines postquam obdurantur, scimus frangiri potius quam corrigi: & conqueritur de tanta corum peruvicacia, ac si medius tentatis omnibus remedius artem iam cessare diceret. Interim extremam eorum malitiam accusat: quia ubi sceleratos non saltem humiliant poenæ, ad malorum cumulum ventum est. Ac si dicaret Dominus. Video me facturum sine profectu, si vos castigem. Plaga enim & ærumnæ sunt remedia, quibus virtus nostra sanare vult Dominus: ubi nihil erga nos prohiciunt, desperandum est. Et si autem non definit propterea Deus nos punire: quin potius magis ac magis in nos irascitur. Quandoidem rati peruvicacia intolerabilius nihil ei est: merito tamen se operam perdere dicit, ubi resipiscientiam à nobis non extorquet; ac frustra tentari apud infanabiles remedia. Ita plagas & ærumnas ingeminare, & extrema omnia tentare non cessat, immo etiam cogitur, donec omnino profligat atque perdat. Sed interea non facit officium medici: atque id est quod deplorat, non fore populo fatigantes suas castigationes.

AD HVC ADDETIS PRAEVARICATIÖNEM.) Confirmatio est superioris sententiae, id est que hoc membrum à superiore disiungo, cum tamen alii concubant. Ac si dicere: Non defini- tis adhuc prævaricari: immo ad augebitis flagitia vestrae nam confiratis animis, & quasi deuotis, ad peccandum vos rapi video: vt moderatio nulla speranda sit. Consilium enim Dei est, intractabile corum ingenium traducere, ne quid amplius excusat.

TOTVM CAPVT.) Alii vertunt, Omne: atque primores populi & magnates his omnibus designari putant. Ego magis accedo corum sententiae, qui Totum vertunt. Videatur enim mihi simplex esse similitudo ab humano corpore desumpta: cum scilicet corpus tam grauiter afflictum est, vt nulla sit spes sanitatis. Duas autem potissimum partes nominat, ex quibus pendet salus corporis: cōquæ magnitudinem morbi declarat, quo miserum populum visque ad tabem confessum esse doceat: non membrum scilicet aliquid, aut extremitas corporis partes dolere, sed cor ipsum vulneratum esse, & caput grauiter afflitum denique vitales, vt vocant, partes magis vivitæ cōscie & putrefactas, quam ut illo modo lanari queant. Ceterum hic etiam variant Interpretes: quoniam alii ad peccata corruptionem hanc, alii ad poenas referunt. Ad peccata hoc modo, Vos iam corpori putrido & fo- tido similes estis, in quo nihil sinceri aut integri superest. Vigent sceleræ & flagitia inter vos, quorum contagione nihil non sedatum & corruptum est. Ego verò malo de poenis accipere: quia dubium non est, quin adhuc pergit Deus in illa querimonia: populum esse adeo peruvicacem, vt nullis plagiis emendari possit: quia ferè visque ad interitum perculsus, saltem vibicibus deformis & horrendum in modum laceratus nondum tamen respuerit. Quod etiam pertinet versiculos sequens, ubi in eadem pergit similitudine, & candem continuat sententiam. Nam certè qui de peccatis expounit priorem partem, non sat attendunt ad reliquum contextum. Demus conferri morbido corpori populum vitiis corruptum: quid sibi haec volunt quæ mox sequuntur? plagiæ non esse ligatas, vel fomentis delinitas? Claram est de afflictionibus Prophetam loquij, in quibus ferè populus contabuerat: atque hunc diuturnum langorem proferre, quasi extremæ impotentiarum signum. Plagam sa- mitem vocat, ex qua fluit continua tabes, ac si arcana quædam scaturigo nouum a siduè virus emitteret: quia similitudine morbum infanabilem designat, cuius materia sibi nequit. Exaggeratio autem non parua est, quod negat fuisse adhibita remedia. Tres enim metaphoræ, quas simul coniungit, eodem tendunt, sine villa ipe levationis, sine folatio, sine remedio ita calamitatum fuisse populum, vt summus Dei rigor palam in talibus poenis apparuerit.

TERRA VESTRA IN VASTITATEM.) Ad verbum est, Desolatio. Atque ita fusi s prosequitur Isaías & clarius, quod figuratè prius dixerat de plagiis. Nempe terram horrendam vastitatem afflictam esse. Nam omnes istas sententias in tempus præteritum malo resoluere: quia potius narrat Propheta quantæ iam clades acciderint, quam Dei vindictam denuntiet. Exprobaret enim cordiam & stuporem, quod ad sua mala iaceant attoniti.

7 I V X T A D E S T R Y C T O N E M A L I E N O R V M .) H o e amplificandi causa additum est. Nam quod z a r i n quidem loco z a e r a b m pro inundatione positum esse volunt, coactū est. Posset quidem ad hostes quoque transferri nomen hoc: id p r e s t a t in propria significacione pro alienigenis accipere. Plus enim indignitatis habet calamitas, cūm homines ignoti, & elongin-qua regione profecti, eam inferunt, qui longē inclemens & atrocis t a e u i u n t quām vicini. Di-ruunt enim ciuitates: domos, a d i f i c i a , & vicos incendunt: & latē vastant omnia. Denique irruunt barbarica feritate, c a r d i u m que & incendiiorum audi, damno potius inferendo quām lucro capian do student. Vicini verò, quia tuba cātā regionem p r a e s i d i s relēctis cōsiderare possunt, & statim tub- fida mittere si qua defectio tentetur, vel orientur tumultus. Ideo non ita t a e u i u n t, neque regionem vastant, ex qua fructus commodè percepti sunt. Non vulgarem igitur cladem, sed omnium atrocissimam describit.

Hinc obseruandum est, vbi nos punire cœpit Deus, n i l r e s p i s i c a m u s haud statim quiescere, sed multiplices inferendo ploras, iubinde reuocando in excequendis iuriis partibus pergere. Fugienda igitur talis perticacia, n i l c a t d e m a c c e r t e r e poenas velimus: ac ne tandem nobis meritū exprobretur quod Iudei: nos haud leuite fuisse commonitos, manum Domini s c i s s i s e: corrigi tamen & c- mendari nequissile. P r i x t e r ea mirum videri non debet, quod tantis ac tam variis interdum trum- nis premiūr, quarum finis aut exitus nullus apparet: nostra enim pericula contendimus cū Deo & flagellis ipsius. Idem igitur accidere necesse est quod refractarius & calcitrans equis, quibus gra- uis tundi caput & latera fodi solent, quod magis reniti & refragari conentur. Hodie multi Deum propemodum accusant crudelitatis, quasi durior t a e u i a, quam nos elementius castigare debet em- terim quām horrenda sint sclera nostra non animaduertunt. Quod si ea expenderent, certe intuma- ma illa feueritate, agnoscerent insignem elementiam Dei. Et ne hic feuerior fuisse Dominus vi- deatur, vicia quā postea enumerat consideranda sunt. Obnictur q u e s t i o . Cur populum tam va- riè afflīctum p r a d i c e t I t a i a : cūm antea ipium prophetizandi intentum fecisse tub V f i a dixerimus: cuius tempore incolumis fuit rerum status in regno Iuda. Nam etiā s ub finem vi: ipius regnum I s r a e l cladem aliquani paſſum est, hoc tamen nihil ad regnum Iuda pertinebat. Ideo Iudei hæc ad regnum Iothan non V f i a pertinere putant: quorumi opinio etiā primo intuitu parum videtur con- fentanea, omnibus tamen excusis, probabili ratione non caret. Scimus enim t c m p e r in col- ligendis prophetiis seruatam fuisse temporum seriem: & fieri potest, vt concio hæc Itiae primum lo- cum obtinuerit non alia de causa, n i l quod summan doctrinæ, quā postea refetur, continet. Alii facilē se elabi putant, cūm hoc totum de vitiis non de p e n i s interpretantur: verum id quod dicitur de incensis vrbibus, & vastatione terræ, non potest ita facilem eludi. Si quis existimet Prophetam nō loqui de p r a e s t i i eius regni statu, sed de futuro, atque in persona Dei nunciare imminentes plagas, vt cunque eas oculis non cernerent, nou magnopere reclamo, quanquam de rebus cognitis cū dis- ferere verisimile est. Certa narratio est, non vaticinium, quanquam proximo versu dicere eum fa- teor quis eventus immincat.

8 E T R E S I D V A .) Alludit, more apud nos vistato, ad tugurium quod vinearum custodes, cūm vuæ m a t u r e s c u n t, erigere solent: alteram similitudinem, quā affinis est, ex consuetudine gentis ad- ducit, vbi etiam seruandis cucumeribus excubabant custodes: deinde explicat ipse quid per viran- que significare voluerit. Hoc autem bifariam exponi potest, nempe, vel totam regionem vastatum iri, n i l sola ciuitas maneat falua instar tugurii, vel ciuitatem ipsam diruendam esse. Priori in interpretationem sequuntur Iudei, atque hunc locum intelligunt obsidione Sennacherib, sed ego la- tius patere arbitror, hoc est ad alias etiam clades, quā postea sequuntur. Potest quidem hoc ad vi- ciniā referri, quā afflīcta & vastata, sicut nō potest quin ciuitas multū incommodi tentiar, sed hanc Prophetæ mentem esse puto, quod mala de quibus differit, ad ciuitatem visque ipsam p e n t i g e n t e, vt imminuta & attrita ignobilis tugurii speciem referat. Iam filiam Sion nominat Ierusalem vulgi Scripturæ more, quā populū quemlibet Filie nomine appellat, quemadmodum Filiam Babylon & Tyri, pro Tyriis & Babylonis. Sion autem potius quām Ieroſolyma ponitur propter templi di- gnitatem: atque hæc synecdoche paſſim trita est.

9 N I S I D O N I N V .) Hic concludit quod antea pronuntiauerat de flagellis Dei. Tantam scilicet forē vastatem, veliam adesse & c o n p i c i, vt conferri possit cum interitu Sodomæ: n i l Do- minus tenues quādam reliquias, velut ex incendio cripseret. Atque hic versus confirmat quod nu- per dixi: vbi de cladi bus iam illatis differit Propheta, euentum qui breui instabat, atte exercitaci di- ceret. Ne vos decipiāt blanditia, eadē vos maneret conditio quā Sodomæ & Gomorræ accidit n i l Deus misertus vestri exciperet quādam reliquias, cui consentaneum est illud Icremitæ, Miseri- cordiæ, Dei, quod non sumis consumpti.

Ex his duo notanda sunt. Primum, denuntiari hic extremam consumptionem, quia tamen Deo negotium erat cum sua Ecclesia & electo populo, peculiari gratia temperari iudicium illud, vt à communi, totius gentis interitu cripseret tuos Dei, quos tenuiibus reliquis meritū cōparat. Quod si tam horrendis plagiis Iudeorum sclera vltus est, cogitemus idem nobis accidere posse, si corum proterviam sequamur. Consecrauerat enim sibi Dominus populum illum, & à communi aliorum

forte exemerat. Cur nobis magis parceret, si cōtumaces in nostra impietate & perfidia erimus? Imò quis exitus speradus est in hac vitiōrum fece ac colluvie, in qua sibi p̄assim homines per totum orbem indulgent? Certè idem qui fuit Sodomæ & Gomorrhe: ne m̄e vt in nihilum redigamur, n̄isi eius vindictam cohiberet gratuiti fœderis respectus, quo pollicitus est Ecclesiam eternam fore. Atque hæc comminatio, qua certè formidabilis est ac stupenda, pertinet ad obstinatos & insanabiles homines, quorum vitia nullis plagiis corriguntur.

Rursum notandum est quod iam antea perfrinxī ex Ieremia, acceptum ferendum esse misericordia Dei, quod non omnes prorsus delectum. Nam si contineplem̄ quanta passim grassetur apud omnes impietas, mirabimur vel vnum tantum hominem superstititem esse, nec omnes penitus ē viviū esse sublatos. Atqui in hunc modum Deus manū suā suspendit, vt Ecclesia aliqua in mundo conserueretur. Atque hanc causam indicat Paulus, qui optimus est interpres, istius locidūm eius obiecto retinuit insolentiam Iudeorum, ne solo titulo gloriantur, quasi originem à Patribus duxisse sufficiat. Deum enim agere cum illis posse admonet, vt olim cum Patribus reliquias tamen alias eius misericordia salvas fore. & quem in finem? Ne scilicet omnino pereat Ecclesia. Eiusnam gratia fit, vt quanvis Dominus ob nostram peruciaciam extrema iudicium experiri cogatur, exiguum tamē aliquod semen reliquum faciat. Quæ sententia in extremis calamitatibus, quibus actum esse putamus de Ecclesia, nos vehementer consolari debet, vt quanvis ruant omnia: & fractus, vt ille ait, orbis illabatur, inuitio tamen animo persistens, ac certissimus Dominum semper Ecclesię suę ratio nem habiturum.

ET QVI D M A D M O D V M T E N V S.) Hæc particula tam ad præcedentia quām sequentia referri potest: id ē que vertunt quidam, Fuissemus propemodum instar Sodomæ: malo tamen superioribus coniungere, vt definit paucitatem eius numeri, quem Deus ex clade reliquum fecerat. Iam verò Capti affirmatiū possumus esse quibusdam placet, vt sit maior expeditio: quod non displaceat: quanvis liceat in genuino & proprio tenus accipere, ac si dixisset sicut ad numerum exiguum. Et autem diligenter notanda sententia: quia nisi longe latèque se extendat Ecclesia, contempnibilis esse solet. Hinc fit vt suis copiis turgeant hypocritæ, infirmi verò earundem splendore terrivitatem. Atqui hinc appetet non esse metiendā magno numero: nisi paleas tritico præferre libeat, quia multitudine superant. Nobis verò sufficere debet, quamlibet exiguis piorum sit numerus, à Deo tamen pro electo populo agnoscere, ac simul in mentem venire illa consolatio, Ne metuas pusille gressu, quia complacuit Patri in te.

A D V I T E V E R B U M.) Confirmat quod prius dixerat, vltionem Domini crudelē non esse: quia supplicium meriti erant longè atrocii. Quanvis enim disserimen effet inter ipsos & Sodomitas quod ad peccatum, idem tamen esse crimen, vt iure par de ipsis vindicta sumi potuerit, nisi Dominus pepercisset. Hæc summa est, non actum eum ipsis mitius quod Sodomitis leuius peccarint, sed misericordia Domini esse tribuendum. Quod principibus nomen vrbis Sodomæ, populo non men Gomorræ distinctè adscribit, eo non notatur diuersitas: sed potius similis conditio. Sed quum idem bis repeatat, plus gratia habet varietas nominum: ac si diceret, nihil inter se magis differre, quam Sodomam à Gomorrah. Allusio quidem est ad diuersos horum gradus, dum illis duas vribes quasi separatim attribuit: sed quia tantundem valet Sodoma ac Gomorrah, videmus quasi in vnum facticulum coniici. Itaque summa est, Si quis iudicet de populo ac principibus, reperiet optimè inter ipsos conuenientem, non secus ac inter Sodomam & Gomorrah: id est inter oum & ouum, quia nihil in vna parte quām in altera maior sinceritas. Incipit autem Prophetæ Iudei sua lauras eripere, & meritum. Nam quum hypocritis omnibus commune sit, mira integumenta obtendere ne in lucem prodeantur, populus ille hoc maximè vito laboravit. Nec alia de re Prophetis acrius vel molestius fuit certamen. Iam vñā cum facta sanctimonie iactantia fastus quoque regnabat: nec minus gentis suæ nobilitate & præstantia, quām ceremoniis & externo cultu gloriabantur. Quod plus offensio tanta Iesaiæ asperitas commovit. Sed quia necesse fuit eorum turpidinem è latebris suis extrahere, quod superbius se efferebant, eò vehementius in eos fulminat, quæ ratio similiter erga omnes hypocritas tenenda est.

V E R B U M D O M I N I.) Verbum & Legem pro eodem accipit Prophetæ. Nec tamen dubito quin Legis nomen consulto posuerit, vt crassam eorum opinionem perstringeret, quia putantes sacrificiis abīque fide & pœnitentia oblati placari Deum, præposteri erant Legis interpretates. Quibus verbis admonet, Moses se illis proferre, nihil afferre noui, Legi nihil addere, tantum vt audiant quæ sit voluntas Dei: de ea se fideliter edocerentur. Ne falsa iustitia persuasione fucum se Deo facere posse putent, Legem hac in parte illis non patrocinari.

Q V O R S V M M I H I.) Nunc Deū loquenter inducit Isaías, qui suum consilium exponat: quia legislatoris est non tantum præcipere, sed legibus etiam addere sanam interpretationem, ne in abusum trahantur. Neque verò dubium, quin superior oburgatio valde acerba & molesta fuerit. Quid enim acrisius ipsos atrocii aut indignius dici potuisset? Gloriantur nomine Abrahæ, cuius se filios esse iactabant, seque efferebant insolenter. Hæc ratio est, cur Prophetæ se aduersus ipsos arm̄t authoritate Dei, ac si diceret, Scitote, vobis haud mecum sed cum Deo negotium esse. Postea Dei

Dei mentem & consilium exponit in exigendis sacrificiis. nempe id facere, non quid ea mactur sed vt sint pietatis adminicula ad eum, que longè nulli Iudeos qui totam in illis sanctitatem locabant. Putabant enim te perbellè funetos officio, quum victimas immolarent: & quum ultra inferenter Prophetæ, se immerito traduci quererentur. Dominus autem se eas tenere & abominari dicit, nimis quidem id præcitat, vt videtur, quia ab eo institutæ erant. Sed notandum est in præceptis Dei alia per se spectanda esse, alia tendere in diuersum finem. verbi gratia: Lex iubet ut colamus Deum ac veneremur, dcinde ut benefaciamus proximus. Hæc per le gratia sunt Deo, & per se requiri. In cæremoniis alia est ratio. sunt enim exercitia quæ non requiruntur per se, sed propter aliud. Idem de ieiunio. nam regnum Dei in eæla & potu non constituit. Est ergo alias finis ieiunii.

*Deu. 6. b. 5
Lem. 19. d
18.
Rom. 14. c.*

Proinde cæremonias non ita institutæ Deus, quasi haec iustificatione placandas esset: sed vt in iis populus se ad pietatem exerceret, magisque ac magis in fide & puro Dei cultu proficeret. Hypocritæ vero, quali in hoc cardine versetur summa religiosi, ipsas diligenter obseruant: & eque omnium sanctissimos putant, cum se in earum obseruatione in multumque fatigarunt. Atque etiam vt videantur sanctiores, addunt aliquid de suo, & noua in dies additamenta comminiscuntur: piis autem Dei institutis peruerſissime ab iuntur, cum in verum finem minimè intendunt. Omnes igitur cæremonia nihil illis sunt quam corrupte diuini cultus. Nam vbi in externa & nuda tantum actione consistunt, quid corum sacrificia differtur à sacrificiis Gentilium, quæ sacrilegia esse sci mus, quod in legitimum finem minime pertinet? Hæc ratio est cur Dominus reiecat istas cæremonias, quæ tamen ab ipso institutæ erant, quid non animaduertet populus quo consilio, & quem in usum traditæ essent. Fuit autem perpetuum hoc certamen Prophetis cum populo, vt latuas istas excuterent, atque cenderent Dominum extero cultu non esse contentum, nec cæremoniis placari posse. Idque etiam ubique experiuntur pri ministri. Homines enim Deum semper ex se inuentant, idque externa pompa satisfieri putant: agerrimè vero adducuntur vt integrum cor suum ipsi offerant. Ieremias facili omnem huius loci difficultatem tollit. at enim, Quum Patres veteris ex AEgypto redemi, non iussi vt mihi sacrificarent: tantum præcepit me audirent, & seruarent mandata mea. Nam demonstrat omnem obseruationem cæremoniarum pendere à Verbo: vanisque proflus & inutiles esse si ab eo separantur, haud minus quam si anima dividatur à corpore. Huc etiam pertinet argumentum Pſal. 50. Nunquid comedam carnem taurorum, aut sanguinem hircorum bibam? Sacrifica Deo laude, & reddi Altissimo vota tua. Atque alibi idem Ieremias, No lite confidere in verbis mendaciis, dicentes, Templum Domini, templum Domini, templum Domini. Quin magis beneficiando benefacie, &c. Item Michæas, Nunquid complacitum est Domino in milibus arrietum, aut decem milibus vallum pinguium? paulo post subiicit, Indicabo tibi, ô homo, quid sit bonum, & quid exigit Dominus à te: tempe Facere iudicium, diligere pietatem, & verecundè ambulare cum Deo tuo. Ex quibus perspicuum est cæremonias ideo improbari, quod à Verbo, quasi ab anima sua, se iungantur. Vnde apparet quanta sit hominum cæcitas, quibus persuaderi non potest inutile esse, quicquid ad Deum colendum insunt opera, nisi præcedat cordis integritas. Nec vero id vulgi vitium est, sed omnium ferè hominum, & sua opinione praestantium. Vnde illud figuratum de opere operato, quod Papistici doctores commenti sunt: nec hodie ex animis multorum reuelli potest. Hic vero non homo, sed Deus ipse loquitur, & decreto immutabili statuit, frusta sibi obtrudi, vanumque & infruitosum esse quicquid agunt homines, nisi vera fide ipsum inuocent.

*Iere. 7. c. 21.
22.
Pſal. 50. b.
13
Ibidem. c.*

12 QVIS HOC EX MANV.) Optima fallacium cultuum refutatio, vbi Deus coram se in rationem vcturos negat, & generaliter pronunciat, fructu sibi impensum fetri quicquid non exigit: quia non aliter coli velit quam ex præscripto. Vnde enim fit vt homines sibi adeo placeant in talibus figuris, nisi quod non expendunt le nihil præstare vtile aut gratum Deo? Alioquin statim veniret ipsi in mentem, nihil præter obedientiam restare, neque tam proteruè opera sua extollerent, quæ ludibrio habet Dominus: non solum quia nihil inde emolumenti percipiatur, sed quia sibi non vult imputari quod suo iniussu temere suscipitur, nec horum arbitrium pro lege valere patitur, quamquam maioris contumeliaz causa mox addit: In obsequium peiperam affterri quod loco iacturæ ducat, nempe quod templum frequetando, nihil quam atria sua conterat: ac si de fictis precebus diceret, Multum scilicet me obligant, dum aures meas obtundunt.

*1. Sam. 15. e
22*

13 NE PERGATIS.) Ut ille admonitus ad cohibendam eorum libidinem, qui vanos & fictos cultus obstinate sequi non desinunt, vt saltem moniti à Deo resipiscant, si quidem ullum consilium admittent. Sed hinc apparet: postquam semel obduruserunt hypocritæ, quam stupida sit eorū securitas, quod ne Deum quidem audire sustinent clarè denunciantem, ne operam suam ludere, atque adeo insanire pertant.

INCENSVM.) Ut vehementius urget, ultrà progreditur, non tantum inutilem esse eiustimodi cultum, sed etiam illum se detestari atque abominari: neque immerito, quia sacrilegio non vacat profanatio cultus Dei, in qua eius nomen falsò obtenditur. sicut enim Deo nihil preciosius sua gloria, ita nihil minus tolerabile, quam eam corruptelis quibuslibet violari, quod fit dum in locum veri cultus nescio quid nugatorium substituitur. Locus hic quosdam fecellit, qui existimarent Pro-

phetam de abrogatione Legis differere.nec enim id agit: sed reuocat populum sui temporis ad veram obseruationē cāremoniārum: atque ostendit quo consilio, & quem in finem institutę fuerint. Nam cultus Dei ab initio mundi, spiritualis fuit. quid autem alia fuerunt exercitii sub veteri Testamento, & diuersa à nostris, hoc hominum, non Dci respectū effectū est. In Deo enim nulla est mutatio, sed ad imbecillitatem hominum se accommodat. Itaque ea gubernatio Iudicis, vt pueris sua pādagogia, conueniebat. Quorū igitur ea instituta esset, & qua sit vera cāremoniārum obseruatio, nunc demonstrat.

Lc. i. c. 17 14 NE O M E N I A S.) Nihil noui superiori doctrinā addit Propheta, sed de omnibus cāremoniis, vbi non subest spiritualis veritas, sed fallax tantum color refulget, in genere pronuntiat res esse non solum inutiles, sed impias. Hinc obseruandum est, frustra nos laborare, nisi Deum ritē, vt decet atque ipse prescribit, colamus. Nam cūm in omnibus rebus Deo placet veritas, si vero potissimum in cultu sui numinis. Deinde non tantum luditur in iis opera, sed cultus Dei (vt nuper dictum est) pervertitur: quo nihil magis impium esse potest. Omnes autem superstitiones sunt totidē corruptæ Diuinū cultus. sequitur ergo ipsa impias & nefandas esse. Superfluo vel ex re ipsa, vel ex animi affectu estimanda est. Ex re, cūm homines communisci audent quod Deus non praecepit. **Col. 2. d. 23** qualia sunt ea quæ parit *Deo op̄r̄n̄ia*, quam vulgo deuotionem vocant. Eriget hic simulachrum, alijs facellum extrect, alijs anniversaria sacra constituet, & infinita eiusmodi. Vbi hoc licentia sumunt homines, vt nouos cultus configant, illuc superstitionis est. Ex affectu vero, cūm legitimos quidem ritus & probatos à Deo imitantur homines, sed externa species fixi inharent, nec in fine aut veritatem intenti sunt. Quemadmodum Iudei ceremonias à Moysi prescriptas mordicus tenentes, omittebant quod praeципuum erat. Nullam enim rationem habebant puræ conscientiæ, fidei & pœnitentiæ nulla mentio, nulla reatus nisi notitia: quin etiam tollebant ab iis Christi, nec ita nullum locum veritati relinquebant. vnde liquidò constat quid supra docui, degenerem & adulterinam fuisse latram: vt nihil different eorum sacrificia à sacrificiis Gentium. Minimè igitur mirum est: quid Dominus ea abominationem vocet. Non immorabor in locutionibus quibus hinc usus est, quæ variae sunt: nec tamen leuiter præteriri debent. Videt enim Dominus quanta sit lascivia hominum in comminiscendis cultibus: ideo exaggeratione vtitur, quid magis eam cohibeat, atque iterum pronuntiat ea sibi odio esse. Deinde quia sibi blandiuntur, & quicquid temere excoquatur, stulte sibi persuadent fore apud Deum aliquo in loco: contrà, se abhorre & detegari dicit.

Ps. d. 145. d. 15 CVM EXPANDERITIS.) Quid expansio manuum adhiberi precibus olim solita est, non factum est superstitione: nec ritus ille, vt alii plerique stulta & friuola cupiditate obrepserit: sed quia natura quoque ipsa homines eò impellit, vt etiam signis externis testentur se ad Deum confugere. Ergo quid ad ipsum euolare non possint, hoc symbolo se attollunt. Nihil certè de eo prescriptum habuerunt Patres: eo tamen vñ sunt diuinitus inspirati, atque hoc ipso symbolo continentur crassæ cæcitatibz omnes idololatræ: qui dum externo gestu testantur se confugere ad Deum, re ipsa ad idola configunt. Et quid magis conuincerentur, Dominus hanc consuetudinem apud ipsos in perpetuo vñ manere passus est. Non damnum ergo Propheta extensionem manuum, sed hypocrisim: quid speciem quidem inuocantium praeferebant: animo autem essent valde alieni, vt alibi plenius exprimit. Propè enim se esse ait Dominus, sed iis qui ipsum inuocant in veritate. Vbi est hypocrisis, ibi vera inuocatio esse non potest. Nec vero aduersatur huic loco quid alibi habetur, Cum extulerint manus suas, caudiam. Nam illuc concionatur Dominus, de inuocatione quæ manat ex fiducia. Fides enim niater est inuocationis, ea si absit, nihil superest præter inancem ludum. **Rom. 10. c.** Hoc idem exaggerat, denuntians surdum se fore illorum clamoribus, quantumuis preces multiplacent: acsi dicere, Etiam si in precibus sitis absidui, nihil proderit ista sedulitas. Nam hoc etiā habet vitii hypocritæ, vt quid verbosiores sunt in precibus, eò le sanctiores existimant, & facilius quod oportet impetraturos. Ita futilis eorum loquacitas obliquè perstringitur.

Manus vestrae.) Hic iam apertius concionari incipit, cur tam preces eorum quām sacrificia repudiet, inò fastidiotè reiiciat: quid scilicet crudeles & sanguinarii, omnīque scelerum genere referti, cum ficta pompa prodeant in suum conspectum. Etsi autem alias species mox subiicit, quia tamen fecerat mentionem expansionis manuum, ideo de manibus loquitur: atque in his testimoniis ipsos gerere ac profere scelerum suorum dicit, vt nimirum non sit tam duriter à se repellere. Nam fuit alioqui ex aduerso visitata haec locutio, Tollere puras manus, non tantum Propheticis & Apostolis, sed etiam profanis authoribus, quos ipsæ naturæ sensus ad coarguendam hominum crassitudinem impulsit: nisi forte confessionem hanc ab illis extorsit Deus, ne aliquo saltem præconio vñquam vera religio destitueretur. Neque tamen intelligit Propheta ipsos latrones aut liciarios fuissent: sed perstringit fraudes & rapinas, quibus in aliena inuadabant. Deus enim aliter iudicat quām homines, in quorum iudicium non veniunt fraudes occultæ & peruersæ artes, quibus astuti homines simpliciores fallere & circunvenire solent. Deinde si veniant, extenuantur tamen nec examinantur suo pondere. Atqui Deus etiam splendidos homines, qui honestis titulis rapinas suas fucare soliti erant, in lucem trahens, palam homicidas esse pronuntiat. Quocunque enim modo

do quempiam interimas, homicida es: siue cum iugules, siue alimenta & necessaria subtrahas. Non loquitur ergo de hominibus palam tecleratis, & qui suis flagitiis palam essent infames: sed de iis qui volcabant probi videri, & exstimationem aliquam retinebant. Quæ circumstantia obleruanda est, quia & eadem causa hodie agenda est cum improbis, qui dum inopes & tenues per vim & fraudem, aut quamlibet iniuriam opprimunt, honestis tamen integumentis suam turpitudinem vestiunt. Porro, vtvt clamitent impudentes, se non esse furibus similes aut scariis, hac tamen seueritate qua iusos æquales coimpunit Propheta, arguendi sunt. Nam cùm sustinemus personam Dei, ex hominum senti & opinione iudicandum nō est: sed quid Dominus iudicet, liberè proferendum.

16 LAVATE.) Hortatur Iudeos ad pœnitentiam ac veram ciuius rationem ostendit, si modò obsequia sua cupiant probare Deo: unde colligimus nihil Deo placere posse, nisi profectum sit à pura conscientia, nec enim Deus in ista hominis est, vt opera nostra ab externa ip. cie astinet. nā tēpe apud homines plauis reportat speciale aliiquid opus, etiam ab homine nequisissimo editum, coram Deo autem, qui cor intuitur, polluta conscientia virtutes omnes contaminat. Atque hoc est quod docet Aggeus, veterum ceremoniarum exemplum proponens, Quicquid tetigerit immunndus, polluit: unde infest nihil ab impiis purum manare. Iam afferuit Propheta noster, frustra offerri sacrificia Deo, frustra vota fieri, frustra inuocari eius nomen, nisi animi integritas exterrum cultū faciat. Quare ne frustra se amplius fatigent Iudei, munditiem illam exigit: & quidem à generali reformatione orditur, ne parte vna defuncti, obiectū Deo velū putent. Ac sic omnino cum hominibus à Deo alienatis agendum est. Non unum aut alterum vitium morbi corporis attingendū est: sed si cura habetur vera & integræ sanationis, ad renouationem vocandi sunt, & bene purganda contagio, vt placere Deo incipient, qui prius odiosi fuerunt ac fœtidi. Ac lauandi quidem metaphora nō dubium quin ad cluendas interinas lordeis hortetur paulo post verò operuni quoque fructus adiungeret. Lauare precipit, non quid ex proprio liberi arbitrii motu resiplicant homines, sed remedium non aliud esse ostendit, quām si puri coram Deo apparent. Scimus autem transfigri ad homines, quod Spiritus Dei in illis operatur: quem ideo Ezechiel aquam mundam appellat, quia eorum opus est pœnitentia.

Hagg. 2. c.

14.15

Eze. 36. e.

25

A V F E R T E M A L I T I A M S T V D I O R V M.) Iam ad fructus pœnitentiae descendit Propheta, neque enim solum absque figura explicat quid sit lauare & mundari, sed in tota vita & singulis actionibus testimonium nouitatis proferre iubet. Confirmat tamen superiorē sententiam, quod ante Dei oculos veriatur populi fœditas, quæ omnia opera inquinans ac deformans, gratiam illis admittit. Et nominatio conspicuit Dei fit mentio, ne si opposito velo, scipios à cernendo impediat, Deum fingant habetudini suæ esse socium.

D E S I N I T E.) Pergit in contigenda eorum vita. Vulgo ita exponitur hic locus, quasi Propheta per Mal'è facere, intelligeret Mal'è vivere, sed propriè de maleficiis intelligi debet, quibus proximus offenditur, ut etiam proximo verso dicitur et benefacere, subaudiendum sit: Proximo. Loquitur enim de iniuriis & beneficiis quibus afficiimus proximos. Cùm autem pœnitentia sedem habeat in corde hominis, id est per has species eam designat, quibus quodammodo in conspectum hominum prodit. Nemo enim vir bonus haberet non vult, sed qualis quisque sit, opera ipsa declarant. Eos igitur ad externa opera reuocat, quibus pœnitentia testentur. Pœnitentia autem fructus duobus membris complectitur: nocendi abstinentia, deinde beneficitia. Primum enim ab omni iniuria abstinentia est, neque enim vel prodigi imitandi nobis sunt qui liberales videri volunt, vni rapiunt quod alii laignantur: neque ignavi rursum, qui satis esse putant si se innoxios seruarint, & abstineant ab alicui, null. m tamen operam dant beneficentia. Vtrumque ergo complecti voluit: his enim duobus, secundæ Tabulae obleruatio continetur.

17 D I C I T E B E N E F A C E R E.) Sieuti nuper, quum iubebat desinere à maleficiis, assiduum exercitationem perstrinxit ac si dixisset, tota vita fuisse assuefactos ad peccandum: ita nunc humanitatis expertes esse docet, ad quam discendam quasi rudis tyrunculos inuitat. Ac primò quidem iubet querere iudicium, alii vertunt Seicentim: quod non placet. Verbo enim Quærendi plus intellexit Propheta, nempe studium, vt vocant, auctuale: v dicitur verò nomine, quicquid bonum recte continentur.

R E S T I T U T I V I T E O P P R E S S U M.) Propheta more visitato generi species subiungit, vel cum iam specialiter ad beneficentiam & æquitatem hortatus sit, nunc pressius urgere volens, magis enī cleatè certas species enumerat, quæ pleniorē rei declarationem aferant. Semper enim homines recti & iusti alias videri volunt: vixque generali doctrina percelli possent, sed ubi ad species ventum est, quasi in rem præsentem adducti, cedere coguntur, vel saltē mitescunt: idque in dies ex- perimur.

18 V S D I C I T E P U P I L L O.) Duas hinc species eligit Propheta, è quibus hominū improbitas magis detergitur. Raro enim suscipiuntur causæ pupillorum & viduarum: propterca quod nulla ab insperata sperantur, Eò fit ut omnium iniuriæ patiantur, quod nullus eorum vindex prodeat: quia gratis nemo iustitiam colit, prompti verò ad diripiendos inopes & tenues quamplurimi. Idque ar-

b ii.

Exo. 22. c. gumento est, nemini curæ esse iudicium. nam potentibus esse amicos à quibus iuuentur, minime mirum est, dum spes præmii inuitat & allicit. Dominus autem declarat sibi curæ esse pupillos & viduas, s[e]que vindicem fore, si qua fuerint iniuria affecti. Idem ad alios omnes extendit, qui potest. *Levit. 21. d.* tentorum vi & tyrannica libidine oppresi gemunt. Quod summam consolationem afferre debet omnibus Dei filiis, quorum conditio est possidere animas suas in patientia. Ut cuncte enim se in 19. *1. Pet. 5. b. 7* solenter iactent hostes, nihil impedit quominus in angustiis suis triumphant, quorum animis hoc insidebit, V index erit Dominus. tametsi nos homines negligant, ipsi curæ sumus. destitutis opem feret, & eorum cauam tuebitur.

18. *VENITE AGEDVM.*) Solent vertere Quæsto, vel igitur. Sed mihi videtur significare fiduciam bonæ causæ. *vt nō*, sit hortantis, Agedum. Declarat enim Dominus Iudeos nihil habitueros quod respondeant: atque etiam si detur ipsi purgandi locus, mutos fore omnino. Et certe ita cum hypocriti agi necesse est. Deum enim audacter in disceptationem vocant, nec nullum faciunt terguerandi finem. Propterea dicit, si disceptare velint, se ex opposito paratum fore. Quæret fortè iterum aliquis, cur Prophetæ de secunda Legis tabula potissimum concionetur, ac non potius de cultu Dei. Scimus enim primam Tabulam haud frustra priore loco constitutam esse à Deo, cùm Legem partitus est. Nec dubium quin prior *vt ordine*, ita pondere antecedat. Respondeo, Prophetas cùm hominum hypocrisin reprehenderunt, variè loquitos esse. Interdum enim de violato Sabbatho queruntur: interdum autem Deum inuocatum non fuisse, præcipue vero idololatriam reprehendunt, & in superstitiones inuochuntur. Hic vero conqueritur Isaia de officiis erga proximos neglegit: sed vnu[s] & idem finis est omnium: nempe vana esse apud Deum opera nostra, cùm à recta conscientia non proficiuntur, & timoris Dei vacui sumus. Timorem autem nunc ab inuocatione nominis ipsius, nunc ab obseruatione Sabbathi, nunc ab aliis operibus designant: sed quia inter verum cultū & hypocrisin certius & magis conspicuum discrimen appetet in officiis charitatis, nō temere ab Isaiâ proferuntur. Nam hypocrites diligentes sunt in externo cultu & crenacionis: intus vero scatent inuidia, crepant superbia & contemptu fratrum, ardent avaritia & ambitione: nec facile, sibi sub illis inuolueris latet, detegi possunt. Sunt igitur ad istam regulam, velut ad Lydium lapidem examinandi. Hinc iudicium faciendum est, an Deum timeant. Nos quidem possemus falli, si ex lectione foliū Tabula de hominis pietate iudicaremus: verum si quis satisfaciat in officiis primæ Tabule, qua sunt pietatis & cultus Dei testimonia, tunc ad examen illud veniendum, an verletur cum aliis innocenter, & abstineat ab omni iniuria, fidem colat, humaniter se gerat cum fratribus. Hæc ratio est cur Christus dicat, misericordiam, iudicium, & fidem præcipua Legis esse: exprobrans Pharisæis quod decimas & oblationes vrgendo, tantum minutias persequerentur, veram iustitiam omitterent. Per fidem intelligit fidelitatem, quam vulgo dicimus, *Loyauté*. Per iudicium, omnem rectitudinem, cùm redditum cuique suum, nec alios violari patimur, op[er]umque ipsius fetimus, quantum in nobis est. Atqui si hæc præcipua sunt Legis, quo ordine collacanda erunt prioris Tabulae præcepta? Respondeo, suum quidem pondus & ordinem retinere: sed ex his quæ tam severè exigit Christus, & quibus insitit, hypocrisin apertius deprehendi, & melius iudicari an quis Deum verè timeat. Eodem sensu accipi debet, Misericordiam volo & non sacrificium. nam misericordia est specimen & probatio veræ pictatis. Deinde quia feria est charitatis demonstratio, per se placet Deo: sacrificia vero propter aliud. Nunc satis patere arbitror cur Isaia beneficentia potius meminit quam fidei vel inuocatis: & cur tanta variè loquuntur Prophetæ, cùm ad verum Dei cultum hypocritas reuocant, eumque à fratribus ostendit volunt.

Mat. 23. c.

23

Ho[ro]s. 6. c. 7.

& mat. 9. b

13; *& 12. 4.*

7

S I P R E V I N T.) Perinde est acsi dicteret, se non accusare innocentes, neque etiam litigandi se ita esse cupidum, vt sine magna necessitate eos accuset, vel causam prosequatur. Nam cum Deo ex postulare solent hypocrites, acsi nimis esset rigidus, deinde implacabilis. Imò excusationem hanc inueniunt suæ obstinationi, quod frusta nitantur cum Deo redire in gratiam. Quod si omnia ipsos deficiant, tamen ad diuerticulum hoc configunt, Non esse tam præcisè cum ipsis agendum: aliquid perfectissimis etiam quibusque condonandum esse. Ideo Prophetæ anteuertit, Deum ita loquentem inducens, Ego si opus sit, disceptationem non recuso, vbi constabit vestra peruvacia fieri, ne vla sit inter nos reconciliatio tantum afferre mundiciem cordis: omnisque inter nos controueria cessabat Nolim amplius litigare, si cor mihi integrum præstetis. Hinc colligimus eximiā consolationem, quod Deus non sic contendat nobiscum, quasi ad extrellum delicta nostra perficiat qui velit. Nam si serio ad ipsum conuertamur, statim redibit in gratiam, orationeque peccatorum nostrorum memoriam delabit, nec rationem reposcat. Nec enim similis est hominibus qui vel in levitate offendit, vt iure de nimia eius severitate querantur. Nam contentus mundicia cordis, quicquid offendit, crit vltro condonat, eos absoluens à quibus prouocatus fuit.

19. *S I V O L V E R I T I S.*) Dei causam aduersus populum persequitur Isaia. Atque in summa pronuntiat, non modò calamites quæcumque populus sustinebat, ipsius culpe imputandas esse: sed per cum stare quominus prosperaram & optabilem fortunam mox recuperaret: quia vltro ad ignorandum

scendum propensus sit Deus, modò non eorū obdurent. Quia verò felicitas videtur hic poni in manu & arbitrio hominum, fortiter contendunt Papistæ, homines proprio motu liberos esse ad eligendam vel bonum vel malum. Quasi vero Deus, vbi hominum persecaciam accusat, differat quāta sit vel qualis eorum facultas. Sed frustra diceret, si volueritis, nūli penes ipsos effet velle: Reipon deo quānnis non sit libera electio qualiter ipsi fingunt, iure tamen obinci peccatoribus eos sibi voluntarios esse malorum autores, quia sponte non coacti Dei iram in se protocant. Verum igitur est, speciale Dei esse bonum, vt quis ad bonum adspicit, simul tamen aquè verum est, si uiam reprobis prauitatem obstat, ne illuc adierant animum: idēquā totam obstinationis culpam in ipsis residere. Hinc pendet ista exprobratio, felicem & beatam vitam aeternam suissimam populum, si Deo se morigerum & obsequenterem præbuerit. Nam quum natura beneficis sit Deus, nihil præter ingratitudinem & malitiam nostram obstat, quominus ad nos quoque perueniat illa omnibus exposita liberalitas. Ex opposito grauem & teuernam denunciationem addit, in manu esse ultionem, vt tentiant non impune Deum contemni. Obscurandum porrò est regulam vinciam bene viuendi esse quam Deo & verbo eius obedientiam præstamus. Nam velle & audire nihil aliud est quām acquiescere ad morem gerendum Deo. Atque in his verbis est hypallage, quia sic refolui debet oratio, Si vobis promptus ad obsequendum animus, & voluntas parata est, vel quod idem valet: Si obedientem nūhi & verbo meo aurem præbueritis. Cum igitur Deus felicitatem hominis constituit in obedientia, sequitur recte institui vitam nostram, vbi Deum loquentem audimus, ipsique per omnia obtemperamus. Nunc quanta est hominum prauitas, cum alsidue loquenti Deo aures accommodare renuentes, oblatam & paratam felicitatem respuunt? Domidi sanè erant peruersi affectus, ne sibi miseri homines tram Dei accersendo, quasi furiosæ belua in aciem gladii sponte se proiicerent. Et notandum est, quod ultimam tandem vindictam minatur, vbi contumaciter recusaerunt Deo se subiisse.

O S D O M I N I .) Quoniam dum homines exceperat sua libido, parum minis tanguntur: vt tales illis socordiam excutiat Propheta, non ab homine mortali proferri hanc sententiam admonet, sed profectam esse ab ore Dei, qui flexibilis non est instar hominum, sed propositum constanter tenet. Ergo os Domini ad terrorem opponitur, vt serio aduerterit ad eius minas qui in suis virtutis quāsi sopiti iacent.

B O N V M T E R R A E .) Intelligit fructus quos terra suppeditat ad usus vitæ necessarios. Nā terra quodammodo maligna videtur, cum fructus suos non profert, & veluti in sinu retinet. Quāquam non dubito quin ad Legis promissiones alludat, vbi Deus terræ benedictionem cultoribus suis paratan fore allerit, quod largè suppetat bonorum omnium affluentia. Neque tamen commoda vite terrena offert, quod velet nos præsentis felicitate detineri, quam solam hypocritæ considerant, & in qua toti occupantur: sed vt contemplatione ipsius, in cælestem assurgamus, & tantæ honestatis gustu ad æternam quoque felicitatem delibandum nos affuefaciat. Hoc autem magis usitatum fuit populo veteri, vt bonorum præsentium gustu, velut imagine, ad hereditatem cælestem vocarentur. Quod discrimen diligenter notandum est, vt pro gradu ad quem nos Deus euerit, doctrinam hanc ad nos accōmodemus. Docere autem voluit Propheta veram felicitatem cum suis appendicibus confidere in obedientia Dei: amicos contumaciter agendo sibi omne malorum genus accertere, idēquā aduersa omnia peccatis & sceleribus nostris in putanda esse.

20 S I N O L V E R I T I S .) In pī grauiorem culpa penam semper esse putant, etiam si leniter eos Dominus castiget: & quāquam non proflus abfoluere se audent, eum tamen, vt prius diximus, non definiunt accutare nimiae severitatis. Propheta autem nullum finem malorum fore denuntiat donec assumpti sint: ac ne ī defunctos esse putarent mediocrius penas, quas eatenus erant perpetrati, adhuc multè grauiora ipsiū impendere Dei iudicia. Papista hunc locum ad statuendum liberum arbitrium detorquet atque ita colligunt: Si beati futuri sunt homines cum Deo parere volunt, sequitur hoc in nostra potestate situm esse. Argumento certè admodum puerili. nec enim per Prophetam differit Dominus quānam vel quanta sit nostra ad bonum vel malum facultas: sed monet nos in culpa esse, quominus bonis fruamur, dcinde æruminas quibus premimur, inobedientiae nostræ penas esse. Est autem longè diuersum, An homo ex mala voluntate bonam efficiere posset, querere: an verò mala voluntate, que ipsi ingenita est, contrahat sibi quicquid suffinet malorum. Perperam igitur & falsò hinc dogma suum de libera electione boni & mali colligunt subtiles & acutissimi doctores.

21 Q U O M O D O F A C T A E S T M E R E T R I X .) Quod plus vehementer habeat obiurgatio, & magis detestabile sit flagitium, quod ita à Deo & omni integritate populus desciuerit, quāsi ad rem prodigiolam exclamat. Et sanè mutatio illa fuit horribilis, quod a summa pietate in omnem scelerum coluuiem exciderit populus Deo facer & in regale Sacerdotium electus. Præterim verò de vrbe Ierosolyma loquitur, que Dei sacrarium & regia sedes erat. Eam nunc spoliarium esse latronum cōqueritur, que prius fidelis fuerat iustitiae custos, ex sancta & pura vertam in scortū. Ergo vt magis pudecerat degeneres Iudeos, qui à sanctis patribus longè alieni erāt, mirantis personā induit, ac itē disputat quomodo fieri hoc potuerit. Atque in nomine fidelis, meo iudicio alludit b. iii.

*Deut. 28. b.
11.*

*Exo. 19. 4.
6.*

ad fidem coniugalem, quam vxor maio seruare debet. significatio quidem latius patet: sed dum loci circumstantiam perpendo, Fidem pro casta non dubito accipere: qd omnia ducisum membrum paulo post opponit, meretricem vocans. Cum enim prius esset veluti vxori, honeste certe ergi fidem colens, nunc in scortum versa est, quod nihil pudeat ipsam suę turpitudinem. Hoc autem frequens est Scripturis, Ecclesiam vocari Dei vxorem: quicquid honoris gradum tenuit Ierofo, yma, quae diu spirituali pudicitiam coluit ac perficit in legitimo & puro Dei cultu: simulacra deficiunt, facta est meretrix Hanc Prophetę admirationem cum maximo dolore coniunctam fuisse eum in non est. hoc enim nobis instar portenti esse debet, cum homines deficiunt a Deo, & promissam fidem abnegant. Nec fieri potest, quin vires cordati, dum talem deficiētiōnēm considerant, extremo doloris senti afficiantur. Legimus Angelos conversione peccatoris unius in celis exultare ergo fieri non potest, quin viuis cuiusque interitum lugeant. Quantò igitur magis totius cuitatis & Ecclesiæ ruinam & exitium lugubrunt? Porro ista admiratio simul expostulationem continet: ac si Ierosolymæ diceret Propheta, E quām florenti statu decidisti in quas te conieciſti miseras? quanto te ipsum dedecore & ignominia affecisti? Cōmemoratio enim pristini status in quo floruerat, & fuerat honorificè tractata, magis eam permouere debebat. Nam quā aliquando honesta matrona fuit, longè magis de honore & fama solicita est, quām quā in flagitiis & libidinibus omnem vitam transegit.

P L E N A F V I T I V D I C T O) Ostendit quales illius quodam fidei fructus extiterint. Iudicium pro rectitudine simpliciter accipere possumus. Aut si quis malit iustitiam accipere, cum redditur cuique suum: iudicium verò, cum innocentium causa suscipitur, tenuerique & impes vindicantur ab iniuria. talis enim est Scripturæ vñs, cum vñ coniunguntur. Sed quia hic perfecta coniunctio non est, pro rectitudine simpliciter accipio: ut idem bis dicatur explicatio causa.

N V N C A V T E M H O M I C I D A E) Declarat quomodo Ierosolyma facta sit meretrix, quid enim antea iustitiam & æquitatem coleret, nunc homicidiis plena sit. Intelligit autem non sacerdos aut latrones, vt iam antea dictum est: qui fraudibus & rapinis sub iuris pretextu ad se attrahebant aliorum bona: qui denique non verabantur ex aquo & bono cum proximis, qualcunque tunc habiti fuerint. Ut interdum, & quidem ut plurimum, qui nequissimi sunt summo in pretio habentur. Ex hoc statu Ierosolymæ considerandum est quām sēpe satan in Ecclesiam Dei, velut latrato freno tyrannidem exerceat. Nam si usquam fuit Ecclesia, ea tunc Ierosolymæ fuit. Eam tamen spoliam fuisse latronum testatur Isaías, aut spoliariū in quo homines iugulabantur. Quod si ita potuit in ea graſſari satan, ne miremur idem quoque nobis accidere: sed demus operam, ne tā malis exemplis corrumphi nos finamus.

22 A R G E N T U M) Metaphorice loquitur Isaías: ac duabus quidem hic similitudinibus ostendit, quānus non palam inuersa sit rerum facies, mutatum tamen & corruptum esse statum, ut longè sit à priore dissimilis. Dicit enim pro argento nunc scoriari nitere: colorem etiam vini manere insipidum. Licet adhuc euaniadam speciem ostentes, nihil tamen, inquit Propheta, purum in te comperietur. Vinum illud quod in te purum esse solebat, corruptum est, ac quānus aspectu fallat, gustu cognoscitur depravatum. Hac autem non aliò pertinet, quām vt Iudei absterio fuso mala sua agnoscere incipiunt, nec sibi placeant amplius, ut hypocritæ solent. Cui rei aptissimæ sunt hā similitudines. Scoria enim simile nonnihil habet cum argento: similiter & aqua vino commixta, colore merum refert. Per multum tamen absunt à puritate, cuius speciem præ se ferunt. Ita & hypocrite fuso tanquam fallaci argenti colore se venditant: cum nihil pluris faciendi sint quām scoria: imo eò detestabiliors, quod cùm sint nequissimi, perfidè tamen non minus quām improbè, inanem cum, quo malitiam suam tegant, Deo & hominibus opponunt.

23 P R I N C I P E S T R I P E R V E R S I) Est hic elegans allusio vel paronomasia: ac si diceret, Primi, praui. Non ita loquitur de principiis, quasi plebs sancta esset & carcer omni reprehensione, sed originem mali ostendit. Quemadmodum enim nullus est morbus nocentior, quām qui ex capite in totum corpus diffundit, ita nullum pernicioſius malum in Republica prauo & corrupto Principi: qui suas corrupelas tam exemplo quām licentia in vniuersum corpus transfundit. Vide etiā prouerbium: *πάντα ἡ οὐτονόμη ποίησις δεσμωτής*. Perinde ergo est ac si diceret Propheta, non aliquid particulare vitium residere in plebe, sed graſſari scelerum licentiam in ipsis proceribus, atque ita totum corpus labi infectum esse. Subest enim amplificatio in nomine Principum, nam valde deplorandares est, cūm inde malum oritur, unde eius remedium peti oportet: speciem subiungit, quod sint socii furum: quibus significat, coercendis furtis & rapinis adeo non impendere operam, ut potius inde quāsum faciant: locis vero furum meritò nominat, qui accepta parte præda licentiam furandi inducunt. Neque vero aliter fieri potest, vbi Iudex prelio corruptio potius quam graſſentur impunè sceleris, ac si ipse cum authoribus colluderet.

V N V S Q U I S Q U E D I L I G I T M Y N V S) Simil fontem designat, cur se furibus sociauerint Principes, & se impia conspiratione alligauerint ad fouenda scelera, avaritiam scilicet. Nam vbi numerarii sunt iudices, actum est de æquitate, quia si persona acceptio, corruptio est iudicii, vt nullus sit æquitati locus: quisquis occupatus est avaritia, certe persona potius quām causam intuebitur.

bur. Itaque æquum & bonum perspicere non poterit: sed accidet, quemadmodum ait ille, ut fugat iura atque refugiat. Hinc monemui quanta virtus sit in magistratu, contemptus pecunia: quia nisi mentem, manus, oculos abstinentes habeat, nunquam nre poterit iudicare. Ridiculum est enim quod aut nonnulli, se animum purum & n corruptum retinere, etiam si munera accipiant. Quando illud Domini verum esse neediebat, Mun re excœari oculos sapientum, & peruerteri verba iustorum. Nemo igitur tam rectus, nemo tam oculatus & perspicax esse potest, cuius & mentem non falcinet munera, & oculos non perstringant. Vnde mentio tales iudices, furum tocos esse pronunciat, quia ex eo pecuniae amore correpti, simili & diuina & humana iura cœunt: nec ullus apud eos est æquatus locus, vel pudori.

Fab 23, b.
8, & deut.
16.d.19

Notandum est etiam Prophetam ut conuincat hypocritas, opera & manifesta & vulgo nota in medium proferre: quoniam aliter nunquam edderent. Nec tamen dubium, quin tune multi reclamerint, dum ita fures ipsos vocaret: ut hodie etiam plenique impudenter & præfraude clamitant se propterea non esse fures, quod oblata præmia & munera accipiant, neque enim se impediri quod minus recte iudicent. Ceterum quia fruile sunt certimodi responsiones, Propheta vbi probra eorum detexit, sua reprehensione contentus prolixus non litigat. Et certè natura dictat rectum iudicium ferr non posse, vbi iudices pretii & metecdis adeo sunt cupidi: quia fieri non potest quin & fid. m & famam undulatione protinus addicant.

C A V S A M P U P I E L I .) Quemadmodum pupilos & viduas Dominus peculiariter commendat, quod hominum præsidio defstituti sint: ita non mirum si ægræ fecerit eos deseriri a iudicibus, qui iplorum tutores & patroni esse debebant. Nam vbi nemo ad opem ferendam occurrit, quum ipsi nec consiliis, nec industria nec viribus pollicant, ut omnium iniurias & prædae impunè pateant necesse est. Iam vero vbi nulla habetur eorum ratio, sequitur avaritiam & rapinas, non æquitatem præualeat.

24 P R O P T E R E A D I C I T .) Priore loco ponitur vox Ἰακων quæ propriè Dominum significat, & relationem habet cum terro. Deinde additur nomen Ιακων quo exprimitur aeterna Dei silentia, & maiestas. Postquam ergo Iaia species quædam scelerum recensuit, vnde palam fieret, omnia in populo illo corrupta esse, nunc munari volens, ac proponere Dei iudicium, non modò Iudicis potest, atque & officio Deum ipsum ornat: sed simul admonet, filios Abrahæ pecularem esse eius populum: quo etiam tensi paulò post adiungit Fortem Irael. Quanquam subesse potest species ira, qua ludeos pungat, ac si dicaret, stulte cos gloriaris Dei nomine, quia ipsi sunt ferui nequam ac scelerati: frustra eius fortitudine confidere, quæ contra ipsos se mox conuerteret. Ita præfatus subiicit, Heu consolationem capiam, &c. Quibus verbis significat Deus non ante pacatum iri quam se peccatis satiauerit. Consolationis enim nomen usurpat humano more. Quemadmodum enim ira nihil aliud est, quam vescendi appetitus: ita vltio, satisfactio est. & vbi quis se vltus est, sibi gratulatur, & contentus est. Hoc quasi compensationis genere, ita se Dominus sumenda de hostiis poena sibi satisfactum dicit. Varie quidem exponitur hic locus, nec sumam hoc oneris, ut discussiam onines interpretationes, atque r. scellam, quia minus placebunt: fatis est modò genuinum sensum tencamus. Non loquitur hic de Chaldeis, aut Assyris, vt nonnulli putant, sed de ludeis quibus bellum Dei nomine velut eaducator indicit: quæ denuntiatio eorum auribus valde aspera fuit: quando hac Legè Deus se fœderatos putabant, vt hostibus ipsorum esset hostis. Ipse autem contraria, se hostem profitetur, quando totius eorum sceleribus provocatus fuerat. Atque hoc modo fœcordiam hypocritis executi necesse est, qui absiduè cum Deo bellum gerentes, non dubitant tamen eius tutelam obtendere. Quare nihil mirum, si oholè vocet Dei hostes Propheta, qui rupto fœdere tam hostiliter se cum ipso gesserint. Et tamen vt ostendat Deus se quodanmodo inuitum cogi ad peccata de populo suo exigendas, cum gemitu quodam minatur. Quia enim nihil ei magis proprium est quam benefacere: quoties nobis irascitur, ac securius nos trahat, certum est prauitate nostra huc adiungi, quia eius beneficentia liberum cursum non permitimus: præfertim vero propensus est ad suos humaniter tractandos, & dum videt indulgentiam suarum non esse amplius locum, quasi tristis ad puniendum accingitur. Nisi forte particularum, vñ, secus exponere libeat, quasi Deus iracundia accentus exclamat. Mihi tamen magis probatur hoc loco dolentis esse vocem: quia Deus federis sui minor, libenter electo populo parceret, nisi omnem veniam excluderet obstinatio. In secundo membro est ἡράδιμος Hebreis visitata, qui rem vnam sepe codem versu repetunt. Vnde etiam colligimus hoc tendere sententiam, non alter posse Deum quiete, donec vindicatus sit de scelere & perfido populo.

25 C O N V E R T A M M A N V M .) Moderatio proximæ comminationis. Etsi enim adhuc prosequitur quod dicere coepit de rigore, simul tamen admonet superstitem his cladibus, quæ infligendæ erant, fore Ecclesiam. Præcipue tamen fideles consolari propositum fuit, ne putent actum proflus de Ecclesia esse, quanvis eam alperius visitet Deus. Semper enim apud Prophetas cauet Spiritus, ne Filius Dei, qui semper ad eius verbum contremiscunt, minis ac terroribus fracti animos despondeant, nam quib audacius lasciviant impij, omnésque rident minas, magis trepidant qui fœtio Dei timore tanguntur. Ceterum, Conuersio manus Dei generaliter signum præfervit eius b. iii.

significat: ac si diceret, Excam manum meam. Quod bisariam facere solet, vel dum impios castigat, vel dum succurrat fidelium miseriis. Quum ergo ex circumstantia loci facilè appareat, Deum pœnae acerbitudinem velle interposito folatio lenire: Manus conuerio hic ad Ecclesiæ instauracionem referri debet. Quanvis enim in genere pronuntiauerit omnes sibi hostes esse, sermonem illum nunc temperat ac restringit, Ierusalem vel Sion nomine compellans, quum addit, Purgabo scoriæ, tametsi correctionis fructum designat, ne ultra modum grauius sit ac molesta fidelibus: colligimus tamen inde, purgationem Ecclesiæ proprium esse Dei opus. Semper in hunc finem manum exerit ad puniendo peccata, vt errantes in viam reuocet: sed nulal prodeſſent ferulae nisi vtilis eas redderet, intus corda tangendo. Et certè quia hic speciale gratiam commendat, qua suos electos dignatur, hinc iequitur plementiam verum ac proprium esse Spiritus sancti donum: quia alioquin sub flagelis magis ac magis obdureceret peccator, quām vel tantulum proficeret. Cæterum purgatio ad liquidum vt nulla scoria maneat, non ita debet intelligi, quali Deus Ecclesiam suam in hoc mundo penitus vñquam abſterget ab omni labe: quin potius hoc ad humanum modum reſſere conuenit. ac si diceret talem fore statum Ecclesiæ, vt inſtar mundi argenti reluceat eius sanctitas. Vera igitur puritas his verbis notatur, quum antè Iudæi ſibi in facib⁹ ſuis nimium placuerint. Eſt autem aptissima ſimilitudo, qua significat Propheta sic Dei Ecclesiam tunc fuſile refertam multis inquinamentis, vt tamen refiduum aliquid maneret, quod consumptis fôrdibus fulgorem ſuum recuperaret. Hoc etiam modo aptat singula membra inter ſe, quia prius de ſceleribus loquēs, dixerat argentum verum eſſe in ſcoriam.

26 RESTITVAM IVDICES.) Iam ſine figura loquitur. Et quia fontem & initium malorum dixerat eſſe in Principibus: ita ordinem illum diuinitus purgatum iri docet, quum Dominus volet veram Ecclesiæ sanitatem reddere. Et ſancte hinc publici ordinis integritas, ſi praesentē pī & ſancti gubernatores, quia impii dominantibus omnia peſſum eunt. Per Iudices & consiliarios ſatis notum eſt quoſuoſ Magiſtratus intelligentes fore promittens quales fuerant ab initio, reuocat in memoriam ſingulare Dei beneficium, quo priuati fuerant. Erexerat Deus ſuis aufſpicieſ Davidis ſolium, & in illo regimine volebat imaginem paterni ſui amoris lucere. Quum autem illud in pefſimam tyrannidem degeneraret, manebat tamen interim in anis tituli iactantia, quia non fecus gloriantur de regno Davidis, atque hodie ſuperbiunt Papistæ ſub fallaci Ecclesiæ prætextu. Quare meritò monetur populus ex qua felicitate exciderit Iuaculpa, ne ægræ ferat ſe diminui hominum numero, vt diuinum ordinem recuperet.

TVNC DICETVR DE TE.) Fructum eius reformationis, de qua locutus eſt, ad totum corpus extendit. Nam quia Ierosolymam dixerat Propheta antequam à Deo desciceret, vrbum fuſile fidelem, plenam iudicij: nunc vbi correcta fuerit, et alidem in ea virtutes dicit fore conspicuas. Hic etiam notatur vera respifeſtia ſumma. nam per iuſtitiam intelligitur integritas, dum quisque ſuum obtinet, & alii cum aliis innocentia viuant. Fidelitatis nomen latius patet: quia fidelis vocatur ciuitas nō ſolum vbi viget inter homines mutua aequitas & rectitudine, ſed etiam vbi Deus ſynecere colitur. Ita mentis caſtas & mundities comprehenditur ſub hoc nomine. Notandum tamen eſt ab hac fide manare iuſtitiam, quia vbi veraciter agimus inter nos, facile regnum obtinet iuſtitia. Et certè dum omnia propius expendo, videtur nunc Propheta fidem reſtrictius accipere quām paulo antè, & has duas virtutes ita connectere, quasi in eundem finem tendant, ac veritas quidem præcedat ordine, tanquam cauſa: iuſtitia verò fit eius effectus. Nec ſolum promittit Isaías iuſtam ac fidelem fore, ſed his quoque eloq̄uis fore inſignem: quo significat talem fore iuſtitiam, cuius notitia, vel fama paſsim ſpargatur. Scimus hypocritas etiam ornari honorificis titulis: fed quia Deum loquentem inducit Isaías, pro confefſo ſumit, re ipſa iuſtam fore vrbum, qualis prædicabitur. Inter ea, ſicut dixi, fructum vera conuersionis demonſtrat. ac si diceret, Vbi ad ſynceram pietatem reducta fuerit Ierosolyma, renouationem eius teſtata fore apud homines.

27 SION IN IVDICIO REDIMETVR.) Conſirmat tandem doctrinam. Et quia diſſicilis creditu erat Ecclesiæ reſtitutio, eam non ab hominum arbitrio pendere, ſed in Dei iuſtitia & iudicio eſſe fundatam. ac si diceret, Deum minimè paſſurum, vt in totum deleatur Ecclesiæ, quia iuſtus eſt. Conſilium ergo Propheta eſt, abſtrahere piorum ſenſus à cogitationibus terrenis, vt in ſperanda Ecclesiæ ſalute toti ad Deum intendant, neque definanſ bene ſperare, quanvis vbiq̄e pro adumentis cernant obſtacula. Falluntur enim longè qui iuſtitiam & iudicium referunt ad homines, ac si de ſtatu vi bis bene composito verba faceret Isaías: quia ſimplex ſenſus eſt quem posui, Quanvis nihil ſubſidiū conferat homines, Dei tamen iuſtitiam abunde ad Ecclesiæ redēptionem ſufficere. Et ſancte quandiu nos ipſos ſpectamus, quid ſpe concipere licebit? quām multa verò ſtatim ad fidem noſtrā debilitandam occurrent? tantum in Dei iuſtitia reperiſtur perpetua fiducie ſoliditas. Secundo membro exprimitur redēptionis modus, quod ſcilect exules, qui procul disperſi erant, iterum colligentur.

28 CONTRITIO AVTEM PRAEVARIATORVM.) Ne hypocritæ vllum ad ſe fructum ex hiſ promiſſionib⁹ pertinere putent, & inaniter glorientur, denuntiat ipſos perituros, vt cumque Ecclesiæ redimat, ſemper enim hypocritæ Ecclesiæ permixti ſunt: imo ſe conſtituant in inti-

anno eius finis: sed eam ab externa lata aestimant. Quicquid vero promittit Deus, ad se innox confidenter trahunt. Propheta exxit ipsi hanc fiduciam: si tamen fiducia vocari debet, quæ ex superbia & turgidi animi elatione oritur. Hic animaduertendum quanta prudentia opus habeat pri doctores, ut terrendo impios iudicio Dei, bonos interim sublevent, corumque animos sustentent aliqua consolatione, ne frangantur, ac concidant. Ex aduerso vero, cum fideles eriguntur promissio- ne Dei, amque impii preposterior ad se rapiunt, animosque attollunt in animi fiducia, haec ratio & via tenenda est, ut neque superbiendi occasio detur impiis, nec per eum animi decipiuntur vel labescant: sicuti hoc loco facit Ieremia. Nam loquutus de redēptione Ecclesiæ, interea tamen peccatoribus, ad eum fecelerat, exiūt minatur ut intelligent hac Dei beneficia ad se nihil pertinere.

Quanquam impios exitio addicentes, haec comparatione Dei gratiam a phisicis erga fideles, quæ longe clarior cōspicitur, vbi Deus pereuntibus reprobis, suos tuerit incolumes: sicuti dicitur Psalmus 91.b.7. Iterum etiam meiorē temperat, quo excruciare poterat pias mentes Ecclesiæ dimi- nutio, quia admonet non posse totum corpus alter esse saluum, nisi corruptione inde ablata.

29 NE MPE PVDEFIENT.) Hebraicè ponitur causalis particula ו, sed quæ saepè etiam exegética est. Quia autem nihil hic nouum dicit Propheta, sed tantum explicat causam interitus qui impios manebat, bene cōgruere vita est diictio. Nempe ac si dixisset Propheta, nullum illis infelius malum fore sua superstitione: Idola, inquit, quæ vobis accesseritis in praesidium salutis, potius exitum afferent. Quid olim quidam vertunt בְּנֵי Deos, refellit ipso contextu: quia, continuò post additur nomen lucorum. Ceterum, tam sub arboribus quam lucis per synecdochēm sicuti omnes cultus perstringit. Etsi enim multiplex fuit apud Iudeos idolatria, haec tamen species inter alias maximè fuit vngaros, lucos & tylas sibi diligentes ad offerenda sacrificia. Siue autem lucos siue hortos secundo membro legere placat, non dubium est altaria & facella notari, vbi peruersos fuisse cultus erexerant. Etsi enim non erat animus à verò Deo palam deficere, communicebantur tamen nouos cultus: & quasi locus vno aliis Deo magis placet, eum consecrabant, sicuti factum videmus in Papatu. Statim vero sequitur persona mutatio: quia vt grauior sit obiurgatio, impios ipsos compellat, de quibus loquutus erat in tercia persona. Porro concupiscendi verbo, vfanum studium taxat, quo flagrare solent impii in suis superstitionibus. Toto animo decebat ardenter ad unum Deum ferri: arqui cæco impetu ad fictitious cultus profligunt, non secus acsi beluina eos impelleret libido. Imò hic morbus humanis ferè ingenis initus est, ut reliquo vero Deo, sc̄t ad idolis insistant. Vnde Scriptura furorem hunc saepè comparat meretricis amoribus, qui non modò rationem omnem, sed pudorem quoque executant. quanquam non solam intemperiem notari, sed vitiandi cultus Dei audaciam, apparet ex secundo membro, vbi dicit elegisse hortos: quod verbum Legis præceptio oponitur. Quibusunque enim colonibus fucare suas superstitiones conentur increduli, fixum tamen illud manet. Obedientiam præstare omnibus victimis. Ideoque Paulus sub nomine קָדְשָׁן בָּרוּךְ הוּא complectitur percutiōes omnes cultus, quos sibi absque Dei mandato fabricant homines. Conqueritur ergo Deus, contempto suo verbo, Iudeos propriis figuris fuisse addictos: quasi diceret, vestrum erat mihi obedire, vobis autem cordi fuit libera electio, vel potius effrenis hecitia. Atque h̄c vnum ad damnanda hominum inuenta fatis est, quod Dei colendi modum eligere fas non fit, quia penes ipsum est ius mandandi: Deus tunc non nisi Ierosolymæ iussit sacraria sibi offiri, alii locis cum oblectari Iudei putabant: quod falsum etiam delirium profanas gentes decepit. Atque vnam non longius progressum esset, sed videmus ut Papistæ idem error occupet. denique experientia ostendit communem hunc feculsi omnibus esse mörbum. Si quis excipiat non tantum fuisse momenti in loco, vt Deus cultus sibi passim exhibitos tantopere abominari debucrit: primum tenenda est ratio, cur sibi tunc voluerit vnum esse Altare duntaxat, nempe vt hoc vinculum esset sacrae unitatis rudi populo, atque eadem maneret inuiolabilis religio. Ceterum, vt esset haec specialis causa, tenendum est principium illud de minimis quibusque rebus data fuisse præcepta, vt Iudei ad obedientiam melius affuerent. Nam quia devotionis colore tegitur superstitionis fieri vix potest, quin sibi indulgent homines in suis cōmentis. Atque quum mater vera religionis sit obedientia, sequitur, electionem hominum esse superstitionum omnium fontem. Addendum hoc quoque est, sicuti ante Ieremia reprehendit quæ aduersus charitatem, ac secundam Legis tabulam regnabant in populo scelerata: ita nunc de violatione prioris Tabulae conqueri. Nam quum tota iustitia perfectio in Legis obseruatione sita sit, vbi hominum peccata coarguer volunt Prophetæ, nunc de priore, nunc de secunda Legis tabula concionantur. Semper autem obseruanda est synecdochica loquendi forma, dum sub vna specie, genus totum comprehendunt.

30 ERITIS CERTE.) ו Affirmatiæ accipi potest, sicuti verti: & videtur alludere Propheta ad lucos illos quibus Dei cultum perperam alligauerant. Nam quia hortorum meminrat, fulciāt quā in illis locabant exprobrans, arditatem minatur: Placetis, inquit, vobis in hortis & arboribus vestris atque enīs ut arbores siccae & deciduae. Deridet ergo Dominus vanam idolatriam iactantiam, qui mirè sibi blandiuntur in figuris suis: & cœlum sibi patere putant, cum in ceremoniis suis versantur. Ut hodie Papistæ cum lampades suas accenderent, & ornarent templum

1.Sam.15.

e.22

Col.2.d.23

Deut.12.

b.13

ſua, cùm ſplendent auro & gemmis: cùm organa & cymbala pulſarunt, bene beateque ſibi eſſe putant, acſi centies placato Deo, nihil iam metuendum eſſet incommodi.

31 E R I T Q U E D E U S V E S T E R.) non ſignificat forteſt. Hic verò tranſeretur ad Deum: ac nihilominus ſignificationem ſuam retinet, perinde acſi diceret: Deus qui veſtra forteſt erat, in ſtuppa conueretur.

F I C T O R E I V S.) Effectorem intelligit: ſed quoniam mentio fit idoli, ſecundum ſubia-centem materiam tranſerri debet. Aliqui hic reliſcentiam ſubindicari exiſtimant: quòd ſcili-cket idololatræ agnōſent ſtultitiam ſuam, & pudeſtē comburent idola ſua. Sed alius mihi vide-tur eſſe ſenſus, nam quemadmodum ignis ex arida materia conficitur, cuiuſmodi ſtuppa eſt: ita, in-quit Prophetæ, colligit Deus, & vos & idola veſtra in vnum aceruum, veluti cùm pyra exſtruitur, vt vna conuamini. Vt idola ſint veluti ſtuppa, homines verò inſtar ignis: idemque omnes vna incendium abſummat.

N E C E R I T Q U I E X T I N G V A T.) Obſeruandum eſt Prophetas, cùm mentionem fa-ciunt ira Dei, eam externis ſymbolis repræſentare, eò quòd percipi oculis, aut vlo alio ſenſu non poſſit. Ira ergo Domini qua delentur impii, comparatur igni, quo omnia abſumuntur. Nunc ſatis perſpicuum eſt quid veſt Prophetæ: nempe, impios omnes, qualicunque fiducia prædicti ſint, peri-turos. Imò maius exitium iſorum fore, quòd in res falſas ac inaneſ fiduciā ſuā locarint, omni-nóque interitum iſpis adfore, vnde ſalutem falſā ſperauerant. Simulachra enim & idola, fomenta-ſunt ira Dei, quibus incextingibile incendium conflatr.

C A P V T II.

1  Erbum quod vidit Ifaias filius Amos ſuper Iuda & Ie-rusalem.

2  Et accidet in nouiſſimo dierum, vt ſtatuantur mōs do-mus Iehouæ in verticem montium, & erigatur ſupra omnes colles: & fluent ad eum omnes gentes.

3 Et venient populi multi, ac diſtent, Venite, & ascendemus in mon-tem Iehouæ, in domum Dei Iacob. Et iſtituet nos in viis ſuis, & ambu-labimus in ſemitis eius. Quoniam ē Sion exibit Lex, & verbum Domini ē Ierusalem.

4 Et iudicabit inter gentes, arguētque populos multos: & concident gladios ſuos in ligones, & lanceas ſuas in falces: nec leuabit gens in gen-tem gladium, nec conſuēſcent vltra prælio.

5 Domus Iacob venite: & ambulabimus in lumine Domini.

6 Certè deſeruisti populum tuū, domum Iacob: eò quòd impleti ſint "Vel, anti- "Oriente, & auguribus, vt Philistæ: atque in filiis alienis acquieuerint. quitate.

7 Impleta eſt terra eius argento, & auro: nec finis theſauris eius. Equis quoque repleta eſt terra eius, nec quadrigis eius finis.

8 Impleta eſt etiam terra eius idolis: & coram opere manuum ſuarum ſe incuruarunt, coram eo quod finixerunt digiti iſorum.

"Vel, non remittas.
9 Et inclinatus eſt homo, & humiliatus eſt vir: ideo ne remittas.

10 Ingridere in petram: abscondere in puluere à conspectu pauoris Domini, & gloria magnificențiae eius.

11 Sublimitas oculorum hominis humiliabitur, & incuruabitur alti-tudo hominum, & exaltabitur Iehoua ſolus in die illa.

12 Quoniam dies Iehouæ exercituum ſuper omnem ſuperbum & ex-cellum, & ſuper omne eleuatum, & humile erit.

13 Super omnes, inquam, cedros Libani ſublimes & eleuatos, ſuper o-mnes quercus Baſan.

- 14 Et super omnes montes excelsos, & super omnes colles elevatos.
 15 Et super omnem turrim excelsam, & super omnem murum minutum.
 16 Super omnes natus Tharsis, & super exquisitas picturas.
 17 Et incuruabitur celitudo hominis, & humiliabitur altitudo hominum, & exaltabitur Iehoua solus in die illa.
 18 Idola autem in vniuersum abolebit.
 19 Et ingredientur in cauerias petrarum, & in voragine terrae, à praesentia terroris Iehouæ & gloria maiestatis eius: cum surrexerit ut concutiat terram.
 20 In die illa proiiciet homo idola sua argentea, & idola sua aurea, quæ fecerunt ei ad adorandum, in caueriam talparum & vespertilionum.
 21 Et ingredientur in scissuras petrarum, & cacumina saxorum, à facie pauoris Iehouæ & gloria maiestatis eius: cum surrexerit ut concutiat terram.
 22 Cessate igitur ab homine cuius in nare spiritus. "Quaenam in re vel ad quid, vel quanti?

IN CAPUT II.

IER B V M Q V O D V I D I T .) Hæc Prophætia confirmatio est eius doctrinæ quam paulo ante habuimus de restituenda Ecclesia. Nam cum difficile sit, dum ardor ira Dei, & longe latèque omnia consumit, vel eius minæ terrorem incutient, quasi in medio extio spem salutis concipere, tunc nudæ promissiones ad nos iusti-
 feros & fedandum pauorem vix sufficiunt. Ideo ad consolationem quæ iam lata fuerat, specialem hanc visionem accedere voluit Dominus vice confirmationis: ut certius firmiùsque testatum nobis relinqueret, Ecclesiæ suam nullis eladiis perituram esse. Itaque non dubito quin hæc vi-
 sio, eum versu 26, & 27. superioris capituli conueniat. Hinc agnoscimus quis fuerit visus ac finis vi-
 sionum. Quod enim doctrina interdum per se non satis apud nos valeat, ideo visiones addit Deus,
 quibus doctrinam apud nos suam obsignat. Cum ergo connexa sit hæc visio cum superiori pro-
 missione, utilem doctrinam inde colligimus: nempe visiones quæcumque suis Prophetis olim Deus
 obtulit, adiungendas esse promissionibus, ut sint carum sigilla. Atque hinc mirantur Dei bonitatem
 magis magisque agnoscimus: quod non contentus simplici verbo, rerum quoque imagines quasi
 oculis subniciat. Confirmationem autem adiunxit, quod Ecclesiæ restitutio, res magni sit admodum
 momenti, & cogniti necessaria. Vbi enim veritas Domini, vbi fides, si nulla sit Ecclesiæ? Nam
 si nulla sit, sequitur Deum mendacem esse & falsa quæcumque in Verbo extant omnia. At vero si
 cuti Deus sepe, quod incognitis rationibus absque hominum ope eam conferuet, memoradis do-
 cumentis ostendit: ita hoc nunc idem se facturum, nobili vaticinio testatur. Eius autem duplex fuit
 visus. Nam quum Isaías & post eum quoque alii, nullum territandi timorem in obstinata populi ma-
 litia facturi essent, donec Templo exusto & excisa virbe, in exilium ludæi traherentur: tanta asper-
 itas apud fideles, aliquo spei solatio temperanda fuit. Deinde quum in captiuitate languerent, ac
 post redditum etiam variæ subinde clades animos concuterent, ac tandem horreda vastitas &
 confusio desperatione propedium obrueret, cœtus deficerre poterant, nisi suffissent subleuati. Instau-
 ratio autem promissa iam collapsos erexit & constantia stabiluit, ut saltum Dei inuocatio, quæ vi-
 nicum & indubium extremis malis est remedium, apud eos vigeret. 1 Cor. 10. alii Rem vertunt ut gene-
 ralis est vocis huius significatio sed melius est pro decreto accipere. Id fibi Isaías speciali visione pa-
 tes factum esse dicit.

2 ET ACCIDENT IN NOVISSIMO.) Cum finem vel extremitatem dierum no-
 minat, meminerimus eum de regno Christi loqui: atque simul tenenda ratio, cur ita regnum Chri-
 sti vocet. Nam usque ad illud tempus omnia veluti suspensta erant, ne populus oculos defigeret in
 præsentem rerum statum, qui umbra tantum fuit: sed in Redemptorem, per quem exhibenda erat
 veritas. Postquam ergo aduenit Christus, si tempus illud conferatur cum nostro, finis etatuum veræ
 in nos incidit. Qui vero tunc vixerunt Patres, eos oportuit velut protensi, brachiis ad Christum
 contendere. Et cum rerum omnium instauracio ab eius aduentu penderet, non immergit huc
 que iubetus spem suam differre. Semper quidem illis utile fuit cognoscere perfectiorem sub Chri-
 sto fore Ecclesiæ statum: præsertim quia sub figuris detinebantur, & interea variis inclinationibus

obnoxii erant : quia D^{ominus} consul^tò ut suspensos teneret , variis modis expergefacere eos voluit . Sed huius vaticinii peculiari fuit circumstantia : quia per annos quadragesimos vel circiter , milles examinari poterant , nisi in mentem venisset dierum plenitudo , in qua Eccl^{esi}a restituenda erat integratas . Ergo prout variis tempestibus ferè subuersa fuit Eccl^{esi}a , qui que fidelium in suo naufragio vocem hanc instar tabulae arripuit , qua vsque in portum enataret . Notandum interea est , perfectionem dierum ita cœpisse à Christi aduentu , vt continua tamen serie fluat vsque dum rursus appareat in salutem nostram .

V T S T A T V A T V R .) H^cec visio in speciem ridicula videri potuit : non modò quia Sion colliculus fuit haud altè eminens , ac si quis pauxillum pulueris cum ingentibus montibus contulisset : sed quia paulo antè de eius ruina concionatus fuerat . Quomodo igitur credibile erat montem Sion , omni dignitate amissum , rursus fore tanto splendore nobilem , ut Gentium omnium oculos in se conuerteret ? Perinde tamen extollitur , acsi foret Olympo celsior . Iactent , vt voluerint Gentes , suos p^ræcessos montes : nihil enim futuri sint p^ræ isto colle , quanuis abiecto & humili , inquit Isaias . Hoc certè secundum naturam verisimile non erat . Quid ? an Sion suspendetur in nubibus ? ideoque ab impiis hoc derisum fuisse dubium non est : quando semper para est impietas ad lascivendum aduersus Deum . Iam circumstantia quam attigi , fidem abrogabat vaticinio . Quis enim , postquam exciso templo cum summo dedecore conciderat , tam repente surgere potuit ? Non est tamen frustra vaticinatus Isaias . hic enim collis tandem supra omnes montes verè eue^ctit est : quoniam inde audita est vox Domini , ac per totum orbem detonauit , quæ nos in celum vique erigeret : hinc refusit celestis Dei maiestas : denique quum esset Dei sacrarium , prestantia altitudine totum mundum superauit . Est autem notandus Prophetæ vsus : quod scilicet consolationem afferre voluit Isaias , quæ in captiuitate , populi animos fulciret : vt quanuis nullum extaret templum , nulla sacrificia fierent , diruta iacent omnia , vigeret tamen spes ista in animis piorum : atque in tanta valitate , tāque deformibus ruinis h^cec animo conciperent : Mons quidem Domini desertus est , sed adhuc in ea sedem habebit : maiorque erit huius montis gloria , quam cæterorum omnium . Ne ergo id futurum dubitarent , Prophetæ ipsi^s velut tabulam h^cec depinxit , in qua Dei gloriam intuerentur . Nam et si mons extabat , fuit tamen feeda solitudine ferè detestabilis , postquam à Deo desertus , decorem suum perdidera^t . Pios autem non ruinas illas , sed visiōnem hanc spectare oportebat . Porrò cur tam magnificè loquatur de exaltatione montis Sion , satis appetit ex sequentibus : quoniam illinc manauit Euangelium , in quo resulget imago Dei . Montes enim alii poterant altitudine superare : sed quia gloria Dei p^ræminent , montem etiam in quo patefit , eminere necesse est . Montem ergo Sion per se non p^rædicat , sed cum suo ornatu : quo etiam vniuersus orbis illustrans erat .

3 E T V E N I T P O P V L I .) Proximo versu breuiter attigerat , vnde tanta monti Sion nobilitas , quod scilicet futurus esset ad eum concursus omnium Gentium , acsi fluui magna aquarum copia decurrente : nunc idem plenius declarat fine addito . Quæri enim poterat , quorū turmatim ex terris longinquis illuc confluerent diuersi populi : dicit ergo studium Dei colendi illis in causa fore . Subest autem in voce נָבָרֶךְ , antithesis . quia significat non vnam tantum fore gentem ut olim , quæ vero Deo colendo se addicat , sed qui prorsus alieni fuerat , venturos in eundem Religionis consensum . acsi dicret : vnde quaque colligendam esse Ecclesiam , quæ prius velut in angulo conclusa fuerat . Itaque Multos , pro Diuersis potuit : quia haud dubiè extenuare noluit quod nuper dixerat de cunctis gentibus . Cæterum , quanvis nunquam hoc impletum fuerit , vt totius orbis populi reliqua quisque patria , in ludicra concederent : quia tamen Euangeli^s doctrina , qua sibi Deus Ecclesiam collegit promiscue ex toto mundo , prodit ex monte Sion , meritò illuc venturos esse dicit , qui vno fidei consensu fœdus æternæ salutis amplexi , coaluerunt in vnam Ecclesiam . Tenenda est etiam analogia inter legales figuræ , & spiritualem cultum , qualis esse cœpit à Christi aduentu .

E T D I C E N T , V E N I T E .) His verbis primū exprimit tanto studii ardore p^rædictos fore pios ad propagandam pietatis doctrinam , vt sua quisque vocatione & priuata notitia non contentus , alios secum trahere appetat . Et certè nihil à fidei natura magis remotum hoc torpore , si quisque posthabita fratrum cura , lumen scientiæ intus suffocatum premat . Et vt quisque prior a aliis vocatus est , ita sedulò incumbere debet , vt aliis præluecat . Atque h^cec ordinaria est colligendæ Ecclesiæ ratio , nempe per externam hominum vocem . Etsi enim fingulos posset Deus arcano afflato adducere , homines tamen adhibet ministros , vt eos in sollicitudine mutuæ salutis exerceat . Hoc etiam modo conciliat eos melius inter se , & experimentum docilitatis capit , dum alii ab aliis regi sustinent . Deinde ostendit Isaias , quicunque docendi & exhortandi partes sibi sumunt , non debere sedendo alii p^rincipere , quin se adiungant simul comites , vt vnanimes ambulent : sicuti videmus quosdam securissimos esse magistros , & strenuos impulsores , qui tamen interea pedem non mouent . Atqui hic non imperant fidèles fratribus , Ascendite : quin potius viam p^ræmonstrant suo exemplo . Quare h^cec vera utiliter docendi ratio est , dum re ipsa p^ræstante quod exigimus , palam facimus nos serio & sincere loqui .

I N S T I T U E T N O S I N V I I S [S]VIS .) Primò ostendit non ritè coli Deum , nisi p^ræluecat doctrina .

doctrina deinde Ecclesiæ vnicum doctorem esse Deum, à eius ore pendere nos decet. Vnde sequitur, nihil minus Deo placere, quā stultas & vagas devotiones, vt loquuntur. Deinde quanvis vtatur hominum opera in docendo, hoc tamen sibi retinere proprium, ne quid præter verbum tuum proferant. Hanc regulam si fecuti essent quicunque se vocabant Ecclesiæ doctores non tā fidei immensa & cōfūia superstitionum varietate corrupta fuisset Religio. Nec verò aliter fieri potest dum circumagimur hominū placitis, quin distrahamur per variis errores. Merito itaque Isaia ius & officium docendæ Ecclesiæ vni Deo vendicans, ora obstruit cunctis mortalibus. Docendi verò munus non in aliud finem Pastoribus mandari, nisi ut solus Deus audiat. Quia sententia se cogit in ordinem patientur quicunque se probare volunt Dei ministros, ne quid eius magisterio derogent. Ad verbum est, Docet nos de viis suis: quod tantum valet, Docet nos qualēnam fuit via sua, aut vias suas perfectæ doctrinæ loco proponet. Postea adiungit obedientiam, dicens, Ambulabimus in sententiis eius: quo finem simul & fructum denotat. Neque enim speculativa doctrina nobis traditur ex ore Dei, sed quā via nostræ cursum dirigat, ac nos formet in eius obsequiū. sed iterum notandum est, vias & lemitas vocari Dei præcepta, vt sciamus miserè aberrare qui vel minimum ab illis deflectunt. Ita corectur omnis licentia, & cuius etiā à minimo usque ad maximum præscribitur docilis regula, vt se contineant sub Dei verbo.

QVONIAM E S I O N E X I B I T L E X .) Explicatio est superioris verticali, quo dicebat montem Sion supra omnes montes collocandum esse, tunc scilicet in supernum honoris fastigium eucl̄um iri, cū enī fons salutaris doctrinæ, quæ in totum mundum exundet. Legem *Sup. a. b. 10* nominatis, sed alibi diximus de etymologia huius nominis. nam enim doctrinam significat, quam omnium perfectissimam Lex continet. Itaque Propheticō more loquitur, nam quā à Lege pertenda esset pietatis regula, per synecdochen, cius nomine totam doctrinam Dei comprehendere solebant, quemadmodum etiam sub Altari nomine, cultum Dei. Porro vaticinum hoc, quām sciamus implūtum fuisse, quām illinc initium coepit prædicatio Euangeli, (Christus enim prius ī Ieroſolyma docuit) ac deinde per vias eius orbem manavit eius doctrina. Legis nomine restitūt, & accipere non conuenit, quia potius abrogata tunc fuit, quoad figuræ & icūle ing. Vnde colligimus inde finitè transcripsit D. i sermonē. Et Prophetæ vbi dicunt orituras aquas ex templo quā irrigent totum orbem, met̄aphorice ea demonstrant, quā hic simpliciter docet Isaías: nempe, originem doctrinæ salutaris ex eo loco fore. Inde enim Apostoli & reliqui Doctores Euangeliū in totum orbem sparserunt. Est autem obseruanda ratio cur hæc dixerit Prophetæ: nē pe, vt pios confirmaret aduersus mutations varias, quā animos corum certius aliqui fitāgere potuissent. Id, qd̄que offendiculis occurrente, & piorum animos munire operæ precium fuit, qualis eunge sit reū vestrarum status, & vndique vos trāmū opprimant, hoc tamen certissimā spe expectat. Legem egressuram ē Sion, & verbū Domini ē Ieroſolyma, hoc enim iniurabilē Dominii decretum est, quod nulla varietate temporum aut mutatione irritum erit. Quā necessaria fuerit pīs hæc contolatio facile colligitur ex temporum ratione, quā deinde secuta est. Deserta enim Iud. et dī uito Templo, cetero cultu Dei, & deleta proīs Ecclesiæ forma, inualecēte gratia tyrannidē debilitari animos, omnēmque spem abiūti facile erat. Rursum cū reducēt ē Babylonē Iudæis, horreñā paulatim superstitiones inauiscent, & Sacerdotes legiūnā ad ministratiōnē loco impīa tyrannidē vñspassent, quid pīs in mentem venire poterat, nisi concordie religionem, & tūm esse de cultu Dei, nī ipsos hæc promissio subleuasset? Nec enim dubitum, hanc quā ex int̄estinī virtutis accidit tentationem, exilio Babylonico fuisse gratiorē. Quāndiu exulabant, saltē erant eis Prophetæ, quorum doctrina erigebantur: in ea vero cori upiela, ademptus erat doctrinæ fructus, nec villa pietatis aut religionis ratio habebatur, sed sola huius vaticinii cultura opportūnē sustinuit eos Dominus. Quid enim Lex, propria sua fede quā illi consecrassit Deus videbatur, deinde & fidei profanata erat? Quis ergo putasset non ibi modō illi fore locum, sed etiam vñbique in locis extēnīs & longissime disiatis regnaturam? Prophetæ exadi seruo non modō statuāt suō loco Legem protuntiatis, sed longius exiturā, quo significat non amplius circumscrip̄tū iri pīstis cancellis: quia G. c. tib⁹ promissiū sit publicanda. Et eccl̄ē plurimū apud Apostolos autoritatis & ponderis hoc habuit, cū se ad ea quā hic promissiūntur præstanta, ordinatos esse intelligerent. Alioqui nunquam subire prouinciam aut obvient, nunquā ad pergendū fuissent satis animati, nunquam denique parcs fuissent oneris sustinendo, cū præsertim totus orbis furiosē ipsi resistret. Sed intelligebant cū à quo hoc promissum, & inaudita huius nuntii perferendi prouincia fuerat, omnes difficultates facile superaturum. Oferuandū quoque magnam hinc fiduci nostrę confirmationem accedere, quum audimus de Etīnā Euangeliū ē Sion prodīsse, quia inde colligimus non esse nouam aut ruper ortam: sed eternam esse Dei veritatem, de qua seculis omnibus testimonium extitit priusq. ā in lucē prediret. Colligimus etiam oportuisse abrogari veteres omnes ceremonias, & nouam docendi formā exercitiis, quanvis eadem doctrina substantia remaneat. Nam Lex olim ē monte Sina prodiit: tunc ē Sion. Exod. 19. d. Ergo nouam formam induit. Duo igitur animaduertenda sunt: primū, Doctrinam D. i candem esse, & sui perpetuū similem: ne quis Deum variationis arguat, quasi paucū sibi constet. Ceterū c. i.

quamvis sit nunc Lex Domini eadem quæ fuit: tamen cum noua veste prodiit è Sion . deinde abrogatis cæmoniis & vmbbris patefactus est Christus, in quo earum veritas deprehenditur.

E T I V D I C A B I T I N T E R P O P U L O S.) Doctrinam significat instar regis sceptri fore, vt Deus inter omnes populos emineat. Nam vel bim Iudicandi Hebræis per synecdochen pro gubernare vel regere accipitur. Quia ergo Deus populum vnum duntaxat suo imperio regendū fuisseperat, Prophetæ hic docet ampliandæ esse regni fines, vt diuersis gentibus præsit. Discrimen etiam tacitè notat inter vmbraitæ Dauidis regnum, & hoc alterum quod longè excellentius futurum erat. Tunc ergo præfuit Deus electo populo per manum Dauidis: Christi vero aduentu per seipsum regnare ceperit, nempe in persona unigeniti Filii, qui verè Deus est manifestatus in carne. Exprimunt quidem interdum Prophetæ Dauidis nomen vbi de regno Christi agitur, & meritò, naturæ scilicet humanæ respectu: quia Redemptor ex illa familia promissus erat: sed hic diuina eius maiestas extollitur, vnde patet quātùm præstantior sit nouæ Ecclesiæ conditio, quām veteris: ex quo Deus rex apparuit in Filio suo. Atque iterum Gentium vocationem confirmat, quia non solis Iudeis destinatur Christus, vt inter eos regnet, sed vt iurisdictionem suam obtineat in toto mundo.

A R G V E T Q Y E P O P U L O S.) Verbum נָא aliquando expostulare significat, aliquando corrigerre, item præparare. sed huic loco recepta interpretatio optimè conuenit, vbi de Ecclesiæ reformatione loquitur Prophetæ. Correctione enim opus est, vt Deo nos subiictere discamus. nam pro ingenita nobis contumacia, nunquam proficiemus in verbo Dei, nisi violenter subacti. Ideo & Christus hinc facit initium prædicandi Euangelij, vt arguator mundus de peccato. Ergo ne profectu caret doctrina, docet Isaías frangendam esse carnis nostræ contumaciam idcōque partes judicis assignat Deo, vt vitam nostram examinet, vitiisque nostra damnando, mores nostros reformat in melius. Et sicut videlicet, vt frigat Euangelium, nisi vbi viger illa Spiritus iurisdictio, quæ homines ad penitentiam adducat.

E T C O N C I D E N T G L A D I O S.) Subiectum frumentum qui inde sequetur, cùm Christus Genes & populos sub imperium suum redegerit. Pace nihil optabilius: sed dum omnes se fingunt ap petere, insani cupiditatibus eam quisque perturbat. Superbia enim & auaritia, & anibitio faciunt, vt crudeliter a' illi a' alios inturget. Ergo quia naturaliter ad tumultuandum suis libidinibus fermentur homines, huius malis co' rectio hic ab Isaia promittitur: quia sicut Euangelium doctrina est reconciliationis, quæ dissidium tollat inter nos & Deum, ita homines inter se pacificat & tranquillat. Summa est, p. alium Christi mantinetum fore, & deposita ferocia, pacis studio addicatum. Neque quidam hoc restringere voluerunt ad tempus quo Christus natus est: quia tunc post Ascensionem, pugnam, clausum fuerit templum Iherosolymitanum, vt patet ex historiis. Libenter quidem recipio pacem illam quæ nascente Christo vniuersali fuit in Romano imperio, i symbolum fuisse pacis æternæ, cuius in Christo potinur. sed aliud voluit Prophetæ: nempe Christum ita reconciliare homines Deo, vt etiam inter ipsos pacatis exstrialibus turbis, pax talularis conflet. Nam si tollatur Christus, non tantum ab alienati sumus à Deo, sed apertum atsidu: bellum cum eo gerimus, quod iuste in capita nostra retorquet: vnde fit, vt turbulentia sint omnia in mundo. Porro dissidiis pacandis, optimum fore remedium promittit Isaías, vbi Euangelium pronulgabitur: neque id modò, sed vt abolitis odiis ad mutuum opem ferendam proponesi sint. Non enim simpliciter dicit, Conterentur gladii, sed, Vertentur in ligones, quo demonstrat talem mutationem futuram, vt quum antea alii alias vexarent, variisque iniuriis afficerent, deinceps pacem & amicitiam collant, operasque suas conferant in communem omnium utilitatem. Ligones enim & falces instrumenta sunt apta agricultura, quæ hominum vita utilis ac necessaria est. Ostendit igitur vbi regnabit Christus, illuc etiam vltro citróque benevolentia officiis certaturos, quos prius nocendi cupiditas huc illuc raptabat.

N E Q U E A S S E V E N T V L T R A P R A E L I O.) נְלֵד significat vel Confusere, vel disere. Sensus vero Prophetæ faris perspicuus est, quod non exercebūt se artibus noxiis: nec maleficiis & iniuriis inter se certi, bunt, quemadmodum antea solebant. Hinc colligimus parum profecisse in Euangelio, quorum animi ad mansuetudinem reuocati non sunt, atque inter quos nondum ita præualit charitas, vt se n. utius officiis prosequantur. Hoe autem fieri non potest, priusquam pacata fuerint coram Deo conscientia. Nam illinc initium faciendum, vt pacetiam cum hominibus sumus. Insani quidam hunc locum detorquent ad æras, æris ius gladii omnino adimeret Ecclesie. Iude etiam multò grauius damnant bella omnia: veluti si quis Princeps populum sibi commissum defendat & rueratur ab iniuria: Ne fas, inquit, est Christianis vti gladio. Sed facilis admodum responsio est: Prophetæ metaphorice locutus est de regno Christi, ipsum pacificum esse ostendens: vt mutua benevolentia homines inter se conciliet. Metaphorae enim frequens est Scripturis, qua res per signum designatur: quemadmodum in illo loco, Qui non habet gladium, emat. Christus certè nolebat suos ad arma excitare, sed belli tempus instare significabat. Ita rursus cessare dieuntur gladii, vel conflari in diuersum vsum, quum cessent odia, pugnae, & inter se conciliantur qui inimici prius erant. Excipiet quispiam in concordia & pace nullum quoque fore gladii vsum. Respondeo, eatenus yigere inter nos pacem, quatchus floret

1. Tim. 3. d.
16.
Iere. 30. b. 9
Ezech. 34.
f. 23. 34. &
37. f. 29. g.
35.

Ioh. 16. 4. 8.

2 Cor. 5. d.
18.

Ioh. 22. d.
36.

ret Christi regnum, & esse his duobus mutuam inter se proportionem. Vt inā quidem solide in nobis regnaret Christus: tunc quoque pax vim suam in solidum obtineret. Sed quā longē adhuc absimus à perfectione pacifici iusti regni, de profectu semper cogitandum est. Ac nimis inepti sunt, qui non cogitant regnum Christi hīc tantummodo inchoari. Præterea non colligit Deus Ecclesiam, id est, ceterum piorum, ut separatus sit ab aliis: sed boni malis semper admixti sunt. Quidam boni nondum ad metam pertigerunt, longeque absunt ab ea perfectione quæ in iis deudatur. Non estigitur in terris querendum complementum huius Prophetæ. Satis est si initia gustemus, & conciliati Deo per Christum, mutuam amicitiam colamus, & abstineamus ab omni noxa.

5 DOMVS IACOB.) Acriter Iudeos perstringit proposito Gentium exemplo. Nam cūni propagato suo regno, Deus cuiusvis Gentibus iura dicitur usc̄ellat è monte Sion, ut eas inficeret in corpus electi populi, nihil aburdius erat quām domum Jacob ab eo deficere, & acceditibus extensis, domesticos ipsos recedere, quos præterecebat. Hęc igitur non modò plena vehementia exhortatio est, sed grauis etiam & mordax querimonia. Ideo compellat eos honorifico nomine, Domus Jacob, inquit, Venite: vt magis ingratiitudinem amplificet, quod cum essent in Ecclesia Dei primogeniti, scilicet tamen prorsus abdicabant communī hereditatis nre. Tuba est itaque tacita comparatio, ac dixit: En Gentes confluunt ad montem Sion, & quisque proximum suū horatatur & incitat: subiecti se doctrinę Dei patiuntur, & ab ipso arguit quid vos Israéliz, vos hereditas Dei quid cessatis? An Gentes se subiiciunt Deo, vos eius imperium detrectabitis? Tanta lux per omnes orbis partes accensa est, nec ea illustrabimini? tot aquae defluent, vos non bibetis? Quæcūq; secundum ita properant Gentes, vos otiosè desidere? & quum addit Ambulabimur, significat lucem ipsi ante pedes propositam esse, quam clausis oculis prætereunt, imò extingunt quantum in se est: cuius tamen fulget longinquas gentes ad se trahit.

6 CERTE DE SERVISTI POPULVM.) Hic iam aperte peruersam populū naturam accusat, neque id simpliciter, sed qualiter in admirationem raptus orationem suam præcedit, siveque ad Deum convergens, exclamat, Quid ego verba faciam apud deploratum populum? quem tu, Domine, iuste repulisti, quia se idololatria addicens, perfidi à verbo tuo deliciuit. Potest etiam esse vaticinium futuræ pœnæ, quam spiritu præuidebat: acsi diceret, Nihil mirum esse, si ruina & vastitas immineat monti Sion ob tanta populū celera, ne tam lugubre spectaculum intereade desperationis cauila esset: & quicunque erant fanabiles, penitentia taeti, ante euentum huius cladi ad Deum se conuerterent. Sie enim Prophetæ diuini iudicii præcones esse, atque impius vltionem denuntiare solent, vt simul studeant quoscunque possunt, ad resipiscientiani aliquam adducere. Nec enim hunc affectum vñquam exuere debent ferui Dei, vt studeant etiam reprobis prodeesse, si quo modo fieri posset. Eximiam consolationem prius doctoribus afferre debet hic locus. Cū enim videmur apud surdos verba facere, labascimus, atque ad affectionem follicitamur, quid agor acerem verbero. Atqui Prophetæ non definit eos hortari, in quibus nihil bona spei animaduertebat. Sicque obstupefecit in hoc populi exitio, vt quem ruere videt, nihilominus alloquatur. Simil obleruandum est, quālibet obstinati sint impi, illi de clarandam esse vltionem, & quantum resurgent fieri, nūcque arrodat, vt inexcubiles reddantur, semper ad Dei tribunal citandos esse. 2. pro Certe hic accipio. Hęc enim significatio melius quadrat, quoniam coptam exhortationem abrumpit, & Deum alloquitur. Et quando rufus vocat DOMVS IACOB, hoc ad maiorem vehementiam additum est, vt in oratione pathetica fieri solet. acsi diceret, Hęc ges sancta quam Dominus elegerat, nunc derelicta est.

2. Tim. 2. d.
25.

QONIAM IMPLETI SVNT.) Quoniam vox ḥvph Hebræis nunc est Oriens, nunc Antiquitas, posset stare hęc interpretatione, impletos esse priscismoribus, quod superstitiones, quibus olim infecta fuerat terra Chanaā, in viam reuocarent. Scimus enim Prophetas sive exprobrare populo Israhel, quod magis similes essent Chananæis, quām Abraham & reliquis sanctis Patribus. Et certe quia eicteis veteribus incolis, adducti in eius terrę possessione fuerant, vt purgata fuisse in quinque sanctitatis postea addicta esset, non mutare peruersos mores duplex fuit ingratitudo. Quia tamen alter sensus receptio est, cum retinere placuit. Quanquam hic quoque variant Interpretes (quia alii comparatiuē accipiunt literam δ, præ Orientalibus, vel plus quam Orientales,) simplicius alii, & meo iudicio rectius, vertunt repletos esse Oriente, hoc est, vitiis quæ inde contrarerant: sicuti mira est contagio prauæ imitationis, nec quicquam proclivius, quām vt corruptela ab uno loco longius serpent. Et quod proximè sequitur, Auguribus vt Philistæ, clarius idem explicat. Nam sub auguris, per synecdochem complectitur Satanæ fallacias, quibus dedita erant profanae gentes. Intelligit ergo Prophetæ nihil eos iam à Philistinis diftere, à quibus tamen Deus adoptionis suæ priuilegio ipsos segregauerat. Atque hoc ad gravissimam condemnationem satis fuit, quod sive vocacionis oblitio, corruptis & impis Gentium moribus sece polluerint, vnde appareret quām nihil iuuen ad leuandam culpam alieno exemplo peccare. Postrema etiam pars versus varie exponitur: quia filios alienos quidam metaphoricè tralit ad leges & instituta: alii ad coniugia referunt, quod alicigenas uxores promiscue ducendo, promi-

scuerant semen, vt multi essent adulterini filii. Durior Hieronymi expositio, quod se fedearint contra naturam nefandis libidinibus. Ego vero non dubito filios alienos accipi pro exteris gentibus: non autem figurare pro legibus ipsis. Crimen itaque in eo statuitur à Prophetâ, quod Gé-tium gratiam captantes, earum se virtutis implicuerint: atque ita non modò mortales, sed impios Deo prætulerint. Dicit autem acqueus ille, quod scelera imitationis cupiditas, vel delectatio delecerit ex eorum cordibus amorem Dei & fane doctrinae.

7 ET IMPLETA FVIT.) Animaduertendum est ordo quem tenet hic Prophetâ. causas enim nunc recenset, ob quas Dominus populum suum reiecit: incepit proximo versu ab auguriis & moribus alienigenarum, iam descendit ad aurum & argentum: postea loquetur de equis & quadrigis. Non dubium est quin damnata prius idolatria, secundo loco avaritiam, tertio prauam confidentiam reprehendat, vbi homines sibi extra Deum vana præsidia constituunt. Per se enim damnandum non est, quod auro & argento abundaret: sed quoniam infatibili avaritia ardebat, equisq; & quadrigis cōfidebat, meritò ipsum reprehendit. 1. hic pro aduersatiua particula quidam accipiunt: vt sit sensus: Et tamen abundat argento, &c. Vt maiorem populi ingratitudinem esse ostendat: quod cum bonis omnibus afflueret, cōfugeret tamen quasi rebus desperatis, ad artes Magicas & idola: quod multò minus excusari potest, quam si rebus aduersis ad ea confugisset, vel fugitus bonorum copia. Dicitamen iugum excuteret. Hoc modo amplificaret fœlus populi gratis & sponte ad idola confugientis, vel lascivientis in sua pinguedine. Ego tamen interpretationem non admitto, quod videatur nimis coacta. Potius uno contextu enumerat vitia, quibus populus laborabat: Avaritiam, peruersam fiduciam, & idolatriam. Ergo quanvis vera sit illorum sententia qui aduersatiue exponunt, huic loco non concunit. Et paulò post clarius iterum confirmat Isaías: et si enim per te viciolum aut reprehendendum non est, si quis aurum aut argentum possideat, modò eo rectè vtatur: meritò contra prauum illum affectum, & insanam cupiditatem coaceruanda pecunia inuchitur, sicut detestanda est: finem non esse dicit, quia inexplebilis est eorum cupiditas, qui naturæ modum excedunt. Idem de equis & quadrigis censendum est. falsa enim fiducia hic reprehenditur. Huic malo vt occurreret Dominus, vertuerat ne Reges magnam equorum aut quadrigarum multitudinem sibi compararent: ne iis confisi, populum reducerent in Ægyptum. Quum ergo difficile sit homines huiusmodi adiumentis abundantare, quin simul effterantur superbia, Dominus volebat populum suum iis destitui, vel saltem mediocre contentum esse.

8 IMPLETA EST ETIAM TERRA EIVS IDOLIS.) Repetit quod nuper artigerat de idolatria, sed explicatus: ac materiam priore quidem loco ponit: deinde vñum, qui ferè semper consequi solet. Raro enim contingit erigi idola inter nos, quin simul iis abutamur. Nam perinde est ac si congesto ligno subiiciatur flamma, quā protinus ardere necesse est. Neque enim minus quam lignum ad concipiendum ardorem nos quoque ad superstitionem sumus proni. Idolis etiam nomen apud Hebræos recte impositum est טְלִילָה, quo hic vtitur Prophetâ: quia res sunt inanes ac nihil. Nec dubium est, quin Spiritus sanctus hac voce coaguere voluerit hominum vñaniam, qui se putabant talibus fragmentis adiutios proprius ad Deum accedere: sicuti hodie Papistæ, vt sua idola ab utilitate commendent, iactant librose esse idiotarū. Sed eloçio Spiritus sancti magis credendum est. & res etiam ipsa clara docet quid fructus inde percipiat idiotæ. Crafsis enim imaginacionibus delusi, fingit sibi terrenos deos & carnales. Vnde meritò Ieremias non modò pronuntiat vana esse simulacra, sed decipulas falsitatis ac mendaciae. Ac obseruanda est descriptio, vbi commemoat Prophetâ, populum le incuruasse coram operibus manuum suarū. Cuius enim stuporis est, homines non tantum venerari lignum & lapidem Dei loco, sed figura sua Deitate ornare, quam sibi ipsi dare nequeunt? Horribile sanè prodigium est, simulacrum trunco qui contemptus iacebat, manum apposuit mortalis homo, repente adorari, ac si factus esset Deus. Etsi autem populum veterem alloquitur Prophetâ, eadem tamen ratio in Papistis competit, apud quos nulla est Dei maiestas, nisi in operibus manuum ipsorum. Repetitio emphatica est, vbi Manibus adiungit Digitos: quod magis patet tam crassum flagitium. Notanda quoque locutio est, qua exprimitur adoratio ab externo g̃stū: non quod inter homines nefas sit genu flectere vel caput, politici honoris causa: sed quia diuinum cultum profiteatur, quisquis se coram idolo inclinat. Itaque quod de adoratione δούλεια Papistæ balbutiunt, puerile effugium est, quando quolibet reverentia signum, vbi de religioso cultu agitur, in genere damnat Prophetâ.

9 ET INCLINATVS EST HOMO.) Pars interpretum uno contextu hoc legit, ac si pluribus verbis crimeu aggrauaret Prophetâ: quem sensum si amplectimur, per Hominem & Virum cunctos Israelitas intelligere conueniet: quasi dicaret neminem esse immunem & purum ab hac labe. Alii vero non male existimant repeti alius verbis quod de peña dixerat, atque hoc modo exprimi quod populum à Deo derelictum maneat exitus. atque ita optinere quadrabit orationis tenor, ruinam omnibus instare, tam paruis quam magnis, quæ totum populum prostrerat: quia in tanta impietate, nulla vindicta Dei speranda sit remissio. Porro in duobus istis verbis concinna allusio est ad incuruationem, cuius paulò ante meminit. quasi diceret, Humiliarunt se coram idolis:

Bent 17. d.
16.

Ierem. 10.
c. 14.

idolis: Deus ergo sub ingenti cladi mole eohumiliabit. Interea mihi dubium non est, quin simul eorum arrogantiam refuteret, quia difficultate creditu fuit, populum tamen opibus probè munatum, malis pauci post obtutum iri. Posterioris membrum bis, si am exponitur, quamquam ad finitam rei non multū interest, utrumvis eligas sensum. Nam Prophetae consilium est docere, erga tam obstinatos homines, implacabilem fore Deum. Si in futuro legas, Non remittes eis, facilius erit sententia. Imprecatio tamen cōdem recidet, Ne remittas: quia scimus Prophetas quoties zelo Dei accensi imprecations proferunt, quasi dictante Spiritu, denuntiare impius iustam peccātū. Nec mirum est Prophetam tot & tam abominandis criminibus offensum sic incalescere, vt gētites suos deuocat extixito, quādō nihil ei sacro Dei honore fuit pretiosius. Sed tenendū simul est, reliquias tacite excipi, quia nō de singulis hīc habetur sermo, sed de ipso corpore populi, quod in suis vītis ferē contabuerat, vt sanitatis nulla spes esset: alioquin absurdum esset, in eurales & prorsus obstinatos hortari ad poenitētām, spē venie proposta. Summa igitur est, non antē sperādam instauratiōē nouę Ecclesię, quādō Deus ex eo Templo, iudicium suum exequutus sit.

IO IN G R E D E R E I N P E T R A M .) Quia nimis securē contra Dei minas sibi vplurimū indulgent impii, solēne est Prophetus, dum minantur peccatoribus, incitandi terroris causa viuas descriptioēs addere, aesi in rem præsentem homines ipsos adducere. Hæc ratio est cur nunc Propheta, Dei contempores iubat rupes & speluncas ingredi, vt sub terra lateant. Ac primō quidem significat præcentum mortibus formidabile esse Dei iudicium, cuius fugiēndi causa optabilis sit descendens in sepulcrum. Sed homines ipsos compellans, gravitatem vindictæ Dei magis emphaticè illustrat. Et si autem per Dei paorem flagella intelligi, quibus acceleratum populum vlturus erat Deus, non tamen frustra mox adiungit gloriam eius magnificam. aesi diceret, Deum pro mensura gloriae suæ metuendum esse impius: in quibus perdendis immensam suam potentiam exercet. Ceterū quanuis nulla pena flecat, aut vel corriganter impii, ad præsentem irā Dei sensum expuētere coguntur. Electos alio modo ad Dei metum crudant poenā: quia ferulū domiti, ad ferendū iugum affluecant. Gloriam ergo Dei illustrem forre pronuntiat Iaia, vbi iustus iudeus apparuerit: quia vbi dissimilat, in obsecro latet, nullusque propemodum videtur esse. At quichinē dicant Pastores, quomodo agendum sit cum sōpitis conscientiis, nempe vt Dei iudicio expergefactæ, sérī metuant Dei iudicium. Et si enī īēpe canitur surdis, penetrat tamen vel in ferreos animos terror, vt sint inexcusabiles: spē etiam aliquos sanari contingit: & fideles auditis quę impios & reprobos manent atrocibus pœnarum exemplis, similiter proficiunt.

II S V B L I M I T A S O C V L O R V M .) Quoniam impii præsenti opulentia, quiete, proferta fortuna confundi ex alto del̄piciunt Prophetarum minas, atque hoc modo animos obstinant contra Deum, imò protegunt, ut eruntur: hīc instituit Iaia, vt iam dictum est, eorum retundere arrogantiam, aesi diceret, Veniet tempus quādō facies hæc vestra superbia, qua frustra, imò furiose aduersus Deum contenditis. Impii enim quanuis religionem aliquam simulent, sua tamen audacia in Deum ipsum ferociunt, vt eo videantur altiores. Ergo ipse vicissim in eos fulminando, factam eorum prosternit, vt solus emineat. Atque illud ipsum est quod iam diximus, scelerum impunitatem veluti nebula quādō oculis nostris obiectam, qua Dei gloriam cernere prohibemur. Cūm verò vīscerit facinora hominū, gloria eius cōspicua eluet. Arque hæc ipsa causa est, cur Solomon, impios aduersus Deum int̄olescere dicat: quod videat quę felicit̄ Eccles. b. 8. impis ac piis in hoc seculo euenerit. Crescit enim omnium audacia, magisque ac magis exētan̄tur. Hīc autem significat eoactis in ordinem superbis, nihil impedimento fore Deo quō minus talis agnoscatur qualis ipse est. Decebat quidem, populum sponte altitudinem Dei suspicere sub cuius umbra protegebatur: atque in hunc finem tot beneficiis tam præclarè ornatum erat genus Abraham, vt speculum esset gloriae Dei, etiāque sanctificatio. Nure quia se contra eum extulerint Iudei, denuntiat Iaia, nouum Deo fore modum extollendæ lux gloriae, nempe in eorum ruina. Oculos sublimes, & altitudinem nominans, à gestu externo, in interiorē animi fastū designat, quia ferū praua confidentia ipso intuitu, Dei & hominum contemptum prodit. Eodem sensu à Davide etiam notantur alta lūpericia. Próximo verū idem melius confirmat, atque ex hac Psal. 101, b. v̄chementia, & verborum congerie colligere facile est, quanta contumacia tunc grassata fuerit. ¶

Ceterū non mirabimur tantopere insistere in subiēnda hominum arrogantia, si consideremus quādō difficile sit eorum duritiam inflēctere, qui freti suis opibus nihil metuunt: & qui hunc putant finem efficiē dignitatis, si omnia impunē licent. Nam hodie quoque experimur, quādō delicati sint & irritabiles, quicunque sibi plus iusto arrogant, quādō deinde præfracte omnes admonitiones reiūciant. Atque hæc etiam ratio est, cur stylum propriū in eos stringat Propheta, potius quādō in genere vltionem denuntiet toti populo. Quanquam non in solos principes inuechitur, qui præ alia ampla dignitate pollebant, quia non soli ipsi, sed & infimi quādō īēpe turgent superbiam. Omnesque (vt vulgari prouerbio dicitur) regis animum intra se gerunt. Sic ut vilissimos quoque experimur ad minimas punctiones, intolerabilis arrogantia virus euomere. Quare quum vulgo regnaret vitium hoc, om̄. iii.

nes tam summos quām infimos complectitur Iaia, significās cōtra grauius instare iudicium quō liberalius tractati à Deo fuerant; quia ex abundantia eorum animi intumuerant ad ferociā. Porro quanuis litera, que nota est datiuū casus, interdum superiuacua sit, hoc tamen loco vim suam retinet; quia videtur Iaia, veluti certum diem condicere, ut in iudiciis fieri solet. Itaque interpretor Deo ipsi prefixam esse diem, quo sisti oporteat super eos ad ipsum Deitribunal subeundæ damnationis causa.

Colligere præterea ex iis verbis licet, Deum se profiteri omnium superborum hostem esse. hæc itaque condic̄tio perinde valet, ac si negaret Deus i.e posse ferre prauam elationem in hominibus, id. quod fieri non posse quin manu sua conterat, quicunque vltra n̄ odū se extollūt. Quod si animis nostris verè pertulūt esset, quis non horret superbiā, qua ira Dei in nos prouocatur? Sic uero Superbum & elatū in neutro genere legere placeat, ad propugnacula, vallos & munitiones referre conueniet, sed non patitur Grammaticæ atio, aliter quam de personis accipi.

13 *SUPER OMNES CEDROS.*) Q[uod]e hic de arboribus Libani, & excelsis montibus inseritur allegoria, rem illustrat magis quam obscurat: quantu[m] enim in sublime aspirat ac nitatur mortalis homo, non tamen montes & proceras arbores equabit: quas euertere, Deo non minus facile erit, quam flatu venti quisquilius dispergere. Ergo velut in pictura superibus ostendit Isaia[s], quam inaniter & stulte suam altitudine confidant sibi fore praesidio. Subest etiam hyperbole, quae ad amplificandum terrorem valere debuit. Deum certe montibus & arboribus ira ci[us] probabile non est, vt quasi mutato consilio deiiciat quod ipse erexit, sed in creaturis innoxii, Dei iudicium contempladum proponit Isaia[s], quo certius persuadeat non cessuram impuniti improbis & crudelibus suam temeritatem. Videamus ergo cur figuris cedrorum, quer cum & monitum admisceat. Quod subiicitur de turribus & muris, figuratum vel allegoricum non est. Scimus ut homines quosies te muniros vident, sibi blandiantur, ac si Dei auxilio non amplius ergerent. materia ergo preposteræ fiducie commemorat Isaia[s], sub turri & murorum nominibus, quia si q[ui]s locutus videtur inexpugnabilis, nidum sibi illuc faciunt profani homines: ex quo celum & terram despiciant: quia putat extra omnem fortunam aleam se esse positos. Denuntiat ergo Isaia[s], quoniam humiliare Deus homines volet, diec[t]um iri omnia præsidia, ex quibus perperam arripitur fiducie occasio. Et quanu[m] res sint per se non male: quia tamen sensus nostros nimis occupant, stylum non temere in eas stringit Isaia[s]. Eodem pertinet quod subiicit de equis & quadrigis. Nam sicut dicitur 3. cap. Michæ, Quia perperam affixi sunt homines terrenis opibus, spoliari in totu[m] necesse est, vt soli Dei manus eruentur. Paulò antè copiam equorum reprehenderat: nunc de Iudicio dei concionatur, & admonet non aliter locum fore gratia Dei, quam si proflus Iudeos exarmet, ne amplius terrenis præsidii perperam confidant.

16 SVPER OMNES NAVES THARSIS.) Tharsis Hebreis vocari Ciliciam non dubium est: & quia Iudeis cum illa gente multa erant commercia, multa sit in Scriptura mentione narium Tharsis, quæ ideo sic vocantur, quod mare illud frequentabant. Nauigatio quidem per se damnari non potest, quam importandis mercibus & exportandis non parum utilitatis affrat hominibus. Nec verò quum Deus totum genus humanum mutuis officiis coniunctum esse velit, hæc communicandi ratio improbari potest. sed quia abundantia fastū & ferociam vt plurimum gignit, mercaturæ genus perstringit Isaías, quo maximè dictata fuerat terra. Adde quæd mercaturæ, que cum longinquis & exteris gentibus exercetur, sive fraudibus & rapinis plena est, nec nullus illuc lueri modus. Primum ergo intelligit Isaías, diuitias nundatum iri Iudeos, ut discant se Deo subiicere. Deinde avaritiam & illicitos quæstus à signo designat, ac si quis ostensio gladio cruentato cedem notaret. Et secunda etiam pars versus clarius demonstrat nauigationem damnari à Propheta, que multis corruptelis terram inficerat. Nimis consuetum est ac vulgare, ut diuitias sequantur delitiae, mollities, voluptatumque affluentia: quod ferè in opulentis regiobus & urbibus mercatoris perspicitur. Nam qui in longinquas regiones nauigant, domescitis commodis minimè contenti, nouas & prius incognitas lautitas secum reportant. Quia igitur opulentia ferè mater est luxus, pretiofam hic supellitalem commemorat Propheta, quasi diceret Iudeos sumptuose suas domos ornando iudicium Dei sibi accersere. Nam sub picturis per synecdochen, tam pretiosa aula, quam opus Phrygionicum, vala que exquisito artificio cōposita intelligit. Certum verò est, corruptos esse mores, vbi hinc inde superuacua oblectamenta querit hominum cupiditas. Et videmus vt Romano imperio exitium attulerint tales delitiae, nam prius quam in Græciā penetrarent, sūma apud eos continentia vigebat, tandem Asia deuicta, magis mollescere & effœminari cœperūt: ac vbi signis, valis, gemmis, tapetibus capti sunt eorum ocu- li, vnguentis & odoribus captae nares, simul excæcti fuerunt omnes eorum sensus, & Orientis luxuriem quasi humaniore cultum imitando, magis ac magis diffluere cœperunt in omne genus libidinum.

17 ET INCVRVABITVR CELSITVDO HOMINIS.) Declarat Propheta se ad homines respxisse : dum varias nominauit species altitudinum. Necenim ardui montes , aut cedri præcelia displicant Deo, quas crearit ipse, sed omne malu in hominibus residere significat, qui
refusib

rebus altis & præcelis frustra confidunt. Obiicitur, sepe accidere ut impii non reddantur humiliiores castigatione, sed ferociant porius, atque obstinatores reddantur: vt constat ex Pharaone, cuius durities nullis flagellis potuit edomari. idemque non videtur perpetuum quod hic Propheta denuntiat. Respondeo, non exprimi castigationis effectum, ac si rebelles Deus ad obsequium suum flecterent: sed talem esse huius loci sentum, quoniam animos non mutant reprobi, Dominum tamē nullum finē impositū penitatis quas de ipsis sumet, donec fracta sit eorum superbia & temeritas. Freti enim opibus & munitionibus, secundum (vt dicitur) fibri applaudent, nec Deum reverentur: sed quantumcumque muniti sint, Dominus eos facile subigit & prosternet. neque id vna tantum aut altera plaga, sed tot tantisque, vt tandem comprehensi & demiti, aduersus ipsum se ferre desinant, atque agnoscant se nihil audacia & protervia sua proficer. Quod subiungit, et exaltabitur Dominus, iam antea declaratum est.

18 IDOLA.) Quemadmodum prius in obiurgatione, luxuria & auaritia, aliisque vitiis idolatriam coniunxerat: ita nunc in pœnae denuntiatione eam coniungit.

19 ET INGREDIENTVR IN CAVERNIS.) Prius aliis verbis vobis erat, eos scilicet cōpelans in secunda persona: Ingredimini in cavernā: quod durius animos eorum percelleret. Nunc verò pronunciat quid sine facturi, ac dicit necesse ipsi fore ingredi. Atque hinc appetit sententiam illam non exhortationem, sed grauem irā. Denuntiationem fuisse, ad terrendos impios & obstinatos, qui & monitiones & minas omnes contemnunt.

Quod subiicitur de terrore Dei, eum intellige qui per Chaldaeos & Assyrios iniectus est: quorum manum iam prius (vt etiam hic) gloriam Dei vocauit. quoniam vobis est eorum opera, ad castigandum populum suum. Tametsi igitur impii & perfidi erant, tamē gloria Dei seruerunt. Nam & diabolus ipse gloria Dei aliquo modo seruit, etiam iniuitus. Ita loquuntur de Assyriis & Chaldaeis, quod in penitis quas eorum manu exiget Dominus de Iudeis, liceat gloriam eius contemplari. Idem & Surgendi verbo confirmat: quod tantundem valeret, ac Tribunal concendere. In particula quæ mox sequitur **V T C O N C V T I A T T E R R A M**, pulchra est allusio vel paronomasia: quæ vix alia lingua exprimi potest. quasi diceret, Ad terrā terrandam. **χακαργρά.** Dominum verò surgere dicit, quod dormire videatur quantisper differt iudicia sua. Surgit autem, cum iudicis instar eminet, ut peinas irroget secleratis: ita ut palam sit hominibus, nihil eius cognitionem effugere, veloculos latere, qui nullum seculis inultum sinit.

20 ABI C I E T I D O L A.) Mirè sibi placent idolatriæ in superstitionib⁹ suis, & impio cultu. Quāuis enim sceleribus & flagitiis seateant, tamen ad hoc aylum configiunt, quod suo cultu Deum placari putant. Ut si hodie Papistis flagitia & libidines somnis generis quibus laborat obiciantur, infra certè non poterunt: sed blandientur sibi hoc prætextu, quod speciosū cultum habent, cōque velo omnia, scelerata sua tegi existimabunt. Ideo Propheta idolatrias integrum hoc detrahit, ac denuntiat nihil fore amplius quo tangent suas fœditates. Dominus enī ipsos idola sua abiicere coget, ut agnoscant se frustra in iis ipsi⁹ & fiduciam locasse. Denique pudebit ipsos sua vanitatis. Prosperis enim rebus Deum sibi propiti⁹ esse putant, quā Deus re ipsa demonstrat, quantopere eos detestetur. Rebus igitur demū aduersis, turpitudinem suam agnoscere incipiunt, quemadmodū preclarè docet Oreas, dum eos meretricibus comparat, quæ turpitudinem suū non agnoscunt, quandiu quæstum faciunt & in deliciis versantur. Iis verò cum priuantur, & deficiuntur ab amatoribus, secum ipse de miseria & infamia sua cogitare incipiunt, & paenitentia viam ingrediuntur, de qua nunquā in deliciis suis cogitassent. Idem omnino accidere solet idolatriis, quos non prius pudet sue turpitudinis, ut idola abiiciant, quā extrema calamitate affecti, quodammodo si petiisse videant.

Q VAE FECERVNT) Id est, quæ sibi fieri curauit artificum opera. Nec frustra id addidit: significat enim deos, qui sunt, perperam adorari. quales enim esse possunt dii ab hominibus creati, cum Deus à seipso sit, nec initium habeat? Est igitur valde præposterum, & alienum à ratione, homines opus à se esse. Crimē auger, quod cum idola auro aut argento aut ali corrupibili materia constent, sicutque ab hominibus composita, Dei tamen loco adorentur. & simul causa exprimit, cur displicet Deo: quod scilicet colantur. Quo nunc colore Papistæ impietatē suam excusatib⁹ nec enim negare possunt simulachra ab ipsis adorari. Vbicunque verò talis cultus, ibi impietas manifesta est ac coniuncta. Iam per **C A V E R N A S T A L P A V M**, Sordida quālibet loca intelligit, in quibus probrosè lateant.


21 ET INGREDIENTVR.) Hæc repetitio superuacua non est, quāvis eadem verba iteret Isaías, quibus nuper vobis fuerat. Quid enim tam difficile, quām homines serio timore Dei percellere? Idque non tantum in hypocritis animaduertimus, sed in nobis ipsis, si sedulò attendamus. Quām enim multa nobis proponit, quib⁹ mentes nostræ abripi deberent, vix tamen cōmouemur? Preferit hoc Dei iudicium necesse fuit hypocritis inculcati, qui sibi in scelere placebāt. Iā verò atrocitas Dei vindictæ notatur, quod profundissimis quibusque abyssis malint absorberi impii, quām subire Dei conspectum. Vnde etiam videtur mutuatus esse Christus

Luc. 23. d. quod Iudeis denunciat. Dicent in illa die montibus, tegite eos, & collibus operite nos.

30 22 CESSATE IGITVR AB HOMINE.) Hæc superioribus coherent, & perpetrā à non nullis dñi s̄a sunt. Postquam enim Ilaus minaciter concionatus est de iudicio Dei, hortatur impios vt scipios fallere desinant inani fiducia: ac si diceret, Ego vos sp̄ falsa excæcatos atque inebriatos esse video, vt nulla apud vos ratio valere possit. Hoc ideo sit, quia vol̄is nimium arrogatis. Atqui homo nihil est: vobis autem negotium est cum Deo, qui vniuersum mundum vel tolo ntu in nihil redigere potest. Variè quidem exponitur hic locus. nōnulli enim de Christo interpretantur, & Spiritum accipiunt pro impetu, quæadmodum etiam alibi Scriptura hac similitudine vti solet. Narem vero pro ira, quid iræ signum appareat in naribus, atque hunc elicunt sensu: Caute, ne iram Christi in vos exciteris. Verū si quis proprius expendat, expostio illa à textu aliena est. Aliquamvis exponūt de hominib⁹ in genere, tamē referunt ad illam sententiā, Nō sit timere eos qui occidunt corpus, sed neque quadrat cuiusmodi interpretatio. Nam extra tempus & rem id foret dictum, cùm nulla cauſa fuerit cur eos à timore hominum reuocaret. Verū, vt iam dixi, contextus ipse facile omnem dubitationē tollit. Sequentis enim capit⁹ initium hæc aperte exponit & confirmat. & qui ea partitus est, perpetrā diuulsi quæ inter se fuerant coniungenda. Subiunget enī: Dominus admet ea quæ animos vestros tantopere attollunt, & sublimes istos spiritus in vobis pariunt. Stulta & manis est vestra fiducia. hinc pender quod nunc dicit, Desinete ergo, &c. Sed primum videndum est quid significet s̄ P R I T Y S in nare. Denotat autem humānam fragilitatem: nempe vitâ hominis instar flatus esse, qui statim evanescit. Et quemadmodū ait David, Si spiritum eripiat Dominus, homo in pulucre revertitur. Item, Exibit spiritus eius, & reuertetur in terrā suā. Item, Caro sunt, spiritus transiens neque reuertens. Ergo quā vita nostra imbecilliis nihil sit neque fragilis, quid sibi vult ista fiducia, a. 4, 78, 39 ac si alte essent firmitatis nostræ radices? Cessandum igitur ab homine, id est supercedendum ab inani fiducia: quoniam homo spiritum in nare habet, nāc anima efflata, statim instar aquæ defluit. loquimur autem h̄c de spiritu vitali, quo nihil fragilius. Porro dum vetamur fiducia locare in homine, initium faciamus à nobis ipsiis, ne seilicet prudentiæ aut industria nostræ vlo modo confidamus: deinde, ne penderamus ab humano auxilio vltiue creaturis: ac fiduciā totā in Dominum coniiciamus. Maledictus, inquit Ieremias, qui confidit in homine, vir ēisque suas & opem in carne, id est in externis adiumentis constituit.

QVAE NIM IN RE.) Hæc refutandæ superbitæ vna est ratio, nihil residuum fieri hominibus in quo sibi placere debet. perinde enim hoc valeat, ac si dixisset Propheta, null⁹ esse preceii totam carnis gloriam. Notandum verò est, comparatiæ hoc dici: vt discamus nihil nobis esse proprium, sed precariē tenere, si quid in nobis præstantiæ est. Scimus genus humanum à Deo ornatum esse non contempnendis dotibus. Scimus etiam alios alii præcellere, sed quia maior pars posthabito Deo sibi ab illo modo placet: immo profani homines se plus quam Deosellos arbitrantur, prudenter Isaías (vt passim etiā Spiritus in Scriptura) homines à Deo separati, quia dum in scipios considerantur, melius appetat quam fragilis, caduca, & fluctuosa sit eorum conditio. Simul ergo ac sibi homines vel minimū quicquid tribuere incipiunt, detegenda est illis sua vanitas, vt agnoscant se esse nihil. Hoc uno verbo concidunt magnifica liberi arbitrii & meritorum encomia, quibus Papistæ scipios contra Dei gratiam attollunt. Profani etiam hominibus exutitur ebriosi sui amor, denique ad Deum bonorum omnium authorem reuocamus, ne imaginem extri ipsiū quicquam esse excellentiæ: quia non alter sua laus ei manet integra, donec omni sapientia, fortitudine, iustitia, omni denique laude exinanitus fuerit mundus.

C A P V T III.

1  Voniam ecce Dominator Iehoua exercituum, Ierosolymæ & Iudæ vigorem & vim adimet: omnem vigorem panis, omnem vigorem aquæ:

2 Fortem, & virum bellicosum, Iudicem & Prophetam, & Diuinum & Senem:

3 Ducem quinquagenarium, & Conspicuum, Senatorem, Eximium quenque inter artifices & "disertum."

4 Et constituam pueros illis Principes, & parvuli dominabuntur eis.

5 Violenter aget populus, quisque in alium, vir in proximum suum: insolect adoleſcens contra senem, contemptus aduersus honoratum.

6 Cūm apprehenderit quisque fratrem suum è familia patris sui, Vestimentum, dicens, est tibi: Princeps noster eris: ruina hæc in manu tua. .

7 Is iurabit in illa die, dicens, Non ero curator. Nam domi meæ neque panis est, neque vestimentū. Itaque ne me Principem populi constituatis.

8 Certè corruit Ierusalem, & Iuda cecidit: quoniam lingua eorum, & studia contra Iehouam ad exacerbandos oculos gloriae eius.

9 Probatio vultus eorum respondet " in ipsis. Peccatum suum, sicut *vel aduer* Sodoma prædicauerunt, neque dissimularunt. Væ animæ ipsorum, quia *sus ipso*. accersuerunt sibi malum.

10 Dicite, iusto bene erit, quia fructus manuum suarum comedent.

11 Væ impio, malè erit: quoniam secundum opera manuum suarum rependet ei.

12 Populi mei exætores sunt paruuli: & mulieres illi dominantur. Popule mi, qui te gubernant, seducunt, & viam scimitarum tuarum depravat.

13 Stat ad disceptandum Iehoua, & præstò est ad iudicandos populos.

14 Iehoua in iudicium veniet cum senibus populi sui, & cum principibus eius. Et vos perdidistis vineam, estque rapina pauperis in dominibus vestris.

15 Quid vobis, quod contunditis populum meum: & facies pauperum commolitis? dicit Dominus Iehoua exercitum.

16 Dicit quoque Iehoua, Quoniam superbunt filiae Sion, & porrecto collo incedunt, oculisque vagantibus, & ambulando plaudendo que ambulant, tinnitumque pedibus suis excitant:

17 Ideo decaluitabat Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus pudenda earum nudabit.

18 In die illa, auferet Dominus ornamentum crepitaculorum, & reticula, & lunulas,

19 Olfactoria, armillas, & mitras,

20 Tiaras, crurum ornatus, vittas, bullas, & inaures,

21 Annulos, & monilia narium,

22 Mutatorias vestes, palliola, pepla, & acus,

23 Specula & sindones, calyptras, & theristra,

24 Et erit pro suaui aromate putredo, & pro cinctura laceratio, & pro cincinnis caluitum, pro balteo cinctura facci, adustio pro venustate.

25 Viri tui in gladio cadent, & robur tuum in bello.

26 Mœrebunt ac lugebunt portæ eius: & ipsa desolata, humi iacebit.

IN CAPUT III.

VONIAM ECCE.) Diximus paulò ante eundem contexi sermonem à Prophetâ, quem in fine proximi capituli exorsus erat. Nam admonet Iudeos quibuslibet opibus polleant, nihil tamen suspectere quod opponant ira Dei: quin vbi exarserit, consumat totas eorum munitiones. Vnde tequitur nimium despere, dum ad terrores procul abigendos, suas copias, potentiam, & bellicum robur, consilia, vires, uberen frugum proutentum, aliaque ingerunt. Et particula dicit oratione stratiua non modò certitudinis causa hic ponitur, sed ad breue tempus notandum: ac si impios in rem præsentem adduceret Isaías. Accedit enim plerique, ut qui aperte non audient ride iudicia Dei, et tanè quasi nihil ad se pertinientia vel longè adhuc remota eludent: Quid hæc ad nos? inquiunt. vel si quando forte eueniant, cur ante tempus erimus miseris? An non vbi ingruent calamitates, tunc sa-
tis maturè de illis cogitabimus? Quoniam ergo ad spernenda Dei iudicia, tales crasse & stupin-

securitatis latebras sibi effodiunt impii, ideo propius ac instantius eos vrget Propheta, ne Dei manum procul abesse existimant, frustraque libi promittant inducias. Eodem pertinet quod D^m nominat dominatorem & lehouam exercituum, vt eius maiestas sopitos ac hebetes animos metu percellat. Neque enim vllis ornamenti opus est Deo, sed ruditatem nostram ac etiam torporem, gloria eius sensu expergesceri necesse est. Primo autem denuntiat Propheta spoliatum iri Iudeos omni copia annona, vt penuria deficiat. Idem postea subiicit de praesidiis militaris, totoque ordine politico. Hinc vero colligere licet, sic gloriosos fuisse Iudeos praesenti rem statu, vt se ab omni incommodo fore immunes stulte confident. Atqui denuntiat I^m fias non modò totam regionem obnoxiam fore Dei flagellis, sed Ierosolymam ipsam, quæ iniustum erat gentis propugnaculum. quasi diceret, Non modò grassabitur ira Dei per ipsum corpus, sed ad cor ipsum penetrabit. Quantum ad verba spectat, quia ηγετοι ιψων, hoc est masculinum genus & femininum: minimè dubito, quia hac mutatione certius exprimere volueris fulturas omne genus frangendas est. Ideo reddidi vigorem & vim. Nam quod Interpretates quidam ad personas hominum referunt, mihi non probatur: quia melius conuenit quaslibet fulturas diuersio genere notari. Dubium tamen est, restringatne hoc ad viatum Prophetam, an vero alias species extendat, quas paulo post subiicit. Sed consentaneum est per ηγετοι ιψων generaliter comprehendendi quaeunque ad fulciendum virbis vel populi statum necessaria sunt. Deinde explicationis causa enumerari quasdam species. Prius ergo membrum huc tendit, Deus pessundabit praesidia omnia & opes, quibus vos stare creditis, ne quid amplius restet ad vos sustinendos. Deinde adiungit qualis futura sit inopia & nuditas. Et initium quidem, vt diximus, facit à viatu & alimentis, quæ primum locum obtinent ad tuendam hominum vitam. Duobus autem modis vigorem panis & aquæ auferit Deus, vel cum cibariis nos priuat, vel cum illis eripit vim educandi. Nisi enim virtutem occultam cibis insipiat Deus, qualisunque suppetat eorum copia, nihil nobis proderunt. Vnde alibi dicitur, Frangere baculum panis dum pistores redditum pa nem in pondere, dum comeditur, nec tamen saturitatem affert. Atque haec similitudo diligenter notanda est, vt sciamus etiam ventre bene referto, nos semper fore famelicosquia non nisi arcana Dei benedictio nos paleat ac sustentat. Etsi autem hoc loco esuries quam minatur Propheta, potest de sterilitate accipi, quod Deus Iudeos cibariis omnibus priuabit, quia tamen ut plurimum solent Prophetæ ex Lege mutuari loquendi formas, optimè conuenient haec interpretatio. Poterat enim simpliciter dicere, Auferam panem & vinum: sed quiddam magis receditum exprimit, nominans fulcimentum panis & aquæ, quasi diceret, quauis non redigatur ad inmediam populus, Deum tamen facturum ut ingluiem replendo, fame nihilominus taceat: quia sublata Dei benedictione, omnis utilitas euaneat. Summa tamen est, nulla fore populo alimenta quibus se sustentet: vel quia carebit pane & aqua, vel si suppetant, nullum inde vium percipiet.

2 FORTEM ET BELLICOSVM Subsidia alia commemorat, quibus retinetur incolus status vel gentium vel virium. His denuntiat Iudeos penitus orbando, vt nec domi consilio aut virtute, nec foris armis valeant. Porro non obseruat curiosè ordinem: sed contentus breui compendio, alia aliis misceret. Incipit à viris bellicosis, in quorum manu erat patriæ defensio. tales interdum morte auferit Deus, interdum molles & effeminate reddendo. Hoc posterius magis commune, vt posteritas à maiorum virtute degeneret: & qui prius erant formidolosi, temporis successu timidi fiant ac imbellies. Illud tamen etiam alterum contingere videmus, vt cordatissimi repente deficiant. Adiungit Iudicem & Prophetam. Scimus Hebreis, Iudices accipi pro Gubernatoribus quibuslibet. Iam per Prophetas, quoslibet doctores intelligi certum est. Itaque abolito ciuili regimine extinguitaque doctrina, Iudeis interitum minatur. Et certè eundem in Republica locū obtineat Magistratus ac Doctores, queni in corpore humano duo oculi. Ad eundem ordinem Senes quoque refero, qui ad gubernandum magis sunt idonei: quia etas prudentiam, consilium, & grauitatem conciliat. Quantum ad nomen Diuini, tametsi malè sonat in Scripturis, videtur tamen hic accipi in meliore partem, cum recensem I^m fias quæ ad conseruandum virbis & regni statum faciunt. Posset igitur hoc nomine vocari Coniectator, qui non auguris vel arte superstitionis, sed raro acumine & folertia res obscuras diuinat. Ceterum

Deut. 18 b. quia Deus Magos, Ariolos, & Diuinos consuli vetuit, & Balaam ipse pronunciat non esse divinationem in Israel, si de magicis divinationibus accipere quis malit, non repugno: nec quicquam absurdum erit numerari inter penas, quod populus vitiiosis quoque damnatisque subsidiis priuandus sit, sicuti apud Osem, cum Altari & sacrificiis popuntur Theraphim. **D V C E M**

Num. 23. **Q V IN Q VAGENARI V M** nominat, ex more tunc recepto. Erant enim vt centuriones Romanis, ita Iudeis Quinquagenarii, quos Græci μηνον Ιαζους nominant. Latinis vero quia haec ratio non fuit in usu, etiam nomen fuit ignotum. Vultu reuerendos intelligit, quibus virtutis fama, authoritatem dabat in populo. Vox γυν, pro qua Senatorum verti, potest extendi ad priuatos homines qui prudentia excellunt. Sed quia propriè tribuitur Consiliariis qui publicum munus exercent, nolui à communī sententia recedere. Ceterum quia artes mechanicas non minus ad tuendum populū statum, & tolerandam communem vitam viles sunt, dicit etiam I^m fias earum defacta

defectu Iudeis instare exitium. Quod postremo loco ponitur, variè exponunt Interpretes. Ad verbum est, Intelligens miserationis vel feri onis submisit. Iam quia Pythonicis ritibus murmuribus & susurris edunt sua responia, quibutdam videatur notari incantatio. Rebus ali per sensus intelligunt arcana consilia: sed quia arcana etiam & granis oratio hac voce non in propriè designari potest, non dubitauit discitores vertere. Si quis tanquam intelligere malit prudentes homines & cautos, qui ad concionandum minus apti lecretò admonet quid factu sit vtile, non repugno. Carterum notanda est compendiaria hæc descriptio status ritù ordinati. Primo enim annoram, alaque ad victimum necessaria posuit, si: deinde militare robur: tertio scientiam regen di populi, & alias partes politici regiminis: quartum munus propheticum: quintum artes mechanicas. His amiculis ornat populos Deus quos prestat vult talios & incolumes, & rufus spoliat quos vult pessundare. Itaque ex mera Dei gratia fluere scimus, quæcunque utilia esse experimur ad vitæ cultum. Vnde & alterum sequitur, eundem scilicet esse ne ingratitudine nostra, præclaris istis Dei muneribus nos priuemus.

4 ET CONSTITUTAM PVEROS) Quod magis conspicua sit Dei vindicta, iam deserbit quām misera sit ac tis: futura mutatio, cū sublati s: medio fidei & idoneis gubernatoribus, ignaos & nihil homines Deus in illorum locum substitut. PVEROS, intellige non ætate soli, sed ingenio & moribus: vt sunt molles & effeminati homines, qui nulla possent virtute, nec gladium sibi commissum regere possunt. Membra hæc singula singulis minimè opposunt: sati eum fuisse definire modum quo facile corruit Rcpubl. nempe, si præsistit stolidi vel inertes, quasi pueri, in quibus nihil sit grauitatis aut prudentie. Hoc autem est constitendum, ncmine ad regendam Rem publicam idoneum esse, nisi qui diuinitus destinatus, & non vulgari virtute præditus sit: quod etiam rectè animaduertit Plato Nam tametsi, vt profanus, nihil habuerit certi, tamen hoc facile coniebat, neminem administrationi publicæ aptum & parem esse, nisi qui supra vulgarem modum diuinitus formatus esset. Sicut enim ab uno Deo est administratio publica: sic omni ex parte ab eodem sustineri necesse est. Porro quoescunque non regit Dominus, nihil ei superest, nisi vt pueris similes sint, vel etiam bis pueri, vacui scilicet omni & consilio & prudentia.

Hanc porrò vindictam duobus modis exercet Deus: quia sepe dum videtur nobis habere viros graues & peritos rerū, cū ad rem ventum est, velut cæci impingunt, & nihil plus ipsiis quam pueris est prudentia. Dominus enim prauat ipso insigni illa, qua prius ornauerat virtute, atque ita dementat, ac si fulmine aliquo percussisset. Interdu verò lentius progreditur Deus, & paulatim heroi ingenii viros eripit, qui idonei erat administratione: & gubernacula rerū in eos trans fert, qui ne puerum quidem unum aut familiam regere possent. Hæc cū accidunt, haud longè exitium absesse certissimum est. Præterea obseruantur quod nuper atigi, statum Recip. bene constitutum, insigne esse donum Dei: cū singuli ordines, & iudicium & senatorum, milium, dum, artificum, & doctorum, mutua communicatione se se iuvant, & in communem totius populi salutem conspirant. Nā cū minetur Propheta, & loco grauissimæ poenæ denuntiet hæc sublatum iri, satis indicat eximia & rara Dei dona populorum conseruationi necessaria esse. Commendatur ergo hæc officium magistratus, & ducū, & milium, atque etiam doctorū ordo. Quod notandum est aduersus fanaticos homines, qui ius gladii omnèque politiam & ordinem in modo exterminare conantur. Atqui Propheta monet hæc nō tolli aut adimi, nisi ab irato Deo. Sequitur ergo impios esse & hostes publicæ salutis, qui aduersus euimodi beneficia pugnant, eaque quantum in se est reiiciunt velexingunt. Commendatur etiam hæc doctrina, sine qua statutus Recip. stare non potest. Quemadmodum enim ait Solomon, Vbi dicitur Propheta, populum dissipari necesse est. Commendantur præterea artes mechanicas, agricultura, opificia omne genus, architettura, & quicquid simile est, quo carere non possumus. Omnes enim cuiuscunque generis artifices qui hominum vobis seruunt, ministri Dei sunt, eundemque sibi cum aliis finem propositum habent, nempe conseruationem generis humani. Idem de militia dicendum est. Tametsi enim legitimum bellum nihil aliud esse debet quam pax quæsita, interdum tamē manus conscientæ sunt: vt qui ius gladii habent, eo vtantur, siveque & fuos armis defendant. Bellum igitur per se damnandum non est, subdium enim est conseruanda Recip. Sed neque negligenda est facundia: ea enim & publicè & priuatim sepe opus est, vt planè dilucidèque aliquid demonstrari & verū patet fieri possit. Nam & hoc inter dona Dei & præcipuas benedictiones numeratur, cū ciuitas viris prudentibus ac discretis abundat, qui cum aduersariis in porta disceptare possint. Huius autem loci summa est. Cum haec dona admittit Dominus & statum populi immutat, quoquomodo id accidat, aut mutata administrationis forma, aut principibus sublati, furor Domini agnoscit debet. Aufert enim Reges in ira sua, vt inquit Oicas, alioque in indignatione sua constitut. Nec igitur has mutationes, Fortunæ alii sive cauistri ibamus.

*Prover. 29.
c. 18.*

5 VIOLENTER AGET) Summam perturbationem describit, quæ collapso vel dissipato ordine Iudeis instabat: sicuti populus omnibus impender, simulac sublatum est vel concedit regimen. Scimus quanta sit humani ingenii petulantia, quæ vnumquaque rapiat anil ito, de-

*Psalm. 127.
4. 5.*

*HoSEA 13.c.
11.*

nique ut furiosæ sint libidines, vbi nullo fræno cohibentur. Itaque nihil mirum si prostratis iudiciis, in solecat quisque contra alium, graftetur crudelitas, sine modo vlo ferueat celerum licentia. Quod si prudenter expenderemus, pluris à nobis fieret Dei beneficium, dum nos tolerabili aliquo in statu continet, nec sinit iam miserè dissipari. Vnde constat publicos humani generis hostes esse; imò nihil differe à fœtis bestiis, qui ad labefactandum politicum regimen, studia sua conserunt vel applicant. Hæc vero feedissima confusio à Prophetâ ponitur, quod puer contra senem proteruet, despœcti & vulgi quisquilia insurgent contra proceres & magna æstimationis viros. nihil enim magis præposterus, quam sublato pudore iam contumeliosa tractari, qui reverentia digni erant. Hoc tamen tam deforme pudendūmque exemplum necessariò accidit conuulso politico ordine. Quod ergo verbum **υα** atriè interpretatus sum Violenter agere, necessitate coactus feci, quia alioquin mutila esset oratio.

C V M A P P R E H E N D E R I T.) Quia versus hic cum proximo cohæret, pendet que sententia, vsque ad verbum **υα** rurabit, particulam **ι** pro adverbio temporis accipit certura est. Isaías enim extremam populi miseriā exprimere volens, neminem fore dicit qui gubernandi curam, quanvis rogatus luscipiat. Tantum certè apud homines valet ambitio, vt certatim multi semper appetant principatum: imò cum periculo capitis ad eum aspirent, imò totum orbem omnibus seculis concus sit regnandi cupiditas. Nec ullus est tam ignobilis pagus, qui non reperiatur voluntarios aliquos præfatos: ad eum cupidum honoris animal est homo. Hinc sequitur deplorata esse omnia, vbi non modò spernitur dignitas, sed pertinaciter etiam respuitur. Extremus enim funestæ cladis est cumulus, vbi refugunt omnes quod naturaliter summo ardore experit. Alias circunstantias augendi causa recenset Isaías, quod potius omanum humanitatis & misericordia sensum exuent Iudæi, quam ut gubernandi munus obeat. Si quis ex terribus Centibus recusat dominari, non ita fortè mirum videbitur. Sed vbi de fratribus salute agitur, honorificare prouinciam reuicere, nimis inhumanum est. Ergo vbi onus Principis à se depellit, cuius consanguinei fidem implorant & cuius se patrocinio commendant, signum est extremæ desperationis. Nam quia solet eligi Principes à censu, vel saltem non solet defterri imperium nisi quibus suppetit mediocris facultas, ne eos paupertas exponat contemptui & ludibrio, vel ad iordidos quæstus impellat, hæc etiam circumstantia additur, quanvis ad lusinenda onera sufficient, non tamen onus impositum recepturos. acsi diceret, Non plebei modò, sed optimates quoque ac splendidi, gubernationem fugient. Verbum quoque apprehendere, emphaticum est, quia tantundem valet, ac manu iniicere, quasi dixisset Isaías, non modò blanditis & precibus astros qui principem querent, sed tumultuarium fore concursum, ut vnum aliquem arreptum cogere ad regnandum studeant. Non minus ponderis subest in extrema circumstantia, Ruina haec sub manu tua sit, hoc est, saltem si qua est misericordia & humanitas, extremæ nostræ miseria succurrere ne graueris. Nam vbi turba hominum tanquam greci dispersus flebiliter suam dissipationem lugens, Pastoris fidem implorat, non porrigeret auxiliarem manum, ferrea duritas est. Quidam, acsi esset in verbis hypallage, sic conuertunt, Manustua sit sub ruina hac, nempe fulciendi causa.

7 I V R A B I T I N D I E I L L A Y. Iurandi verbo exprimitur præcisa & vehemens repulsa. Sæpe enim qui initio excusauit vel abnuit se facturum, precibus tandem cedit: qui verò interpolato iure iurando aliquid negat, spei viam præcludit, quasi re prorsus deliberata & fixa. Forte etiam particula, In die illa, tantundem valet atque Mox, nulla adhibita mora & absque longa consultatione. Sed quia potest etiam accipi **δειπνος** ad tempus calamitatis rufus notandum, non insisto. De summa conuenit, nullum dissipationi remedium fore.

Vocem **ωατ**, tametsi variè exponent Interpretes, tamen eorum sententiam libertius amplector, qui metaphoram hæc à chirurgis sumptum esse putant. Nihil est enim quod melius quadrare possit perinde enim est acsi quis ad sanandum ægrotum acseritus, neget se medicinæ peritum esse, vel difficiliorem esse morbum, quam ut ipsum curare possit. Proxima copula, est loco causalis: acsi diceret, Et certè non sunt mihi pares facultates. Significat ergo tam deploratum fore statum, ut nemo sit qui vel extremis in rebus consulere necessitatì audeat.

8 C E R T E C O R R V I T.) Ne videatur nimium crudelis Deus, quod tam seuerè in populum suum animaduertit: breuiter hic exponitur clavis ratio, acsi diceret Prophetâ, merito perire impium illum populum, quitor modis ad Deum exacerbandum obstinatus fuerit. Atque ita præciditur ex postulandi ansa, quia scimus quam audacter obstrepat mundus, quoties asperius castigatur. Dicit autem tam verbis quam exequitione, ad quodvis scelerum genus fusile promptos. De excidio autem verbis loquitur, acsi res ipsa esset in conspectu: quanvis præteritum loco futuri, vt sæpe alijs, accipi potest.

AD EXACERBANDVM.) Locutio hæc crimen amplificat, quod velut data opera Deum laessere ipsis propositum fuerit. Nam quæ sub oculis nostris fiunt, si dispergunt, plus afferunt offensionis. Illudunt quidem Deo impij, acsi possent cum fallere, sed quia nihil quantumuis occultum, cuius conspectum fugit, exprobrat Isaías quod palam & sine pudore coram ipso prorupe-

rit ad sceleram patranda. Notandum etiam est epithetum Gloriarum: quia prodigiosi furoris signum est, ubi se offert Dei maiestas, nulla reverentia tangi. Deus autem magnifice extulerat gloriam tuam populo Israel, ut meritò humiliare eos debet et, siquid reliquum sonset pudoris vel modestie. Ergo vt cuncte obmurmurent Deo impi, cùmque facundis infimulent, calamitatum omnium quas sustinent causam manibus eorum reperitur.

9 PROBATIO VULTVS IPSORVM RESPONDET.) Quoniam Prophetæ negotium erat cum in pudentibus & perfidis frontis hypocritis, qui impudenter se bonos viros iactabant: id: o dicit, vultum ipsorum testimonium reddere quales sint: neque procul adiucando esse testes, vt ipsos contumaciter nequitur sursum. RESPONDE RE enim accipit pro testimonio ferre vel fateri. Quanvis ergo vultum & frontem simulent, ita vt si peccant alios: Deus tamen ipsos sepe quales sunt, prodere & demonstrare cogit: vt etiam multi fraudum & simulationum suarum notam velut in fronte gestent.

Alii exponunt eorum sceleram adeò conspicua esse, vt non secus atque in speculo posint, quam occultare cupiunt turpitudinem, agnoscere. Sed priorem sensum confirmat quod proxime sequitur, prædictae sceleris suum non secus ac Sodomitas. Quibus verbis significat eos ita te profutuisse ad nequitiam, vt sua flagitia nullo pudore iactarent ac si gloriolum ac laudabile apud eos foret, calculato omni discrimine turpis & honesti, quidvis sibi licentiae permittere. Ideo comparat eos Sodomitas, quos ita excœauerant sua libidines, vt bruto stupore ad quodvis nefas ruerent. Hec igitur responso vultus est cuius nuper meminit, quod manifesta impunitatis signa prece seruat, quæ abundantissimæ ad eos peragendos.

V A E A N I M A E IPSORVM.) Hic exprimit quod iam antea dictum est, omnem malorum causam in ipsis residere: quia sceleribus & flagitiis Dominum prouocarunt. Itaque nullam esse causam cur tergiuersentur, frustra vanos colores exegorunt, cum malum ipsum in eorum oīsibus residet: ac si dicret, Deus infimulari non potest quasi vos immiterio persequatur. Agnoscite vos ipsos esse authores: date gloriam justo iudicii, vobisque omnem culpam adscribite.

10 DICITE, IVSTO BENE ERIT.) Ante quam recitem aliorum sententias, genuinum sensum perstringam. Quoniam vultiones adeò graues, temptationem admodum acerbat, piissimè solent, ac præfertim quod nullæ ferè accident publicæ calamitates, quæ non bonos yñam cum malis inuolunt, ideo Prophetæ meo quidem iudicio reuocat ipsos ad prouidentiam Dei, quæ nihil temere misceret, sed rebus in speciem confusis, tamen inter bonos ac malos discernere non definit. Porro varii expomunt hic locus. aliū enim vertunt. Dicite iusto, quia bonus est: ideo fructus manuum suarum comedent: & talis ex eorum sententia elicitur sensus: Volo ac nubeo pro bono animo esse: quanvis enim sceleris animaduertam in populi flagitia, priuatenus bene habebunt. Sed hic sensus est aptior: D I C I T E, id est habete hoc constitutum. Dicere enim pro cogitare & persuasum habere, sacerdos in Scripturis accipitur: vt David, Dux, custodiā vias meas. & iexcentia ciuiusmodi. Non iubet ergo dici iusto, sed unumquenque persuasum habere apud se, felicem iusti fore statum, vt cuncte nunc infelix videatur. Præterea etiā, pro felici & prospero statu accipio: quemadmodum superiore versu נָא, cui nunc נְאַת̄ opponitur. Atque ita non pro malefico, sed pro aduersa conditione accipendum eseo. Quia autem ad verbum est, dicite iusto נְאַת̄, aut particula נָא affirmat, vt sepe alia: aut videtur esse superflua, quanquam probabile est, ad confirmationem valere. Certè iusto bene erit, quod scilicet omnis dubitationis causa tollatur, vt que persuasum habeamus, optimam & felicissimam iusti conditionem fore: quod persuasum difficile est. ideoque additur. Fructum operum suorum comedet: hoc est, non fraudabitur æquitas suæ mercede. Quod aliū Dicere pro hortari accipiunt, & duas voces נָא, נְאַת̄, vertunt, Quod bene agat, tanquam coætum repudio.

11 VAE IMPIO MALE ERIT.) Contrarium superiori membrum opponit: ex quo facile est colligere quale sit consilium Prophetæ: nempe, consolationem afferre piis, & impios terrene iudicio Dei. Nam cum indicet grauior calamitas, qua promiscue omnes plectuntur, his tam an mundus prouidentia Dei, aut potius temeritate Fortunæ gubernetur. Itaque pii sibi timent ac verentur, ne eodem exitio simul perdantur cum impiis. Alii cogitant nihil referre bonus nisi an malus, quod pestis, bello & fame, & exercitus ærumnis hos atque illos premi videant. Atque obrepit impia illa cogitatio, nihil esse differiminis inter priæmia bonorum & malorum. Atque inter has nebulas, plerisque carnis suæ sensus ad desperationem sollicitat. Ideo Prophetæ ostendit iudicium Dei rectum esse, vt Deum timere pergent, atque intelligent, non impune euasuros, quicunque spe impunitatis Deum irritant: atque hortatur ad tribuendam Deo laudem iustitiae: ac si dicaret, Ne existimetis eæcam in mundo Fortunam variari: aut Deum ex eo impetu ruere, nulla adhibita æquitate: sed habete penitus in cordibus constitutum, iusto bene fore. Dominus enim rependet illi quod pollicitus est, nec cum sua spe frustrabitur. Contrà, Statuite infelissimam fore impi conditionem. ipse enim sibi malum accersit, quod in eius caput recidere tandem necesse erit. Inter ea his verbis Prophetæ stuporem populi reprehendit, quod iudicium Dei non sentiret. Sustinebat enim poenas scelerum suorum, & tamen in iis obfureccebatur, ac si omnino esset attonus. Nihil autem dicit.

Gen. 18.c.
20, 21. 19.

psal. 39.
a 2

tem peris accidere potest, quām cūm ad plagas occalluimus, nec sentimus nos à Deo castigari. Vbi talis est sit upor, fērē desperati sumus.

12 E X A C T O R E S.) Hic quoque coaguntur vae cordia & hebetudo populi, quia in rebus apertis cōcūtūr et. Nihil est quod magis ægrē ferant homines, quām sibi iugum imponi: nec vlli se libenter potentiorum dominationi subiiciunt. Frāctos igitur & emarcidos eorum animos esse oportet, q. u. mol' labus & effeminitas hominibus parent, sēque ab us opprimi patiuntur. Nec verò iugaria ipsi ita diuinitas percussos cīc dubius est, qui non fecus atque alii, sponte humeros chitellis offerunt. Ferenda quidem est vis tyranica, etiam ingenuis naturis: sed exprobrat Iudeis Isaías, quum pertinaci ter excutient Dei iugum, si ruliter ad obtequia quantumvis pudenda & fōrdita, paratos esse. Ne c enim causari poterant Iudei se cogi per vim, quum iis parent sponte, quos tamen libenter refugissent. Vnde apparēt ipso manu Dci percūlos esse, & formidine agitatos, vt nihil animauit virium haberent. Atque hēc vltio est quam Deus per Mosen minatus olim fuerat. Nam ad generalem illam Mosis doctrinā, vt iam antea dictum est, semper Prophetæ alludunt. Quād enim fieret, vt homines quibus est resistendi facultas, sponte seruitutem subirent, quam tamen fūgerent perlubenter, nisi mentem ipsi & consilium adimeret, vt sic eorum teclera vlciserentur? Quoties igitur nobis idem eveniet, ne id fortūtum esse existimemus. Imò quoties homines nihil & pueris inutiliores imperabunt, iram Domini sentiamus, nisi summi stuporis argui velimus à Propheta.

Q V I T E G V B E R N A N T.) Prosequitur candem doctrinam, Deum Iudeis grauiter esse iratum qui habenās laxet impīis ad omnia turbanda: quando ab eo propitio, sanctissimum & beatissimum regimen sperandū erat. Simul probabile est, vulgus hominum suis processibus, stulte fuisse deditū, vt tam præscripta eorum, quām mores pro oraculis veneraretur. A tqui illinc quicquid passim regnabat corruptionis, profectum erat. Ergo cūm populi incogitania ferperat latius contagio, clamat Isaías caendum esse ab ipsis gubernatoribus, qui extialiter populū depravant. Alii exponunt, Qui te beatificant, sed quoniam partipūm quo vtūt, potest deduci à זבָן quod significat Regere, illam potius interpretationem sequar, vt aptior est contextui. Fateor quidem falsos prophetas populo fuisse adulatos, sed quorūm hic mentio fiat de eorum blanditiis, non video. Hoc verò in Duces & capita optimè competit, exitiū causam esse. Nam vt salutis causa creantur Principes, ita nulla est magis exitiosa peccatis, si mali fuerint, & pro libidine sua dominantur. Eos igitur qui præfūnt, malorum authores esse, & omnia depravare dicit, cūm & alios corrigerē, & suo exemplo viam monstrare debuissent.

13 S T A T A D D I S C E P T A N D U M) Quandiu sine frēno grāssatur impītas, nullūmque ex alto remediu adhibet Dominus, putamus ipsum otiani: officiūque sui oblitum esse. Præfertū vbi parcitur ipsis magnatibus, videtur illis concedi peccandi libertas, quia fas non sit quasi sacrofanc̄tos attingere. Ideo postquam de Principib⁹ conquestus est, subiungit Dominūm functūrum officio suo, nec impūne paſsurum tanta flagitia. Nullum enim ferē grauius est scandalum, aut quod metes nostras magis conturbet, quām cūm Magistratus nullo contra mulſitante, imò cunctis ferē plau-dentibus, pēsimā quāque exempla in publicū spargunt. Tunc quāremus vbi nām si Deus, cuius gloria in ordine illo refūlge debuerat, major verò pars autoritate abripitur. Huic dubitationi nūc occurrit Isaías: Tamē sceleratus sit populus, quia tamen ipsi Principes corrupti simi sint, imò suis virtutis contaminēt totum populi. Deum federe in cælo iudicem, qui rationē tamē respōset, & cuique rependet mercedem suā. Quānūs turbam criminē nō liberet, ne tamen incogniti sint malorum fontes, peculiariter aggreditur gubernatores, ac minatur quam menti sunt poenam. Prius erexerat Deo solium, ex quo dīceptaret: nunc rursus dicit venturum. quomodo? cum Senibus. Etsi autem allusio concinna esse posset ad legitimos eūtēs, vbi Deo absident seniores tāquam eius vicarii: subseribō tamen receptoriā fententia, Deum litem fuscipere contra senes populi sui. Itaque respondet hic locus fententia Davidis, Deus stabit in eūtu deorum: id est, quānūs nūc Principes omnia impūne agere videantur, nec quānūm corūm libidinem & intemperiem cohī-beat: aliquando tamen Deum sibi præesse fentent: eīque gestorū omnium rationē redditūrunt. Has reprehensiones non satis æquo animo tulisse iudices illius temporis, dubium nō est. Nec enim tam graniter aut seuerē secum agi volunt, nec licere existimant: volunt enim penes se esse omnia, arbitrium suum haberi in star legis, licere sibi quicquid libet: omnes ipsis blandiri & applaudere debere, & in rebus pēsimē gestis affentari: neminem suārum actionū iudicem ferunt, imò nec se Deo ipsi subiici patiuntur. Quando igitur adeō sibi frāna laxant, vt neque monitiones, neque minas villas ferre possint, Propheta ipso citat ad tribunal Dei.

Principes autem electi populi honorificē vocantur per concessionem, quod etiam notādūm est, quia dignitate sua putabant se veluti priuilegio quodam exemptionis & legibus solutos: & quānūs profani Reges & Principes redderent rationē, se tamen esse sacrofanc̄tos. Putabant ergo se omni reprehensione superiore, nec minis secum & terrorib⁹: quās cū profanis hominibus, agendum esse. Propterea nominatim exprimit Isaías, Dominūm non cum Principib⁹ quibuslibet solūm actūrum, sed etiam cum fastuolis hypocritis, quibus populum suum committerat.

S T V O S P E R D I D I S T I S V I N E A M .) Satis trita est Vineæ metaphora, vbi de populo pre- *psal 80.*
fertim Irachthio, agitur. Et haec voce nunc crimen duplcat Propheta, quod populo, quem Deus b 9, & le-
singulari amore amplexus fuerat non magis pepercit, quam si in gêre protana dominati essent. *rem. 2 e. 21*
Est etiam emphaticum pronomen, Vos. Alloquitur enim ipsos viniores, qui cum excolende vi-
nea præfecti essent, cum tanquam fera bestias, depastæ sunt. Promte in eo crudelitatem ipsorum
non parum amplificat. Quante enim perfidia fuit, perdere quod conferuare & tuui debebant? O-
stendit autem Dominus haec similitudine, quamam iuorum curam gerat, & quam vnicè iplos amet.
non modò quia cuius vinea & hæreditas vocatur Ecclesia: sed dum eorum perfidiam & seclus te latu-
rum negat, qui tyramide dominati fuerint. Speciem vnam subiecit, ex qua reliquæ vite eorum par-
tes agnoici poterant, Prædas & ipsius pauperum apud ipsos esse. Atqui Principum ædes instar fa-
cerunt cuiuspiam esse decret. Occupant enim secundum Dei, quia omnibus sacrosancta esse debet.
Summum igitur sacrilegum est, è sacra, i poliarium efficere. Anges crimen, cum addit, **P A V P E-
R I S.** Est enim omnium iceleratissimum lauitæ genus rapere ab egeno & paupere, qui seipsum
tueri nequit, quem etiam iuare oportere.

I S Q V I D V O B I S .) Species quoque alias enumerat, ex quibus appareat, superbè, crude-
liter, contumeliotè fuisse damnatos. Nec enim oportuit Prophetam omnia ligillatim recensere,
quaecunque in Principibus reprehensione digna erant: quia ex his paucis cōstat, quam iniusta, im-
manis & tyrrannica esset ipsorum dominatio. Quòd vero pauperes configunt, nisi ad Magistratum,
qui pater patriæ esse, & misericordia optulari debet? Propterea virtutem vehementia interrogatio-
nis. **Q V I D A F C I D I C E R E T ?** Quæ est ista audacia? quanta ferocia ac barbaries, sic pauperum te-
nacitate abutit, ut nulla in parte ipsius pareatis: Duabus enim metaphoris notatur iuxta oppresio cum
fausto coniuncta.

D I C T U M I E H O V A E .) Ne minus quam par erat haberet authoritatis obiurgatio, Dei per-
sonam in medium produxit. subest enim tacita antithesis: non esse haec velut ex hominis ore acci-
pienda: sed Deum ipsum accusationis esse authorem, & persequi illas iniurias, id est tandem i-
psas ulturum. Nam qui in aliquo honoris gradu constituti sunt, tam impotenter se esse effurerunt, vt o-
mnium monita & dicta negligant. Eorum igitur superciliosi maiestatem Dei opponit: ne audeant
serias & graues eius minas contempnere. Interim meminerimus, nou si accipi debere hunc locum,
quæ Propheta tantum de misericordia Dei concionetur. Postquam enim vniuersalem omnibus
ultionem denuntiavit, nominatim petit ipsa capit: ut neminem Dei manum evadere posse ostendat.
Atque hic est argumentum, quod vocant à maiore ad minus; **Quomodo parceret Dominus**
vulgò ignobili, cum etiam de Principibus ipsis poenas sumpturus sit, quod vineam corrucepit?

16 S V P E R B I V N T F I L I A E S I O N .) Sequitur alta comminatio aduerius mulie-
rum ambitionem, luxum & superbiam. In his autem Propheta certum ordinem sequutus non est:
sed vt res postulare videbatur, nunc haec, nunc alia vitia reprehendebat: deinde habita concione,
summam eius paucis comprehendebat, quemadmodum capite primo dictum est. Inuchtur ergo *Supr. 1. b. 7*
in vestes sumptuosas & superuacuum ornatum: quæ certa erant signa vanæ ostentationis. Et sem-
per ubi excessus est in cultu & nitore, ambitio perspicitur: ac plura vitia ferè inter se cōiuncta sunt.
Vnde enim luxus in viris & mulieribus, nisi è superbia? Primum igitur superbiam meritò taxat, vt
fontem mali, eamque à signo indicat: ab incessu scilicet: quod mulieres creto collo ingrediantur.
Quemadmodum enim modestæ signum est, demittere vultum (vt etiam profani scripores testati
sunt) ita nimium attollere, arrogantiæ est. Neque erecta ceruix in muliere quicquam præter superbiam
efflare potest. Et sicut prudenter à fonte ipso orditum Propheta. Nam si à signis initium feci-
set, veluti à vestibus, incessu & ciuismodi, obiūcere promptum erat, animum nihilominus rectum &
purum esse: nec vero si elegantius & ornatus paulò vestiatur, esse tamen causam idoneam, cur tam
acerbis vocibus ipsas incelleret, & citaret ad tribunal Dei. Ergo vt vanis accusationibus obuiam
catanterius vitium detegit, quod se in toto externo habitu profert. **Quod addit de o c v l i s v a-**
g a n t i b u s , affectum impudicum notat, cuius in oculis indicium vt plurimum esse solet. Oculi
enim impudici, nuntii sunt impudici cordis: honestæ vero matronæ, oculos in se collectos, non va-
gos aut instabiles habent.

P L A V D E N D O .) Hoc pertinet ad indecoram gesticulationem quæ lasciviam prodit. Est au-
tem incertum, an in cœpidis suis mulieres crepitacula gesticarent, quæ in ipso incellu resonarent, an
vero in gressu ad numeros aptato imitate sunt saltatriculas, quoniam ab illis seculis induitæ totum
formæ valde immutata est. libet tamen recipio illam interpretationem, quod sonum ambulan-
do ediderint. hoc enim vox ipsa satis innuit.

17 I D E O D E C A L V A B I T .) Est hic copula loco particulæ causalitatis enim, quod nec
blandis monitionibus, nec verbis ullis corrigi possint, Dominum longè alter cum ipsis actuum
esse, ne tantum sermone asper sit ac seuerus, sed manu armata ad ultionem formidabilis prodeat. I-
taque quemadmodum proteruam suam à capite ad pedes ostentauerant: ita significat Dominum
in omnibus partibus corporis signa ultionis sunt demonstraturum. A capite ergo incipit, ubi præ-
cipuus est decor: & reliquæ partes deinde perlequuntur. Est autem obseruandum, hanc frustam Pro-
p. 11.

phetam aduersus mulierum luxuriam tanta vehementia & contentione inuestitum esse: cum enim laborant multis virtutis, tum isto maximè, quod insani ardenter cupiditate se se ornandi. Nam cum auaræ sint natura, sumptui tamen nulli parcunt, quod te ornent; deducunt etiam de cibo, genitumque fradant, quod elegantius & pretiosius induantur. Tanta est eius virtutis corruptela, ut alia omnia exuperet. Teftantur historiæ, quantas Romæ turbas mulieres excitarint ob legem Oppiam, quam a lii sanctam, alii abrogatam volebant: atque in eo negotio nihil ob earum turbas aut grauter aut moderatè actum est. Nec verò exempla longè petenda sunt, cum infinita apud omnes ferè nationes extant, sicut que virtutem omnibus seculis per ruit. Quoniam verò acuti & solerter sumus communis eisdem exultationibus, quibus luxum & intemperiem nostram tegamus: ideo Prophetæ totius mali fontem quasi dixito indicauit: nempe in sanam istam ambitionem, ut iam dictum est, qua abrupti homines, se se ostentare, atque inter alios eminere volunt. Nam quod sint magis conspicui, vestium ornatum splendore cupiunt, quo oculos aliorum in se conuentant. Postquam verò Prophetæ manum ad malis fontem direxit, species multas enumerat, ut quasi in medium proferat mulierum ineptias. Earumque longum catalogum recenset, quod in illis coacerundis nihil sit muliere curiosus. Infinita enim figura gignit: nec immerito iis Mundi nomen veteres imposueré. Sunt enim ferè tam infinita, quām singulæ mundi partes, si in unum congerantur. Itaque videtur hic Prophetæ excutere arcuas mulieribus, & proferre in medium quas in iis reconditas habent pomparum nugas, in quibus quod vehementius delecati & glorianti solent, curiosa earum stultitia vnicuique magis perspicua esse posset. Non est igitur superuacanea hæc enumeratio quantumvis verbosa, qua inexplicabilis cupiditas traducitur. Quod ad species attinet, ego illis explicandis non immorabor, cum etiam peritissimi Hebreorum in quibusdam dubitent, neque certò formas istas ornamentorum possint distinguere. Satis est si summam rei, & Prophetæ scopum teneamus: nempe congregatas in acerum, & numeratas esse his nugas, ut ex ipsarum multiplici varietate sic pateat luxus & ambitio, quibus excusatio nulla affter queat. Ninius enim impudentiæ esset, dicere ad tegendum corpus necessaria esse, quæ præter naturam excoigitat friuola mulierum vanitas. Quot verò hic refert, quæ neque requirit natura, neque necessitas, neque honestas? quorū enim monilia, bullæ, inaures, & reliqua euulmodi? Vnde satis peripicum est, superuacuam congeriem nullo prætextu tegi posse: luxus esse inmoderatum, quem cohiberi aut frænari operæprecium est: rite etiam lenocinia esse effeminantis animis, atque ad libidinem incitandis. Itaque nihil mirum est quod Prophetæ in hoc virtutum tantopere inuictus, grauiterque pœnas denuntiat.

24 PRO SVAVI AROMATE, PVTUREO.) Constat regionem illam aromatum copia abundare: nec dubium esse debet, quin odorum illecebris, quemadmodum cætris in rebus, luxu diffuxerint. Videmus enim apud eas nationes quæ ab Oriente longissimè abiunt, neque locorum interualla, neque sumptum impedimento esse, quo minus in iis luxurientur. Quid fieri in redundanti copia? quæ & libidinem irritari, & luxum augeri certissimum est. Vnguentis igitur & odo-ribus variè abusos esse significat. Ingeniosa enim est hominū cupiditas, nec vñquam satiar potest.

PRO CINCTURA, LACERATO.) Alii Defluxum verterunt, quod Dominus dicingeret. Vult autem res vehementer contrarias inter se opponere: quod cum ante aeuiose præcinctæ & ornatae incederent, postea laceræ & nudæ futurae sint. Opponit etiam caluitum, cincinnis: quod non ad modestiam sed ad luxum capillos componerent. Item balteo, faccum, siue fuerit balteus, siue aliud cinguli genus, certum est Prophetam significasse zonam, quæ singulari in pretio erat. Item adustionem, venustati: quoniam eleganter mulieres vix in sole prodire audent, ne adurantur: hoc ipsis euenturum significat. Denique hic tam viri quām mulieres momentur quām sobriæ domini Dei, tam in vietu quām in vestitu, totòque vita cultu vtendum sit. Dominus enim luxum ferre non potest, ac necesse est omnino ut grauore pœna ipsum vlciscatur: quandoquidem leuiore castigatione modus imponi nequit.

25 VIRI TVI IN GLADIO.) Sermonem conuertit ad Ierosolymam totumque regnum Iuda. Postquam enim ostendit totum corpus tabe infectum esse, nec ullum membrum à contagione esse purum, ac ne mulieribus quidem pepercit, reuertitur ad generalem doctrinam. neque enim quadraret singulis feminis dari plures viros. Deinde quod proximè sequitur, non nisi in gentem ipsam competit. Speciem verò pœna designat, quod Deus bellis affliger totum populi robur. Hinc portarum luctus, quem acceptis cladi bus fore denunciat. Significat enim, ubi maxima erat frequenter & celebritas, non nisi horrendam soliditudinem fore. Scimus tune in portis habitos fusile conuentus. Sicut ergo portas quodammodo exhibilat ciuium multitudinis etiam tristes dicuntur deformi sua vastitate. Neque tamen infiior quin Ierosolymam comparat mæstæ mulieri & lugenti suam viduitatem. Nam iacere in terra, mos fuit lugentium, sicuti populus ille cæremoniis & signis exterioribus magis addicetus fuit, quām mores nostri ferant. Summa tamen est, urbem fore incolis desertam.

C A P V T . I I I I .

Apprehendent itaque in die illa septenæ mulieres viros singulos, dicentes, Panæ nostro vescemur, vestimentis nostris induemur, tantum inuocetur "nomen tuum super nos, tollasque probrum nostrum." "Vel, censemur tuo nomine."

2 In die illa erit gerumen Ichouæ in pulchritudinem & gloriam: & fructus terræ in præstantiam & decorem: nempe in liberatis Israels.

3 Et eueniet, vt qui reliquias fuerit in Siō, & residuum mäserit in Ierusalem, sanctus vocetur, omnesque Ierosolymis inter "vniuersos ascripti erunt," "Vel, ad vitam"

4 Cùm seilicet Domin⁹ cluerit fordes filiarū Sion, & sanguines Ierusalem expiatorerit ē medio eius, & in Spiritu iudicii, & in Spiritu "incēdii." "Vel, ardoris."

5 Et creabit Ichoua super totam habitationem montis Sion, & super omnem cœtum eius, nubem & obscuritatem interdiu: noctu verò splendorem ignis flammantis: quia super omnem gloriam erit protectio.

6 Erūtque obumbratio per diem in umbram ab æstu, in refugium & latibulum à nimbo & imbre.

I N C A P V T . I I I I .

P P R E H E N D E N T .) Prosequitur eundem sermonem. nec dubium est quin non tenore habita fuerit hæc concio. Certè hic versus à superioribus minime separari debuit. hac enim circumstantia inclusus exprimit qualis futura sit vastatio & clades quam nuper denunciauerat Iudeus. Nam hypocritæ nisi geminetur terror, vel ad minas furi sunt, vel eas extenuant, vt numquam satis eos afficiat Dei leuentas. Ergo hic ab effectu ostenditur clades propinquæ atrocitas, ne fibi facile exitum promittant. acsi diceret, Ne putetis mediocrem fore que vos aliqua ex parte tantum diminuat, nam extrema interiecio vos manet, vt vix septem mulieribus vir unus reperatur. Atque huc pertinet verbum Apprehendere. Est quidem à fexus verecunda alienum, vt mulier vltro se viro offerat. Atqui Prophetæ non hoc modò facturas dicit, sed quasi inicta manu septem retenturas virum unum, tanta erit raritas. Cladem etiam amplificat quod proximè sequitur, Panæ nostro vescemur, &c. Nam cum proprium viri munus vxorei cum familia alcre, inquis conditionibus virum fibi querunt mulieres dum eum exonerant omni cura iuppeditandi vietus. Summam igitur virorum paucitatem esse oportet, vbi plures fecerint non solum deposito pudore virum unum ambit coguntur, sed ne hanc quidem passionem refugiunt, vt sibi viatum procurent ipsi, nec aliud postulant quam à viro in fidem coniugii admitti.

I N V O C E T V R N O M E N T U M) Latine reddi potest, Censemur tuo nomine. Mulier enim cùm transit in familiam viri, eius nomine cenfetur, & proprium perdit: quādoquidem vir ipsius caput est, vnde ei velum subiectiōnis signum est, & Saræ dicebat A bimelch, Abraham vir tuus operimentum erit capit⁹ tuo. Quod si innupta maneat, late sub nomine familiæ sue. Hæc autem istius locutionis veram significationem esse satis constat, ex 48.c.16. Genes̄: vbi Iacob nepotibus suis benedicens, ait, Nomen meum & patrum meorū, Abraham, & Isaac, in ipsis inuocetur, id est censemantur in nostra progenie, sintque particeps feederis, nec vnuqu abalenientur, quemadmodum Esau & Imaclæ contigit. Sic & profani scriptores loquuntur. Apud Lucanum libro secundo Martia redire ad Catonem volens, Datantum nomen inane Connubis: liceat tumulo scripsiſe, Catonis Martia. Dicunt autem COLIGES PROBRVM N O S T R V M : quoniam mulieres quoddammodo probrofæ videntur, cùm viros non repurant, non solum quia detipici videntur quād indignæ, sed quia in populo veteri præcipua Dei benedictio erat soboles, ideoque sollicitas fore dicit Propheta de eluendo hoc probro, omnesque ad eam rem persuasione viuras. Denique significat tantam fore cladem, quæ omnes propemodum viros abfumatur.

2 I N D I E I L L A E R I T G E R M E N) Opportunè subicitur hæc consolatio, quia diræ illius clades nuncio absterreri poterant pī ac secum ambigere quomodo in ruina populi stabile futurum esset Dei feedus. Hæc enim longe inter se disidet, populum fore instar arenæ maris, & tamen horrenda strage sic peritum, vt in reliquis nulla esset superflue dignitas, nullus splendor, ac nullum ferè nomen. Suo igitur & communī Prophétarum more maturè occurrit Iudas, & addita consolatione mitigat inmodicum terrem, vt hdeles Ecclesiām nihilominus saluam fore confidant,

1. Cor. II.4.3Gen. 20.d.16Gene. 25.c.23, c.21.4.10

Zach. 6.
c.12

ac bona spe sustentent suos animos. Sic ut ergo de instauratione montis Sion differuit secundo capite, ita nunc promittit exorituram nouam Ecclesiam: sicut germin in agro prius inculto nascitur. Locus hic quidem vulgo de Christo exponi solet: & cum per se plausibilis sit opinio, plus coloris accedit ex dicto Zachariae. Ecce vir cuius nomen erit Germen. Hoc idem etiam confirmat, quod Propheta non simpliciter, sed cum adiectione honorifica loquatur de hoc Germine. ac si Christi diuinitatem commendare propositum esset. Postea cum addit Fructus terrae, hoc ad humanam naturam referunt. Sed omnibus proprius expensis, non dubito Germen Dei & Fructum terrae accipere, pro copioso & infolito gratiae prouentu, qui famelicos recreabit. Perinde enim loquitur, ac si terra post vastationem steriles & squalore obsita, nullum germin in futurum promitteret: quod magis in subita fecunditate optabilem reddat Dei gratiam: ac si agri ieiuni & steriles, inexpectata tam herbam producerent. Atque haec metaphora satius est Scripturæ familiaris, Deidona in mundo germinare. Psalm. 85. b. 12, Veritas est terra germinabit, & iustitia est calo propiciet. Ita infra 45. b. 8, Aperiatur terra & germineret salutem, quibus vberem tam spiritualis quam terrena benedictionis copiam notari certum est. Et hunc esse presentis loci sensum, ex contextu liquet. subiicit enim continuo post Isaia, Decus & splendorem huius germinis fore liberationem Israël, hoc est, numerum residuum, quem Dominus ab interitu eripiet. Nam nomen נָשֵׁר quod verti solet Euasio, hic sicut aliis pluribus locis est collectuum. Sed adhuc potest esse duplex sensus, vel quod ipsi liberati erunt fructus gloriae & germin decoris: vel quod inter ipsos germinabit Dei gratiae. Mithi prior expressio magis probatur: quia videtur proximo veru explicacionem addere Prophetæ, vbi dicit, Santos fore, qui erunt superstites. Huc quidem spectat Prophetæ consilii, gloriam Dei, fore illustrem, cum exortetur noua Ecclesia: ac si ex nihilo crearet sibi populum. Qui restringunt ad Christi personam, ridiculos se faciunt Iudeis, ac si præ inopia Scripturæ locos, in iuvum cōmodum torquerent. Sunt autem alii Scripturæ loci, ex quibus plenus euincere licet, Christum esse verū Deum & verū hominem, vt nihil hic opus sit philosophari. Intercea de regno Christi hic agi fateor, in quo fundata fuit Ecclesia restituta. Notandum verò est, consolacionem non promulgué ad omnes dirigi, sed tantum ad reliquias, quæ mirabiliter è fauibus mortis erupta fuerint. Cæterum quia frigida visu poterat consolatio, si tantum dixisset exiguum numerum fore saluum, de magnifica gloria & decoro splendore concionatur, vt sperent fidèles, nihil damni fore in diminutione illa: quia non in multitudine posita est Ecclesia dignitas: sed in puritate, dum electos suos Deus Spiritus donis magnifice & gloriose exornat. Vnde utilissima doctrina colligenda est: quanuis scilicet rari sint admodum fideles, quibus velut ab incendio erupti fuerint, gloriosum tamen inter ipsos Deum fore, nec minus illustre magnificentia sua specimen inter ipsos, quam inter multis, exhibitorum.

3 E T E V E N I E T.) Prosequitur eandem sententiam, vbi populi colliuvias profligata fuerit, quod restabat purum & sanctum fore. Quod ita resoluunt quidam, vocando esse sanctos qui inueniti fuerint scripti in libro vita, nimis restrictum mihi videtur. Potius seorsum legenda sunt haec duo membra, omnes qui residui erunt in Sion fore sanctos, & qui superstites erunt in Ierusalem, scribendos esse in libro vita. Et repetitio haec Hebreis sat frequens est atque visitata, vbi idem beneficium Dei, variis eligis prædicant Prophetæ. Sicuti quum dicitur, In Ierusalem erit salus, & in Sion remissio peccatorum, eodem utrumque referri debet. Magis tamen extollitur Dei gratia, quum salutis causa in gratuita venia ponitur. Similis est huius loci ratio. Mundam enim Ecclesiam fore dicit sordibus absteritis, & quicunque in ea locum habebunt, verè electos Dei fore. Iam hoc in externam Ecclesiam non omnino competere certum est, vbi plerique admixti sunt titulo tenus fideles, qui nihil dignum sua professione habent. imò qui tanquam paleæ in area gregem bonorum numero superant. Et quanquam Deus exilio Babylonico velut cribro rualtas paleas excusserat, scimus tamen longè adhuc à legitima puritate absuississe Ecclesiam. Sed quia tunc aliqua ex parte apparuit imago eius puritatis, quæ verè & solidè conspicua erit postquam segregati fuerint agni ab hedis, Isaia suo more de primordiis illis loquens, complectitur continuum tempus usque ad finem, dum præstabit Deus in solidum quod tunc incepit. idem & quotidie fieri videmus. Quanvis enim castigationibus, & penitentia non omnibus maculis in totum purgetur Ecclesia, sublatis tamen inquinamentis, partem sui nitoris recuperat. Ita nullum ex flagellis damnum patitur: quia sic minuitur, vt multis hypocritas euomendo tantundem leuetur: quemadmodum ægrot corpori non nisi purulenta vel fetida materia cicatira, restitu potest sanitas. Hinc redit ad nos utilissima consolatio: quoniam semper multitudinem appetere, atque ex ea Ecclesiæ conditionem estimare solemus. Atqui hoc potius optandum esset, vt pauciores essemus, atque in nobis omnibus reluceret gloria Dei. Sed quia aliò nos ducit nostra gloria, eò fit vt numerum potius hominum, quam paucorum virtutem spectemus. Colligendum est etiam quae vera sit Ecclesiæ gloria: verè enim floret, cum sancti in ea locum habent: tametsi pauci & deipicabiles mundo, florentem tamen & optabilem eius statum reddunt. Sed quia nunquam futurum est in hoc mundo, vt sancti in Ecclesia soli locum occupent, patienter ferenda est permixtio. Interim pro beneficio non vulgariter habendum, quoties ad legitimam munditatem proprius accedit. Per Scriptos in libro vita, iam diximus intelligi Dei electos, ac si diceret, resecandam esse profanam turbam, quæ tantum in terra non men

Ierol. 2. g. 32

men habet. Alludit autem Propheta ad locum Mosis, Exodi. 32. vli optat potius deleri ex libro vite, quām totus populus pereat. Et si autem non alius Deo liber est, qui aeternū suū m consiliū, quo nos pro filiis adoptans, prae stinatur ad salutem: similitudo tamē hæc nostræ rudi-
tati optimè conuenit: quia non aliter mens nostra conceperit & gregem suum Deo notum esse, ne quis ex electis à vita viuquam excidat. Q[uod] si ergo iuuos habeat Deus quodammodo detestatio[n]is, de cre-
tum adoptionis, quo aeterna illis beatitudine fixa manet, liber vita dicitur. Re probi vero etiā ad tem-
pus filii Dei videtur parer esse, ab hoc tamen catalogo alieni sunt: sicuti videmus eos excuti, dum
iuos colligit & segregat, ac huius quidem rei complementum non ante diem ultimum extabit: quia
tamen filii Dei, dum constanter, deficientibus reprobis periculant, sanctur sua electio, non leue
in malis solutum est, quum tentationibus agitati non excidimus à gradu.

4 Q U Y M F L V E R I T .) Eandem adhuc sententiam proteguntur. Nam quum vulgo existimant Ecclesiæ ex cladi bus quibus immunitur, multūm de timenti accipere: Propheta in contrarium sententiam magis ac magis insit. Et nunc ad refellendum illum errorem ratiocina-
tur à contrario, quod scilicet potius hoc modo eluat Deus Ecclesiæ fuit fordes, & corruptelas remoucat. Per S A N G V I N E S, intelligo non homicidia tantum vel atrocia scelerata, sed inmundicias & inquinamenta omnis generis. Est enim *ira fustatis* in hac metaphora, qua rem eandem
bis inculeat. Nam quod prius dixit fordes in genere, nunc in specie Sangunes, quasi menstrua, aut aliud simile appllat. In summa, ostendit fructus qui sequuntur ex flagellis Dei. Iis enim maculae
nostræ eluentur. Nam vbi impunè graſſatur impietas, simul cum aliis corrumptimur. Quamobrem
necessitatem vt nos serio admonet Dominus, & instar medici, purget, fecet, atque etiam interdum
vrat.

IN SPIRITU.) Iudicium pro rectitudine accipit, ab ipso effectu: vbi scilicet res collapsæ
in pristinum statum restituuntur. Addit Spiritum ardoris, quo fordes exuri ac consumi debent. In
quo duo notanda sunt. Primum expiationem Ecclesiæ fieri per Spiritum, deinde Spiritum ipsum
ab effectibus habere nomen nunc iudicij nunc ardoris. Perinde acsi dicere, Iudicium Spiritus, In-
cendiū Spiritus. Quoties ergo ciuiusmodi loquutiones in Scripturis occurrit, Dominus haec facit
in Spiritu veritatis, potentiae, iustitiae: possum us hoc modo sermonem verttere, potētia, veritate, iusti-
tia Spiritus. Sic enim in nobis Spiritus Dei operatur, à quo nostræ salutis initium & finis est. Ex his
igitur epithetis, qui sunt præcipiū effectus ipsius obseruantur. Dominus Spiritu suo affectus nostros
concoquit, ut nos reformet recteque officiat. Nomine IUDICIIS, declarat quidam restituzione Ec-
clesiæ præcipuum sit: quum scilicet in legitimum ordinem restituuntur vel confusa res vel collap-
sa. Aidor autem, modum & rationem designat, quia Dominus eam suo nitori restituit.

5 S V P E R O M N E M H A B I T A T I O N E M .) Ac si dicere nullum fore angulum montis Sion,
in quo Dei gratia non relucat. Habitationem & conuentum pro eodem accipio. Nec enim con-
uentum pro congregacione posuit, sed pro loco in quo homines conuenient. Porro notare volés
plenum benedictionem, alludit ad id quod refert Moses, quum Dominus à scrutore Aegyptiaca
populū liberavit, & misit columnas nubis interdiu, noctu vero columnas ignis. Hoc enim Pro-
phetis visitatum est, quum insigne aliquod gratiarum proponunt, redemptionem illam ex Aegy-
pto, velut insigne Dei opus in memoriam reuocare. Tunc enim maximè explicuit Deus immenos
gratiae sua thesauros in constituenda Ecclesiæ, nec ullum beneficentiae documentum omisit, quo
restata fieret eius populi felicitas. Hoc verò imprimi, fuit memorabile, nubis tegumento arceri in-
terdiu nimium calorem, noctu præire columnam ignis, ne in deuia loca aberrarent. Summa: huc re-
dit, quum Ecclesiam Deus ab exilio Babylonicō colligeret, non minus splendidum & nobile fore
redemptionis genus, quām dum olim populus egreditus erat ex AEgypto: non quid medio itinere
inter Babylonem & Iudeam, sicut in deserto, nubes & columnæ ignis comitat e furent: sed quia a-
liis modis non minus insignibus gratia sua & favoris testimonium patet fecit: perinde ac si quis ho-
die dicere, illuminabit nos Deus Spiritu suo igneo, dabit linguis diffusæ, quibus Euangeliū per
totum orbem spargatur. Neque enim hoc præcisè accipere deceret, quasi mittendus esset è celo
Spiritus sub visibili illo signo: sed miraculum reuocaretur in memoriam, ut eandem Dei poten-
tiam in restituenda Ecclesia hodie sperare discent fideles, quam olim experti sunt Apostoli. Ad-
de quid Propheta hoc loquendū modo continuum benedictionis tenorem comm endat, ac si dicere-
ret, Non modò ad vos liberandos Deus semel momento manum suam extendet, sed quemadmo-
dum Patribus vestris semper adfuit in deserto, sic vos etiam redemptos viisque ad finem tuebitur.
Quod statim addit, s V P E R O M N E M G L O R I A M , pendet ex superiori dicto, Germen quid
ruris oritur erat fore in gloriam. Perinde est igitur ac si dicere, Super eos qui notam & insig-
nia liberationis sue gestabunt. Forte etiam alludit ad locum Exodi, 12. d. 23. vbi refertur signatas
domos ab Angelo vltore fuisse absque noxa præteritas. Sicut enim tunc aspergio sanguinis in fa-
ludem fuit protectio: ita promittit Italias fideles sub Dei signo iutus fore. Idque diligenter notandum
est, quia monemur non aliter gratia Dei nos fore participes, quām si eius imaginem gestemus, ac in
nobis rolucent eius gloria.

6 E R I T Q U E O B V M B R A T I O .) Quanuis confirmet Propheta quod iam attigimus,
d. iii.

nempe Deum fore perpetuum suis ducem usque dum ad metam nos perduxerit: monemur tamen fideles variis &ruminis temper esse obnoxios. Aestus enim & algores & frigora, & duriora etiam mala ipsos vehementer premunt: quum est pericolo aliquo liberantur, in aliud incident. Verum hęc optima consolatio, quod aduersus omnia incommoda sola Domini umbra sufficiet. Eos enim sic conteget, ut nihil ipsi nocere aut quicquam incommodi afferre posit. Tametsi igitur nos vndeque variae clades & &ruminae circumdant, Dominus tamen promittit te aedaturum: sicut in Psalmo dicitur, Per diem sol non vret te, neque luna per noctem: quia Dominus custodit, &c. Superest tandem ut sequamus vocationem nostram, & fideliter officio fungamur. Communis probis & improbis haec conditio est, ut varia incommoda sustinatis: sed improbis nulla sunt refugia, nulla latibula quibus se contegant, eoque penitus obrui necesse est. Piorum vero beata est conditio, quia tametsi algeant, & frigeant, tutum tamen eis in Deo perfugium est. Sed gloriam illam in nobis reluccere ostendet, de qua prius dictus est: alioqui haec nullo modo ad nos pertinebunt. Quod si gestemus Dei notam, quoties tempestas ingruit, nobis ipsum praesidio forte confidamus.

C A P V T . V .

1  Antabo, agedum, pro dilecto meo, canticum dilecti mei ad vineā suā, Vinea fuit dilecto meo in cornu filio olei.
2 Eam sepiuerat, & elapidauerat, & plantauerat, ut vineā electum in terram aedificauerat in medio eius, & torcular in ea construxerat. Itaque sperauit ut produceret vias, & produxit labruscas.

3 Nunc igitur habitator Ierusalem & vir Iuda, iudicate inter me & vineam meam.

4 Quid faciendum fuit amplius vineæ meæ quod non fecerim ei? quomodo expectavi ut proferret vias, & tamen produxit labruscas?

5 Et nunc ostendam, agedum, vobis, quid ego facturus sim vineæ meæ: Auferam sepem eius, ut sit in depastionem: interrumpam maceriam eius ut sit in conculationem.

6 Faciam ut sit deserta: non putabitur neque fodietur: & ascendet sensis & spina. Quinetiam nubibus præcipiam, ne super eam pluant.

7 Sanè vinea Iehouæ exercituum, domus Israel est: & vir Iuda, palmes eius delectabilis. Inde expectauit iudicium, & ecce oppressio: iustitiam, & ecce clamor.

8 Væ qui coniungunt domū ad domum, agrum ad agrum copulant, donec non sit locus: ut collocemini scilicet vos foli in medio terræ.

9 Hoc in auribus Iehouæ exercituum. Si non domus multæ in solidum redigantur, magnæ & pulchræ absque habitatore.

10 Quinetiam decem iugera vineæ facient batum vnum, & semē cori reddet ephi

11 Væ qui manè surgunt ad seständam ebrietatem, & qui tempus ad noctem extrahunt, dum vinum accedit eos.

12 Etest cithara, lyra, tympanum, tibia & vinum in coniuiis eorum: opus autem Iehouæ non respiciunt: nec opus manuum eius considerant.

13 Propterea in captiuitatem abiit populus meus: quia non fuit prædictus scientia: & gloria eius, viri famis, & multitudo eius aruit.

14 Propterea dilatauit infernus animam suam, & os suum distendit absque modo, descenditque gloria eius: & multitudo eius: & opulentia eius &

ius & qui lætatus est.

15 Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir: oculi inquam sublimiū humiliabuntur.

16 Exalabitur autem Iehouæ exercituum in iudicio, & Deus qui sanctus est, sanctificabitur in iustitia.

17 Et paſcentur agni secundum rationem suam: & desolata pinguiū, aduenæ comedent.

18 Væ trahentibus iniquitatem in funibus vanitatis, & tanquam vinculis plauſtri, peccatum.

19 Qui dicunt, Acceleret, festinet opus eius, & videamus: Appropinquet ac veniat consilium Sancti Israhel, vt sciamus.

20 Væ qui dicunt malo bonū, & bono malū: qui faciunt lucē ex tenebris, & tenebras ex luce: qui vertunt amarū in dulce, & dulce in amarum.

21 Væ sapientibus in oculis suis: & qui coram scip̄is sunt prudentes.

22 Væ qui fortes sunt ad bibendum vinum: & viris fortibus ad miscendam potionem.

23 Qui iustificat impiū propter munus: iustitiā autē iusti tollūt ab eo.

24 Propterea sicut deuorat ſtipulam lingua ignis, & palea à flamma diſſoluitur: ſic radix eorum quaſi putredo erit, & germen eorū quaſi puluis vanescer. Quoniam abiecerunt Legem Iehouæ exercituum, & eloquium Sancti Israhel auerſati ſunt.

25 Idecirco exarsit furor Iehouæ in populum ſuū: & extendens ſuper eū manum ſuam, percusſit eum: & contremuerunt montes, ſuitque cadauer eorum mūtilum, proiectum in medio viarum: & in omnibus iſtis nō eſt auerſus furor eius: ſed adhuc manus eius eſt extenta.

26 Et leuabit ſignum ad Gentes ē longinquo: ſibilabit Genti ab extremo terræ: & ecce velox & leuis veniet.

27 Non erit laſlus, neque impingens inter ipsos: nullus dormitabit neque dormiet: non ſoluetur vlli cingulum lumborum, neque rumpetur corrugia calciamentorum eius.

28 Sagittæ ipſorum acutæ erunt, & omnes arcus extenti. Vngulae eorum quaſi ſilex: & rotæ ipſorum quaſi turbo reputabuntur.

29 Rugitus eius ſicut leonis: fremet inſtar leunculorum. Frendet atque apprehendet prædam. Spolia corradet, & nemo eripiet.

30 Fremet ſuper eum in die illo, quaſi fremitus maris: tum aſpiciet ad terram, & ecce tenebræ tribulationis: & lux obtenebrata erit in calix.

IN CAPT V.



(ANTABO, AGEDVM.) Diversum eſt argumentum huius capituli à ſuperiore. Prophetæ enim ſtatutum populi Israhelitici, quaſi cuncte erat, deſcribere voluit: vt omnes vitia ſua agnoverent, atque ita pudor & diſplecentia ſui eos ſerio reſipſcentiae ſtudio afficeret. Hic enim velut in ſpeculo, populus conditionis ſuæ miſeriam potuit contemplari. Placebat autem alioqui ſibi nimium in vitiis, neque monitiones vllas a quo animo ſuſtinebat. Quamobrem ſuam illi foeditatem palam & velut in tabula monstrari oportuit. Et quod plus haberet authoritatis, hac prefatione viſus eft: quoniam res inſignes & p̄eclaræ carmine deſcribi ſolabant, vt omnium ore circumferrentur, & perpetuum extaret carum monumē-

*Exo. 15.4.1.
C. dent. 32.
d.1* tum. Quemadmodum à Moysi descriptum esse canticum videmus , & alia pleraque, vt & priuatum & publicè omnibus vocibus personarēt. Sic enim celebrior fit doctrina, quām si simplicius tradetur. Hac igitur ratione Iaias cantū hoc compositū, vt populo fēdētate suam magis conspicuā faceret. Nec verò dubium, quī ista magnificè & magis sonora voce trāctarit, sicuti etiam magis exquisito artificio carmina componi solent.

DILECTO MEO.) Non dubiū est quin Deum intelligat, acsi diceret, Carmen se in Dei gratiā cōpositurum, quo ex postulet de populi ingratitudine. Plus enim energiæ habuit, inducere Deum loquētem. Sed queritur cur ipsum Iaias amicū vocet. Respondent nonnulli, quod confanguineus Christi esset. & certè à Davide originem duxisse fatetur, sed hoc coactū videtur. Simplicius erit & contineuentius, si ex Ioannis sententiā dicamus, Amicis sponsi committi Ecclesiām, que Prophētas annum remus. Nec enim dubium quin hic quoque titulus ipsi conueniat, quando veteris populi mādata fuit cura, vt sub capite suo cōtinetur. Eos igitur zelotypos fuisse mirū non est, atque indignè tulisse, cūm populus aliō animi sui affectū cōferebat. Prodit igitur Iaias in persona spōsi: & vt anxie sollicitus de spōsa quā ipsi commissa est, conqueritur quid ea fidem cōvagalem abruperit, eūque perfidiam & ingratitudinem deplorat. Hinc agnoscimus non tantūm Paulum spōiæ Dei zelotypū fuisse, sed etiam Prophetas omnes ac Doctores, quotquot fideliter Domino seruerunt. Atque hic titulus omnes Dei feros vehementer pungere ac expergesfacere debet. Quid enī magis pretiosum homini quām vxor? vir profecto reū animi omnes ei thesauros posthabebit: & facilis alcuī facultates suas quām vxoreni committet. Fidelissimū cēseat eum necesse est, apud quem coniugem vnicē sibi charam deponet. Dominus autē pastorum & ministris Ecclesiām suā velut charā coniugem, cōmitit. Quante erit nequitā, eam ignavia & negligētia nostra proderet. Quisquis eius conservādā studio non ardet, nullo prætextu excusari potest. Quod secūdo loco ad dit. יי, tametsi primam syllabam mutat, eadem tamen significatio est cum priore. Vt unque alii Patruelē, alii cognatum vertant, ego potius iis assentior, qui allusionem esse putant. debet enim Poëtis plusquam alii scriptoribus concedi licentia. Sic igitur compositū istas voces, & ad eas allūfit, vt carum sono & rythmo memoria consuli posset, iisque animi allicerentur.

*Psal. 60. b.
9
Iere. 2. e. 21* VINEA FUIT DILECTO MEO.) Similitudo vinea fatis frequens est Prophētis: nec certè ista comparatione, alia aptior reperi potest. Ea enim ostendit duobus modis quanti Dominus Ecclesiām suam cōstimet. Nam neque villa possētio vinea preciosior est: & nulla etiam plus operæ & assidui laboris flagitat. Non tantū igitur preciosam sibi nos hæreditatem esse docet, sed simul curam & solitudinē erga nos suam commendat Dominus. Inīcio cantici Propheta commemorat beneficia quā Dominus in populum Iudaicum contulerat: deinde explicat quanta fuerit populi in gratitudine: tertiū penam quam sequi oportuit: quartū vitia populi enumerat: quia nunquam homines via sua agnoscunt, nisi coacti.

*IN CORNIS.) Initium hoc prædicat, quid Deus populum in beata statione locauerat, perinde acsi quis in colle ameno & fertili vineam planteret. Nam per vocem Cornu locum editum, & qui supra planicierem cīninet, intelligo: vulgò dicimus *in cornu*. Quod nonnulli ad situm Ierosolymæ referunt, mihi frigidum videtur ac coactum. Potius ergo allegoriam suam contextit Propheta. Et quid Deus populu*m* hunc dignatus est in suam curam & custodiam suscipere, gratiam hanc plantationi vinea comparat. Melius enim in collibus, & altioribus locis, quām in planicie vites converuntur. Et quemadmodum ait ille, -apertos Bacchus amat colles, Aquilonem, & frigora sylua. Allusio igitur ad naturalem scēndē vincē rationem: deinde similitudinem persegitur, non vulgarem fuisse positum huius loci. Nam filium olei vocans vel pinguedinis, vberem & maximē feraceam intelligit: quod interpres quidam ad Iudeam fecunditatem restringunt, mihi non probatur: quia felicem populi statum metaphorice describere voluit Propheta.*

2 EAM SEPERVERAT.) Assiduitatem & vigilantiam Dei prædicat in excolenda vinea, acsi diceret. Nihil fuisse ab eo prætermisum, quod requiri posse ab optimo patre familias, & maximē prouido. Neque tamen hic singula argutē persequuntur, quemadmodum nonnulli faciunt, obsecptam fuisse Ecclesiām Spiritus sancti præsidio, vt tutā esset contra diaboli incursum: Torcular esse doctrinam: per Lapidēs notari omnia errorum impedimenta. Simplicius fuit Prophēta consilium, sicut ait, Deum optimi agricole & partibus sedulō, & liberaliter fuisse defundū. Interim Iudeos secum expendere oportuit, quot & quām variis Dei beneficiis exulti essent. Et hodie proposita vinea & Ecclesiā similitudine, debemus has figurās transferre ad Dei beneficia, quibus & amore erga nos suum, & salutis nostrā curā testatur. In verbo Plantandi videtur inuersus eis ordo, quia à plantatione initium potius fieri debuit quām à sepimento. Sed ita resoluō, postquam plantauerat, necessaria quoque omnia addidisse. Meritò igitur ingratitudinē & perfidiam exprobret, quod dignos tam laboriosa cultura fructus non protulerit. Quod etiam nobis exprobret Dominus, verendum est. Quod enim maioribus beneficiis ornati furcimur à Deo, eō fedior ingratitudine nostra futura est, si iis abutamur. Non abs te fuos ornat Dominus, vel ut speciem quēdam inanem præseferant, sed vias, id est ut fructum optimum producant. Quod si fruſtrentur eum sua expectatione, sequetur pena quā hic a Propheta prædictur. Proinde commemoratione beneficiorū nos vehementer

ter commouere, & ad gratitudinem stimulare debet. Præterea nomen VINAE, præsertim adeo culta, facit antithesin continet. Nam cō pluriſ ſacienda ſunt beneficia Dei, quō minus vulgaria ſunt, fed peculiariſ benevolentia pignora. Hæc promiscua ſunt, quōd malos & quē ac bonos iole ſuo illuſtrat, itaque ſuppeditat que ad viētum & cultum neceſſaria ſunt: fed fœdus illud gratiæ quod nobis ſum mit, quo nos Euangeliū luce illuminat, quanti fieri debet, cūm eo potiſſimum fuos dignetur? Cura ergo & diligentia, quam aſſiduè excolendis animis noſtris adhibet Dominus potiſſimum conſideranda eſt.

I T A Q V E S P E R A V I T.) Hic conqueſtit, populum qui tanta prætantia donatus fuerat, indignè ac turpiter degenerat, eumque accusat, quod Dei beneficentia non repondeat. Nam pro ſua uibus vuis dicit, tantum virtuōſos & amaroſos fructus tulisse. Certū quidem eft Deū, ſub cuius oculis ſunt omnia, ſpe ſua non fallit inſtar mortaliſ hominiſimo in Cātico Moliſ palam declarat qualis futura eſſet populi prauitas, ſibi ab initio non fuilſe incogitum: Dilectus meus, inquit, vbi bene & pinguer facit laginus, recalebit abit. Non ergo magis in Deum cadit dubia ſpes, quām peccatiſtia. Nec verò hic iubiliter diſputat Iſaias, quid apud te Deus expeſtauerit, sed qualiter ſe gerere debuerit populus, ne tam præclarā dona in nihilum redigeret. *Sic Euagelium uabet Deus pionigari in obediētiā fidēi, non quōd expeſt ab hominibus obſequium, sed quia ſolo auditu incredibili redduntur inexcusabiles.* Cāterium, nihil eſt quod ad ſtudium pīe ac ſancte viuendi magis nos animare debeat, quām dum Spiritus ſanctus, quæ Deo præſtamūſ officia, optimū ſaporiſ fructibus comparat.

3 N V N C H A B I T A T O R.) Eos ipſos quibufcum litigat, iudices conſtituit ſuę cauſę, quemadmodum fieri ſollet in rebus apertis & magis cōuictis, quām vt aduerſarii tergiuersari queat. Summa igitur fiducia ſignum eſt, quōd iubet eos ipſos pronuntiare, an non ita res habeat. Nam paullō poſt clarius exprimet, in ipſos dirigi accusationē, quibus nunc iudicium defert. Quærit autē primo quid defiderai poſſit ob optimo agricola aut patre familias, quod non ipſe præſtituit vineę iuę. Hinc colligit nihil eſſe excutitionē, quōd indignè fraudatus fit ſuo labore. Quanquam ſecondo mēbro videtur ſecū ipſe expoſtilare, quōd fructum aliquem gratum vel optabilem à tā teclerato populo expeſtauerit, vt quum expectationi noſtrę euentus non repondeat, conquerimur ipſi liboſiū, atque indignamur nos malè operam locaſſe apud ingratos, quorum prauitas nos cohibere debuerat: & fatemur nos meritō deliſos, quia nimis fierimus creduli & facileſ. Simplicior tamen hic erit ſenſis, quām omnibus officiū partibus defunctus fuerim, ac ſuperauerim omnīū vota in vineę meę culta, quī fit vt tam iniquam mihi incredem repandat: & pro fructu ſperato, meram proferat amaritudinem? Si quis obuiat, remedium fuilſe in manu Dei, ti corda populi flexiſet, friuola eft quōd ad ipſos homines tergiuersatio, quia eos conſtrigit ſua conſcientia, ne culpam tranſerendo elabi queant. Eſti enim efficiaciter non penetret Deus Spiritus ſui virtute in corda hominum, vt eos ſibi morigeros reddat, iuſtra tamē obſtrepent hoc ſibi deſuille, quando omniem ignorantia prætextum ſatis ſuper que tollit externa vocatio. Neque etiam hic de potentia ſua loquitor Deus, ſed negat ſe plus debuille quām præſtituit.

6 E T N V N C O S T E N D A M) Quia iudeos quaſi proprio ipſorum ore damnatos tenet, ſimul adiungit, ſe fore vltorem contemptuę ſuę gratiæ, vi impunē non effugiant. Neque enim ſatis adiungos mouendos valida fuilſet exprobraſto, niſi poenam timul minutus eſt, denunciat ergo nunc, non fore inultum tantum ſcelus, quōd improbè ab ipſis deluſus fuerit. Hæc autem vindicta ſumma eft, donis quibus abuſi fuerant, priuatum iuri, vbi Deus non modò ſubtraxerit ſuam curam, ſed hoſtibus ſpoliandoſ expoſuerit. Interim ostendit quām misera futura ſit eorum conditio, vbi ſua liberalitate eos fouere deſerit. Vnde ſequitur, quōd haſtenus ſalua & integra ſtetiſ. ſingulare Dei beneficē debere acceptū ferri. Imò admonet quām variis adminiſtrulis fuerit ſeruata, & quām niſi Ita media ad eam pefſundandum intus & foris Deo ſuppeditat. Nam & ablato eius præſidio, prædam obuiis quibusque, tam bestiis quām hominibus fit, neceſſe eft. Diruta, inquit, maceria calcabunt eam ad diſperſionem pecora, vastabunt ac diripient prædones, ſic deſerta reddetur. Deinde quia fodiendo & putando operā Deus non dabit, ſterilis etiam cultura inopia reddetur ſurgent fentes, & spinæ que palmitæ eius ſuſſocēti: imò Deus pluuiam arcedo, radices eius areſaciet, hinc iam perſpicitur quām multiplicitibus armis inſtructus ſit Deus ad vleſcendam noſtram in gratitudinē, vbi ſuam beneficētia conteemptui nobis eſſe viderit. Pergit quidē in ſua metaphorā Iſaias, & quōd plus ſibi attentionis conciliat, figuris orationem ſuam exorna: ſimpliſter tamē colligendum eft, ſicut innumeris beneficis affiduè nos Deus prosequitur, ita ſollicitē cauendum eſſe, ne corum contemptum, nunc hoc nunc illud ſubtrahendo, vleſcatur. Quantū verò ad Ecclesiæ regimen ipi ētat, quōd pluribus indiget ſubſidiis, eō etiam pluribus poenis obnoxia eft, ſi perperam corrumpat que diuinus ordinatus ſunt in eius ſalutem. Nec verò mirum eft, ſi tot hodie incommoda valitatem & tollitudinem minentur. Quicquid enim mali nobis accidat, ſeu deficit doctrina, ſeu præualent improbi, ſue obrepant vulpes & lupi in Ecclesiā, hoc totum tribuere cōuenit in gratitudinē noſtræ: quia fructum non reddidimus qualem decebat, fuimūſque desides & otiosi. Agnoſcamus ergo iram Domini, quoties meritō tantis beneficis, que ſponte offerebat, priuamur.

*Matth. 5. 8.
Deut. 32. 1.*

Propria. 8. b. 7 PORRO VINEA DOMINI.) Haec tenus figuratè loquiutus est: nunc ostendit quorsum illud canticum pertinet. Prius detulerat iudicium Iudeis: nunc demonstrat ipsos non tam reos esse, sed etiam conuictos teneri. Nec enim ignorare poterat beneficia quia accepérant à Deo: Vitem, inquit Palmographus, transtulisti de AEGYPTO, eamque expulsi GENTIBUS plantasti. aperta autem & conspicua erat ingratitudo. Non persequitur Isaias omnes similitudinis partes, nec erat necesse. Satis enim fuit demonstrare finem in quem similitudo illa spectabat. Tonus populus, Vinea fuit: viii singuli, Palmites Ita vniuersum populi corpus, ac dcinde vnumquemque primitam accusat: vt nemo posset se ab vniuersali condemnatione eximere, quasi secum minimè expostulatum esset. **Inver** Vine a vocetur populus, satis perspicuum est quoniam Dominus cum elegit, & dignatus est fidere gratiae, & aeternae salutis, in numerisque beneficiis prosequutus est. Initium est planatio: sequitur deinde cultura. Adoptio est ille populus, omnibusque rationibus excutus à Deo. Nec enim sufficiebat adoptio, nisi Dominus eum assiduè excoluisset, beneficiisque suis ornasset.

Inver 15. a. 1 Eadem apud nos doctrina hodie valere debet. testatur Christus se vitam esse, in quam insit excolhatur à Patre, cùm munus agricola erga nos obire dignetur Deus, ac sedulò præstare quia se in populum veterem contulisse exprobaret, non mirum est grauiter excedescere, si frustra & inutiliter operam confunat. Hinc illa communatio, Oninem palmitem in me non ferentem fructum auellet, ac in ignem proiciet.

Expectavit iudicium.) Incipit absque figura narrare, quām impie degeneraverint Iudei, apud quos spreta æquitate & iustitia, graftum est omne iniustitiae & violentiae genus. In vocibus eleganti paronomasia yitur. Nam cùm idem ferè sonant, tamen contraria est significatio. וְעַזָּה enim, iudicium significat: וְעַזָּה. Cōspirationem sive oppressionem: וְרֹא, iustitia: וְרֹא, Clamorem & querimoniam corum qui per vim & iniuriam opprimuntur: qui audiri non solent, vbi redditur cuique quod suum est. Ceterum duo commemorat qua præcipue requirit Dominus à populo suo, vt sunt veri fructus timoris Dei. Et si enim præcedit ordine pietas: eam tamen ab officiis lecundæ Tabula defensib, absurdum non est. Inde ergo Dei contemptus merito coarctatur, quod in homines crudeliter sanguiniferint: quia vbi regnat inhumanitas, extincta est religio.

Rom. 11. b. Nunc idem nobis diei intelligamus: vt enim plantatus fuit ille populus, ita & nos. & reuocandum in memoriam quod ait Paulus, Nos fuisse velut oleastros, quum ipsi essent vera & naturalis oliua. Nos ergo quum essemus alieni, in isti sumus in veram oliuam, nos assidua cura excoluit & ornauit Dominus. Quales vero fructus proferimus? Certè non tam inutilles, sed etiam acerbos. Maioris ergo ingratitudinis damnandi sumus: quum longè amplioribus beneficiis sumus ornati ac cumulati. Et merito in nos competit ista expostulatio, quum vis & iniuria passim graftetur. Cùm autem generalis doctrina non ita vehementer animos perstringeret, has duas species potissimum enumerauit Propheta: vt quasi digito monstraret, quantum abesset ille populus à fructu quem bona via profere debuerat.

Ver a Qui CONIVNGVNT.) Nunc auaritiam & inexplibilem auditatem reprehendit: vnde fraudes, iniuriae, & violentiae oriri solent. Nec enim per se dominari potest, si quis agrum agro, & domum domui consigilat: sed animum respicit, qui satiari nullo modo potest, vbi semel habèdi cupiditate acceditur. Deicribit ergo affectum corum quibus nunquam fatis est, nec vlla opes satisfaciunt. Tantus enim ardor inest auaris, vt omnia soli possidere cupiant, & quicquid obtinent alii, id sibi decedere & erexit esse arbitrantur. Vide eleganter alicubi ait Chrysostomus, Auaros sole pauperibus, si possint libenter erexituros esse. Nam cōmunita etiā elementa inuident fratibus, eaque libenter ingurgitar ent: non quod fruerentur: sed quia sic eos demetat sua cupiditas. Nec interea considerat se aliorum opera indigere: hominem per se nihil efficere posse: hoc tantum curant, vt quamplurima haurire possint, itaque deuorant cupiditate omnia. Exprobaret ergo auaris & ambitionis tantam insaniam, quod alios è terra sublatos vellent, vt eam soli possiderent, idēque nullū modū statuant suæ cupiditatē. Quanta enim dementia est, eos expulsi velle quos Deus nobiscum in terra locauit, & quibus hac communis fides constituta est: Quod si voti potirentur, certè nihil pernicioius nis accidere posset. Nec enim soli arare, metere, aliāque ad victimam necessaria efficer, sibi que omnia subministrare possent. Sic enim Deus homines inter se coniuxit, vt alii aliorum opera & industria egeant: nec quisquam nisi insanus, alios homines, quasi sibi noxios aut inutiles reuiciat. Ambitio vero sua gloria frui non possunt, nisi in multitudine. Quām ergo cœci sunt cum alios volunt abigere & suminouere, quod soli regnent?

De amplitudine ædium idem dicendum est quod prius de agris diximus. Ambitio enim eorum notatur, qui in spatiis & magnificis ædibus habitare cupiunt. Nec enim reprehendi potest, si is cui magna est familia, ampla etiam domo vtratur: sed cùm homines ambitione elati, accessionem superuacancam ædibus faciunt, tam quod laxius habitent, vnuique domiciliū & habitationem solus occupet quia pluribus iustificare posset, vna profecto ambitio est, & merito reprehendenda. Perinde enim agunt, ac si eictis ceteris, soli domicilio & habitatione frui deberent: alii vero aut habitandum sub dio, aut alia fides querenda foret.

9 IN AVRIBVS.) Hic aliquid subaudiendum est. Intelligit enim Dominum interim sedere iudicem

dicem & cognitorem istarum rerum. Qui adum auari rapiunt, opesque suas coaceruant, sua cupiditate exeat cantur, nec intelligent se aliquando rationem reddituros. Nunquam certe adeo ob stup. facti sunt homines, quin iudicium aliquod Deo tribuant, sed ita sibi blandiuntur, ut putent Deum non attendere. Itaque in genere agnoscunt iudicium Dei: vbi ad speciem ventum est, sibi indulgent, nec eis sibi veniendum esse arbitrantur. Vbi autem admonuit, nihil horum fugere Dei oculos: ne oculis putetur cognitio, mos addit, vindictam proprie instare, & quidem interposito iure iurando. Nam in particula, Si non, forma est iurandi Scripturis visitata, quod enim terrorum maiorem incuriat, sententiam suspedit apologepsi. Poterat quidem plena oratione hanc comminationem exprimere, verum imperfetta magis dubium & anticipitem auditorem tenet: ideoque formidabilius est. Prater hoc reticentia exemplum Domini nos ad modestiam afluxerent, & luit: ne simus licentiosi in exercitationibus. Quid autem denunciat? DOMVS MYSTAS REPIGENDAS IN SOLITUDINEM. Hæc iusta pena est, qua Dominus auaritiam & ambitionem hominum castigat, qui quantum ipsi essent non considerarunt, ut possent medicoritate et se contenti. Quemadmodum ille ridens insanam cupiditatem Alexandri gementis, quod ex philosophi. Anacharsis plures mundos esse intelligeret, quem tot exhaustis laboribus nondum est, vnius dominium adeptus:

Vnus Pellico iuueni non sufficit orbis.

Aestuat infelix angusto limite mundi,

Vt Gyare clausus icopalis, patruaque Seriph.

Cum tamen à figulis munitam intrae sit vrbe,

Sarcophago contentus erit: mors sola fatetur.

Quantula sint hominum corpulea.

Exempla harum rerum quotidiana extant: nec ea animaduertimus. Dominus enim velut in speculo ostendit, quoniam ridicula sit hominum vanitas, qui innumeram pecuniam profundunt in extenuis palatiis, que postea noctuarum, vespertilionum, aliarumque bestiarum cavernæ fiant. Hæc oculis nostris patent, nec tamen animum ad ea consideranda adiicimus. Tam varie & subiectæ mutationes accidunt, tot deserte domus, tot euergete vrbes ac diruta, tot denique alta iudicij Dei clara documenta extant: nec tamen homines ab hac intana cupiditate reuocari posunt. Mignatus est Dominus per Prophetam Amos: Ad cœlestis domos ex casis lapidibus sed non habita-bitis incis. Item, Percutiet domum magnam in fracturas, & domum parvam in scissuras. Hæc in Amos 5. c. 11, 61. c. 11. dicitur. Id est accident, nec tamen hominum libido minuitur.

IO DECIM VINEARVM IVGERA.) Idem in agris & vincis cuenturum prædicat: futu-rum feliciter vt auari optatis redditibus non fruantur quorum inexplebilis est libido: in. ò non te-cessatque animalia quædam suo anhelitu forelos exurunt atque ater faciunt segetes, istos ra-pacitate sua terræ fruges corrumpere: Agros ad eis steriles fore, vt vix decimam sementis par-tem reddant: Vineas autem minimūm vini reddituras. BA TVS, mensura est liquidorum, quem admodum testatur Iosephus. Continet autem sextarios leptuaginta duos: quæ mentura etiè in decem iugibus admodum exigua est, præcipue in sole furace. CORVS, mensura est aridorum: continet codem authore medimnos unum & triginta: EP HI, eius decima pars est. Vnde appa-reat paulò plus quam tres medimnos continere. Atqui vbi fecunda est terra, non solùm in decu-plum, sed etiam in tricecuplum, aut eis plus sementem auget, nullusque vberiore reddit quam accepit. Vbi alter accedit, certa est maledictio Dei, rapacitatem hominum vleuiscentis. Interea homines malignitatem terre accusant, quasi ipsa in causa sit, sed frustra. Neque enim decessit nobis prouentus, nili Dominus, terræ ob auaritiam hominum malum dicere. Dum enim tam stu-diosè coaceruant ac cumulant, quid aliud agunt, quām vt Dei beneficentiam audiret suade-uarent? Quod si non perspicitur in omnibus hoc vitium, quia facultas decet, affectus tamen non decet. Nunquam ita exarst mundus hac cupiditate: nec mirum si hoc Dei supplicium ex-perierat.

II VAE QVI MANE.) Non hoc agit Propheta, vt virtus omnia enumeret quæ tum vi-gebant: sed species tantum alias designat, quibus magis erant obnoxii. Postquam enim generalis doctrina tractata est, ad species veniendum: carumque magis necessariæ enumera-ræ sunt, nullus enim est et finis omnes sigillatim perfaci. Cum igitur auaritiam reprehendis-set, nunc in crepulum inuictitur: quod vitium vulgare etiam fuisse dubium non est. Eligit enim vitiiorum species quæ non in uno aut altero, sed passim grassabantur. Et sicut sunt ei modi virtutia quæ contagione sua totum corpus inficiunt. MANE surges, idem est, quod studiis aliquid fa-ctitare, vt apud Solomonem, Vt populo cuius Principes mane comedunt: id est, potissimum cu-rant, vt pacant ventrem ac deliciantur, id autem est naturæ ordinem inuertere. Homo enim, vt air David, surgit quod egrediatur ad opus suum, & negotiis intentus sit vix ad vesperam. Quod si laboribus valere iussis, surgat ad captandas delicias & iecit ad imberbiciatem, hoc prodigiolum Psal. 104., est sequitur continuatio: quod TEMPUS EXTRAHANT. Perinde ac si diceret, a diluculo ad c. 23 crepusculum vixque persequi suas computationes, nec vir quam potando fatigari. Hæc autem con-

iuncta sunt, nempe abundantia, & luxuries. Vbi enim affluit rerum copia, tunc luxuriantur homines, & intemperanter ea abutuntur.

12 E S T Q U E C I T H A R A.) Addit instrumenta voluptatum, quibus suam ingluviem irritant homines crapula dedit. Hęc poterant diuersa esse à nostris: ad musicam tamē pertinebant. Musica certè non improbat Isaías: est enim scientia minimè cōtemnenda: sed depingit populū omni genere luxurie diffluentem, sibique nimis indulgentem in caprandis voluptatibus. Idque satis constat ex eo quod sequitur.

E T O P E R A D O M I N I.) Ac si diceret, eos ita versari in deliciis & illecebris esse affixos quasi ad eas nati & educati essent: nec cogitare quorsum Dominus ipsiis necessaria suppeditet. Nec enim nati sunt homines ut edant ac bibant, sive volent in lautitiis, sed ut obsequantur Deo, eumque reuenerter colant, agnoscant beneficentiam ipsius, sive ei gratos præstare studeant. Vbi vero diffluent luxuria, saltant, cantillant, nec aliud habent propositum quam ut iuendissimè vitam transigant, deteriores sunt bestiis. Quem enim in finem conditi sint à Deo non animaduertunt: quomodo Deus orbem hunc prouidentiam sua administret: quod dirigenda sint omnes vita nostra actiones. hunc sensum, qui mihi simplicior videtur, regulisse sufficiat. Nam argutas interpretationes recipere non possumus, qualis est eorum qui, opus, Legem exponunt. Nee etiam singulas aliorum opiniones referre mihi propositum est. Et satis est tenere, flagitium hoc omnibus ad saginam intentis obiici à Prophetā quod sponte obbrutescant, vbi sensus suos ad Deum vitæ authorem non dirigunt.

13 P R O P T E R E A C A P T I V O S.) Non placet quod quidam Interpretes exponunt, quia in officio cessarint doctores, populum in certa & errore in multa vita iusfusione prolapsum, quæ tandem interitus causa fuerint. Quin potius inuehit in crassam & voluntariam ignorantiam: ac si diceret vtrō sibi sua dementia exiitum accersere. Sensus igitur est, Populum doctrinæ contemptu perire, cum posset esse saluus, si sanis consiliis obtemperasset. Ideo quod disertè exprimit, Populus meus nō ē qui singulari priuilegio à reliquis Gentibus segregatus erat, ut duce & magistro Deo fretus, certam viuendi regulam teneret, sicut Deut. 4. cap. b. 7. dicitur, Quæ tam nobilis & inclita natio est, quæ deos, habeat appropinquates sibi, sicut Deus tuus hodie ad te accedit? Hęc igitur erit vestra scientia & intelligentia præ omnibus populis, Audire Deum vestrum. hęc indignitas crimen exaggerat, quod in tanta luce cœteri populus. Itaque hęc grauiissima fuit accusatio, quod populus, quem Deus regendum suscepere, nulla prædictus fuerit scientia. Lex enim ad totum vitæ regimen abundè sufficere poterat, dulcerna erat prælucens in communibus mundi tenebris, id est quod instar prodigii fuit, quod populus ad viam sibi monstratam animum aduertere noluit. quin potius clausis oculis, proiecit se in perniciem. Hoc nunc exprobrat Prophetā, quicquid calamitatum sustinet, eius culpa esse imputandum: quia Deo fideliter docere volenti aures accommodare noluerit. Quod nomen Captivitatis metaphoricè exponit quidam, nimis coactum est. Pœnas enim, quas partim iam inflixerat Deus, partim infligere statuerat, Prophetā hic recentet: ut palam faciat populum propria culpa miserum esse, ac si Dei maledictiones appeteret. Cùm hęc concio habita fuit, iam abductæ erant aliquot Tribus Israel in exilium: instabat autem clades vtriusque regni. Itaque perinde loquitur Prophetā, ac si iam omnes in captiuitatem tracti essent. Subiicit deinde altera pœnam, nempe quod fame & inedia tabescat, nec plebei homines modò, sed præstantissimi quique, in quibus melius perspicitur Dei vltio. Nam diuites, & primarios homines, penes quos residebat totius gentis dignitas, famelicos vagari horribile spectaculum est. Neque tamen modum excelsit vindicta Dei atrocitas: quia semper notanda est ignorantia causa, quod scilicet præfracti fuerint Iudei, ac lucem cœlestis doctrinæ contumaciter respuerint, immo clauerint aures Deo, cum magistri vices ad eos docendos obire paratus foret. Hinc colligimus utilem doctrinam: fontem scilicet omnium malorum esse, quod nos verbo Dei doceri non patimur. idque Prophetā potissimum spectari voluit.

Quieri potest, an ignorantia, omnium malorum causa sit. Videntur enim permulti non tam ignorantia, quam contumacia peccare, nam cùm animaduertunt quod rectum est, id tantum sequi nolunt, vnde consequens, eos sponte non inconsulto tanquam peccare. Respondeo, ignorantiam aliquando propinquam, aliquando remotam esse, id est aliam immediatam esse, ut vulgo dicitur, aliam mediataam. Propinquam, quoties homines se fallunt aliquo prætextu, mentemque suam sponte excancant. Alia est remotior, cùm homines principia ipsa recipiunt, ex quibus vita sua normam constitueret debebant. Eos enim Deum intueri & ad voluntatem eius attendere oportebat, cum cùm negligunt, præfracti quidem sunt & contumaces: ignorant tamen, quia discente nolunt, itque in ipso principio impinguunt. Nec tamen eos excusat ignorantia, quam sibi sponte accersunt, dum tales Doctorem reiiciunt. Stat ergo hęc sententia, ideo populum tam variè affligi, quod Dominum ignoret, nec se ab eo doceri patiatur.

14 P R O P T E R E A D I L A T A V I T.) Hoc versiculo terrorē augere voluit Prophetā securis hominibus, qui propositis minis nondū satis commouebantur. Quanuis enim res horreda esset captiuitas atque etiam fames, maior tamen fuit durities astupor populi, quam ut fieri ad hęc ira

irx Dei signa attenderet. Ideo Propheta aliquid magis formidabile denuntiat, quod infernus vcn trem suum aperuerit ad omnes abior bendos. Dixi nuper debere ex parte referri ad futurū tēpus, quæ hic in p̄terito dicentur. Nec temere tanquam de rebus compertis & manifestis disserit Propheta. Voluit enim populum quasi in tem prætentem adducere, ut oculis cerneret quod persuaderi non poterat. Ceterūm infernum vel sc̄pulcrum comparans intatiabili bestiæ, animā pro ventriculo accipit, in quem cibus ingeritur. Summa est, sc̄pulcrum instar esse patuli & im- mensi gurgitis, qui Deum dandato inhicit ad deuorandos homines morti addictos. Magis autem emphatica est hæc p̄sopopœia, quam si dixisset omnes ad sc̄pulcrum dannatos esse.

M V L T I T Y D E S C E N D I T.) Coniungit nobiles plebeis, ne quis spe effugij sibi blandiatur: acsi diceret, Mors absumet vos, vestrāque omnia, delicias, opes, voluptates, & quouis alia in quibus fiduciam vestram locatis. hic igitur confirmatio est superioris sententiae. Et notanda semper particula illatiua: **¶** Populus enim vel at signabat calamitates suas Fortunæ, vel quouis modo ad ferulas Domini obstupescet. Propterea significat Iaia haec non fortuitò accidere. Adhęc fōlent homines expostulare cum Deo, ad cōque proeaces atque arogantes sunt, vt cum in ius vocare non dubitent. Ut ergo coercent istam superbiā, ostendit iustas esse peinas quibus plectantur, eorumque stultitia omnino assignandum esse, quod modis omnibus sunt mīteri.

15 ET INCVRVABITVR HOMO.) Hec est veluti clausula, quæ finem & exitum talium plagarum demonstrat, vt deiciantur omnes, Dominus verò solus emineat. Similem prius sententiam legimus: atque illic declarauimus quidnam Propheta tibi vellet: necm̄pe ostendit finem plagarum quibus nos Deus castigat. Res enim aduersitatem ad eō nobis odiose sunt, vt nihil in iis boni concidere possimus. Cum fit mentio p̄enitentiā, detestamus ipsas atque exhorremus, quia Dei iustitia non intuemur. Atqui Propheta nos ad aliam confiderationem reuocant, quandiu lasciunt homines in suis peccatis, suffocare quadammodo Dei iustitiam, nec aliter conspicuani fulgere, nisi cum peccata nostra vlescitur. Maximus profecto hic fructus est, omniumque hominum salutis præferendus. Omnia enim post habenda sunt gloriae Dei, quæ in iustitia ipsius elucescit. Non est igitur cur plagas quibus nos castigat Deus, tantopere exhorreamus: sed reuenter amplecti debemus quod de iis Prophetae pronuntiant. Quanquam hoc modo Propheta acriter pupugit proterius hypocritas, quibus impunitas maioris insolentiae cauta erat quasi diceret, Putatisne vibios diu tolerauerit? Deus fieri ad extrellum posse, vt sub pedibus vestris iaceat? Exurget certè, & in vestra ruina exaltabitur. Quoniam h̄c Propheta priore loco posuit **¶**, deinde **¶**, putant significari tam nobiles quam ignobiles: acsi diceret, Non tantum peribit vulgus, sed etiam iūi qui opibus, honore & dignitate antecellunt. Quem sensum libenter recipio, quoniam **¶** à fortitudine: **¶** verò, à terra dictum est. Si quis verò simplicius expонere velit, iudicium ei suum relinquō. Quicquid sit, Propheta vniuersos mortales comprehendit, & summos & infimos.

16 EXALTABITVR IN IUDICIO.) Modum eminentiae de qua locutus est exprimit, vel causam formalē, vt vulgo loquuntur: acsi diceret, Deum exercitum, quem pedibus ferociter calcant impii, sublimem fore, ybile probabit mundi judicem. Hoc modo stultam confidentiam qua turgebant impii deridet: quia si iudicium & iustitiam rādem emergere necesse est, sequuntur eorum d. i. cōficio: quando non aliter se attollunt quam euersō naturæ ordine. Atque hoc diligenter notandum est, non magis fieri posse, vt prosperto in statu maneant impii, quam vt Deus gloriam suam aboleri sinat. Etli autem nihil differt iudicium à iustitia, non tamē superuacua est repetitio. Crescit etiam vehementia cum addit secundo membro, Deus Sanctus sanctificabitur, ne perpetuam felicitatem falsa imaginatione perperam sibi promittant impii, quod nisi abolita Dei sanctitate fieri non potest. Atqui cum sanctus sit Deus natura, cum sanctificari necesse est. Vnde sequitur impendere reprobis interitum, quod domet corum obstinatio & perniciacia, quia sc̄psum abegnent potest Deus.

17 ET PASCENTVR AGNI.) Alij Pro modo, vel Iuxta demensum suum vertunt. Intelligit autem, Secundum rationem vñitatem. Hic versiculos variè exponitur, verū id in primis notandum est, Prophetam affectre consolationem piis voluisse, qui horrendis iudicis Dei auditis, expaescerent. Quod enim quisque maiore religione præditus est, eō magis præsentem Dei malum sentit, & iudicij eius sentiu aficitur. denique timor & reverentia Dei efficiunt, vt nos serio percellat quicquid eius nomine proponitur. Proinde auditistam grauius minis se sustinere non possent, nisi instar condimentis accederet consolatio, in qua gustum haberent misericordiæ. D. i. idque vñitatum est Propheticis, vt semper habeat rationem piorū, coiūque animos sustent. Quanvis ergo, inquit Iaia, Deus populum vñiuersum delecturus videatur, fidum tamē se Pastorem præbebit agnis suis, eōique paſcer vñitato suo more, hoc vnum est. Simil autem Prophetae consilium fuit, arrogantiā retundere in proceribus, qui iniusta tyrannide pios & humiles opprimendo, se Dei Ecclesiā esse gloriabantur. Fruolā igitur ac mendacem corū iactantia esse admonet, dum se insigniūt gregis Dei titulo: quia hirei sint, nō agni. lā verò illis extermina-

tis, non modò in promptu rationem fore Deo pascendi gregis sui, sed agnis nunquam aliter bene fore quam si ab hinc liberati fuerint.

D E S E R T A.) Hic magis variant Interpretes: sed puto verum esse sensum, Quod filii Dei ad tempus aliquod expulsi & quali extranei, post liminio reuocabuntur, & tunc recipient quæ deserata erunt, vel in vastitatem redacta à pinguis, id est à superbris & crudelibus qui rapuerant eorum fortunas. Nam aduenas vocat filios Dei, qui ad tempus profugi futuri erant: **D E S E R T A,** possessiones ab ipsis derelicas, quæ ab aliis occupatae fuerat. Respicit enim morem satis notum & vulgo visitatum: nempe si quis agros & prædia possideat, manum veluti extenam in ea habet, vt nemo vel gleba audeat attingere: quod si ea destituat, occupatur. Populus ergo sic destruerat possessiones à quibus fuerat expulsus, vt desperaret se eas recuperare posse: vt meritò deserta, eorum respectu ad ipsis nominari possent. Deserta verò pinguius, qui a validis & potenterbus in possessionem cesserant, quanquam simpliciter accepere licet pro deterris pinguis, probabilius tamen est, pingues vocari tyrannos.

I 8 V A E T R A H E N T I B U S I N I Q V I T A T E M) Postquam inseruit breuem consolationem qua apud piost temperaret acerbitatcm peccarum, ad comminationes redit, & fulmina illa verborum contorquere pergit, quæ metum aliquem extorqueant. Per **F V N E S** nihil aliud intelligit quam illecebras quibus homines se decipiunt, & in flagitiis animum suum obstinant. Aut enim rident iudicium Dei, aut vanas excusationes communiscuntur, & prætextum necessitatis adducunt. Quodcunque igitur velum opponant, id Funes vocat. nam quoties ad peccandum sollicitat homines carnis luxibido, initio hærent apud se, & remoram aliquam sibi inicii sentiunt: qua certè retinentur, nisi contrario impetu ruerent, omnemque synteresin abrumperent: interrogatur tacito instictu vniuersi quisque conscientia, dum incitatur ad malum: Quid agis? nec vnumquam peccatum sic ultra fluit, quin eam remoram patiatur. Sic enim Deus humano generi consilium voluit, ne in effrænam peccandi licetiam omnes crumperent. Qui ergo fit, vt homines in malis adeò obstinati sint? Certè illecebris se fallunt, animosque suos obstupefaciunt, vt spredo iudiciorum Dei, licentiam peccandi arripiunt. Blandiuntur sibi fingendo peccatum non esse quod peccatum est, vel excusatione aliqua & vano prætextu extrenuant. Hi ergo sunt funes, prævaricationes quibus peccatum attrahunt. Vnde appetat Dominum haud frustra iis minari: nec enim sponte tantum peccat, sed peruicaciter & obstinate: se denique peccato alligant, vt sunt inexcusabiles.

16 Q Y I D I C V N T, A C C E L E R E T.) Designat vna speciem, qua demonstret ipsos peccata veluti funibus attrahere. Nihil enim deterius, quam non modò relivere omnem cogitationem diuinij iudicij, sed spernere quicquid de eo dicitur, & habere pro fabulis. Nam extremum contemptum exprimere voluit, dum homines proposito Dei iudicio, illud se latens animis expectaturos auunt: idque velut inanem terrorem ludibrii habent: sicut indicant hoc verba plena contemptus, & peruersæ confidentiae: Veniat, acceleret. **O P V S H I C** pro iudicio **X X T' E Z O X Y** accipitur. nam videatur otiosus esse Dominus, quem impiorum delicia non vlciscitur: quem verò surgit ad iudicium ferendum & peccatas sumit, tunc appetat opus ipsius, & manifestum est, vt vulgo dicunt, actus: quia ex re ipsa deprehendimus eius imperio & manu gubernari mundum. Opus ergo specialiter pro iudicio sumitur: quoniam eo nobis constat Dominum minimè otiosum esse, sed fungi officio suo. De eo autem per ludibrium & contemptum loquuntur impiorum: istam improbitatem & peruicaciam hodie plus suis experimunt: idemque bellum quod Prophetas olim exercuit, nobis etiam sustinendum est. Existimat impiorum Deum otiosum esse, nec curare res humanas: quemadmodum Epicurus summam Dei felicitatem statuebat, quod omni negotio vacaret. **Q**uanus enim imaginentur aliquem Deum, iudicium tamen eius minimè agnoscent. Interea bono & lato animo se esse iubent, nec volunt se macerare istis cogitationibus. Clament hi Prophetæ & ministri, atque vociferentur, terrorisque & minas proponant, nos securè quod nuntiant expectabimus, atque interim gaudio nostro perfruimur. Hunc in modum refert Propheta impiorum sermones, quibus ludibrium & contemptum Verbi prodebat. nec tantum, dicent, Veniat opus, sed festinet, acceleret: quia ex tarditate colligunt vanum esse quicquid non statim exequitur Deus, postquam loquutus est. Sic Petrus in 2. Epist. impios loquentes inducit, Ex quo creatus est mundus, continuum naturæ cursum fluxisse. idèque post tam multa secula expecta ri diem iudicij. Interim quasi data opera prouocant Deum, vt si quid habet potentie, statim exerat. Et operi adiungitur consilium: acsi dicent, **Q**uousque tandem delibera, vel quid facturus sit pronuntiat Deus? ostendat potius ratum esse quod decreuit. Atque hoc culpam non parum amplificat, quod doctrinam sibi familiariter notam, proteruè eludere audebant: in eo scelerares profanis Gentibus, quod doctrinam spernebant, qua sibi eos in populum peculiarem adoptauerat.

V T V I D E A M V S.) Hæc sunt indicia infidelitatis: quia impiorum agnoscere nolunt, nisi præsenti experimento sentiant: nec fidem verbis eius habere sustinet. Quod si hac nota Spiritus sanctus impios reddit detestabiles, fidem ac pietatem contrario signo testati nos decet, vt scilicet in

Dei

Dei verbo acquisicamus, quamvis non protinus apparcat effectus, quando proprium fidei est, nos ab ore Dei tenere suspenso. Accedit quidem nobis confirmatio ab operibus: sed initium minus ne inde faciendū est. Hoc enim est discrimen inter electos & reprobos, quod electi simpliciter acquiescent in verbo, interim opera non negligunt: prius vero posthabito & contempto verbis, etiam si cientes loquuntur Deus, opera turbida in portuē flagrant. Et cum pro potius audiuim Dervili est inquit. Non possunt fare dius mentionem, nisi statim re ipsa patet. Vbi est tali immoderatio, tequitur nullam incle fidem: sed potius obstinatam pertinaciam: quae magis ac magis hominem à Deo subducat, atque alienet.

magis ac magis hominem à Deo subducat, atque alienet.
20 VAE QVI DICUNT.) Tametsi nonnulli hanc intentiā refingunt ad iudicēs, tamen
quis propriū expendat, facile colliget ex toto contextu, eam generalē esse. Quia enim nuper
in eos inueniūt fūiat, quin nullas monitiones sustineat, sicutque sunt: nunc pergit in eadem obiungā-
tione. Constat autem etiam inodi homines habere semper aliquid quod prætextant, & quo tibi
faciant fūcum: nullum itaque obloquendi finē faciunt, cūm in medium proferatur cōsumū fec-
tūla. Nominatioν verò hīc cōsumū petulantiam coarguit, qui omne bonū & malū dicerent ex
professo conantur peruertere. Et hīc h̄ proprie tā dictiōnib⁹, Bonū & Malū, tantundem
valeat, atque Dei tentiā est igitur. Qui de malō, bonū dicunt, & ē diuersi: id est, qui manū feco-
res mīlitas tegunt, exercitūt, et anfōrmant, quālī naturām cuiusque reū mutatiūt, iūscāullis, con-
trā verō, lōnas resūs calūmniūs deformant. Iac autem ferē semper conūntūtā tūtū. Quisquis
enī timore Dei præditus est, retinetur & conscientia & pudore, quoniam excusare peccata
sua, aut quod reūtū iūstūmque est, dāmnamē audet, qui verō timoris huius vacuū tūtū, pari
impudentia & vīta laudare, & virtutes damnare non dībitant, que dī signū est deplorare ne-
quit. Potest autem hīc tentiā ad varias spēcies accōmodari: nam si ille priuatis ciām ma-
ledicunt, cūm malū bonū esse dicūt, & ē diuersi: quanto magis us qui in aliq̄ē dīgnitatē gā-
dū eucti sunt, & publico munere funguntur, q̄orū & rēctā & honestā tūciū officiū clī. Sed in
genere omnes obiurgat, qui sibi in malō laudūtūr, & odio virtutis dāmant qui quid rectē a-
ētū estimōtū qui apud alios tergiuersando, quō tua probra tegant, scipios quoque oī stupē faciūt.
Tales Propheta dīcit penitētā facere, acī lūcē vēterēt intēlētās, & dulce in arā ūquo signi-
ficat prodigiōtā esse corū amentiam, ut pote quā misēat ac confundat omnia naturā principia.
Hīc tūc obiurgare eos qui nulla doctrinā reduci possunt, o-

21 VAE SAPIENTIBVS .) Hic pergit obiurgare eos qui nulla doctrina iudicari possunt, nonneque adiutoriis consilii & piis monitionibus præcludunt, denique maledicti pri fractis contemptoribus, qui doctrinæ Dei & monitionibus, aut affectus carnis sunt, ut per tunc iam sapientie confidentiam opponunt. Nec vero iolum obiurgat eos qui falsa persuasione sapientię insuflati sunt, vt quos pudet ab aliis discerere sed etiam omnes in genere damnat, qui piæ occupati suo sensu, Deum loquentem audire & sine ceteris iouis monitionibus obtemperare alii nunt. Hoc uitium fuit omnibus seculis nimis vulgare, idque in permultis hodie cernitur: quibus esti religio esse palam respovere pietatis doctrinam, à vero tamen ebriequo & docilitate tā preclit, alii sicut ferocius repudient quicquid non adulubescit. Concedunt opus sibi esse aliquo fastidio terrena ex parte ita cosecūcat arrogantia, vt Deo viam monstranti, subinde obstruunt: neque id modis, sed virulentis indignatione frenat sua consilia reprehendit. Imò quotutquisque est, quod proprio sensu abdicās, tantū ex D. i ore sapere paratus sit? Atqui nulla deterior peccatis est, quam hoc fallax sapientię ipēctrans, quando inītiū pietatis est docilitas, vbi propriō tenetū eximantur, et quimur quo cūnī vocat Deus. Nec vero hanc tantū nomine falsa hæc persuasio dñatur, quod immorigeros reddit homines Deo, atque ita causa sit interitus, sed etiā quod per se est intollerabilis Deo: stulte scire nos oportet, si cupimus Deicse discipuli. sed hæc quoque certum est, fūriosa poteritiam regnare ubincunque non viger hæc modestia & humilitas, qua sponte ipsum cogathom in ordinem. In oculis suis, idem valet atque quod dicimus lingua Gallica, à leu' semblant.

V A E Q U I F O R T E S S V N T .) Nunc aliud vitium reprehendit Iaias: nempe ebrietatem & intemperantiam in vieti, de qua iam prius locutus erat. vt probable sit hoc caput ex diversis concionibus collectum esse, & tummias duntaxat breuiter attingi. Cum enim Propheta nullam relapsitudinem cerneret, eadē repetere & sepius inculcare coetus est. Redit igitur ad easdem obiurgationes quas prius attigerat. Nam de ebrietate, luxu, quaritia, dilige eterni prelisis iterum concionatur. vnde colligendum est, vbimonitoris nihil proficiunt, maiore velut en- tia erga praefractos & indociles vtendum esse: nec verò esse timendum, ne molesta sit importunitas, sed iterande lepius reprehensiones donec fl. etancur, vel insanabilem malitiam prodant. Fortes vel robustos ad bibendum vocantur, facetè eos perstringit, quod vires suas in Bacchii militia consumant. Est autem hæc fœda & belluina ambitio, quod firma valetudine prædictis vi- gore suum largè potando ostentat. Iam quia frequens apud Prophetas synecdoche, vt etiam in tota Scriptura, speciem pro genere accipit. acsi diceret, **V x e r a p u l x , v x i n t e r p e r a n t i u s : c o n- sultò autem quod maxime probrosum erat posuit, vt vitium ipsum in genere exom & abo- minabile redderet.** Nihil enim vel turpius, vel miseriū vt diximus, quam experiri vnes suas in
c. iii.

vorando cibo, vinōque forbendo : & secum ita luctari, vt tantum ingeratur quantum venter capere potest. Tales homines nullam vitę rationem tenent, nec norunt quos sumi à Dco educantur. Edimus enim & bibimus ad sustentandum corpus, non obruendum. Vivimus vt cultum & obsequium præstamus Deo, operāmque nostram proximis impendamus. Cū id agunt homines, vt vires iūas obruant potius quam sustentent, experiendo quantum cibi & vini ferre possint, deteriores bestiis esse certissimum est.

23 QVI VSTIFICANT.) Reprehendit corruptelam, quæ tunc vigebat in iudiciis: & causam indicat, cur illic nullus sit æquitati locus, quod scilicet munera præualeant. Nam auaritia excēdat oculos sapientum, omnē inque boni & æquivium periret, etiam apud eos qui ailioqui ad colendum recti studium propensi forent. Posset quipiam obiciere: alius etiam modis, nec muneribus tantum iudicia peruerit: quandoquidem gratia, odiū, amicitia, aliisque prauis affectus mentem sūpius excēcant. Id quidem verum est: sed Propheta id spectauit quod accidit ēt τέπτω: nec tamen iūs virtutis pareere voluit, quæ nominatim non exprimit. Quo exemplo pri Doctores, prudentes & circumspecti esse debent in animaduertendis & corrigendis virtutis, quæque maximē in populo gravantur: ac potissimum vrgere, quod prava consuetudine vstatum vident. H.ec autem corruptela, cuius fit mentio, in iudiciis omnium frequentissima est. Ideoque diligentissimè cauenda est Iudicibus, qui volent rectum iudicium ferre. Nec audiendi sunt plerique, qui in eum finem munera sibi offerri negant: aut cūm acceperint, affirmant se nihilominus integrum iudicium retinere. nam vbi muneribus locus est, recti & æqui studium corrumpi necessē est, nec verò fieri potest, quin proclivior sit animustuus in eum à quo acceperis. Denique audiendus Dominus, quis sapientissimi cuiusque mentem corrumpi, & aquifissimā animū perueri docet: ne Deo ipso nobis prudentiores esse videamur.

24 PROPTEREA.) Ne frustra toties exclamasse videatur, rursum ostendit quām grauis & horrenda vltio populo immineat: ac contumacibus denunciat extēnum exitium, quod in viam se reduci non patentur, sed per uicaciter doctrinæ obſisterent. Utitur autem metaphoris ad rem exprimendam aptissimis, & quæ etiam efficacius animos tangunt, quām si simplicius & absque figura loquutus esset. Incipit quidem à similitudine, sed meū definit in metaphoram, Radicem & Germen populo tanquam arbori tribuens. Duabus autem his vocibus complectitur, quicquid in populo est virium, aut occultarū, aut patētiū: idque in vniuersum peritulum dicit. Quemadmodum enim putrescente radice, quæ sola arbori vim præbet, cāque sustinet, de ea prorsus actum est: ita de populo actum esse, omnēsque eius vires exhaustas & consumptas esse denuntiat. Iam verò non enumerat, sicut antea, species scelerum quibus iram Dei prouocaverant, sed generalem subiungit: nempe contemptū Legis diuinæ: et enim fons malorum omnium, vt satis notum est. Et hoc crimen non parum exaggerat, quod cūm in Lege patet facta illis esset Dei voluntas, non ignorantia vel errore, sed delinata malitia, excusio Dei iugo prolapli sunt in omnem licentiam: quod nihil aliud fuit, quām reictio ad eō beneficio Patre, se diabolo addicere in mancipia. Adde quod plenæ defectionis eos accusat: ac si diceret non vna tantum aliqua in parte fuisse rebelles, sed quasi perfidos apostatas, prorsus valedixisse Deo. Adhac, verbū Dei non modò spreuiisse ipios, sed quod longè atrocius est, vel abominatos esse vel scelerato fastidio repulisse conqueritur. Quod si Legis Dei contemptus, fons, caput, & cumulus est malorum omnium, nihil magis caudum est, quām ne eius reverentiam nobis Satan excutiat: & si quibus vitiis sumus obnoxii, saltem dandus est medicinæ locus, nisi eam n'aligne respondeo volumus eternum exitium nobis accersere.

25 PROPTEREA EXARSIT.) Hoc versu Propheta priores vltiones quas iam experti erant Iudei commemorat, & nondum adesse finem ostendit: imò impendere multè graviora, nisi in viam redierint. Fatorum quidem præteritum tempus in futurum non raro mutari, sed hic quem dico contextus, melius congruet. Duo enim ob peruicacem populi duritatem proponit, eaque distinxit: Primum, quomodo iūm Deus animaduertit in illis sceleris. Deinde, cūm nulla resipiscēt apparent, adhuc alia flagella esse in eius manu, quibus populum castiget. Tertiū designat quānam ea sint: & venturos Assyrios præmonet ad notum Domini, simulatque vel sibilo tantum indicabit, talis est contextus Prophetæ. Ev quo notandum est, vulgus hominum vbi primum calamitatem aliquam eusit, castigationem oī liuisci, nec amplius considerare iudicia Dei: & quum experientia stultorum quoque magistra sit, obdurescere tamen ad flagella, hanc socordiam pungit Iſaias. ac si diceret, Tam citōne calamitatē m' olitieſtis, in quibus gemūſtis nuper? vnde enim ad uerum projectio ex clade, nisi quia manuū suam contra vos Deus extulerat? quod si iudicis officio functus est Deus, cur non ad eius metum sollicitant tam recentes plague? ne alias atque alias accersant noua peccata. Ideo causālē particulā repetit, p. 49. ac si diceret non esse fortuita in cōmoda, sed aperta signa vindictæ Dei. & ideo nominatim dicit populo suo iratū fuisse: quia nisi excidisset Iudei à suo gradu, felicior quām Gentili omnī futura erat eorū cōditio. Ergo quum tam seuerē & duriter electū populū tractat Deus, minimē dubiū est, prouocatū fuisse maximis sceleribus: simul fallā gloriacionem refutat, qua

se efferre & iactare solebant Iudei : acsi propterea immunes à plagis esse deberent , eò quòd peculiariis essent Dei populus. Iam Montes contremuisse dicens, hac comparatione peñarum ad quas occaluerint, grauitatem exprimit, vt populi stuporem magis coarguat. Stupidiotes esse rebus inanimis, nisi furem Dei lenterint & horrendam vltionem , qua regnum Irael afflictum erat.

¶ (v v c.) Denuntiat grauiores plegas in futurum , vt iam dictum est. Quanuis enim impii homines agnoscant se à Domino correptos esse, tamen vna vel altera plaga se defunctos putant. Itaque perinde acsi nihil accidere posset deterriri, tamque exhaustæ clientiæ Dei vires, crastis securitate te inuoluunt Ideo exclamat, nondum pacatam esse iram Dei: & tametsi multiplicies elades alvea patti sint, adhuc tamen multis telis armatam esse, à quibus metuenda sint innumerata vulnera. Copula i potissim resoluta in aduersitatem, vt significet, Quin potius manus eius adhuc extenta est. Recepist autem ad in quod prius dixerat, Manum Dei etiam esse: nondum clausam esse ait, posse adhac ipsos perseguiri, & eadem plagas, imò grauiores infligere. Diligenter meditandæ sunt haec sententiae ad excutiendum torporem, quo maior pars hominum etiam acceptis plagis, se ipsius laborat.

¶ ET LEVABIT) Hic & proximis versibus exprimit qualitatem poenæ, quam Dominus sumpturus est de populo suo: nempe, eandem ab Assyriis cladem eos manere, quam paulò ante passi fuerant Israelita coram fratribus: aut etiam grauiorem. Prius quidem & ipsi multa incommoda patti erant ab Assyriis, tametsi nondū vaustum erat regnum Iuda. deinde elades regni Irael, erat veluti spiculum, in quo poterant iram Dei & iustam castigationem intueri. Non dubium tamen quin vaticinium hoc , quanvis claris experimentis non careret, incredibile visum sit: quia tunc tranquilluserat rerum status, & minimis quibusque induciis facile indormiebant. Ideo à gentibus longinquis talescladem euenturam dicit, à quibus nihil eiusmodi expectabatur, atque ita clasicum canit, acsi coram hostes ipsi adcesserint. Neque enim leuandis timoris causa voces istas, è longinquo & ab extremitate terræ ponit, quin potius data opera sic loquitur, vt sciant iram Dei ab iis que apparent minime estimandam esse. Solemus enim pericula ex specie rerum estimare. Quod si non adeò propinqui sunt hostes, aut ab aliis impeditur, ne tam citè nobis molstam faceant, securi sumus. Ita populus in utrunque aurem dormiebat, ac si nullum periculum verendum esset. Hoc autem impedimento non fore dicit Iacobus quominus vexillum erigens Dominus, momento Assyrios ad stragam edendam emittat. Est autem metaphorica locutio, quoniam sibi blato signo, milites ad nutum ducis, manus conserere & in prælium ruere solent.

SIBILABIT ADEAM.) Quanvis numeri mutatio satis vñtata sit in Scripturis, non temere, meo iudicio, Propheta numerum mutando, ex pluribus Gentibus quasi vnam facit. Significat enim vbi Deo placuerit colligere variospopulos & conflare in vnum corpus, non fore multitudinem confusam, sed instar corporis, cui caput certum præsit ac dominetur. Sibilandia autem verbo potius quam grauiore vti maluit, velut Clangédi, aut simili: quo ostendat, Deo clangore opus ion clef ut hostes conuocet: nec quicquam difficultatis esse in exigendis suppliciis, vbi maturum adest vñscendi tempus. Potest enim solo ntu omnia peragere.

ECCCE SVBITO.) Hinc magis confirmatur quod iam annotauit: iam Domini ex præsenti rerum aspectu estimandam non esse. Quanvis enim pollici i pacem omnia videantur, subito tamen erumpet bellum vnde non putamus. Etiam si vndiqueaque amicis muniti videamur, Deus tamen ab extremis terræ angulis hostes excitabit, qui prout ipsi obstatulis, quasi plana & æquabili via, ad nos facile penetrant. Quod diligenter anim aduertendum est, ne vanæ securitate, & præ fidientia inani, exercæcti nos sinamus. Obieruandum etiam, bella non temere vel a arbitrio hominum conflari, sed Dei iustu, acsi tuba militis conuocaret. Siue igitur bello, siue fame, siue peste affligamus, si totum è manu Dei profecti intelligamus Omnia enim ipsi parent, ac morem gerunt. Nec quicquam co erant animo Chaldei, vt paucent Deo abripiebatur enim sua cupiditate & libidine dominandi, dū aliud quidius potius spectant. Deus tamen ad exequenda sua iudicia, eorum opera vtitur, vnde insigne Dei potentia specimen refulget, quæ hominum voluntati alligata non est, neque ex eorum arbitrio pendent, quominus inuitos, aut nescientes ad obsequium trahant. Neque tamen excusabiles ideo sunt impi, quando paxter animi sententiani trahuntur, non autem iponte Deo scrivunt. Hoc enim solum ipsi est propositum, vt rapiant, sanguiniant, violent: Deus autem seclera & flagitia populi sui, eorum scutum vñscitum.

NON EST LAS SVS NEQVE IMPINGENS.) Significat omnia sic instructa fore & parata, vt expeditionem eorum non habet impedit, aut retardat, acsi Princeps aliquis conscriptos habens milites suos, statim vias sterni, cibaria curari, ceteraque recessaria suppeditari iubeat: ergo alacres atque expeditos fore istos demonstrat, nec quicquam eorum celeritati fore remora. Streuitatem etiam prædicat, negans fore somnolentos, ac in his quidem verbis, Non dormitabit neque dormiet, inuersus est ordo: quia potius dicendum erat, Non dormiet neque dormitabit. Minus enim est dormitare quam dormire. Sed ita resoluti debet ista locutio: Non dormi-

tabit, ne dum dormiet: id est, tantum aberit ut dormiat, cum ne dormitabit quidem: cuius exemplum habes Psalmo, 121. Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Hebraica autem phrasis est, cui neque Latina, neque Graeca congruit.

28 SAGITTAE BORVM.) Intelligit eos armis necessariis instructos fore. Respicit autem vultatum Assyriis, & aliis Orientalibus populis morem, quibus frequens in bello arcuum & sagittarum viuis erat, quemadmodum pharateatis in bellum hodie Angli prodeunt. Sub hac autem specie, omne armorum genus comprehendit. Quoniam vero longum erat iter, & profectio difficultis, Iudei existimare poterant, per multa fore impedimenta, quae hostium expeditionem frangerent. Ideo dicit vngulase equorum filii fore similes, quo intelligit nullam paurosum offenditionem ac peruenturos tandem in Iudeam sine latitudine. Eodem pertinet quod rotas turbini comparat. Solebant autem veteres praelium intrare etiam cum curribus. Ideo mentionem facit non tantum equorum, sed etiam rotarum, quae omnia ad festinationem illam & celeritatem referri debent: quod scilicet Dominus nulla itineris longinquitate impeditur, quo minus ad perdenidos Iudeos, hostes sine cunctatione traducat.

29 LEONIS R V G I T V I.) Hec ad leviiam & truculentiam pertinent. Chaldaeos enim comparat leonibus, quos & horribiles aspectu, & natura immanes esse scimus: ac si dicaret non fore homines qui villo misericordiae aut humanitatis tensu tangantur, sed immanes potius bellus. Addit etiam robore superiores fore, ne quis ad eripiendam praedam accedere audeat. Significat autem ad prohibendos eorum impetus nihil fore Iudeis subditi: quia truculentus suu meatu, omnes procul abigent. Nam quia locabant operam suam Deo ad puniendos Iudeos, oportuit etiam formidabili potentia instrui, vt tandem agnoscereat vicecors ille populus, negotium sibi non fore cum hominibus, sed cum Deo, in cuius manus incidere horribile est.

PREM ET SUPER EVN.) Hoc addit Propheta, vi intellegent Iudei, Chaldaeos non temere irruere sed destinatos esse a Deo cuius etiam manu diriguntur. Per Fremitum mari, intelligit tantum impetum, vt diluvium esse videatur, quo vniuersa Iudea natum fragum factura sit. Spes etiam omnes abscondit, nullam mitigationem penitus, nullumque exitum fore predicens. Iudei, inquit, vt fieri solet in rebus perplexis, sursum & deorum reverent tentius tuos ad effugia captanda: sed quaque rauersum respiciant, siue in celum, siue in terram, nihil usquam reperient solatii. Undique enim miseria & calamitates ipsos obruerint. Hec autem loquendi forma etiam vulgi, cōfuetudine visitata est, cum omnibus ex partibus clades & ruinæ se se ostendunt, nec ullum effagium aut solatium patet. atque hoc accidere necesse est, cum nos persequitur Dominus, ut sublatius manus, vbi que oculis nostris occurrat: & quancunque in partem vertamur, inservient aduersum nos armatae creaturae ad exequendum iudicium ipsius. Manus enim hominum interdum effugere possumus, Dei vero quod possumus?

C A P V T V I.

1  Nno mortis regis Vsiæ, vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum: cuius extrema replebant templum.

2 Et Seraphim stabant super ipsum: erant singulis sex alae: duabus operiebant faciem suam: duabus tegebant pedes tuos: & duabus volabant.

3 Et clamabant alter alteri, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Iehoua exercituum: plena est omnis terra gloria eius.

4 Et commota sunt superliminaria postium a voce clamantis: & domus impleta est fumo.

"vel in silentium recessus." 5 Tunc dixi: Vnde mihi, quia "excisus sum: cum homo sim pollutus labiis, & in medio populi habitem, polluta labia habentis: & tamen regem Iehouam exercituum viderunt oculi mei.

6 Volavit autem ad me unus ex Seraphim, habens in manu sua carbonem ardente, forcipte correptum ab altari.

7 Et applicans super os meum, dixit, Ecce terigit hoc labia tua, & expiatitur peccatum tuum.

8 Postea audui vocem Domini dicentis, Quem mittam? & quis ibit nobis?

nobis? tum dixi, Ecce ego, mitte me.

9 Tum dixit, Vade, & dic populo isti: audiendo audite, & ne intelligatis. Videndo videte, & ne sciatis.

10 Obstina cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius oblige: ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & cor eius intelligat, & ubi conuersus fuerit, sic illi sanatio.

11 Et dixi, Vsquequo Domine? & ait, Dum fuerint vastatae ciuitates absque habitatore: & domus vacuatae fuerint hominibus: & terra redacta fuit in solitudinem:

12 Donec procul amouerit Deus homines: si que multa vastitas in medio terræ:

13 Donec in ea decima, & reuertetur: & erit in excidium sicut tilia & querqus, quibus in projectione est subsistenta: ita in hac erit subsistenta, semen sanctum.

IN CAPUT VI.

ANNO QVO MORTUVVS EST.) Hinc fieri solet initium sexti capituli. Nonnulli autem libri ipsius initium esse, & prophetias Isaiae per perpetram collectas fuisse putant. Rationem afferunt, quod hic Prophetæ detrectet munus docendi: quod non erat recusatus, si iam ante eo functus esset. nouum tyronem videri, cui adhuc vocatio tua ignota sit, præterea hic profiteri le Dominum vidisse, non prius. Verum eas rationes nimis infirmas, ut prius attigi, nec vero conscientias esse arbitror. ac respondeo, nouum videri non debere, quod insolita hac visione ita sit consternatus, ut Prophetam se esse obliuisceretur. Nullus enim fuit in eo sensus qui non obstupeceret præsentia Dei, ut quasi lymphatus liberenter se in tenebras abdidisset. imò iam desperans de vita ponte mortem aduocasset. Atque ita necesse est affici pios, cum Dominus præbet signa presentis sue, ut decipientur è statu, & extra se rapiantur. Adde quod in seculo sui persona, rebellem populu formidine percellere voluit Deus. Quare nihil mirum, si pauore atomitus se excusat: simul etiam quia prius grauitatem muneris non ita senserat, vt nunc, postquam conspicue oblate est ei maiestas Dei. Sed eur hęc visio ei initio minimè oblate est. Respondeo, necessariā fuisse pro ratione temporis, ut magis ac magis in functione muneris confirmaretur. Cuius rei exemplum in Apostolis ipsis perspicere possumus. Initio enim misi sunt cum mandato, ne Iudeę fines transirent. Postquam vero resurrexit Christus eos ex integro cōstituit novo & solenni ritu, efflavit in ipsos, iubens ut Spiritum sanctum acciperent, neque id modò, sed Spiritum è cælo mittens sub linguis igneis, in solita virtute eos induit. Ita propter variastemporū & Regum mutationes, Isaiam confirmari, & rursum noua visione approbari necesse fuit: tam ut animaretur ipse ad constantiam, majorique alacritate pergeret deinceps in suo cursu, quam ut cælesti autoritate fanciretur eius ministeriū apud Iudeos. Hęc ratio mihi latissimis idonea videtur, cur non statim ab initio ipsi hęc visio oblate sit, sed postquam aliquo tempore functus fuerat munere docendi. Hic autem non fuisse initium Prophetæ, si quis constat ex eo quod præfatio quam prius vidimus, primordiis multò melius conueniat, aptiorque sit, quam quæ hoc capite continentur: & quum ferrea populi obstinatione præclusi essent omnes aditus, vehementia illa per rumpere ipsum oportuit. Adde quod probabile est, diutius obiisse docendi partes sub rege Vīa, quem mortuum fuisse existimo ante editum hoc vaticinium. Denique his verbis significat Prophetæ, quum iam stadium ingressus esset, Deum sibi apparuisse. Quidam hic M O R T E M, intelligunt lepram: quæ certè mors ciuilis erat: cùm Rex seab hominū confortio subducere coactus esset, & abdicare le principatu, sed malo mortem propria significacione accipere. Sic itaque existimo, Isaiam superiora nuntiasse sub Vīa, cùm etiam lepra percussus esset: cùm autē obiisset, & successurus esset ei Iothan, oblatā esse hanc visionem Isaiae. Scimus enim quānū varios motus afferat Regum mutationes: ut mirum non sit suam Isaiae vocationem de integrō fuisse obligatā. Ipsa etiam prophetia, quæ sequetur, satis ostendet ipsum aliquandiu concionatum esse priuiquā Dominum videret. Hic enim agitur de execratione populi, cuius magnam periculiam expertus, ab incepto desistere poterat Isaías, quod videret se nihil omnino promouere. Eum igitur hac visione confirmat Dominus, ut nihilominus officio intrepide fungatur, ac persequeatur quod iussu Domini instituit.

VIDI DOMINVM.) Quæritur quomodo videre Deum potuerit Isaías, qui, ut Spiritus est, corporeis oculis non cernitur. Imò quum ad immensam eius altitudinem cōscendere nequeant

Matt. 10
4.5.

Ioh. 20.6.
22

Act. 2.42.

2. Reg. 15.
4.5.

2. Paral.
92 d. 21.

humane mentes, quomodo sub visibili forma comprehendetur? Sed tener dum est, quoties le Patribus spectandum præbuit Deus, nunquam apparuisse qualis est, sed qualis hominum iensu capi poterat. Neque enim absurdum est, quia humi reptant quodammodo homines, vel saltem longè infra cœlos sublidunt, Deum ad ipsos descendere, ut in speculo quodam gloriae suæ radios emitat. Talis igitur forma Iсаиæ propofita fuit, qua inestimabilem Dei maiestatē pro suo captu gustaret. quare etiam solium, vestem, & corporalem aspectū Dō affingit. Vnde clicitur utilis doctrina, quoties profert Deus signū aliquod tua presentia cum certò nobis adesse, quia non ludit inanibus figuris, sicuti homines cū suis figmentis in pie deformant. Quia ergo species

Matth. 3, d. ista minime fallax Dei præsentis symbolum fuit, cū te vidisse meritò affirmat Iaia. vt quā dicitur Ioan. Spiritum sanctum vidisse in forma colubæ, Spiritus nominē ad symbolū tñāstur: quia in representatione, nulla erat fallacia. neque tamen vidit Spiritus essentia, sed testimonij habuit certum & luculentum, ne ambigeret Spiritum Dei in Christo residere. Quæritur secūdo loco,

Ioh. 1, d. 32. quānam fuerit iste Dominus. Iohannes 12, cap. Christum fusile docet, ac meritò: quia nunquam Deus sè Patribus, nisi in aeterno suo Sermone & Filio unigenito patefecit. Perperam tamē, meo iudicio, hoc quādam ad Christi personam restrinxunt: quum potius inde finitè Propheta Deum nominet. Nec illis suffragatur nomen יְהוָה, quod videtur in Christum magis competere: quia Dō simpliciter, & sine relatione sèpē tribuitur. Hic ergo indefinita fit Dei mentio: & tamen

Col. 1, b. 15. propriè dicitur Iaia vidisse Christi gloriam, quia iam tunc fuit imago Dei inuisibilis.

S E D E N T E M I N S O L I O.) Non potuit pro circūstantia loci Deum melius describere, quām sub Iudicis persona, quòd melius Iudeos exercefaceret eius maiestas: nam postea videbimus grauiissimum iudiciū, quod Dominus protulit ē ius tribunalī. Sed ne existimemus Prophetam excogitasse quomodo Deum pingeret: scindūm est fideleriter referre ipsam formam, qua ipsa exhibitus ac mōstratus est. Potest autem dubitari, an Propheta duxit lit in templū, an dormienti hæc ipsi visa obiecta sint. Etsi autem multa afferri solent in vtrāque partem, que hoc relinquunt in suspensiō, coniectura tamen probabilior est etiam si extra templum esset, potuisse vel domi, vel in agro, quemadmodum & aliis Prophetis, hanc visionem offerri.

E X T R E M A E I V S R E P L E B A N T.) Intelligunt ferē omnes, similitas vestis: quanquā referri potest ad oratribunalis, vt intelligat tantam fuisse eius amplitudinem, quæ se in omnes partes templi extenderet. Vult autem augustam speciem, & omni humana forma superiorem tribuere Deo. Hoc etiam plus habet ponderis, quòd apparuit ē templo, quia promiserat le illinc populo ad futurum, & populus inde responda expectabat: quemadmodum in dedicatione sua Salomon disserit exp̄r̄llera. Ut ergo populus intelligeret ista ē Deo proficisci, quem quotidie intucabant, cuius inani confidientia efferebantur, hec visio in templo fuit exhibita Prophetæ. Nec parum ad certitudinem valuit, palam illis testatum fieri, non sibi proponi ab homine aliquo mortali sermonem, sed cælesti oraculū, & prolatum ā Deo illo cuius nomen superciliosè obtendere solebant, quoties volebant aliquid maius sibi arrogare. Nam & alioqui durum erat & odiosum hoc vaticinium, & magna confirmatione indigebat. Neque hoc rarum est Prophetis, vt dicant Dominum ē templo suo, ē sanctuario suo loquutum esse.

S E R A P H I M) Postquam Deum plenū maiestate & gloria sibi apparuisse testatus est, subiungit Angelosei adstissit, quos ab ardore Seraphum nominat. Etsi autem Etymologia huius vocabuli latī nota est, variè tamen rationes afferuntur. Alii Seraphim vocari aiunt, quòd ardēt amore Dei: alii quòd instar ignis sint celares, ali quòd replendat. Ut cūque sit, hac descriptione nobis immissa Dei maiestatis splendor vultur in radiis commōstratur, vt in iis admirabilē & stupēdam gloriam suspicere & reuereri discamus. Multi existimant fuisse duos Seraphim, quemadmodum duo Cherubim arcā testimonij circundabant. Quam sententiam libēter amplector: nihil tamen afferere audeo, vbi Scriptura nihil affirmit. quia visitatum est Scripta, descriptiones quas de Deo ponit, symbolis accommodare, quorū ordinarius erat vsus & familiaris notitia inter pios: fieri potest vt eiusmodi specie Propheta viderit. Atque ego hanc vt probabilem conjecturā ita sequor, vt tamen diuerca inter pretatio, si quis eam magis probet, suo loco maneat. Nam Daniel non duos modò Angelos, sed myriadas vidit.

S E X A L A S.) Hæc figura ratione non caret. ista enim alæ sic compositæ, aliquod mysterium continebant, quod Dominus noluit prouersus ignotum esse. Binæ hæc alæ quil us Angeli volabant, nihil aliud significant, quām celeritatem & promptitudinem ipsorum ad iussa Dei exequenda. cuius rei, quin analogia certa sit ac dilucida, homines non contentiosi facile assentientur. Duæ aliae quibus faciem tegebant, satis indicant, ne Angelos quidem fulgore illum Dei sustinere posset, sique ipsos perstringi Dei conspecta, vt cūm tolem splendentem intueri volumus. Quòd si Angelī maiestatem Dei ferre nequeunt, quanta erit hominum temeritas, si conentur cōdūq; perrumpere? Discamus igitur haud plus inquirendum esse de Deo quām par sit atque expediat, vt cognitio nostra sobrie & modestè delibet quod procul à sensu nostro remotum est. Neque tamen ita tegebant Angelī faciem suam, quin aliquo fruerentur Dei conspectu: quia volatu erōneō minimē cerebantur. Ita & nos Deum quidem intueri debemus, sed quantum feret ingenii

1. Reg. b.e.

Exod. 25, b

ingenii nostri facultas. In reliquis duabus alis inferioribus paulo plus est difficultatis. Alii enim putant tecos fuisse Angelorum pedes, ne terram contingere, atque ex ea conterent, herent, aliquid horum: quemadmodum nos homines sollemus. Ut enim sumus & pulucrem contrahimus ambulando, ita dum versamur in terra, semper aliquia veluti contagione inficiemus. Quo admonetur fideles, nihil libi fore cum Angelis commercari, donec se solum attollant, nec sint amplius in terra detixi. Hæc quo runda expeditio est: sed alius potius attentionem, quia alas istas contrarium superioribus viam habuisse putant. Quemadmodum enim alis superioribus, tegunt faciem tuam ne splendore Dei obviantur: ita etiam inferiores alas habent, quibus a conspectu nostro contecti sunt. Quod si ita est, tenues diuinis splendoris radios qui in Angelis emicant, a nobis perspicisci posse quin protinus obviamur, quomodo splendidissimam atque illustrissimam maiestatem quæ tensus omnes absorbet intueri possemus? Dicatur ergo homines: sic longissime absit a perfectatione Dei, cum ne ad Angelos quidem usque pertingant. Hæc mihi versus expeditio videtur: superiore tamen non improbo.

3. CLAMABANT.) Hæc omnia in visione offerri Prophetæ necesse fuit, ut populus magis commoveretur, atque adeo ipse Ieremia. Nec enim ipsi minus quam toti populo necessaria fuit: cum dura & difficultia ipsius certamina maneret. Nec vero intrrepidè potuisse ista nuntiare, nisi prius esset confirmatus. Populus autem hac visione commonitus quanta & quam formidabilis esset Dei maiestas, à quo hæc condemnatio proferebatur, merito ei paucescere debuit. Is seilicet Deus prodibat in medium, ad cuius contemptum formidat ipsi Angelus, cuius laudes pleno ore assidue prædicant, cui denique morigeri sunt & obsequentes: homines vero, quos sibi in filios adoptare dignatus fuerat, proterve & contumaciter resistebant. Ceterum cum audimus Angelos exerciti in prædicandâ Dei gloria, eorum exemplum fecimus ad imitationem nobis propom. Est enim sanctissimum omnium officium quod ei prestatre possumus, ut in celebrando eius nomine occupemur: & quod Angelis nos conficiat, ut in terra peregrinantes, gloriam tamen incolis coniuncti ac similes simus. Ceterum ut vera suis omnibus numeris symphonia constet inter nos & Angelos, dæda opera est, ut non modò in linguis nostris per sonent laudes Dei, sed omnes quoque vitæ nostræ actiones repondeant: quod tunc demum fieri, si in his Dei gloriam potissimum spectemus.

Veteres haec testimonio visi sunt, cum vellet aduciri Atianos, tres personas in una Dei sentientia probare. Quorum ego sentientiam non recicio, quanquam si milites cum hereticis esset, nullum firmioribust testimonii vti. Nam redditur peruvicatores, & secum ipsi plaudunt, cum minus apertis testimoniosis oppugnantur: ut hoc loco facile ipsiis a promptum esset accipere, tertario numero perfectionem notari, ut in aliis Scripturæ locis. Quanvis ergo non dubitem Deum unum in tribus personis hic designari ad Angelos (nec certè laudari potest Deus, quin simul & Patris & Filii & Spiritus laudes celebrentur) tamen a prioribus locis potius vtendum existimo, ne probando fiduci nostra capite, hereticis ridiculis simus. Et certè hac repetitione potius indecessa assiduitas notari, ac si Propheta nullum Angelicæ melodiam finem esse in canendis Dei laudibus: si etsi inexhaustam earum materiam nobis suppediat eius sanctitas.

PLENA EST OMNIS TERRA.) Ad verbum, plenitudo ministeriæ: quod tam ad frumentum quam animah & multiplices copias, quibus Deus terram locupletavit, referri posset hoc sensu, in ornatu terræ & tam varia suppelleculi fulgere Dei gloriam, quia totidem sunt paterni eius amoris testimonia. Simplicior tamen magisque genuina interpretatio est, quod gloria Dei totum orbem impletat, vel diffusa sit per omnes terræ plagas, ac subest, meo iudicio, tacita antithesis, qua stultam ludorum gloriationem refellit: qui putabant nusquam extare gloriam Dei, nisi apud ipsos, eamque templo suo concludi volebant. Ostendit autem Ieremia, adeo non comprehendi tam angustis finibus, ut vniuersam terram repleat. Atque conuenit hoc prophetæ que postea *Ier. 10.* sequitur de execratione Iudeorum. Ea enim præbuit aditum Gentibus in Ecclesiam Dei, quan- *Rom. 11. b.*
doquidem vacuum & derelictum à Iudeis locum occuparunt.

4. ET COMMOTA SVNT SVPERLIMINARIA.) Hic fragor indicio fuit non fuisse vocem humanam quam Propheta audierat. Nec enim nullus mortalium tam sonoram vocem habet, ut possit superliminaria & postes concutere. Dominus autem, non solum apud Prophetam vocis suæ autoritatem acquirere voluit, sed apud posteros seculis omnibus facire, ne vnuquiam intercederet. Itaque hoc fragore tecumus nobis hodie confirmari vocem hanc Dei: ut quoties loquitur, trepidemus. Nam si commotentur inanimes & mutæ creaturæ, quid nobis faciendum, qui in hoc tantum sentimus, odoramus, gustamus, intelligimus, ut sanctæ & reuenerter ipsius verbo obscquamur?

DOMVS IMPLETA EST FVMO.) Hoc vulgare & ordinarium symbolum fuit, quo Dominus erga populum veterem usus est. Nam quoties Moses tabernaculum ingrediebatur, legimus *Exod. 33. 6.* fumum spargi solitum fuisse, ut populus neque Mosem neque tabernaculum intueri posset. *9.* Fumus ergo quem describit Ieremia, non fuit res incognita, sed pro more testari voluit Deus se potentiam suam ad ferendum de populo iudicium exercere. Quaritur autem cur potius hoc symbolo Dominus presentiam suam, quam alio quoquis indicari. Huius questionis ratio

duplex reddi potest. Primum, quod Dominus semper audaciā hominum comprimere voluerit, ne pluquā par est, de ipsis maiestate inquireat: ut sunt ferē omnes in hac re plus nimio audaces & temerarii. Supra nubes confidere volunt, & penetrare in adytā Dei, cūm interim id quod ante pedes est non videant. hinc errorū labyrinthus, quo vbi implicita fuerunt hominū ingenia, vani & fictitiū cultus sequuti sunt: quia vt sibi quisquis de cipio Deo commisici permittunt homines, ita nihil non contra ipsum tentare audent. Non abs re igitur Fumum oportuit, vt admoneat homines suū imbecillitatis, nec tamen ipsis cæcūtire aut stupidos esse voluit, eo scilicet stupore atque errore quem Papistæ simplicitatis nomine prætexunt: sed plus inquirere aut scrutari vetat, quām nobis verbo suo patefecit. Docta enim est, vt et Augustinus, talis ignorātia. Quoties ergo huiusmodi fumi mentio incidit, sciamus nobis frānum inuici, ne in inuestigando Dei cōsilio curiosi simus. Præterea fumus hic horrorem incutere debuit: quemadmodum David iratum & terribilem describens Deum, nubes, inquit, & caligo in circumcisus. Quid etiam huic loco optimè conuenit. Horrendum enim iudicium pronuntiat: nempe execrationem Iudeorum. Alii præludium incendiī esse volunt, quo templum conflagravit, sed quod attuli probabilius est.

V A E M I H I Q V I A.) Nunc refert Propheta quām efficaciter tactas fuerit illa visione: adeo, scilicet, perterritum fuisse Dei ipsius, ut exitium sibi instare existimat. Rationem addit, cur actum de se putet? Quoniam, inquit, pollutus sum labiis. Miror cur Hieronymus vertit, Quia tacui, cūm nulla sit in verbo ambiguitas. nō quidem significat tacere, sed hic certa verbī patiū nota additur. Poteſt etiam verti hic locus: VAE mihi, quia in silentium redactus sum. Nā silentium lēpē pro morte in Scripturis capitū: & dicuntur in silentium redacti, qui sepulti sunt: Sed quoniam fensus idem est, de conuersione non multum contendō. significat ergo se ita fuisse expauefactum, vt similis fuerit mortuo. neque id certē mirum est. Totum enim hominem, quod attinet ad carnem, in nihilum redigi oportet, vt renouetur secundum Deum. Vnde enim fit vt homines viuant, id est putent se esse viuere, & inflati sint vana prudentia aut potentia fiducia, nisi quod Deum ignorant? Itaque priusquam se nobis patefaciat, non cogitamus nos esse homines, immo nos putamus esse deos: vbi autem apparuit Dominus, tunc incipimus sentire & experiri quales simus. Inde vera humilitas: quā in eo confitit, vt homo nihil amplius sibi arroget, totūque à Deo pendeat. Proinde hic locus & similes diligenter in hoc argumentum obseruandi sunt. Fuit autem visitatum piis Patribus, quoties viderent Deum, in istas voces proflire, 22 Periit: Atūm est de me. Vita igitur nostra, priusquam fieri accedat ad Deum mentes nostræ, inane figmentum est: verfamur in tenebris, in quibus verum à falso secernere difficile est. Vbi autem prodimus in lucem, facile est discrimen adhibere. Ita cūm Deus ad nos accedit, secum lucem affert: vt inanitatem nostram cernamus, quam prius falsa opinione imbuti non poteramus perspicere.

V I D E R V N T O C V L I M E I.) An verò Dei visio mortem infert hominibus? videtur enim absurdum vt Dei intuitus vel propinquitas vitam auferat, cuius ipse fons & author est. Respondeo id fieri per accidens: quando id ex nostro vitio, non ex Dei natura accedit. Mors enim est in nobis: non cā per spicimus, nisi cū vita Dei cōferatur. sedque haud dubie intelligit Propheta. Nec enim si implicite se mortuum dicit: sed rationem addit, Quia pollutus est l. bii. Cur verò pollutionem restringit ad labia? An mente, an aliis partibus corporis purus erat? Respondeo, Prophetam id notare quod omnium preciosissimum in ipso erat: lingua scilicet consecratam Deo. erat enim Propheta à Deo constitutus. etiam si alius peccator esset, tamen ob sanctam munera functionem, hanc parte facer erat quia tamen diuinæ sanctitati non respondeat, fatur se etiam ea parte quā in ipso sanctior est, esse pollutum. atque hic mihi videtur verus & simplex huius loci lensus, quem Interpretes non sunt hæc tenus assequunti.

I N M E D I O.) Hoc exegeticè additum est. Vnum enim è vulgi numero se facit, qui communem totius corporis pollutionem respirat: atque obliuiscitur puritatis quam à Deo accepit, sed quod subsistere coram ipso non posuit. Hinc constat eos errare qui existimant Prophetam superstitione loquuntur: quemadmodum vulgus varia sibi de Deo figura commisici solent. Nam, vt dixi, praesentia Dei & propinquitas, interitus est carnis nostra, ea enim ostenditnos ex nobis ipsis nihil esse. Nam quisque miseræ conscientia, Deum videt: quid aliud sentire potest quām exitū? Deus enim iudex est, cui nihil occultum aut ignotum esse sentimus: in cuius conspectu puritas nostra impura est. Quid si hoc Propheta accidit, quid de nobis sentiendum est? quid enim præ illo sumus? Etiam si purgare nos cœpit Dominus, debemus tamen immunditium nostrum, cuius reliquæ semper in carne subsidunt, agnoscere. Hinc etiam vniuersalis sententia colligenda est, Omnia scilicet hominum ora impura & polluta esse, nisi à Domino repurgetur. Vnde sequitur omnes humanas doctrinas suam immunditatem redolere, nec quicquam esse purum, nisi quod à Deo profectum est.

S VOLAVIT AVTEM AD M B VNVS.) Ostendit Propheta quale remedium ipsi allatum sit postquam expauefactus fuerat, vt se mortuum arbitraretur: atque id confirmat quod iam di-

Etum est, à solo Deo labiorum puritatem esse. Nihil enim ex iis homines, nisi sordidum & fœtoris plenum proferre possunt. Si quis obniciat, absurdum est quod Dominus ipsum nunc demum purget, quasi prius impura & profana fuerit lingua ipsius, quæ tamen organū erat Spiritus. Hinc obiectio prius abunde manifestū est. Iam ante a quidem ipsum purgaverat Dominus, sed pro tua mētura. Purgatio quæ nōc accedit, maior est: habet enim tuos g̃adus & accettiones, quas nōc protinus obtinere potest. Non est igitur colligendum impura lata prius fusile, quod nūc purgētur: sed quotuid id fieri spectandum est, quia se habeat gratiam suam in ipso augere & cumularē volebat Dominus, atque in maiorem dignitatem gradum evehere, quod plus authoritatis apud popūlū obtineret. Idque temporum ratio, & flatus mutatio, exigebat. Et igitur exaltari sumitur, quasi diuinus, vel cœlestis. Verabat enim Lexahensū ignē illuc inferri, quia omnis humana mixtura in factis mera profanatio est, quare hac figura edictus fuit Itaias, puritatem omnem à solo Deo fluere.

TE A P P L I C A N S S V P E R O S M E V M.) Videmus vt te ad roditatē humani tenitus Deus accommodet, forecperi tradat in manu Scaph, quo tublatum ab altari carbonē Prophetæ ori ad moueat. Gestum est hoc quidem in visione, externi tamen symboli adminiculo Prophetæ mentē erexit Deus Portū non est quod vim villam car boni indicant fusile putemus: quemadmodum superstitiosi in magicis artibus occultas vires imaginantur. Hic nihil tale est, solus enim Deus immunditum nostram, quaeunque in parte fuerit, purgare potest. Angelus hinc minister fuit purgationis: author tamen non fuit ne quod Dei filius est, alio transferamus. Quod etiam dixerit exprimitus Angelus, nihil sibi vendicans, sed in medium proferens sacram pignus quod à Deo accedit, velut sacramentum ori Prophetæ apposuit, non quod sine carbone mundari non potest: sed quod visibile signum ad eius rei confirmationem & testimonium vtile fuit. Atque hic est sacramentorum vius, vt nos pro ruditate nostra confirmemus, neque enim sumus Angeli, qui mysteria Dei sine ullis adminiculis contemplemur: id, que paulatim quali vehiculis nos ad se attollit.

E C C E T E T I G I T.) Ostendit confirmationem que signo allata est, inanem non fusile, sed rem quæ significabatur simul præstata, vt le minimè de lusum esse tentiret Itaias. Vnde colligere possumus, in sacramentis rem nobis cum signo exhiberi, nec enim Dominus Sacramentum porrigenus, pascit oculos nuda & inani figura, sed veritatem ipsam coniungit, vt efficaciter in nobis per ea se agere testetur. Idque eo diligenter animaduertendum est, quod panis hodie verum sacramentorum vium teneant, & de iis paullim inter plerique pios & doctos viros certamina moucantur. Hoc autem in primis tenendum est, veritatem à signis separandam non esse, tametsi distinguidebeat. Signum enim conspiciimus & fentimus, veluti panis quæ nobis à ministro porrigitur in Coenam: iam quia Christus in celo quærendus est, eo quoque mens nostra attolli debet. Corpus tamen tuum porrigit ministri manu, vt verè eo fruantur pii, qui fide sursum ad eius societatem aspirant. Ipsum igitur præstat piis, qui fide ad ipsum mentes erigunt. Nec enim fallax esse potest. Cœterū infideles signum quidem percipiunt: sed quia manent in mundo, neque ad regnum cœleste Christi pertingunt, expertes sunt veritatis. Cui enim deest fides, is metem attollere ad Deum nequit, ideoque nec Christi particeps esse potest. Sola fides nobis ianuam aperit ad regnum Dei. Prinde quis ex carne Christi vesti vult, necesse est vt per fidem in celum supra humanam cogitationem euerhatur. Denique filius Dei Spiritus nos eius cœmunionis participes reddere potest. Nec tamē ideo conicquens est, hominum infidelitate veritatem sacramenti imminui, quando res spiritualis semper offertur à Deo: sed impii eam à se reiecent, quemadmodum etiam Evangelio offertur gratia Dei, sed non omnes eam admittunt, tamen si autibus aliquid percipient, veritatisque ipsi auctoratum præbere cogantur.

Præterea ex hoc loco discimus, sacramenta nunquam à verbo sciunt & a esse. Nec enim hic Angelus mutam personam agit: sed postquam signum adhibuit, simul adiungit doctrinam, qua finem eius demostret. Nullū enim fuisset sacramentum, nisi adieta esset doctrina, ex qua intelligeret Itaias quorūm ori ipsius carbo admotus erat. Prinde sciamus præcipuum partem sacramentorum in verbo consistere, ab iisque eo, merā esse corruptelam: qualēm in Papatu hodie passim cernimus, ubi sacramenta in actionem histrionicam vertuntur. Summa autem est, nihil iam fore obstatculo, quo minus Itaias perfecta munditie præditus, omni que purus inquinamento, Dei peritonam sustinet.

S P O S T E A.) Iam incipit Prophetæ tractare de fine eius visionis, quorūm Deus apparuerit cum maiestate tam glorioſa, vt ipsum denuo Prophetam ordinaret: nempe quia incredibilis legatio perferranda erat de excēcandis Iudeis. Ergo in re odiosa certior de sua vocatione redditur, vt subacto meū obtemperet Dei mandato. Nihil enim quod maiorem fiduciam pii animis afficerat, quām cūm se ei parere intelligunt. Habebat & aliud testimonium, quod à Domino purgatus erat: quo sufficeret ad obeundum difficultimum quodque munus.

Q U E M M I T T A M?) Prophetæ inducit dominum loquentem, quasi hominem huic nuntio idoneum reperire non possit. Quidam hinc putant perstringi Sacerdotum & Prophetarum ignoriam: quia cūm multi essent numero, nemo tamen ad docēdum aptus erat. Quæ ratio, tametsi habet colorem suum, hoc tamē ad certitudinem vocationis Itaiae referre malo: quod se habeat Dominus ipsum haud temere, sed cūm delectu assumptus. Est igitur hinc grauis consultatio, quēm-

nam mittere velit Dominus. non quid ipse dubitet: sed haec locutiones ad nos relationem habent, quemadmodum & illæ, Descendam, & videbo. Deus enim cui omnia patent, nulla inquisitione opus habet: sed ne homines ipsum præcipitanter agere potent, deo se communis hominum forma attéperat. Similiter quum interrogat quem missurus sit, significat sibi non vulgaris, sed eximio doctore opus esse in maximi operis negotio. Hinc collige sanctam fuisse autoritatem Isaiae, vt non Prophetæ, sed præcipiūs inter Prophetas haberetur.

QVIS IBI NOS EST? Non displiceret hic indicari in Deo tres personas, quemadmodum & alibi, Creemus hominem ad imaginem nostram. Deus enim secum loquitur, idque in plurali numero. Nec dubium quin hic consultationem habeat cum æterna sua sapientia & virtute, id est, cum Filio & Spiritu sancto.

ECCLESIA EGO. Tam prompta responsio demonstrat quanta ex fide nascatur alacritas. Nam qui paulò ante examinis iacebat, nullam difficultatem metuit. Vnde peripicimus confectionem illam animi, de qua prius egimus, à contumacia profectam non esse, quod Deum fugere vellet, aut munus sibi iniunctum recusaret: sed quod opus haberet noua gratia, vt agnoscere leonini sustinendo parem fore. Ex quo notandum est, nihil à nobis rite tuncipi posse sine certo testimonio nostræ vocationis, alioquin ad unumquemque gressum hærebimus ac vacillabimus. Deinde magnum est adjumentum nostra fiducie, cum sentimus nos necessariis donibus non esse destitutos, sed instructos à Deo, quod munus munus nostrum exequi possimus. Cæterum hoc insignis obedientiae exemplo nos instrui oportet, vt quoties nos vocat Dominus, prompti & parati iimus ad munus obeudamus quod nobis iniungere solet: & quantumcumque difficile nobis videatur, neminem reculemus. Cum ait Prophetæ le adesse, perinde est acsi diceret, te prestat esse ad iussa ipsius exequenda. Hac enim loquendi forma frequenter in Scripturis obtequum notatur.

ET DIXIT, VADE, ET DIC. Hinc rurius clarius patet quâm necessaria fuerit visio, ne statim in suo curlo deficeret Isaiae. Nec enim paruum offendiculum erat quod talem contumaciam & rebellionem eum in populo Dei experiri oportebat: idque non in unum aut alterum annum, sed plu quam sexaginta. Ipsum ergo muniri necesse fuit, vt murus veluti aheneus force aduersus tantam duritatem. Itaque Dominus Isaiae simpliciter denuntiat fore illi negotium cum præfratris hominibus, apud quos parum proficit: ne tam rei nouitatem offensus animo frangatur, vel cedat hominum contumacia, sed pergit in invicto animo, ut que eiusmodi tentationem supereret: matutinè enim de euentu cum præmonet Deus: perinde acsi diceret, Tu quidem sine protecione docebis: sed te docere ne piceat, quia id tibi mando, nec ideo supersedeas, quod nullus fructus extabit. tantum mihi morem geras: omnemque meo ait arbitrio laboris tui successum relinquis. Hec ego tibi in tempore nuntio, ne te res quasi noua & inopinata deterreat. Adde quod iubetur palam cæcam eorum obstinationem traducere, acsi data opera illis insulteret: nullum quidem extabit opera meæ pretium, sed nihil mea refert, satis est probari Deo quod ago, cui mea prædicatio suavis erit odor, quanuis mortem vobis afferat.

OBTINENS. Hic maior superioris sententie expressio est. nec enim solùm prædictit Isaiae Deus, ut itum fore eius laborem in docendo: sed etiam populum suadœtrina execraturum, vt maioris stuporis & peruvicacia occasionem afferat, & tandem exitium creet. Pronuntiat enim fore vt populus ratione & intelligentia destitutus pereat, nec nullus sit amplius remedium locus. & tamen simul admonet, operam Prophetæ, quanvis exitialis sit ac mortifera ludens, sibi gravatum fore sacrificium. Insignis profectio sententia: non tantum quod hic prædixit Isaiae quæ postea tub Christo impleta sunt, sed etiam quia utilissimam doctrinam continet, cuius vñs in Ecclesia Dei perpetuus est. Omnes enim qui fideliter versabuntur in ministerio Verbi, idem experiiri cogentur. Idemque nos re ipsa plurquam optandum esse, didicimus: sed hoc commune fuit omnibus Christi seruis. Quamobrem & quiore animo ferendum est, tametsi gravissimum scandalum sit iis, qui pura conscientia Deo seruiunt. & præterquam quod res ipsa non parum offendit, Satan impellit suos ad inuidiam doctrinæ confundandæ hoc prætextu, non tantum quod sit infrastructa, sed etiam noxia: quod homines contumaciores reddat, sique exitium paret. Nam & hodie qui nihil aliud habent quod obstante doctrinæ Euangeli, aiunt eius predicatione nihil aliud profectum esse quâm quod mundus est deterior redditus. Quicquid autem accidat, testatur tamen Deus sibi ministerium nostrum placere: quoniam mandato eius obsequimur, ac vteunque videatur inanis labor, hominésque in suum exitium ruant & contumaciores reddantur, pergendum est. nihil enim agimus nostro arbitrio, hoc Dei approbatione contenti simus. Nos quidem ingeniis cere debemus, cum successus non respondet labori: & rogandus Deus, vt efficaciam verbo suo tribuat: pars etiam culpe nobis acribenda est, cum tam exigui fructus extant: non tamen deferendum mundus, nec hasta abiicienda est. Resonare assidue debet in ore nostro veritas, etiam si nullæ pateant aures, nec quicquam cernat mundus, aut sentiat, quia & nos gloriae Dei fideliter seruire, & studium nostrum

nostrum cigratum esse abunde sufficit. Nec verò inanis est vocis nostræ sonitus qui mundū mexicabilem reddit. Eximia hinc in modo inestimabilis confortatio reddit ad nos. Doctoris iustitiantis ammis aduersus tam gravia offendicula quæ in dies ex hominum contumacia occurserint quid ea morentur, sed inuncta constantia in officio perdurent. Adhuc quia generale factandum est, viuum Dei fermone, ad eum auditum contremiscere debebat totus orbis, fratres & sine profectu aures verberare, hac sententia se fulciri dicant infirmi. miramur qui fieri possit, ut Deo futore maior pars oblitus Hinc etiam obrepit dubitatio, an cælesti sit Dei veritas, quæ impunit recipitur: quia viv probabile est. Deum ut ludibriū sit, homines alloqui ne labefact fides nostra, sicutur hanc opponere conuenit, hac lege mandatum fuisse docendi munus lata, ut semper vita ipsagendo non nisi mortem produceret neque solum narrari quid semel contingit, sed vaticinium esse de futuro Christi regno, sicuti paulò post rursus dicitur. Notanda est præterea circumstantia: nempe, I-saiam ad quoslibet misum non esse, sed ad Iudeos. Est itaque emphasis in particula demonstrativa *nisi*: quod populus quem sibi peculiariter delegerat Dominus, Prophetam non audiat, & cœnit in tam clara luce. Proinde ne murem nos læpe, cum verba facimus apud eos qui Dei nomine gloriantur, furdis fabulam canere. Est quidem hoc dietu asperum, diuinus Prophetam mitti: qui aures obturret, oculos obliniat, & cor populi obstinat: quia videntur hæc minime competere in Dei naturam: id. quæ aliena esse ab eius verbo. Sed absurdum videri non debet, si Deus populi malitiæ ultima execratione viceretur. Interca paulò ante ostendit Prophetam culpam huius cœnitatus fulsifere in populo. Nam audire eos iubens, testatur idoneam sibi esse doctrinam populo instituendo, si docilem te præbere vellet, et ferri lucem ad ipsum dirigendum, si quidem oculos aperire. Tota ergo mali causa in populum transfertur, quod in signum Dei beneficentiam repuat. vnde inclusus hic pœnitentiæ eius nodi quem nunc attigimus solutio. Videlicet quidem prima species absurdum, à Prophetis obstinationes reddi hominum animos. Verbum enim Domini in ore gerunt, quo tamen in lucerna decebat gressus hominum dirigi. hoc enim elogio scimus insigniti a Davide. Non est igitur Prophetarum officium perstringere oculos, sed potius aperte. Deinde vocatur *I. sal. 19.* Perfecta sapientia: qui ergo homines dementat & stupidos reddit? Eo emolliri animos par est, qui prius eret vel ferre erant: qui igitur fieri potest, ut ipso indarentur: ut iam attigi. Talis execratio *Ibidem 19.* atque induratio non proficitur ex natura. Verbi sed accidentalis est, sicut que hominæ in prauitatem tribuenda. Quemadmodum enim lucis oculum acculari non possunt, quod cor enim oculos suo fulgore perstringat: nec cui delicate sunt aures, sonoram & canoram vocem quam viro aurium ferre non possint: neque imbecilli ingenii viri, rem ardiam quam percipere nequeat: sic neque Verbum acculari potest ab impiis: quod co auditio detenores reddantur. *C*ontra enim in ipsi rectitudine culpa, quod aditum ipsi omnino precludant. Nec mirum si quod talutare ipsi esse debuerat, exitiale sit. Sic enim perfidiam hominum atque incredulitatem puniri aquilum est, ut mortem inde sentiant, unde poterant vitam pere pere: tenebras unde lucem: denique totidem extia, qui intus beneficiorum cumulus erat in falorem. Quod diligenter notandum est: quia nihil magis vitatum est hominibus, quin donis Dei abutio ac tunc non modò se fingere innoxios, sed etiam superbiti alienis plumis. Bis tamen scelerati sunt, quod non modò in verum vitium non accommodant quæ Deus apud ipsos deposituerat, sed perperam eum corrumpunt ac profanant. *L*eum nunc abdu. it Iohannes, ut periuaciam ludorum apertius demonstret. Verba quidem ipsa signallatum non refert: sensum vero satis indicat Propterea inquit, credere non poterant, quia dixit I-saias, Excecauit oculos eorum & induravit cor eorum, &c. Hoc quidem vaticinium incredulitatis eorum causa non fuit, sed ideo prædictis Dominis, quia tales fore præuiderat. Euangelista autem extendit ad Euangeliū, quod iam vñu venerat tub Lege: & simul docteratione & intelligentia prædictos fuisse etatis iudeos, quia Deo rebelles erant. Quanquam si quis primam cautam requirat, ad prædestinationem Dei veniendum erit. Sed quia confitum illud nobis absconditum est, in eo inuestigando curiosi esse non debemus: nos enim aeterna diuini consilii ratio latet, causa vero, quæ oculis nostris paret, consideranda est: Periuacacia felicit, quia se tot tantisque beneficiis indignos reddiderunt. Paulus etiam ex hoc loco non semel ostendit, totam exercitatem culpam in ipsis residere, *A. 7. 28. f.* Aggrauarunt, inquit, aures, & oculos compresserunt. Quod I-saias hic doctinæ tribuit, Paulus sed peruerbum gentis affectum trahit, qui proprie causa erat exercitatis, ideo hoc accidentale doctrine non naturale esse admonui. Paulus et loco Spiritum loquenter introducit: Iohannes vero I-saiam ita loquutum esse ait de Christo, cum gloriam eius vidisset. Ex quo apparet, quod ante diximus, Deum illum, qui sua maiestate viuenteram terram implebat, fuisse Christum, iam Christus à suo Spíritu seiuictus non est. Optimè ergo conuenit, quod Paulus hunc locum ad Spíritum sanctum transtulit. Cum enim Deus in Christo viuam tui imaginem representauerit Prophetas, simul quicquid protulit, id totum virtute Spíritus sancti in ipsum effusisse certum est. Nunc vteneamque suis coniucis nobis oblatrent impi, doctrinam nostram ideo cuperdam esse, quod eius prædicatione mundus peior reddatur, nihil omnino agunt, nec de autoritate doctrine immuniunt. Simul enim Deum ipsum totamque eius doctrinam damnent neesse est. Atqui non efficient eorum calumnias quo minus emergat eius iustitia, neque ipsam & nos fin.

simil absoluat.

E T V B I C O N V E R S V S .) Hic apertè pronuntiat se non idèo misisse Prophetam quòd falso p. pulum, sed potius quòd perditū velit. Atqui verbum Dei est salutare, saltē ex eius prædicione fructum aliquem manare necesse est ut quibusdam proficit, quantumvis multos sua incredulitas vtilitate priuet. Reſpondeo, hic termonem fieri de vniuerso coipore, quod iam excidio addictū erat ac deuotum. fuerunt enim ſemper alii, quos à communī exitio Dominus exceptit, his salutare fuit verbum, & verè efficaciam ſuam protulit, vulgus autem desperata incredulitate & obſtinatione corruptum interierit. Sic itaque perſpicuum nunquam ita extiale eſſe verbum Dei, qui pauci quidam ſibi ſalutare eſſe ſentiant, & re ipsa experientur. Eſt præterea notandum ex verborum ordine & contextu, pœnitentiam initium eſſe ſanationis. Sed priore loco quid Sanationis nomine ſignificet, intelligendum eſt. eam enim refert ad plagas, quæ populo ob peccata ſua infliguntur. Omnim vero malorum quæ perferimus, cauſa eſt noſtra in Deum contumacia: vbi relipſimmo, eo propitio, ceflant demum terulae quibus nos caſtigabat, hæc noſtra ſanatio eſt. Atque hic ordo diligenter obſerueri debet: ex quo appetit quorū ſpectet Dominus nos ad ſe inuitando, & quis ſit celeſti doctrinę ſcopus, nempe, vt conuertamur. atque hæc altera pars eſt Euangelii, Pœnitentiam agite. Deinde reconciliationem offerens, remedia malis omnibus, non corporis tam, ſed animæ promittit. Quod si tam insignis fructus perſpicitur ex verbo Dei, niſi Deo reconciliām ſimulac auribus noſtriſ inſonat eius verbum, non eſt quod aliò culpam confeſramus, cum tota in nobis reſideat. Et certè refertur hic à Propheta veluti monſtrum ac portentum, quod homines doctrina verbi, cuius propriū eſt ſanare & emollire, proterui & obſtinati, atque omnino infanabiles reddantur. Certum quidem eſt singulare Dei eſſe donum, dum intus trahimur: & brachia Dei non omnibus reuelari: haec tamen horribili obſtinata malitia pena docere voluit Iſaias, ſedulò eauidem eſſe ne Deum vocantem aspernemur.

I I E T D I X I , Q V O V S Q U E .) Quanvis Propheta ad denuntiandam hominibus iram Dei feueri ſunt, non exiunt tamen affectum humanitatis. Itaque necesse eſt ut duplē personam gerant, debent enim magno & inſtricto animo proferre iudicium Dei: ut perditum & penitus exiſtum orbem malint. quām aliquid immixti de illius gloria. Nec tamen interea ſunt crudeles, ut nulla fratrum n. iſericordia tangantur, quibus interitum prædicere cogit officii neceſſitas. Atque hi duo affectus tametsi contraria videantur, bene conueniunt, quemadmodum ex Ieremiæ exemplo patet: qui iniſto quidē duram illam priuinciam detracit, qua interitum nuntiare populo iubetur. mox verò resumit animum & fortiter in officio pergit. Sic etiam animo complicitus fuit Iſaias: Deo enim morem gerere cupiens, strenuus erat iudicium eius p̄aco: aliquid tamen ad populum reſpectum habebat, p̄fertim ſi ipſum exēcari oportet, ne id effet perpetuū. nec enim dubium eſt, quin Deum ita rogado leni mifericordia tactus ſit, atque optarit tantam penam atrocitatē mitigari. atq; aī igitur quātū obſtare non debent, quo minus id quod officii noſtri eſt, p̄fememus. verbi gratia: Affectus eſt naturalis viri erga vxorem, patris erga filium: ſic tamen reſtringendus & cohibendus eſt. vt quid vocationi noſtri conueniat, quid Dominus iubeat, p̄tiffiū ſpectemus. Quod diligenter notandum eſt: quoniam dum nobis frāna laxare volumus, obtendimus plerunque hunc colorem, quanvis patrī ſint ac prompti animi ad obeundas quas Deus iniungit partes, vinci nos affectu naturali. Atqui ita moderantur affectus, vt vocationem noſtram minimè impediēt: ſicuti Propheta non obſliterunt, quominus in officio pergeret. Tantum enim authoritatis aruad nos obtinere debet Dominus, ut cūm iubet ac p̄cipit, nos ipſos ac noſtra omnia obliuifeamur. Cæterū, quanvis hīc pia Iſaiæ ſollicitudo pro ſalute populi notetur, ſimil tamen exprimitur poena grauitas, ne quid quid relaxationis impīi ſuo more ſibi promittant. Nec dubiū eſt quin areano Dei inſtituū ad hoc querendū impulsus fuerit Propheta, ut clarē eliceret durū quod ſtatiū ſequitur, ac terrible reſponſum: ex quo appetit qualis exitus maneat incredulos. non leuem ſcilect aut mediocrem ipſis poenam irrogandam, ſed excidio extremo delendos eſſe. Idque adauget cūm ait, Vſque dum domus ſint abſcē hominē, & terra redigatur in folitudinem. Poteſt enim fieri vt vaſtentur regiones, ſuperfit tamen vrbs aliqua: vt etiam expugnentur atque vaſtentur ciuitates, permultæ tamen domus ſuperſint: hīc verò tantam interencionem fore dicit, ut non tantū vrbes, ſed etiam domus ipſe deſcantur, totāmque terram deformet tristis vaſtas, cūm tamen in maximis cladib⁹ maneat ſemper quādam reliquia. Tametsi hoc ſemel dictum ſit ab Iſaiā, tan̄ en no bis quoque diei intelligamus. Hæc enim poena conſtituta eſt aduersus omnes qui Deo periuicacem animū opponunt, vel obluētantur dura ceruice contra eius iugum. Nam quō violentius ruent, pertinacius etiam inſtabit Deus, donec funditus eos excindat.

I I O N E C P R O C V L .) Hic versiculus nihil noui continent, ſed tantū ſuperiore explicat, & aliis verbis futuram Iudei cladem deſcribit: nemper quod Deus longē alegabit incolas. Nam qui ſuperstites erunt ex bello, eos à poena immunes fore negat, quoniam in exilium trahentur. E mox additur generalis clausula de terra vaſtate: aſci diceret Iſam fore ſolitariam & nudam incolis, ſiue ali refugiant, ſiue ali pellantur in exilium, ſiue ali gladio perent: hæc duris & rebellibus parata eſt merces qui ſcelera ſceleribus accumulant, donec ingrauescat implacabilis Dei furor.

Mat. 3. a. 2

Io 6.e. 44

D O N E C I N E A) Est aliqua in verbis obscuritas: sed prius quæ amus tensum, deinde quæ lis sit verborum significatio facile colligimus. Bis fariam exponitur hic locus **Ali הַנִּרְאָה**. De cimationem, alii decimam partem exponunt: & vult esse nomen collectuum. **Certe הַנִּרְאָה**, Hebrews propriè non **הַנִּרְאָה** decimam significat, quanquam in eo patrum est dictum. Qui vero decimationem vertunt, putant promulgat populo indecias, eò quod a regno **Vtque** ad exercitum Ierozolymæ, decem Reges futuri erant. Et certè totidem reperuntur ab **Vtia** in effectu que ad Zedechiam. Atque in eo ion leuis approbat fore doctrinam propheticæ, quod Reges qui certainam post mortem ipsius futuri erant, numerare potuit: neque tantum item ipsam, sed etiam reges & diem monstrauit, quanquam necio an alter tentus aptius aliquanto sit futuus. Videtur enim Propheta assertre hanc populo consolationem, quod vigoris oculi aliiquid retinebit & pullulare poterit, tametí penitus intensissime videatur ad tempus: quæ ad modum exacta hyeme arbores de integrō virte sunt. Sed quoniam prior expositiō fatis habet coloris, ideo totum versum explicabo corum sentiu, qui hic decem Regum mentionem fieri existimant: ut significet, ex aliis decem Regibus populum in captiuitatem abducendum esse, tunc velut incendio vnuiscari in terram abutum primum. Interea tenet Lectores **הַנִּרְאָה** sive decimam, sive decimatis nem veritatis apertissime referri posse ad populum: tuncque talis est tentus. Donec ad decimam **Vtque** partem in minutus sit populus. Nam prius loquutus erat de reliquis & quadem exiguis, atque iterum postea loquetur. exiguius enim admodum numerus superfluit. Sic igitur commode posse accipi: quasi ex mille centum superessent, ex centum decem, ex decem vnu.

E T R E V E R T E T V R .) Hoc est, accidet mutatio in melius, dum redibunt ab exilio Iudei in patriam: atque nouam faciem induit terra. Sed videtur in contextu species esse aliqua repugnans: quia continuo post adiicit Propheta, Erit in excidium. Quam frigida enim consolatio, populum restituī, vt paulo post iterum perdat! Quidam ita hunc modum expediunt, ac si de vltima populū interneccione verba faceret Iasias. Atque meo iudicio, potius significat non fore plenum excidium, sed quale contingit arboribus cum hyeme quidem folia decidunt, nec quecumque appetit fieri propter mortuum lignum: neunte autem virte repullulant, idemque ait populo cuentum. **עֲבֹד**, significat Ardere, ideoque tantundem hic valet ac Consumi incendio. Sed coniunctum legendum cum similitudine mox adiuncta. Neque enim simpliciter dicit Iasias fore in consumptionem, sed instar tiliæ, hoc est, cum spe propinquæ restitutionis. Quod vero Hieronymus Ostenionem vertit, nescio unde putauerit deduci, nisi quod liberè interpretatus est: intentiani potius ipsætans, quam etymologiam verbi, nam cum arbores florent vel folia emitunt, rursus in apertum prodit a se exerit earum vita, atque hic sensus optimè conuenient. Non videtur autem Iasias frustra duas istas arborum species allumpfisse: alia enim citius virescunt, atque etiam marcescent, quod idem accidit Tribui Iuda. Plus enim decem Tribus cum dimidia parte Tribus Benjamin in captiuitatem abducebantur. Ita que citius floruerant, citius etiam marcerunt. Haec prostrema omnium emaruit, non sine summa spe iterum virescendi. Hic enim spes liberationis affectur: nec fuit idem captiuitatis genus cum Israelitis. Videtur ergo proprietas quedam huic arborum similitudini inesse: quod tamen ego nimium virgere nolim. Per vocem PROLECTIONIS foliorum, diectione intelligenda est, cum arbores folis tanquam ueste sua extinxuntur. Nam arbores in hac nuditate, siccæ & marcedentes videntur: cum tamen intus subsistat arcanus vigor, quo tandem vegetantur in aeris tempeste.

I T A S V B S I S T E N T I A .) Applicatio est similitudinis, quæ non parum habet energiæ, nam cum cernimus gratiam Dei spiritualē in ipso naturæ ordine, non parum confirmamur: quemadmodum cum Paulus imaginem resurrectionis proponit in quotidiana granorum satione: ita etiam hoc loco, instauratiōne Ecclesiæ demonstrat Iasias accepta similitudine arborum, quæ post autumnum quidem marcescunt, sed protinus virescunt inuenti vere, & noua folia emitunt: quod fieri non posset, nisi in media etiam hyeme vigorē intus aliquem retinerent: tametí in specie mortuæ videantur. Idem omnino huic populo euenturum predicit, vt quanvis in graui illa & dura captiuitate similis sit arido ligno, nec virgineum emergere posse putetur: conferuabitur tamen aliquis in eo vigor, quo sustentatus in illis angustiis, tandem postea emerget ac virescet. Hanc doctrinam non esse vnius scilicet diximus: quamobrem diligenter notanda est. nec enim raro accidit Ecclesiæ vt in variis cladibus quas iustinet, nullus appareat in ea vigor, aeternaque prorsus de ea existimetur. Quoties hoc accidit, certè teneamus occultum nihilominus intus vigorē latere: qui tametí non pateat statim oculis nostris, fructum tamen suum tandem emitet. Latet autem is vigor in verbo Domini, quo solo Ecclesia sustentatur.

S E M E N S A N C T U M .) Ostendit qualis sit ea subsistentia: nēpe in exiguo piorū numero, quos vocat Semen sanctū. intelligit enim electos, qui gratuita Dei misericordia seruandi erant, atque ita superfuturi ex illa captiuitate. Fuit enim electio illa velut purgatio Ecclesiæ, qua Dominus iustitiae impios: quibus exterminatis, exiguum quidem populum, sed sibi verè sacrum collegit. Aliqui hoc ad Christum referunt: sed videtur expositiō nimis coacta, & melius omnino quadrabit ad pios omnes extendere. Semen enim sanctum, Ecclesiæ subsistentia est.

Sup. 1. c. 9

In 10. c. 22

Accidit in diebus Achaz filii Iotham, filii Vsia regis Iuda, ut ascenderet Rezin rex Syriæ, & Pecah filius Romelia rex Israel, contra Ierusalem, ad oppugnandam eā: sed non potuit expugnare.

Nuntiatum est autem domui Dauid, dicendo, Sociata est Syria cum Ephraim: & commotum est cor eius, & cor populi eius, sicuti cū ligna sylua monentur à vento.

Tunc dixit Iehoua ad Isaiam, Egressere in occursum Achaz, tu & Sear-iashub filius tuus, ad finem aquæductus piscinæ superioris, ad viam agri fullonis.

Et dices ad eum, Contine & quiesce, non formides, neque mollescat cor tuum propter duas caudas istorum titionum fumigantium, in furore iræ Rezin, & Syri, & filii Romeliae.

Eò quod consilium contra te iniit Syrus malignum cum Ephraim & filio Romeliae dicendo:

Ascendamus contra Iudam, & excitemus eum, & aperiamus eū nobis: constituamusque in medio eius Regem, filium Tabeal.

Sic dixit Dominus Iehoua, Non consistet, & non erit.

Quoniam caput Syriæ, Damascus: & caput Damasci, Rezin. Et quidē adhuc sexaginta quinque anni: & frangetur Ephraim, ut non sit populus.

Interea caput Ephraim, Samaria: & caput Samariæ, filius Romeliae. Si non credetis, profecto neque stabitis.

Et adiecit Iehoua loqui ad Achaz, dicendo

Pete tibi signū à Iehoua Deo tuo, petendo in profundo; vel sursum in excelso.

Et ait Achaz, Non petam: & non tentabo Iehouam.

Et dixit, Audite nunc domus Dauid: An parum est vobis, hominibus molestos esse, nisi Deo quoque meo fitis molesti?

Propterea dabit vobis Dominus ipse signum: Ecce virgo cōcipiet, & pariet filium: & vocabit nomen eius Immanuel.

Butyrū & mel comedet, donec sciat reprobare malū, & eligere bonū.

Et quidem antequam sciat puer reiicare malum & eligere bonum, relinquetur terra quam odisti, à duobus Regibus suis.

Adducet Iehoua super te, & super populum tuum, & super domū patris tui, dies qui non venerunt à die defectionis Ephraim à Iuda: nempe, Regem Assur.

Et erit in die illa: Sibilabit Iehoua muscae, quæ est in extremitate fluminis AEgypti, & apī quæ est in terra Assur.

Venientque, & quiescent omnes in vallibus desertis, & in cauernis petrarum, & in omnibus spinetis, & in omnibus dumetis.

In die illa radet Dominus nouacula conducta, per hos qui trās fluvium sunt: per Regem Assur, caput & pilos pedum: quin & barbam tolleret.

- 21 Fictque in die illa, ut homo nutriat vacam armenti & duas oves.
- 22 Et enierit, ut propter copiam laetis quam proferent, comedat butyrum: Butyrum certe & mel comedet quisquis residuum fuerit in medio terrae.
- 23 Erit etiam in die illa, ut quocunque in loco fuerint mille vites, profest mille argenteis propter spinas & vepres.
- 24 Cum sagittis & arcu venient illuc: quoniam spinæ & vepres erunt per vniuersam terram.
- 25 Potrò quod ad omnes montes qui sarculo foduntur, non veniet illuc timor spinarum & veprium: sed expositi erunt bobus, & concubabuntur a pecoribus.

I N C A P V T VII.

A C T U M E S T . Hic refertur insignis propheta, de mirifica liberatione Iero-solymæ, cum de ea penitus actum esse videretur. Propheta vero exponit omnes circustantias, ex quibus clarus elueat miraculum, palamque fiat non humanis aut cœlis aut viribus, sed Dei gratia feruam fuisse vibē. Ad eō enim ingratius erat populus, ut reperacta non intelligeret se manu Domini creptum, nisi sigillatum omnina in memoriam reuocarentur. Et pauci admodum erant, qui imminentे periculo sperare auderent quod promisit Isaías: quia de te & publico regni statu iudicium facherent ex intuitu praesenti. Quod igitur insigne Dei beneficium explicet, circustantias omnes proponit: ut quanto est periculo & cuius manu crepti fuerint, ipse agnoscant nos autem beneficiū hoc in homines ingratos collatū intelligamus, ut conseruaretur Ecclesia, ac deinde suscitaretur Christus. Notandum est Prophetam loqui de secundo bello quod Israhælin & Pecah intulerunt, sedque ex Sacra historia facilius colligatur. Nam priore bello Achaz vicit, ingensque multitudo in servitatem abducta quæ tandem restituta est ab Iisrahælio, cùm D. i nomine Propheta id fieri iussisset. Iterum vero collecto exercitu, Iraelis & Syria Reges Achaz invaserunt: quod superiori bello fractum, nec villam ei resistendi vim esse existimat. Atque huius secundi bellī mentio ad amplificationem miraculi pertinet. Nec enim Achaz integrus erat viribus, ut tantæ multitudini obfisteret, quando flos totius populi priori bello creptus erat. & quantuscumque restabat populus, tamen imbelliserat, ac recentis clavis memoria adhuc expauefactus. Eò igitur magis Dei bonitas & virtus iesu ostendunt, quod misericors tantæ calamitatis, populo suo opem tulit: & momentè eripuit è fancibus mortis, cùm omnes de eius salute desperarent.

A S C E N D E R E T . Est hic quasi propositio & summa rei totius. Significat enim de quibus rebus sermonē habiturus sit, ac pro more linguae Hebraicæ breuiter perstringit quæ paulò post fusiū & magis explicatè tradet. Exutum enim statim ab initio proponit, quod duorum Regum irrita fuerit expeditio. Postea autem causas reddet, cur expugnari non potuerit Ierosolyma: sed antequam illuc veniat, breuiter attingit quid fuerit animi vel consilii in rege Achaz.

C O M M O N I A T U M E S T . Non intelligit tunc demum cùm ad urbem appropinquarent duo Reges, nuntium allatum fuisse Regi de feedere. neque enim effuso per agros hostili exercitu ipsi Achaz tutum fuisse egredi: sed antequam suas copias armassent, dicitur iam tunc rex Achaz trepidasse. Vnde probabile est magis ac magis fuisse consternatum, cùm proprius cerneret discrimen. Domus David significat palatum, & aulam Regis, ac si dixisset Propheta, Achaz & eius consiliarios fuisse admonitos de conspiratione contra Iudeam facta. Quod ad verba ipsæta, verbum non varie ab Interpretibus transfertur. Quia Hebreis Ducere significat, quidam uiciunt hunc sensum, Syrus milites suos adduxit in auxilium exercitus, atque ita ἦν cum ἦν potuit possum esse pro ἦν cum ἦν. Alii deducunt à mea quasi deficeret litera ν, & vertunt Quicuit. Secundum alios potius est literarum inuersio, & non ponitur pro νην quod est castrametari adeo veiter: placuit, Sociæ est Syria. Neque enim aliud voluit Propheta, quam societatem belli iniusta fuisse inter Iisrahælin & Syros, ut coniunctis viiibus expugnarent Ierosolymam. Nam in nomine Ephraim est tynecliche Prophetis satis trita. Totū regnum Iisrael sub Ephraim comprehenditur: non modo quia Tribus illa multitudo & opibus superabat reliquias, sed quia inde oriundus erat primus rex Ieroboim.

C O M M O N O T U M E S T . Hic videmus per domum David nihil aliud significari quam palatum Regis, vnde ad totum populum manauit terror. Nec vero aliter fieri potuit, quin audito Regis & Principum metu, vulgus similiter expaueceret. Simul ergo atque aduenit hic nuntius, omnes tanta formidine correpti sunt, ut nemo esset compos sui. Similitudine propria tremorem illorum exprimit, qua etiam vulgo vti solemus, *Il tremble comme la fougne en l'arbre.* Atque id pertinet ad commendationem miraculi, nam inde apparet ipsos non tantum aliis sed fibi filii.

2. Reg. 16. a

1 Reg. 11. a.

quoque, id est, sua opinione fuisse desperatos. Atcum itaque prorsus erat, nisi Dominus mattè occurrisset. Hic clarissimum nobis speculum proponitur, in quo securitatem in: piorum contemplati possumus, vbi manum Dei non sentiunt: contrà vbi Dominus periculum aliquod ostentat, quanto paurore subito cohortrent. Prosperus enim rebus feci, vix Dei imperio credunt se esse subiectos, certè extra omnem se aleam locatos esse imaginantur. Aduersis autem consternati, repente conciduntimò corum sensus: et occupat formido, vt examines vel attoniti iaceant. Atque haec est poena qua Dominus profundum corum veternum excitat. Prius enim fisi & immo videtur, nec de gradu inquam denici posse. nunc vel ad leuisimum iumore in subito expauescunt, iste igitur paupor, iusta vltio est Dei, quem nunquam reverentur, nisi coacti. Discant autem, si qua est in nobis mica fidei, dum imminet aliquod discrimen, non ita Deo esse diffidendum. Fieri quidem non potest quin instantibus periculis commoueatur ac turbemur: sed non est adeò trepidandum, vt annxi hue atque illuc voluamur: nec portum conspiciamus, vbi tutò pedem figere licet. Hoc enim inter piorum & impiorum metum discrimen esse debet, quod impii sedans animis nullum inueniant remedium: prius vero statim ad Deum confugiant, in quo tutissimum se portum habere scientes, quanvis inquietudine vexentur, tranquilli tamen resident.

3 TVNC DIXIT DOMINVS.) Primum vidimus vt Deus fidei's sui memor, Prophetæ occursu praeueniat impium Regem: quia non expectat eius preces, sed vltò liberatorem se fore promittit. Additur Prophetæ testis vaticini filius eius Searias, cui nomen nō temere, sed arcano Spiritus instinctu, vel expresso Dei mandato, in dñitum fuisse probabilis est cœiectura: sedque ad notandam populi futuri redemptionē. Gestabat igitur in suo nomine quasi insculptum sigillum tam propinquum exilio quam reditus. Credibile etiam est, hoc symbolū vaticini vulgo fuisse notū: quia alioqui non datus fuisset patri comes, nisi quādā in eius persona fuisset authoritas. Locus notatur ad certitudinem historiae. Fieri potest vt Rex arcendi hostis causa profectus fuerit ad perlustrando accessus: quod melius liquet ex sacra historia 2. Reg. 18.c. 17. Vocatur autem Via agri fullonis, forte quod illuc lauari solerent panni, vel quia fuerit monumentū aliquod vetus hoc nomine. Quicquid sit, sicut hoc signum anxietatis & metus, quod miser ille hypocrita huc illuc cursitaret, cum ad pacandum eius animum processit obuiam Iaias.

4 ET DICES.) טרְנָה, quod Hebreis custodire significat, hic ponitur in Hiphil: & magna pars interpretum accipit pro Caucere: quanquam hoc perpr. ram trahunt ad coactum sensum & procul remotum, vt libi à bello gerendo caueat Achaz. Simplicior est sententia, ne fluctuet animo aut dubius vagetur, sed compositus & tranquillus maneat. ideo verti, Contine te. Sensus ergo est, vt subfida Achaz, nec tumultetur, vel inquietudine animum suum vexet, sicuti erratic & instabiles sunt hominum mentes, vbi formidine sunt percussæ. Hanc interpretationem confirmat verbum quod sequitur, QUESCE. Sunt enim haec duo coniuncta, placidam custodiā agere, ne quis distrahat variis consilīis, hūcque & illuc circumspecte: unde quietem colere, & intus sedato esse animo. atque hos suauissimos fructus profert fides. Quemadmodum enim infideles, ad varios impulsus labilunt atque errant incerti, nec sciunt quam in partem fese convertere debeat: ita fideles continent fidei, & quieto animo se ad Deum recipiunt, Impietas nunquam est quietar: vbi velò fides vigeat, illuc tranquillus est mentis status, ne trepidatur ultra modum. Haec igitur verba optimè fideliū exprimunt. Postquam remedium ostendit sedans animi agitationibus, timore etiam velet, quia fidei, quæ salutem nostram in manu Dei locat, nihil magis contrarium est quam timor. At fieri non potest quin timeamus, vbi pericula imminent, fateor. nec enim fides omnino sensu exuit: imò duplice timore Dei quoque filios affici certum est: quorum vnius ex ipso humanitatis sensu, etiam si perfecta fide praediti essent, nascitur: alter ex infirmitate fidei. Nemo enim eò vsque proficit, vt nullas habeat reliquias diffidentiæ, aduersus quas nobis afsiduè pugnandum est. Non est igitur sic accipienda haec Prophetæ exhortatio, quæ Dominus omnem timorem prohibeat: sed fideles ea constantia armatos esse iubet, vt timorem vincant: acsi dicaret, Ne patiaris te frangis: quod si graues & duros impetus fuisse, iniurio sis animo, ne te pericula oppriment, quin potius viuas Deo & superior sis omnibus malis. Addit in eundem finem continuo post, ne cor eius mollescat, quod tantumdem valet ac difflore. neque enim abs te docet Apostolus, fide obdurescere corda nostra. Mollities autem ignavia est, vbi Dei oblitio, nostra infidelitate quodammodo liqueficius. Nec enim mollem vel effeminateum eum dices, qui Spiritu Dei fretus, constanter aduersis rebus obsistit: Vnde colligimus Prophetam nihil aliud voluisse, quam vt Achaz intrepido animo expectaret euentum, qualem ei Dominus promiserat. PROPTER DVAS CAVDAS. Elegantia metaphoræ vitur Iaias ad minuendam quam conceperant Iudei opinionem de duobus illis potentissimis Regibus, quæ terrore eorum sensus impleuerat. Erat enim furor eorum & crudelitas quasi ardenterius ignis, qui sufficeret ad incendium totius Iudeæ, nec restinguiri posse videbatur. Contrà Iaias vocat ipsos non Titiones, nam id magnum adhuc videri posset: sed caudas, id est, fragmēta vel extremitates quasdam titionum: nec eas accensas, sed tantum fumigantes: acsi titio quidam ab igne eruptus clanguerit, & nihil praeter tenuem quandam fumum habeat. Haec metaphora insi gnem consolationem continet: quia admonemur longè aliter de impiorum violentia existimans.

PROPTER DVAS CAVDAS. Elegantia metaphoræ vitur Iaias ad minuendam quam conceperant Iudei opinionem de duobus illis potentissimis Regibus, quæ terrore eorum sensus impleuerat. Erat enim furor eorum & crudelitas quasi ardenterius ignis, qui sufficeret ad incendium totius Iudeæ, nec restinguiri posse videbatur. Contrà Iaias vocat ipsos non Titiones, nam id magnum adhuc videri posset: sed caudas, id est, fragmēta vel extremitates quasdam titionum: nec eas accensas, sed tantum fumigantes: acsi titio quidam ab igne eruptus clanguerit, & nihil praeter tenuem quandam fumum habeat. Haec metaphora insi gnem consolationem continet: quia admonemur longè aliter de impiorum violentia existimans.

dum esse, quām re ipsa p̄ se ferat. Videntur enim tanta potentia prædicti, ut totum orbem inflamare ac perdere possint. Dominus autem vt occurrat terrori nimio, pronuntiat fūnum inanem esse & breuem, quod incendium, idque diuturnum fore existimamus.

5 QVI CONSILIV MALIGNVM.) Quanvis prædixerit euāidas fore minas hostium populi Dei, & irrotis conatus, non tamē disiliūlat quām dura machinentur, nisi Dominus eos cōpeteat. Nam consilium malum intelligit exitiale: quia scilicet inter se confirauerant duo illi Reges ad perdendam Iudeam. Id quō melius exprimit, & quasi oculi representet, refert eorum verba.

6 A SCENDAMVS) Hoc est paremus expeditionem. תְּמִימָה, vertunt nonnulli Tādio afficiamus vel affligamus: quod etiam denotat origo verbi. Verū in hac coniugatione significat potius Excitare & exp̄gerē facere. Esti autem illam interpretationem non refello, hanc tamen sequi malo, quia contextu nichil quadrat. Excitare, porro accipio pro Turbare, & nouas res moliri: ut vulgo dicimus, Remuer les aff̄ires, ne tranquillum illius regni statum esse sinerent. Quod sequitur. תְּמִימָה, nonnulli exponunt Perrumpamus in eam. Alij pertumpere faciamus eam ad nos. Ego verti, APERIAMVS. Nā & yps significat quod solemus dicere Faire bresche ou auerture. Ratio autem patet faciendi aditus ad Iudeam erat, armorū violentia claustra eius perfringere: vel metu solicitude ad defecionem timidos & dubios animos. Nam quandiu subditī in fide manent, obstructus est aditus: ubi verò factionibus omnia perturbantur, patet aditus, quod deinde in munitissima quæque & tutissima loca perrumpere facile sit. Ita sperabant hi duo Reges, simulatque in Iudeam venient, se statim magnitudine exercitus & potentia, omnem populū territorū: ut nulla ei esset resistēndi aut facultas, aut volūtas. Nec enim verisimile est ipso, cū adeo ingenti essent instructi hominū multitudine, spēcū in longa obsidione posuisse. Nam satis munita erat Ierosolyma: sed conterrātā & perturbatā illis copiis, sibi expeditam fore putabant ut statim deditiōnem faceret. Ego tamē verborū istorū interpretationem vñctuique liberam relinquo, quia vtrouis modo accipere libeat, sensus Prophetæ ambiguus non est. Ceterū quis hic fuerit Tabeal, non facile colligi potest ex historiis. Verisimile est Israelitem quendam, Davidicē domus hostem fuisse, quem sibi obnoxium reddere Reges isti cupiebant.

7 NON STABIT.) Quod præcessit, ad commendationem præclaræ ratiōne salutis spectabat. Nam quum Dominus vult tentationib⁹ nostris opem ferre, proponit magnitudinem periculi, ne putemus cum minus promittere quām necēssitas ipsa postulat, nec solē extenuare mala quæ nos vrgent, sed ea potius amplificat: deinde prōmissionem offert, sēque satis potenter ēst ostendit ad nos liberandos, tamē perditī videamur. Hanc rationem sequutus est Propheta poterat enim simpliciter docere quid futurum esset, Regēmque & populum animare, ne exercitibus illis terribilitate euācerent. Sed deliberationem & consilium Regum illorum aperuit, cui nunc opponit prōmissionem & decretum Dei, quō magis admirabile auxiliū cius eluceat. nam hæc facta est anchora quæ sola nos inter tentationum fluctus confirmat. sicut in rebus aduersis nusquam licet confidere, si destitutus nos Deus verbo suo. Quanvis ergo iam desperatione prop̄ obrutus Rex esset, ostendit Isaías nihil ad eum terrible quod non contempnere liceat, modò prōmissione Dei munitus patienter expectet quōd non cernitur, imò videtur esse incredibile. Negat igitur staturū quicquid gigantum more contra Deum attollunt homines. Vtitur quidem surgendi verbo, sicut etiam eadem metāphora significant Latini, opus habere suos progressus denique sacrilegū audacię negat fore subsistentiam. Plus etiam vehementia habet quod subiungit, Non erit, id est, in nihil redigetur aīsi nūquā extitit. Notanda est hæc locutio: quā nudum & simplex Domini verbum, ingenti exercitu & deliberationi Regum opposuit.

8 CAPUT SYRIAE.) Aīsi diceret, Duo ista regna suos fines habebunt, quales etiamnum habent. Aspirant ad tuum regnum, sed ego metas illis constitui quas non egrediētur. Damascus erat metropolis Syriae, vt Lutetia Galliae. Ait ergo, Reges illos sua fortuna contentos esse oportere, eandēmque in posterum cōditionem ipsorum fore, qualis tunc erat. Postquam autem dixit frustra nunc enī ad ampliandos terminos, prædicit calamitatem regni Israëlitici. Frangendi enim verbo significat exinanitum iri regnum Israël, vt non extet am plius. Nam Israëlitæ sunt abducti in exiliū, & in alium populum redacti: quemadmodum hodie pars Sabaudie in nomen Galliae transit, suōque nomine priuata est. Hoc vult Propheta, cū dicit δύο ne sit populus. tunc enim Israël exteris Gentibus permixtus est, ac peculiares eius nomen deleunt.

9 INTRA SEXAGINTA QVINQUE ANNOS.) Cū Israëlitæ abducti sint sexto anno Regis Ezechiæ, & Achaz sexdecim tantum annos regnauerit: certum est hanc supputationem fieri non debere ab eo die quo Isaías ad preferendum hunc nuntium missus est. Nam viginti solum anni effluxerunt vñque ad id tempus, quo decem tribus in captiuitatem abductæ sunt. Amoz de hac captiuitate vaticinatus erat: nec dubium quin vt hæc Prophétia Amoz, ita tempus in ea constitutum apud omnes celebre esset, annorūmque numerum compertum habent. Si igitur ab eo tempore numeremus quo Amoz hæc prædictit, sexaginta quinque anni reperiuntur. Iotham enim sexdecim annos regnauit, Achaz totidem. Accedant sex regis Ezechiæ, quo anno abductæ sunt decem Tribus in exilium. Adde postea xxvii. quibus post editam Prophetiam

regnauit Iisias, fuit lxxv. Hæc coniectura valde probabilis est: nec quicquam dubium esse debet, quin Iisaias huc respexerit. Extat enim vaticinium Prophetæ Amos, quo Dominus populum admonuit, ne quid insperatum ei accideret, & subito se oppressum esse quereretur. Vaticinum illud confirmat Ieremia, idemque tempus proponit, quod iam apud omnes celebre erat. Porro is verbis concordiam Israëlitici populi acriter pungit, quod de terra & nominis tui interitu admoniti, non modo fecerunt Dei iudicium spernerebant, sed quasi data opera illudere oracula cœlesti, vorandæ Iudeæ inhabitantibus quia iam præterierat longum tempus, putabant se elapsos esse. Hanc amentiam deridet Prophetæ, quod tam exiguo annorum numero, fingant verbum Dei obsoletere. Ceterum quia surdi erant Israëlitæ, ipsatum ludens præfigit Iisaias, quo expectente hostium suorum cladem. Docet autem hic locus, Prophetas alios alii fideliter manum deditisse, ut coniunctus studius Deo seruirent.

9 IN T E R E A C A P V T .) Quia repetitio est qua confirmat quod prius dixit, medio tempore præscriptas fore metas diuinitus regno Israël, copulam in verti Interea. Alioqui absurdum est metropolim Regni saluam fore postquam excusum esset, sicuti nuper prædictum. Sensus ergo est, Interviu dum implentur lxx. anni, Israël habet quædam inducias, eius caput erit Samaria, contenus fit inibis suis, neque aspiret ad maiora. Talis enim erit status ipsius, donec excedatur omnino, nec iam populus censeatur.

S I N O N C R E D I D E R I T I S .) Ponitur et rationalis particula vel causalis in medio sententiæ, ideo sic quidam vertunt, Si non creditis: ratio est, quia non estis fideles, ac prius membrum restringunt ad prophetiam Iisaiæ; posterius verò extendunt ad quemlibet Dei sermonem; ac si dictum esset, Si nulla constat apud vos fides meis dictis, hinc coarguitur in genere vestra infidelitas, ed hoc modo nihil differtur verbum קָרְבָּן וְאַתָּה . quorum prius est ex conjugatione Hiphil, alterum ex Niphal. At qui terminationem non abs re mutauit Prophetæ: & passim ex pluribus Scripturæ testimonio liquevit verbum יְהִי כּוֹעֲגָנָה Niphal apud Hebreos accipi pro Cœlesti, vel firmum manere in gradu. Tantudem ergo valere interpres, ac si dixisset, Vna haec vobis fida statio est, expectate placide & sine perturbatione mentis, quod promisit Dominus, id est, liberacionem. Si non expectatis, quid aliud superest vobis quam exitium? Particula ergo ista, vt sapientia alia, idem valet quod Profectio. Nam affirmat eos stare non posse, nisi promissioni confidant. immo obliquè plus exprimit, Deum nihilominus staturum, quanvis fidem abrogent eius verbo, & quantum in te est, conceperit eius firmitatem labefactare. Ipsiò verò non alit: r statuimus, quam si recumbant in promissionem sibi oblata. Unde colligenda est vniuersalitas doctrina: Cum scilicet à verbo Domini recetimus, quanvis optimè credamus nos esse fundatos, ruinam tamē instare. Salus enim nostra in verbo Dei inclusa est: quod vbi repudiatur, iniuriam sibi faciam merito, v'ciscitur ipse qui paratus erat sua virtute sustinere homines, nisi ipsoe præcipites rueret. Aut igitur acquirendum in promissis Dei, aut frustra à nobis salus expectatur.

10 E T A D I E C I T .) Quoniam Dominus sciebat Regem Achaz tam esse impium ut promissioni non staret, ideo mandat Iisaiæ vt ipsum confirmet addito signo. Nam vbi Deus videt promissiones suas nobis non sufficere, adminicula adiungit infirmitati nostræ conuenientia: vt non solum loquentem ipsum audiamus, sed etiam manum eius exertam conspicentes, aperto rei testimonio confirmemur. In quo diligenter notandus est vius signorum, id est, quorundam Dominus miracula edere soleat nempe, vt nos confirmatione in fide verbi sui. Nam cum eius potentiam certimus, si ambigimus fidem habere loquenti, dubitationem nostram corrigit ipse rei intuitus. Coniuncta enim verbo miracula, sigilla sunt.

11 V E L I N P R O F V N D O .) Ego simpliciter ita accipio, Vel sursum, Vel deorsum: permitte ei liberam electionem miracula, vt vel terrestre, vel cœlesti postulet nisi forte in voce Profundi aliquid sit magis emphaticum; ac si dixisset: Tuum est optare, mox tibi ostendet Deus imperium sibi esse altius toto mundo, atque etiam intra omnes abyssos, vt suo arbitrio mortuos excitat è sepulchris. Mira certè erga impium hunc Regem & populum Dei indulgentia, quod non modò patienter ad tempus tulit eorum disfidentiam, sed tam liberaliter se demisit, vt qualecumque ipsius viuum foret, potentia lux pignus paratus esset dare. Quanquam non totos incredulos resipexit, sed in infermis etiam in quibus aliiquid erat pietatis semel, voluit consuleret: quod certius persuasi essent Iisaiam non temere prodire, cui promptum erat specimen edere Dei in tua virtutis ad confirmationem dicti sui. Eadem nunc quoque Dei bonitas se profert erga homines quibus ita indulget, quum us merito posset irasci. Quam enim atrocem iniuriam faciunt Deo, cum de eius veritate dubiant? Quid enim superest Deo, si ea spoliatur? Atque vt eunque hæsimus, non tantum ignoravit nobis, sed & disfidentiae succurrerint tantum verbo, sed additis etiam miraculis nec fidelibus solim, sed & impiis ea proponit, id quod possumus in hoc Rege contemplari. Quod si alienis adest benignus tunc fuit, quid non expectare debent ab eo domesti ci?

12 E T A I T A C H A Z .) Specchio praetextu recusat signum quod Dominus offerebat: nempe quod ipsum tentare nolit. Fingit enim se fidem habere verbis Prophetæ, nec quicquam requirere à Deo præter verbum. Et certè vt detestabilis est coram Deo impietas, ita dubium non est quin

Deus

Deus fidem magni astimet. Ideo si quis acquiescat in solo verbo, & reliqua anima contemnat, summa latide dignus videri poscit. Nec enim maior perfectio esse potest, quam si quis se Deo penitus subicieat & addicat. Sed quia natus an tentem Deum, cum id quod nobis offert futeatur: minime vero. Mentitur ergo Achaz, cum oblatum signum recusando, simulat se Deum tentare, nolle habere eum melius aut praesulatum, quam patrem Deo. Iunata quidem virtus est, nihil expetere praeceps verbum Dei: tamen Deus aliquid ad verbum addicte velit, non illi virtutis. Et ceterum dum illi accessio habeat quasi supereracanea reiectur. Alterum enim non lucis Deo immundum ita contentum est usque liberalitas, ac si multilater nobiscum ageret, nec eis satius tollit quod nobis maxime necessaria sunt. Semper hoc nomine potissimum commendari fidem, quicquid obedientiam in se continetur, ubi autem munera sapientie voluntas, & contentum magis aliquid quod Dei est, haud dubio abominabiles sumus coram Ego, qualitercumque habemus praetextum eorum hominibus. Sic igitur habenda fides verbo Fili, ut fidelia minime contemnamus, que habentes, sicut fidei nostra causa volunt spile adhucere. Exempli gratia. Dominus offensus nobis in illo tempore quo cuncte ad salutem necessaria sunt, nam cum in societatem Christi nos adducat, certe in eo leuissimi omniuum humana contineatur. Quod igitur baptisimus, & facia Cenam supereracanea conferi debentur minime. Nam quicquid vere & sine blanditus suam infinitate, eni m omnes a minimo usque ad maximum sibi contemnunt, & reputant, habentes his admiculus fe felicit. Loquendum quidem ac gemendum, quod ad iustitiam Dei venias propter eam nostram vitium subdidit opus habeat. sed quando vitium horum fratrum extire non hest quipus pro ea: tu haec habebis verbo, simil integrum obsequium Deo praestabit. De canis ergo amplecti signa eam verbo, eam non sit in potestate hominis ea distinguere. Quod Achaz signum oblatum recusando prodit & contumeliam & ingratitudinem suam, spernit enim quod Deus pro summa ualitate obulerat. Hinc etiam apparet quatenus signa expedita sint, nempe, cum nobis a Deo offeruntur. Qui igitur oblitera respicit, simili gratiam Dei respicit necesse est. Quicquid modum hodie fanatici homines, Baptismum & faciam Cenam negligunt, & puerula rudimenta esse putant, hoc facere non possunt, quin simul totum Euangeliu[m] renunciant. Nec enim distinguenda sunt, quae Dominus conuocata esse volunt. Quarum tamen non licet signa a Domino interduci pietate, nam hi res exemplum habemus in Gedcone, qui vaccinationem suam voluit signo aliquo confirmari, eius vero obsequium est Dominus, ne tale deiderum improbat. Respondeo, Gedconem quoniam signum petere nullus non sit a Deo, tamen impulsu Spiritus, non proprio arbitrio sed fuisse. Quia non est abundantia eius exemplo quo sibi hanc licentiam quicquid nostrum promiscue permittat. Tanta est enim hominum importunitas, ut innumera signa absque ratione a Deo postulare non dubitent. Cohibenda igitur est talis audacia, ut contenti simus, que a Domino offeruntur. Sunt autem duo genera signorum, quedam enim extra ordinaria, ut portenta dici possint, quale id mox subiecit Prophetus & quod Ezechiel oblatum fusilli postea videbimus. Quod dani vero sunt ordinaria, & quotidiano in v[er]o apud fideles, ut Baptismus & facia. Cenamque nullum miraculum continent, quod saltum oculis aliisque sensu humano deprehendi poscit. Quod enim per ea mirabiliter Spiritu suo peragit Dominus, occultum est in extraordinaria v[er]o, miraculum ipsum ceratur. Idem autem omnium signorum finis & vius est, quemadmodum enim admirabilis portento confirmatus est Gedcon, ita & nos Baptismo & facia Cena confirmarunt, tametsi nullum oculis nostris miraculum paterat.

3. Dominus Davidus.) Quia minime tolerabilis erat improbitas, sub specie honoris iamnam praedilecere Dei virtuti, que fidem promissionis sanciret, liberus excedens est Propheta, & alpem obiugat sceleratos hy poeritos. Est autem honorificum illis erat confiri ex stirpe Davidis, si modo imitati clientelam eius pietatum, contumeliam tamen potius causa eos nominat Davidis posterios vel familiam. Et certe hinc non parum cresebat indignitas, quod Dei gratiam repudiat domus illa, ex qua erranda erat filius, totius mundi. Itaque in grauem ipso inimicorum edere illis debuit sua origo, a qua tam fidei & ne quiter degenerauerant. Atque hic ordo diligenter tenendus est, neque enim a gravi reprehensione int[er]im fieri deset, sed a doctrina, qua placide homines inuitent, r[es] vi doctrina simplex & nulla non sufficit, eccl[esi]e confirmaciones. Quod si hoc etiam modo nihil proficitur, tunc maiore vehementia opus est. Sic enim fulminante hic illam audiuimus, postquam Regi & doctrinam & signa obtulisset, extremo nunc remedio virut, graveret & acerbè obstinatum hominem obiugans, neque ipsum solum, sed totam domum F[ili]e, quamque simili impetu, telaborabat.

An parum est? Utique comparatione inter Deum & hominem non quod re vera separari possint a Deo Prophete & sancti Doctores, de quibus loqui cur, qui nihil aliud sunt quam organa Dei, & communem cum ipso causam liberi: domi ossi o fuo angustior, de enim testatur Dominus. Qui vos ipsi sunt, me spernit? Qui vos audit, me audit. Propheta igitur sermonem suum ad impietatem Achaz, & similim usum attemptat, putabat enim sibi negotium esse cum hominibus, ut dubium illos olim voces a iudicis esse, quibus etiam nomen hodie nobis obstrepunt impii. Nonne sunt omnes, qui a se alloquuntur? Atque ita doctrinam Dei extenuare volunt. Cum idem tunc folcne effet profanis doctrinae contemptus? Propheta per concessionem. Homines vocati, qui sacrofacto docendi verbi munere fungentur: Esto, vos me hominem mortalium, in eis dicitur: apud vos est indicium de Propheticis Dei, sed in parum est non mortalitia afficeret, nisi etiam Deo inobedientis? Contemnit autem Deum, mirabilis potentia sua: signum resipiendo quod vobis dare paratus est, frustra igitur iactat cura vobis non spernit, & cum hominibus, non cum Deo, vobis esse negotium, h[ab]et itaque causa eius, cur tantopere excandescit Propheta. Vnde clarius perspicitur quod nuper attigi, opportunum obiugationibus tunc locum efficiat, scilicet omnia tentauimus quae Deus mandauit, nec quicquam praetermissimus quod effet officiis nostris. Tunc irrumpendum est maiore vehementia: atque impetas, quae sub illis simulatione inuoluerat letabat, detegit in ea.

Deo meo...) Pruis dicebat, ita tibi signum a Domino Deo tuo, cum scilicet nondum palam conuicta esset perueritas & contumeliam vero sibi quai peculiare vindicat, quoniam Achaz & similes indigni erant qui nomine Dei glorierentur. Inuit ergo a parte suaflare, non penes illorum hy poeritos. Deum effecit, quod hoc mo te testatur fiduciam suam, demonstrat enim qua conscientia Regi liberacionem prouidens, acsi diceret, se non venisse nisi a Deo missum, quicquam diffisi p[ro]pter id quod in mandatis habuerat. Eadem fiducia praeedit esse debet omnes ministeriorum tantum ut ipsam pre se ferant, sed habeant radicem insitam in animis. Satis enim ipsam quoque iactant pseudopropheta, sed vanas & inanis garritas eis, aut co ea praeſidentia ex temeritate.

4. Propterea.) Repudiatur itam Achaz signum a Domino oblatum, cum Propheta in pertuicaciam illius & ingratis diu in intellectu efficerentur, tamen Propheta eam in impedimentoo non fore: quoniam Deus promisum & destinatum Iudei signum praefecit, quae vero nempe Virginis partum. Locus hic oblitus est: sed partim in causa sunt fidei qui veram expediti nem multis cauillis, quantum in se sunt, depravauimus. Vrget enim ipses h[ab]et locus, quod praeclarum vaticinium continet de Melchis, qui hic nominatur Immanuel. Atque ideo fluiditatem modis in ious Prophete mentem in alienum sensu in torquebat. Alii obtundunt hic fieri mentionem Regis Ezechiae, alii filii Isiae. Qui locum hunc trahunt ad Ezechiam, sunt nimis impudentes, quandoquidem tunc ipsum adolescenti eoposuit, etiam obfuderetur terro solyma. Atque in eo se etatisima historia ignoratio teneri ostendit. Verum h[ab]et iusta est malitia, & merces, quod ita excedens ipso Deo, ut omni iudicio carcent, quod hodie & Papistis accidit, qui scilicet ludibriis

sepe exponunt,dum furioso impetu feruntur ad depravandas Scripturas.Forum autem qui filium Isaiae esse putant, conjectura omnino fruol: est.Nec enim legitimus cœtitatum liberatorem ex femine Ilaie,qui posset vocati Immanuel,huc enim titulus longe spicendiolor est,quam ut quacat in hominem illum et impetrere.Alii existimant,aut faltem, quia nolunt nimis pugnare cum Iudeis,fatentur Prophetam locutum de aliquo puer,o qui tunc natus est: quo tamen, velut pictura vibrantibus, Christus delineabatur.Sed firmas rationes nullas afficiunt, nec ostendunt quis fuerit ille puer, nec vlo testimonio comprebant.Certum est autem, ut iam dicum est, hoc nomen Immanuel, nullo homini proprieta potuisse aptari.Itaque dubium non est, quin Prophetam ad Christum respexerit.Sed omnes scriptores, & Graci & Latinis, in tractato hoc loco nimium securi sunt.Nam perinde ac si nihil esset in eo difficultatis, simpliciter autem Christum hic promitti ex Maria virgine.Non parua autem est difficultas quam nobis obicitur Iudaie, interpetante hinc de Christo fieri mentionem.Sic enim agunt nobiscum, & circumstantia loci expendi volunt: Obsidebat Ierosolyma, Prophetam datus erat signum liberationis, quorundam promisit flet Melchias, qui quingentis postea annis futurus erat: Atque hoc argumento se vicese arbitrantur, quod promissio de Christo nihil pertinebat ad confirmationem Achaz de liberatione Ierosolymae.Ter exultant quasi victores, præterea quod nemo fere ipsi respondet. Ideo dixi, interpres haec tenus hac in re minium securos suisse, nec enim parui momenti est, ostendere quosdam hic de Redemptore meo fiat.Sic autem res habet: Cum Rex Achaz signum sibi à Deo oblatum reciceret, Prophetam ipsum recuocat tandem ad fundamentū fœderis, quod ne impio quidem palam reuocere aucti essent operatae naeli Melchiam, idque omnes sperabant, quod pendebat totius populi salus.Potissimum igitur Prophetam aduersarius Regem excludunt, cum ipso iteru agit in hunc modo, Tu quidem promissionē responde, decretum Dei cuerteles sed inuiolabile manebit nec ebitabit perfidia & ingratiitudi tua, quo minus populo suo Deus perpetuus sit liberator.Tandem enim Melchiam suum solerabit.Vt autem haec magis perspicua sint, notanda est coniunctio Prophetarum, qui cum speciales promissiones confirmant, hoc fundamentū constituant: nempe, Deum missurum esse Redemptorē.Hac generali cultura ubique confirmat Deus quicquid ipecialiter populo suo promittit.Et certè ut op̄e & auxiliū ab eo quis exp̄et, peruersuātelle necesse est de paterno eius amore.Quomodo autē propitiis es̄t, mihi per Christum in quo & electos gratis adoptauit, & venia visuā in finē persequitur.Hinc illud Pauli, Omnes Dei promissiones in Christo esse Etiām & Amen.Quioties ergo veteri populo optulatus est Deus, simul in Christo sibi reconciliavit.Idcōq̄ quoties de fame, peste & bello letmo habetur, vt spēlū leuationis faciat, Melchiam statuit ante cœculos.Hoc cum minimè ambiguum sit, non eit cur hic recalcent Iudei, acsi parum tempestivè ad rem longe remaneat transire Prophetā.Vnde enim pendebat Ierosolymae libertatio, nisi a Christi manifestatione? Sicuti hoc viatio fundamento semper subinxit Iustitia salus.Hoc igitur apostolus dixit Ilaie, Tu quidē nō recipis promissa Dei sed a nihilemissim implebit, quia tandem Christi sui misurus es, cuius gratia vrbē illā vult salutem effice, tamētē indigens es, Deus tamen habebit rationē sui.Excludat ergo Rex Achaz ab eo signo quod ante reiecerat, & priuatū beneficio, quo le indignū reddidit: sed tandem inuiolabile Dei promissum adhuc ipsi offertur, ad que satis innuit particula 12, id est, Quia tu respuis signū illud particulare, quod tibi Deus offerbat, M̄ 12, id est, id īp̄e Deus, qui tam liberaliter era ut spōte tibi officeret, cui tu molles es, siq̄ nō exhibere non definet.Quod dixi Christi aduentum promitti si Achaz, non ita intelligo quasi unū Deus comprehendat in electo populo, cui Filium suum salutis authorem destinauerat: sed quia ad totum populi corpus sermo dirigatur.Nam quod δεῖ nonnulli exponunt Filis vestris, coacūm est.Ceterum quod ad effectū sp̄ētāt, Prophetā relinquit impiuū Regem, & in populū respicit quatenus a Deo adoptatus erat.Dabit ergo, non tibi impio Regi tuisque similibus, sed vobis quos adoptauit.Melanē enim firmū & inuiolabile fœdus, quod cum Abrahamo peperit.Et Dominus semper alias habet reliquias, ad quos fructus fœderis pertinet: vt cuncte hypocrita populo ipsius præstent ac dominentur.Interea absurdum non est extrema Ecclesiæ hoc proponi.

Eccē virgo). Emphaticē ponitur vox demonstrativa ad magnitudinē rei notandā.Sic enim de rebus magnis & obseruatis loqui solet Spiritus, ut erigat heminū mētes Prophetā igitur attentes cōfiteūt̄ ubet qui audiunt, ut hoc in solitu Dei opus confidenter: acsi dicere: Nolite esse fōrōdes, fed summa illam Dei gratiam expenditure, quae vltro vobis occurrere debet,led propter stuporem vestrum vos latet.Quiācum autē vox ηλιγ̄ ab ελλ̄ deducitur, quod significat Ablecondre, eo quod virginem pudor & verunciā non ferat ut in publicum prodeat, quare tamē Iudei de loc vocabulo multū litigant, & negant eo Virginē significari, quod Solomō ipsū viutpan pro Puerā quae adamat, nihil opus est in ipso voce intifere.Congedamus fāne illis ηλιγ̄ vocati aut pueri, & ad itate potius referri hoc nomen, ut ipsi volunt, tamen Scripturā, sive eo vitium, quām devirginē sermo est, res ipsa omnes corū calumnias latit per se refellit.Equid enim mirū dixisset Prophetā si de puerā loquitus esset, quae ex congregatu viri cōcīp̄e ret: Certe riedulū tunst̄ id signi, aut miraculi loco proponere Fingamus mulierē notari quae ex contiuui grauidā esset futura: frigidū atque adeo insipidū fore oēs vidēt̄, si Prophetā apud Iudeos quādi de te noua & insolta præfat̄ subiiciat, Adolecentūl: concipiet,Satis igitur cōstāt̄ ipsū loqui de virgine, quae non erat ordinaria natura eridine, sed ex gratia Spiritus sancti conceputa. Atque hoc mysterium est quod magnificē extollit Paulus, Deum scilicet manifestum esse in carne. Et vocabit. Verbū est feminī generis apud Hebreos.Nam qui in masculino genere legūt̄, pefcio unde accepterim.Certè qua in vñsū sine exēplaria nō variat,Quod si ad matrē hec referas, aliquid præter confutēt̄ morē exprimi cōrū est.Scimus has partes semper tribui patri, ut nomē filio imponat.Hoc enim signū est iuriū & potestatī patrū in filios: nec eaēdē authoritas ad mulieres pertinet, Hic vltro ad mātrē transfūrūt̄. Se quitor ergo sic a matrē cōcīp̄i, ut patre in terris careat, alioquin Prophetā cōmūnē Scripturā vñsū pertueretur, que viris tantūm hoc officiū aferbitur.Quānq̄ notandum est non impositū hinc Christi nōmē matris arbitrio, neque cōtā in eo quicquā fūsset ponderis, led intelligit Prophetā in hoc nomine promulgādo, Virginē fore instar præconis: quia nullus erit terrenus pater qui munus hoc obeat. Porro minimē dubium est quin hoc nōmē Christi indūtū fuerit ex ipso: quānq̄ vñgenitus Dei Filius induit carnē nostrā, & societate nature nobis se coniunxit.Vocatur ergo nobiscū Deus, vel nobis cōmīctus: quod non potest cōp̄petere in hominē, qui Deus non sit. Iudei cauillant nōmē hoc Ezechie, impositū efflegunt̄ Deus ipsius manu populum liberat̄, qui iniquūt̄, minister est Dei, induit eius pēsonā.Verū nec Moses, nec Iosue, qui populi liberatores fuerunt, sic vocati sunt, ergo & Mosi & Iosue & cōteris omnibus præfertur hic Immanuel.Hoc enim nōmē antecellit̄ omnes, qui vñquam ante fierunt, & qui postea frequentur: cōt̄que elogium infignis cuiusdam eminentiā & authoritatēs quo præ alijs ornatur. Proinde constat, nec tantum designati Dei virtutē, qualiter se per ministros exercere solet, sed coniunctionem personarū in qua Christus homo simil & Deus apparuit,Vnde rursus patet nihil hic vulgare ab Ilaia narrari, sed notari incomparabile illud arcanum in quo obscurando frustra Iudei laborant.

15 Butyrum & mel. Hic Prophetā veram Christi humanitatem confirmat.Hoc enim incredibile profus erat, ut qui Deus esset, ex puerā nascetur.Tale portentū à communi hominū sensu abhorrebat.Ne ergo existimemus ipsū hinc quoddam spectrū imaginari, signa humanitatis declarat, quibus demonstrat Christum reuera in carne, vel natura hominis produciturum: quia scilicet eodem modo educabit̄, quo vulgo pueri solent. Fuit autem Iudei alia quam nobis ratio educandi: ut cōbantur enim mellē, cuius nobis vñsū non ita communis est, quem etiam morem hodie retinent, ut nato puerō, prūsq̄ laetetur, gustum butyri & mellis præbeant.

V T S C I A T) Id est, donec peruerterit ad eam statem, qua bonum à malo discernere queat: vt vulgo dicimus, Usque ad annos discretionis. Nam significat metam & tempus quod usque puerili more educabitur. Idque ad veritatem naturæ magis comprobandum facit. Intelligent ergo & iudicium significat, qualis contingit transacta pueritia. In quo videmus quod si Filius Dei nostra causa demiserit, vt non tantum palci nostro cibo voluntatis sed etiam ad tempus priuari intelligentia, omnemque nostras infirmitates sustineret: idque secundum humanam naturam. Hoc enim ad Divinitatem pertinet non potest. De hac Christi ad tempus ignorantia testatur Lucas, dum ait, Et proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines. Si Lucas simpliciter Christum proficile dixisset, poterat excipi, Apud homines sed nominatum addit, Apud Deum, oportuit ergo ipsum ad tempus similem esse pueris infantibus, vt, quoad humanitatem, intelligentia desfrueretur. Hebr. 2.15
Lc. 2.52

E T Q U I D E M) Hinc hallucinandi multis data est occasio, dum sententiam hanc cum proxima contextunt: quasi fieret eiudem pueri mentio: & potest causæ esse redditionem: ac si particula Δ esset rationalis. Atqui si attentius expenditur Prophetæ consilium, facile patet à generali doctrina, ad quam paulisper dicitur fuerat, reuerti ad præsentem causam. Postquam enim spem seruandæ urbis fundavit in Mediatore promisso: iam quomodo feruanda sit, docet. Ego itaque hunc versum non interpretor de Christo, sed de pueris omnibus in genere: in quo ab omnibus dissentio. Quod enim hic sit Δ haiedia, putant certum puerum designari. Ego autem accipio Δ collectiū, vt Δ sit quidem notitia causa additum, tamen ad demonstrandani potius statem, quam certum aliquem puerum: vt cùm vulgo dicimus, L'ensant, & articulum Le, maioris notitia causa addimus, atque id Scripturæ satis vistatum est. Quod si certum puerum designasset, additurus erat min, ut alibi solet. Nec verisimile hanc promissionem de euerione regnum Syriæ, & Samariæ, quæ proximiæ sequuta est, in quingentos annos, id est, in aduentum Christi protentiam esse: idque omnino absurdum foret. Talis igitur est sensus. Antequam pueri, qui post hac nascuntur, bonum à malo discernere queant, terra, quam odisti, relinquentur. Terram autem intelligo Iraelis & Syriæ, tametsi enim duæ erant, tamen propter fœdus initium inter duos Reges, eadem censetur. Sunt qui acipient pro Iudea sed illud conuenire non potest, ob relatiuum quod sequitur. Porro hæc ita contigisse vt scripta sunt, tatis ex Historia tacra colligere promptum est, nam cùm Achaz 2. Reg. 16.9. Affyrios in auxilium suum vocasset, Rezin ab illis occisus est. Haud ita multò post, obiit Phace ibidem 17. Rex Irael: duodecimo scilicet anno Regis Achaz: & Ocas filius Ela, in illius locum iussitus est. 1. & 15.30. Primum igitur pueri, qui mox erant nascituri, adolescenter, utraque regio suis Regibus priuata erat. Nam & Rezin & Phace, ante illud tempus est viuis sublati sunt. Dirigitur autem tempus ad Achaz, & solitari loco promittit Deus, se de illis hostibus sumpturum vindictam: sed nō in alijs finem, nisi vt magis redatur inexcusabilis. Quod ad verbis spectat, excola esse dicitur Syria & terra Irael Regi Achaz vel deterstabilis, quod inde infestis armis premebatur. Promittit ergo futurū vi illi Reges breui percant. Δ vertunt nonnulli, Propter. Et fateor hanc vocē plerunque hoc sensu usurpari. Sed ego hic simplicius interpretor: ac si dicere, Deseretur à facie, id est, à præsentia duorum Regum, ac destitueretur, vt amplius non appareant. Atque his Prophetæ verbis satis constat, de utroque regno hæc intelligenda esse.

A D D V C E T super te.) Hic Prophetaviciissim minatur impio hypocritæ, qui cùm fingere Deum tentare nolle, eos tamē acceperat in auxilium, quos Dominus vetuerat. Ne igitur iu Exod. 23. periore promissione nimium exultaret atque insolecat, denuntiar ei quoque suum exitium: atque 32. affirmat id quod salutis fore confidit, id est, opem Affyriorum, ei proruit exitialem fore, ac si esset. Tu quidem omnia tibi promitis à Rege Affyriorum, & illum tibi fidelem fore existimas, quod fœdus & amicitia cum ipso, idque Deo veante, in crisi: sed tu breui intelliges quid tibi profuerit Deum tentasse. Potes sicurus domi quieteere, & habere Deum adiutorem: sed Affyrios aduocare maluisti. Eos tu grauiores senties, quam ipsos hostes. Optimè igitur quadrat iuperioribus ista oratio. Vrgit enim magis perfidiam & ingratitudinem Regis, qui & verbum Dei, & signum rejecerat, sicut omni promissioni reddiderat indignum. Et quia hypocritis solenne est vbi discrimine aliquo & metu defuncti sunt, statim ad ingenium redire, negat præsidio quietum fore Iudeis, quo minus ipsi quoque rapiantur ad iustas peinas. Domum enim Davidis, quæ singulare priuilegio eximere se poterat, nominatum pronuntiat communibus malis fore obnoxiam. Sic enim sua iudicia temperat Deus, vt Ecclesiæ iure parens & eius perpetuitati consulens, impiostādem quā bonis permixti sunt, impunē elabi non sinat.

A B ea die qua recessit Ephraim.) Hoc modo loquitur Scriptura, cùm graue aliquam calamitatem designat, nec enim Iudei grauiorē plagam accepere poterant, quam cùm abductis deceptribus, non modò Regnum miserè diuisum, sed corpus Gentis discepitum ac laceratum fuit. idcōque extremæ cladi nota est decessio Ephraim à Iudea. Nā cùm dissidio illo grauius affligr̄tæ fuerint operes regni Iudaici, quān illis exteris cladi bus affligi posset, ait maiorem ab eo tempore cladē Iudeis 16. nō accidisse. Hinc, sicut modò dixi, perpicimus quomodo Deus animaduertens in hypocritas, si-

mul fidelium memor viam aperiat misericordia sua. Admirabile hoc consilium suspicendum est! dum inter horrendas mortes, superstites tamen manet Ecclesia. Quis vñquam putaret liberandā esse Ierosolymam ab ingenti duorum Regum exercitu? deinde regnū Syriæ, quod tunc florentissimum erat, breui euerterēdū? Samariæ verò haud procul ab exitio absesse! Interea Assyrios, quibus confidabant Iudei, magis infestos fore, quā fuisse vñquam Israelite ac Syrii? Hæc omnia Ecclesia conseruanda cauia fecit Dominus: sic tamen ut interea nihilominus impietatem Regis Achaz viceretur.

18 ET ERIT IN DIE ILLA) Cū Assyrios sibi feedere obstrictos putarent Iudei, stultitiam hanc deridens Propheta, p̄fētō fore asserit ad Dei nutum, vt eos illuc impellar prout vitium fuerit. Quā vñquam pro imperio metaphorice ponit Sibulum, nēpe alludens ad naturam illorū regnum de quibus tractat, nam Ægyptus abūdat mūcīs, quā d lutoſa sit regio & calida. vbi autē cum tempore aer est humidus, illic magnā mūcarum multitudinem nasci necesse est. Assyria verò apibus abundabat. Quāquam autem sibilo te eos adducturum dicit, alludēs ad naturam apum & mūcarum: tamen intelligit se minimō negotio iplios excitaturum: acsi diceret, Haud multo labore opus erit: simulatque signum dederō, statim accurreret. Atque ita quantum efficacie sit in arcano suo instin̄tu vel confilio ostendit, quōd sibilo potentissimas quaque Gentes ad obiequim cogat.

19 QVI ESCENT) Pergit in eadē metaphora. Apes enī nidos sibi querere solent in caavernis, aut vallibus & dumetis, & eiusmodi: acsi dicaret nullum fore angulū, in quo hostes non consideāt, domiciliūmque suū habeāt. Nec multum laborandi est, cur de dumetis potius & spinetis loquatur, quām de aliis rebus: quonā figurata locutio est. Nec tamē dubito: quin significare voluerit, nullū fore vñquam effugī, siue abdāt̄ in caavernis, siue latcbras querāt̄ in vallibus, quia totā regionē hostes occupabūt. Hinc rursus colligimus quod iā ante annotatū est, nihil temere aut fortuitō accidere, sed omnia regi manu Dei. Deinde, vt cunq; impīi tumultuētur & ferantur cā eo impetu, frenū tamē ipfis iniciāt̄ Deo, vt eius gloriæ feruāt. Cū ergo omnia ab impīis perturbata cernimus, ne existimemus Deū ipfis frāna laxasse: vt irruāt quoēq; libuerit, sed furiosos corū impetus moderari, certō persuasi simus. Vnde mirā cōiolationē accipere debemus in his perturbationib, in quib⁹ orbis Christian⁹ sic involutus & quarū violētia ita quasiatus est, vt omnia propemodū cōfusa videātur. Hoc enim cognitū est, occultū esse Domino frēnū, quo furiose bellū exhibētur, ne ēd̄ erūpant, quōd infāna ipfī libido impellit: neque trāfīlī metas, quas ipfis Dominus cōstituit.

20 R A D E T D O M I N V S N O V A C U L A C O N D U C T A) Nūc alia metaphora vtitur, atque hostes illos, per quos Dominus statuerat astigere suo tēpore Iudeā, cōparat nouaculæ, qua raditū barba, pilī, denique alia eiusmodi exremēta purgantur. hic superflū est, & pro more Hebraico tantū instrumenti nota est, ideo simpliciter verti, Radet nouacula. Quid verò intelligat, ipse mox exprimit: nēpe, Assyrios instar nouaculæ fore in manu Dei, & quidē ab extrema plaga. Ideoque addit, Qui sunt extra fluuiū: significāt Euphratē non fore obſtaculo, quin traiciat ad exequē da Dei iusta. Addit præterea, non fore partē aliquā populi illius sua sponte irruētē in alienos fines aut palanē sine certo duce, sed Regem ipū futurū eis ducē, vt & à populo & à Rege simul optimūtū Iudea, & sub tanta mole iuccubat. Nec frustra hanc nouaculam conductū dicit, eo enim significat atrocitatē eladis, quę per Assyrios inferenda erat. si quis vt ceterū cōditio equo, aut gladio, vt etur eo liberius: nec ita ei paret aut tēperabit, vt suo. Nam quęc conductū homines, pro ratione mercedis sibi vñvi esse volunt. Ita denuntiat Dominus, se minimē parciturum nouaculæ, etiamsi eius aciem retundere debeat: missurum Assyrios cum impetu & furore insano. Quōd si Dominus tam grauiter vltus est Iudeos, ob eas causas, quas prius recensuit Propheta: verendum nobis, ne idem experiamur. Imō nouacula, quęc iam nos radere coepit, pertinetēcenda est.

C A P V T & pilos pedum.) Per Pilos pedum, inferiores partes significat. Quicquid enim est infra aluum, tribuitur pedibus: atque synēdochical locutio est. Vnde & Aquam pedum, vrinā vocant: & Pedes tegete, pro Aluum exonerare. Denique intelligit totum corpus radendum, quin etiam barbam ipsam radendam esse. Iam si sublatī figuris, simplicem & nudum senūm habere velim, significat nullum ordinem saluum fore: acsi diceret, rafuram istam à vertice capitis ad pedes vñque peruenturam, nec fore immunes Reges & Principes ab ista clade, quin nouaculæ quoque aciem ipfī sentiant.

21 ET accidet.) His versibus vñque ad finem capitū Propheta depingit statum regionis di rep̄e & vastatę. Vult enim graphicē & velut in tabula exprimere tamā fore calamitatē, vt quo-cunque oculos conuertas, nihil appareat pr̄e iudicā horrendā vastitatis. Nam quōd alii penarum mitigationem hic promitti volunt, paulo pōst videbimus cōtextū minimē quadrare. Quāuis autem indefinitē Virum nominet, propriē tamen loquitur de ditissimis: nec enim singulis totidem attribuit, sed quia illās solebant magnam boum & ouium copiam alere, hi pateis contenti erunt. Significat ergo omnes ad summam in opiam redactū iri. Quia Hebraicē dicit Propheta, Vivificabit: quidam hoc tantundē valere putant, atque à morte cripere. Secutus tamen sum quod & simplicius & magis receptum erat.

2.Reg.16

27

2.Sam.24.

4

22 PROPTER COPIAM LACTIS) Aliquid ita exponit, Vix expressum iri ab una vacca, quod in cibum familiæ sufficiat. Nam qui alunt pecora, non tantum veluntur lacte, sed etiam conficiunt caseos, & butyrum venale habent. Cum ergo sit, Extorta copia nihil plus esset, cum iri quam quod necessarium fuerit, in vitum familiæ, secundum illos interpres in opere denotat. Alii vero hic ferulatatem promitti parant, eisque paucas habeant oves & vaccas, tamen abunde habituros unde alantur. Tertia expeditio inclusus continent, videtur enim Propheta velic indicare, tam paucos fore homines, ut lac exiguum sufficiat omnibus. Hoc autem longe grauius est, regiōnem tenet earere incolis, quam armentis & pecore indigere. Proximorum ita virtus pre nuntiavit Iacobis ita spoliandam esse Iudeam, ut armenta & pecora paucissima tunc sint: nunc autem addit homines etiam fore pauciores, quoniam lac exiguum melius terræ sufficit. Ego hanc expeditiōnem libenter amplector: quia hic non quadratur per opusmissio. Prior autem tenus coactus est: nec iam loquitur tantum de pecuaris ipsius qui vacas habebant, sed de omnibus incolis, quia dexterè exprimit, Quicunque residus fuerit, quia etiam voce paupertatem iterum designat. Huc ergo ipe-tat, tam de certam & misteriæ vastatam regionem fore, ut magna lactis & butyri copia opus nos sit: quoniam pauci homines superfluerint accepta clade.

23 EVENIET QVOQUE MILLE VITES.) Ego opinionem eorum qui putat Iacobum hic fideles consolari, sine refutatione prætereo: quia ipso contextu taliter refellitur. Atque ad hoc etiam balaclavie ionante, Iacobum pergere in denuntiando exitio, & determinata terra vastitate. Alii putant hunc esse senium, Vbi mille erant vites, quæ argenteis mille prostabat, illuc vepres & dumeta fore, sed videmus nimis vile esse precium, si de regione integra termio fieret: quale enim illud esset, vinea, qua nulla postmodum preciosior est, sielo a stumarè? Idem igitur est ac vulgo dicit sole: Nummo addicere, Bailler pour une piece de pain, cum res aliqua vilissimo precio venire. Pluris enim vel incul-tissimus & steriliissimus ager vñire posset, si vigeret cultura ratio, vñficii solet in hominum r̄eq̄tia. Subiungit ratione mutati p̄tei, quia ipsum accidere de vastitate loqui perpicuum est. Prætempis, inquit, & vepribus nulli enim erunt cultores: quod accidere solet ingenti clade accepta. Autem, quod veritatem aliis Ad significat meo iudicio Propterea. Postquam enim impetu hostiū dissipata sunt omnia, decantatq; vinitores & agricultæ, vepribus & dumis cultissima quæque obsita & obruta esse necesse est. Itaq; significat tamen paucos fore incolas, ut vix reperiatur, qui preciosissima prædia vel uno numero emant.

24 CVM SAGITTIS ET ARCV VENIBT.) Verbū est singulare: debet tamē per plurale expōni, sagittariositer facturos per Iudeam. De arcibus & sagittis Iacobam loqui nonnulli putat, quod tantus futurus esset metus ab hostibus, ut nulli ad prædias sua accedere nisi armati auderent. Atque mihi probabilius videtur Prophetam significare, illuc venationi locū fore ubi prius erat verberima cultura: quoniam illuc ferarū latibula erunt. Hæc autem miseri imma mutatio est, cum agri prius culti & fertiles in sylos & dumeta vertuntur. Itaque areum & sagittæ hic pro venatione accipio, hoc sensu. Non accedunt illuc agricultæ, sed venatores: nec vites fodient aut propagabunt, sed foras persequetur. Nihil deniq; ahud significat, quā horrendā vastationē, qua terræ facies immutata sit.

25 ET OMNES MONTES) Hic Propheta pugnaria loqui videtur. haec tenus enim de vastitate terre loquitur: est nūc vero nouum quendam statū describit, cum art vñp̄es erat & spinæ, boues illi paucia habituros. Hinc factū est ut hæc ad populi consolationē quidam traherent. Ad hęc aliud est consilium Prophetæ. Nam significat montes, qui procul aberant ab hominū frequentia, quique non nisi magna cū molestia adiri poterant, fore cōpæciosos, propter hominū illuc se recipiētium copiam. nēpe quia in detertos montes & prius inaccessos cōfugient, non erit ergo illuc timendum à vepribus: quoniam incolis abundant. Atqui hoc miserrimum est, cum homines nō possunt aliter mortem vitare: quam si ad vepres & spinas cōfugiant. Intelligit enim montes prius folitarios & horridos, in quibus homines sedē & habitationem quærunt, quod nusquam tunc sit in regione locus, atque ita depingit calamitorum & lugubrē totius regiom statum, & cladem adeō grauem. ut alia sit omnino terræ facies, & diuersa à priore. Cum hæc prædicaret Regi Achaz, derisum fuisse ipsum minimè dubium est. Rex enim impius præsidii suis & Assyriorum fecerit confidens, quasi in suis scibis quievit simulac soluta fuit virbis oblio. oportuit tamen Iacobam constanter fungi officio suo, ut nullam opem nisi à Deo esse ostenderet, & significaret misero hypocritæ exitium inde assuturum, unde salutem expectabat.

CAPUT VIII.

1  **T** dixit Ichoua ad me: Sume tibi volumen grande, & scribe in eo stylo "vulgari: Accelerā ad diripiendum, festina ad prædam.

"vel homi-nis."

2  **E**t adhuc mibi testes fideles, Vrian sacerdotem, & Zachariam, filium Iebarachie.

3  **E**t accessi ad Prophetissam, que concepit, & peperit filium. Dixit p̄ me mibi Ichoua: Voca nomen eius, Accelerā ad diripiendum, festina ad prædam.

4 Sanè antequam sciat puer clamare: Pater mi & mater mea, tolletur substantia Damasci, & spolia Samariae, coram Rege Assyrie.

5 Rursum loquutus est mecum Ichoua, iterum dicens:

6 Quandoquidem recedit populus iste aquas Siloe, que fluunt cum silentio, & gaudiū fuit illi ad Rezin, & filiorum Romelie:

7 Ideo, ecce Dominus adducit super eos aquas fluvij, violentas & magnas: nē pe, Regem Assyric & omne robur eius: ascendetque super omnes riuos, & transibit super omnes ripas eius.

8 Et trāiciens in Iudan, inundabit, & transibit, pertinget usque ad collum. Et implebit extensio alarum eius latitudinem terrae tuæ, o Imanuel.

9 Consociate vos populi, & confingemini: auribus percipite quotquot è lōginq̄a terra estis. Accingite vos, & confingemini: accingite, inquam, vos, & confingemini.

10 Consultate consilium, & dissoluctur. Decernite decretum, & non stabit, quia non secundum Deum.

11 Nam sic dixit mihi Ichoua, tanquam [“] apprehensione manus: & erudiuit me, ne irem per viam populi huius, dicens:

12 Ne dicatis, Conspiratio, in quibus cuncte populus iste dicit, Conspiratio, neque timorem eorum timueritis, aut formidaueritis.

13 Ichoua exercitu, ipsius sanctificate: & si ipse timor vester: & id sit pavor vester.

14 Tum ipse erit in sanctuarium: in lapidem offendiculi: & in petram ruine diaboli dominibus Israe: in laqueum, & tendiculam incole Ierusalem.

15 Et impinget multi inter eos: ideoq; concurrunt, & conterentur, irretientur & capiuntur.

16 Liga contestatione: ob signa legem inter discipulos meos.

17 Itaq; expectabo Ichoua, qui abscondit faciem suam à domo Iacob: & præstolabor eum.

18 Ecce ego & pueri, quos dedit mihi Ichoua, in signa & prodigia in Israe: à Ichoua exercituum, qui habitat in monte Sion.

19 Quod si dixerint vobis, Sacramenti à pythonicis & diuinis, qui misfiant & demururant: amon populus Deum suum consuluet, à viuis ad mortuos?

20 Ad Legem & testimonium. Si non loqui fuerint secundum verbum hoc, ideo nempe quod nihil est lucis.

21 Tum per hanc terram transilūt oppressi, & famelici. Et accidet, ut cum esurierint, irritentur, ac maledicant Regi suo, Deo suo, atollentes sursum faciem.

22 Et quan spectancerit ad terram, ecce tribulatio & tenebrae, caligo, angustia, & ad obscuritatem impulsus.

IN CAPVT VIII.

Cap 7.16. 1 **T** DIXIT IEHOVA.) Hæc Prophætia nihil noui continet: sed confirmatio est superioris, in qua Ihesus de propinqua vastatione regni Israe & Syriæ vaticinatus erat. Vt tranquiliam regionem suo Rege spoliatum in prædixerat, priusquam infantes qui paulò post nasciturū crāt, discernerentur inter bonum & malū, hoc est, adolecentur. Sed quoniam impi nullis ministerentur, ideo hoc vaticinium inculcat, & symbolo aliquo confirmari oportuit. Primum, quod melius populum expergeficiat Deus, iubet hanc prophetiam publicari ac proscribi, vt ab omnibus intelligatur. Diximus [“] prius, hunc prophetiam sive in postquam ius si erant aliquid populo nuntiare, paucis summas rerū comprehendit Pro plecti, & valuis templi prefigere: quemadmodum ex Abacuc colligi potest, quicum si conferatur prophetam. hic locus, res fati aperta erit. Sed hic exprimitur aliiquid speciale, quia non simpliciter vult feri-
Abac. 2. bi prophetiam, sed requirit grande & ampli volumen, vt sic ille procul legatur. Quod enim minutior est scriptura, eo obteurior, & minus commodè legi potest. Eodem pertinet quod prævi-
mè sequitur: Stylo vulgaris hominis. **W**ea enim pro qualibet homine plebeio sumitur, ne quoistic
līce

licet fugiat lectio, vel rudiissimos idiotas.

FESTINA.) Concilia hæc breuitas magis emphatica est quam si prolixè concionatus esset. Quatuor enim voces quicunque domum referre poterat, & in his agnoscere celerita emissa Dei & Dei iudicio verè & penitus affici, quasidigitu monstratur usque. Denique vel bis agere nolumus Deus, quia litiganditempus non erat, sed rem symbolo reprobentare. Vnde etiam ego quam tristitia minitati toties fuerant Prophetæ, in paradigmæ conspicuum exhibui, ut alii non peccaret in animos, & memoriæ hæceret. Et quoties commemorarentur hæc verba **בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל שְׁרָבָּת**, otiis ditionis Israël & Syria meminissent, & certiores de ea redderentur. Quia de Christi aduentu proximo capite vaticinatus est Itaias, multi perpetam de eodem hoc quoque exponunt: quod instrutus celesti virtute, ad ipso iustum mundi principem venerit: ideoq; velox sit ad prædam. Et quam argutia hæc placet, nullo tamen modo potest texi congruere. Nam verus & simplex contextus docet hic nihil afficeri noui, sed id quod superius dixit, consumari.

2 AD HVB TESTES.) Nomine & verbo ex eadem radice ductis vobis est Propheta, & lepida est allusio acsi dicemus, Contestatus sum testes. Quoniam hæc res magis momenti erat, ideo testes sibi adiunxit, vt fieri solet in maioribus negotiis. Iudeus eos vocat, id est, veraces & iudeos: & tamen unus ex his impius & nequam fuit apostata, qui cum Regi suo alienari vellet, altare erexit simile Damasceno, impietatisque & nefario culturæ aperte assensit. Alios quidem alter sentire fecerunt, sed si quis circumstantiam temporis expenda, hunc Viriam esse intelliget, quem facta **z. Reg. 16.** historia testatur ad Regis impietatem & libidinem feruliter formatum fusile. Quod verò alium **u.** fusile putant, quia cum veracem hic dicat Itaias, eiusmodi certè ratio nimium infirma est. nec enim hominem recipit Propheta, sed munus quo ipse fungebatur, vt serendo testimonio idoneus esse posset. Itaque non probum & frugi fusile intelligit, sed ob functionem auctoritate prædictum, vt nemo cum repudiaret, & omni exceptione, & auctoritate maius esset ipsius testimonium. Ego autem existimo hanc prophetiam artificiam esse valuis templi, adhibitis testibus **Vira** & **Zacharia**. Nec enim visionem refert, sed Dei mandatum, quod te ipsa exequutus es: vt hæc verba, veluti proverbium quoddam vulgare, omnium ore circunferrentur.

3 ET ACCESSUS.) Quæsequitur, Propheta per visionem accidisse non dubito, quæ superius vaticinium obligarent. Vobis est igitur libi Itaias congregandi cum uxore sua: que ex eo congrega genitile infans, cui eiusmodi nomen imponi oportet. Nihil quidem esset absurdum, si faceremur Prophetam congregissemus cum uxore, & re vera genuisse puerum, cui hoc nomine inditum esset: nec vellem magnopere cum eo quita sentire contendere. Sed quia verisimile non est, hoc nomine alicui homini impositum, & testimonio caret, libentius in eam partem inclino, vt existimem oblatam esse Prophetæ hanc visionem, quæ superius vaticinum confirmaretur. Prophetiam nominat uxorem, non qualiter Regum uxores honoris causa vocantur Reges: sed quod in hac visione publicam & ipsa personam iustinebat. Nec dubium est, quin annos priorum à libidine nota coitidata opera abducere voluerit Itaias, ut ad sacrum mysterium attenti forent. Et certè quanvis in coniugio liberis dare operam res per se licita sit, natura tamen ipsa docet vereundam subesse, quæ latreras querat.

4 SANE ANTE QVAM.) Interpretatio tam enigmatica sententiaz, quam visionis additæ. Etsi enim præceps loqui voluit Deus, tollenda simul fuit obscuritas. Ego **רַגְגָן**, non de filio Propheta, ut prius dixi, interpretor, sed potius de omnibus qui proxime nascituri erant. Ante quam adolescentiam illi, Reges duos Israël & Samariæ delendos esse pronunciavit.

C 4.7.14.

CORAM FACIE.) Id est, Arbitrio, vel ad libidinem Regis Assyrii, in quo forte allusit ad veterem triumphantium morem, quorum ante currum spolia hostium cerebantur, ita Samaritæ & Damascenæ polita tollentur eorum Rege Assyrio. Hinc melius appetat Prophétam nihil aliud agere, quam ut vastationem regni Israël & Syria prædicet: idque ut confoleatur prius, atque etiam ut stultam formidinem impui Regis derideat, qui sibi à Domino auxilium ferri non patiebatur. nec enim promissiones solùm, sed etiam oblatum signum reiecerat, quo fit, vt Propheta magis ac magis illius, & totius populi impietatem redarguat: Tu quidem minimè credis, Dominus tamen suis aderit: brevibitas & inferperatas mutationes videbis, quibus Dominus populum tuum liberabit. Tamecum hæc non tam Regi, quam prius hominibus dicebantur. Vnde colligendum, seruos Dei non semper ita loqui, vt fidem apud auditores obtineant, hic enim Itaias alloquitur impios, apud quos nihil villa ratione efficit. Quorsum igitur apud ipsos sermoné habet? vt scilicet magis ac magis ipsos conuincat fuisse incredulitatem, cāmq; ipsi exprobrebat; deinde, vt magis etiam cōpiceua sit Dei bonitas. Quis enim viam omni Dei misericordia, tanta impietate præclaram esse non iudicasset? Dominus tamen & Regis & populi prauitatem, sua bonitate exuperat. Hoc igitur agit Propheta, vt exprobando impiis suam proteriam, Deum nihilominus semper sui simile esse ostendat.

6 QVANDOQ; IDEM ASPERNATVS EST.) Ne inani solatio indormiat Achaz, sermoné de cōmuni priori salute statim abrupit Propheta, & denudò pœna incredulis minatur. Putat hic loquutus esse aduersus eos, qui cupidi erant rerū nouarū: quæadmodū scipio fieri solet, vt vulgus hominū prætemptu statu contentus non sit, & nouum Regem libi dari cupiat. Plerisque enim scipio-

mero accidit quod ἔγροτις, qui mutato loco sibi melius fore sperant. Adèd præpostera est hominum voluntas, ut cùm res noui fluunt ex animi tentatione, ad status mutationem ipsecent, cupide profiliant, & inde allegationem aliquam querant. Sed ego Prophetæ mentem latius patére arbitror, nec tantum ad eos extendi qui mutationem cupiebant: sed vniuersalem esse concionem, qua omnes ordines complectitur. iam enim ferè apud omnes inculuerat impicias & contemptus Dei. Nec verò de paucis, aut de certa factione, sed de vniuerso populi cœtu loquitur. Fateor quidē paucos Dei seruos excipi, de quibus postea fiet mentio: sed illud obstante non potest quominus hic Iulias in totum populum inuehat. Cùm enim ferè omnes corrupti essent, merito omnes reprehendit. Hoc verò crimen est, quod populus iuxta tenutari diffisus, maiores opes & maiora præsidia appetere. Dicit igitur ipse fuisse fuisse aquas Siloe, quia tua ludeis conditio contemptu & fastidio fuerit. Addit gaudium tuisse ad Rezin, ali⁹ vertunt Cum Rezin: sed particula Ad, per uerlam cupiditatem melius exprimit. Significat autem Iudeos cùm te magnis præsidis nūnitos non esse viderent, alio⁹ respexisse, & desiderare opes regni Israel. Nam cùm tuam paucitatem & tenuitatem intuebantur, trepidabant, nihil in Deo locabant fiducia, sed in extermis tan⁹ præsidis: & putabant se tutissimos fore, si tam potens ipsius Rex contigillet, quam Israel. Atque ita in alienis dicitur, & carum desiderio exultabant.

P R O P T E R E A , E C C E . Loquitur in præsenti, ut propius omnes attendant: En Dominus addeuit aquas violentias. Notandæ sunt metaphoræ, quibus vtitur Prophetæ, nam multò elegantior est ista oratio, quam si nuda & simplex foret: veluti si dixisset, Quia populus non est contentus sua forte, & appetit alienas opes, ego illi ostendam quid sit potenterem Regem habere. exempli gratia, Si exiguis aliquis populus obiceuro & ignobilis Regi parés vicinos potentes haberet, quibus præfueret Rex magni nominis, ac dicceret, Quantò generosius est flores illi Regi parere, ieruire Cesari, aut Regi Gallæ, quorum potentia inuicta est! nonne merito Deus talen⁹ cupiditatem vlciseatur? quo enim potenteri sunt Reges, eò gravius populum suum premunt, nihil non audēt, omnia pro libidine agunt. Nec enim nota est ei⁹ mensura potentie sua, in modo pro viribus crecit licentia. Dominus inianum illud desiderium in Iudeis reprehendit, quod sua conditione minimè contenti, in opere Regum potentium, potius quam in ipsum intenderent. Et multò plus gratiæ habet sub istis figuris hæc reprehensio, quam si simplicius loquutos esset. Siloe, vt tradit Hieronymus, exiguis tons erat, ex quo manabat fluuiolus leniter decurrens per medianum Ierusalem. Cùm in angusto illo fluui non esset molium præsidii, deo tibi diffidebant, & expetebant magnos illos fluuios, quibus & muniri vides, & magnopere ditari solent. Nihil enim est quod regionem magis augeat, ac citius locupletet, quam magni illi & naungables fluuii, quibus omnis generis merces facile importari & exportari possunt. Comparat igitur Euphratenum, qui fluuius est celeberrimus totius Orientis, cum Siloe, atque eandem metaphoram tequitur, sub rapidis illius fluuii aquis Assyrios.

2. Reg. 18. 13. 17. intelligens: qui tu tam Iudeam direpruri, & diluuii instar vastatur erant. Ostendam, inquit Dominus, quid sit rapidas & violentas illas aquas appetere.

A S C E N D E T) Diligerter obseruandus est hic locus. Est enim nobis omnibus quasi ingenita dissidentia: vt cùm videmus nos humanis præsidis destitutos, animum deipondeamus, quicquid Dominus promittat, nos ipsos nullo modo colligere possumus: sed fixos oculos habemus in nostram nuditatem, atque ita quasi attoniti iublidimus in metu nostro. ergo remedium nostro huic vitio quærendum est. Siloe igitur, hoc est, vocatio vel fons nobis diuinus attributa cum promissione, quânis res ipsa oculis nostris non pateat, sit nobis pro præsidio, eamque summa omnium Regum potentia præferamus. Nam si recumbimus in humana ope, & robur nostrum in magnis copiis & vi pecuniæ constituiimus, pena quam hic Prophetæ denuntiat, expectanda est. Hæc ita impleta esse testatur sacra historia, vt qui eam leget, longa expositione hunc loci non indigeat. Assyrii enim, quos Iudei in auxilium suum vocarant, ipsos perdiderunt. Hæc iusta dissidentia poena fuit: in qua illustre specimen habemus improbae hominum cupiditatis, qui Dei promissione & opere contenti esse non posunt. Ex tali ergo Iudeorum exitu, nobis ipsi consolamus. Est autem hæc ferè perpetua Ecclesiæ conditio, vt præsidis humanis destitutur: ne si nimium fuerimus instruti, cœcutiamus ad nostras opes & copias, Deique nostri obliviscamur. Hac nostra tenuitatem oblectari & contentos esse oportet, vt à Domino solo pendeamus. vt pluris nobis sint exiguae & lenes aquæ, quam ingentes & rapidi omnium Gentium fluuii, nec magna impiorum potentia iniudeamus. Atque huc pertinet quod Psal. 46 scriptum est, Riu⁹ fluminis exhibilabunt ciuitatē Dei, sacrarium tabernaculorum Altissimi, Deus est in medio eius: opem illi feret Deus ante auroram. Tumultuentur Gentes, motus concitent regna, & tellus dato fratre defluit: Dominus exercituum à nobis stat, &c. Si quis obiciat humana præsidia reiicienda non esse, responsio in promptu est: ea hic à Prophetæ non damnari, sed metum illum peruertere, quo in dissidentiam coniciuntur, atque ita trepidamus, vt nulla Dei promissio nos continueat intra iustas metas. Deo vero hic honos tribuendus erat, vt quanvis omnia deficerent, uno ipso contenti, simul ipsum præstò esse certi simus, tunc parum refert anadsint, vel absint externa præsidia. nam si adsint, iis vt liberum est: si absint, ex quo animo careamus, nobisque Deus sufficiat unus pro omnibus. per se enim

enim promissa sua exequi poterit, quando nulla ei externa administrula necessaria sunt. Tantum nos totos eius manu tutelaeque credamus. Verbum ἄρα, quod Transire interdum significat, hie tantundem valet ac Graecari, & excidere ad est, Non tantum auctus Iudeam, sed ita mundabit ut penitus demergat. Longè enim lateque per omnes partes vagabitur. Addit:

8 vsq; ad collum: quæ similitudo est ducta ab homine qui fluuium ingressus tunc pedentem mergit, donec aqua ad collum vique pettingat. Ita fluui illo rapido, id est Aflyno, inundabit Iudea, donec ad collum vique demergatur. Intelligit autem Ieroiolyman, quæ caput erat regionis, & supremum locum obtinebat, ad quam cum Assyrus pertuerit, Iudea haud longè aberat ab interitu.

LATITUDINEM terræ tuæ, ô Immanuel.) Id est, Quaque vetum. Continuat enim suam metaphoram Prophetam in suo vaticinio, & ostendit quām violentus futurus sit Assyrus, atque vim & impetum ipsius amplificat eadem similitudine: nempe rapidi fluui, qui ruptis obicibus ripas tuas egressus, longè lateque vagetur, & omnia vi tua diruat atque euerat. Pergit enim aduersus Iudeos concionari, ut duobus proximis versibus ceperat, nam cūm Israëlis & Syris exitium tuum nuntiasset, simul & Iudeis vicissim dissidentia tua peñas denuntias. Quid ut me illus intelligatur, contextus Ita: pulcherrimus a: que aptissimum animaduertri debet. Prussermonem suum alio deflexerat: quod Achaz eo indignus esset, Dabit vobis signum Dominus: quod superiore capite declaratum est. Simil ratione addidit conferuande Ieroiolyme pertubitas mutationes quæ Syriæ & Samaritæ cœntraria erant, hoc initio huius capituli, & mandato & visione confirmatum fuit. Nune ad Iudeos ipsos descendit, ne te impunè evaduros putent, nec levium effterant hostium exitio. Significat enim ipsi quoque repositam esse mercedem, & ipsos datus quoque peñas sue impiatis & perfidiæ, quod Dominum contempserint, nec voluerint eius promissis, signis, & beneficiis largè munificere oblati, & quiete cœre.

IMMANUEL.) Quæritur cur Prophetæ sermonem potius ad Christum converterit, quām simpliciter vocauerit Sanctam Dei terram, nec enim dubium est, quin nomine Immanuel, Christum intelligat. Hoc certe ad indignitatem magis exprimendam dictum videtur, si possit, nam cūm Iudea non modò esset cōsiderata Deo, sed in persona Mediatoris cūm haberet taloris sue præsidem, indignum erat eam ab impiis Regis vattari. Sed potius existimo hoc nomen additum esse à Prophetæ, ut aliquid speci reliquum ficeret bonis, eisque subleuaret in tanta calamitate. Vastata enim & crudeliter direpta regione, animos deipondere potuerint. Significat igitur, eam vastationem impeditio non fore, quominus prodeat Redemptor, cuius ante meminerat, ac fidixisset; Terra nihilominus erit tua, ô Immanuel: ea habiturus es secundum ac domicilum tuum. Hoc igitur additum est vice consolationis, vt intelligenter terram, quanvis direptam & vastatam, Dei magis quām hominum esse. Et apostrophe est emphatica, quia hoc modo implorat redemptoris hunc, ut modum imponat horrendis calamitatibus.

9 CONSOCIEMINT.) Verbum יְרָא sic à יְהֹוָה ducatur, significat conterere. Sed quia נַעֲרָה sociare significat, quidam hoc tensu accipere malunt: qui certè arguento & contextui Prophetæ aptior est. Nam quod alii vertunt, Concerite vos, aut regnum Iudeæ, aut Assyrios, videatur vel coactum esse vel remotum. Consilia autem & conatus decerbi, quibus se parabant ad extinguendam Dei Ecclesiam, patet ex eo quod statim addit Prophetæ, ac secundò repetit, Accingite vos, item, Inite consilium. Verbum ergo Sociandi his optimè respondet, nisi forte metaphorice verbum נַעֲרָה accipere libeat: in quam tentantium libenter inclino, ut tantundem valeat atque Coacerare, sic ut vulgo dicimus Entaffer. quoniam ea quæ conteruntur, violenter vrgeri & compiri necesse est. Significat igitur, non solum congregationem, sed etiam adglutinationem: ac si diceret, Denate vos, ac si esset istis spissa congeries. Atque hæc significatio concinnè, scuti vitum est, quadrat circumstantiæ huius loci, quod enim subiicit, eodem pertinet, Instruite, Accingite vos. Consurgit autem Prophetæ in fiduciam, postquam mentionem fecit Immanuelis, id est, Dei, qui suis adfuturus erat: similiusque spem nouam concipit aduersus hostes: quanvis voti compotes esse viderentur postquam regionem depopulati erant, tamen vietorem Dominum fore, iubique aduersus trucidium hostium teruaturum. Itaque animum ab intuitu illius eladis abducens, ad Christum conuertit: cuius contemplatione ita fœlere erigit, ut audeat aduersariis tanquam viator in ultore. Constituendus est Prophetæ velut in specula, vnde eladem populi, & Assyrios viatores atque insolenter exultantes conficiat. Christi vero nomine & conspectu recreatus, omnium malorum obliuiscatur, qualis nihil plus sit: omnique miseria liberatus, infurgat in hostes, quos Dominus erat statim perditurus. Idque diligenter obseruandum est: ut dum hodie aduersus ealidem tentationes nobis luctandum est in his afflictionibus quas sustinet Ecclesia, & quarum mole ferè obtutur, in Christum rectè intueamur, cuius conspectu poterimus aduersus Satanam & omnis generis hostes gloriari.

POPVL.) Cur verò Populos nominavit, cum solus Assyrus vastatus esset Iudeam? Respondeo, ex exercitu Assyrii ex variis populis conflatum fuisse. nam & Chaldaeos, & multos alios populos subegerat: id eoque variis nationibus ea Monarchia constabat. Potuit tamen Prophetæ spectare etiam ad Israëlitas, Syrios, atque Aegyptios, ceterosque omnes quotquot aduersus Ec-

clesiam Dei hostes extiterunt. Nec enim loquitur de vna Ecclesiæ plaga, sed de perpetuis certaminibus, quæ subinde electo populo sustinenda erant. Sed quod res melius intelligatur, coniungendus est proximus verius, ubi additur in fine, Quia Immanuel. hoc enim est fundamentum nostræ liberationis, quia nobiscum Deus. Contipent homines, machinantur, consilia ineant, decer-
Pren. 17. 30
niant, nihil efficere poterunt: quia nihil est consilii aduerteri Dominum. ab hoc igitur fundamento initium faciendum est, si modò confutare velimus. Sed videndum an omnibus licet eo nomine gloriantur, nam & impiu[m] iactant secum eum Deum, ei[us]que nomine infsoletere & superbere non du-
bitant. sed vana & inanis est eorum gloriatio. Magnanimitas autem piorum Dei verbo ntitur, ac ex vera fide manat: que si animis infederit, postfumus in omni s hostes insultare, s[ed] que etiam do-
Rom. 8. 31
cet Paulus, pios homines h[ab]e[nt] doctrina animans, Si Deus pro nobis, quis contranos? Prius igitur oportet nobiscum esse Deum, quod fieri non potest nisi amplectamur promissiones fidei. ea si ad-
dit, non frustra gloriantur. Quod vero tam longinquam nationem alloquitur, ad quam ista vox peruenient non poterat, ratio in promptu est, ut scilicet infidelibus nota esset efficacia Verbi: a scie-
rēt cohibendos eum Atlyrios cum suo apparatu, rameti longè abelevant. acri diceret, Vos quidem speiatis Deum: sed vos procul coercere, omnēnique furorem vestrum cōprimere facile poterit.

A C C I N G I T E V O S.) Non est superuacua repetitio, quia longè difficultus est iterum Dei auxilium sperare ubi semel liberati sumus, quām promotionem de vna sola liberatione amplecti. Deinde quantus nos primi hostium impetus non adeo terreat, ubi tamē obstinatos videmus in sua malitia, durities eorum nos debilitat: s[ed] que ipsi in dies experimur. Nam si periculum aliquod immineat, postfumus quidem opem a Domino expectare: s[ed] si iterum periclitemur, labacimus: tantāq[ue] est ingratiudine nostra, vt vix poteremus Deum nobis secundū adfore. Deficimus ergo si sepius periclitandum sit, nec cogitamus Deum beneficiando, & ope assidue ferenda nunquam fatigari. Huic igitur hominum fragilitati occurrere voluit Isaia, vi postquam semel atque iterum accincti hostes nos inualerint, inuicti stemos. Si superpetat aut fracti redintegrant vires, nōque la-
cessere non definit, ne frangantur. Deus enim & cras & perendie & quoties conspirarint, ipso dirimere ac delere poterit. Hinc etiam monemur nostra conditionis, vt nos temper ad nouos cō-
flictus iustinendos paremus: nec poteremus nos de functos, si semel obstitutus. Semper enim in officio suo pergit Satan, nob̄ siquicunq[ue] exitium parat: excitat suos, & noua cupiditate inflamat. Sed eti[us] sepius subcunda sint certamina, de victoria certi sumus. Ergo alacriter nobis pugnandum, & constanter in aie vertandum est.

I O C O N S U L T A T E consilium.) Postquam tractauit de hostium viribus, nunc ad consilio eorum deicendit: ac si diceret, Tametsi pollicant hostes non armistantū & robore, sed consilio & prudentia, nihil tamen effecturi sunt. Atque h[ec] monitio valde necessaria fuit. s[ed] epe enim accidit ut hostes quanuis potentes & armis instrutus contemnamus, quod consilio careant, & cæco potius impetu, quām ratione ducantur. Admonet igitur hostium vafritudinem omnēisque artes, quibus Dei populum circumuenire tentabunt, iuritas tandem fore: id ēque nihil effecturos etiam si nihil ipsis defit, omnib[us]que & copiis & consilis & astutis præpolleant. Addit, Loquimini verbum, quod, vt sensus effet clarior, reddidi,

D E C E R N I T E decretum.) Hoc verò ad audaciam pertinet, vel est clausula consultatio-
nis: nam ex deliberatione, decretum consequi solet. H[ec] omnia in fumum abitura esse pronuntiat. Itaque satis constat quid voluerit Propheta, & quem in vium hic locus accommodari debeat. Est enim veluti clypeus, quo omnes hostium terrores propulsare possumus: s[ed] copiis, opibus, potentia, gratia, autoritate seu prudencia, consilio, astutia, perspicacia & solertia, tandem audacia quoque preualeant. Sumus enim instructissimi & fortissimi, si Deus nobis sit. Proinde quicquid machinantur aut decernant aduertari, protinus euaneat. Rationem quam subiungit לְנַעֲמָן, prius iatis expostimus. Mihi verò dubium non est, quin alludat ad nomen, quod prius Christo imposuit. Tametsi enim significat Deum adesse suis, quia tamen nuda Dei maiestas ad nos erigen dos non iuficeret, Deum ipsum considerat in persona Mediatoris, in quo solo promisit se nobis ad futurum.

II Sic mihi loquutus est.) Hic Propheta pugnat aduersus aliud genus tentationis: nempe, aduersus infidelitatem populi. & quod id magis peripuum sit, notandum est duas suis preci-
puas tentationes: alteram externam, alteram intestinam. Externā erat ab hostibus professis, ve-
lūt ab Atlyriis: eunus cūm direptiones & truculentiam populus intuebatur, de factū esse existi-
mabat, quod omnia serè obruiisset. Altera erat intestina: quoniam facer illū populus, qui iusta-
bat se a Deo electum esse, in auxiliū hominum potius quām Deianimum rechinabat. erat autem h[ec] periculosisima tentatio. Videbatur enim populus illus sua infidelitate aditum præcludere promissis Dei, quæ quotidie offerebantur, & auribus eius assidue insonabant. Qualis verò poterat esse Propheta cogitatio in tanta anxietate, nisi peruerio huic populo, qui non esclabat mali-
gnè respueret Dei gratiam, instare propinquum interitum? Dominus ergo & Prophetam & disci-
pulos eius aduersus huiusmodi tentationem armatos esse voluit.

Q V A S I A P P R E H E N S I O N E M A N V S.) Elegans est hic metaphora, quam inter-
pretes

pretes mihi non videntur allequuti a' ludit autem ad patres aut magistros, qui cùm non satis efficiunt verbis, manu filii aut discipulis iniecta, eos sifunt, vt parere cogant. Ita Dominus ministros suos, qui interdum omnia abincere vellent, quòd existimat le operam tuam ludere, veluti manu iniecta retinet, vt pergaunt in officio tuo. Idque perquam nec clatum esse fatus intelligent, & recipia experientur quicunque fideliter Domino interuiuent. Nulla enim est grauior tentatio, quam cùm iij in quibus fides dilectio debetur, deficiuntur: denique, cùm fides à mundo videtur exulare. Est igitur valde necessaria hæc manus apprehensio, quia non modò sumus nimium flexibilis & leuitatis obnoxii, sed etiam naturaliter plus aquo ad malum propensi, quanvis nemo nos impellat. Quòd si accedit impetus conticitudinis, vix compotes nostri sumus. Certe singulis momentis sursum ac deorsum nos veriantur contingit, nisi valido Dei imperio retinent, constantie anchoram in solido figeremus. Vnusquisque nostrum se diligenter hac cogitatione exercitat, nam et si nobis hoc per suum sit, tamen cùm ad rem venientum est, excidimus hominemque potius quam Deum intuemur. Quo magis tediulò igitur in hanc doctrinā incumbere conuenit, regadūque Deus est, vt non solum verbo, sed etiam iniecta manu retinet, d'inde obseruandum est, q' am simus proclives ad pravam simulationem. Vbi enim mala exempla cevimus, illi e' magno impetu ferimur, & statuimus exemplum pro lego, quia dum alii præcunt, nobis idem licet arbitramur ac præfertim, vbi non præcedit unus tantum aut alter, sed contuetudo apud omnes inualuit: quia quod per se vitiosum esse constaret, specie o' publici contentus velo obtutus, inò omnes quasi violento turbine, in morem receptum rapiuntur, ac si in arbitrio populi esset itas corruptelas legis instar fancire. Neq' hoc fuit unius seculi vicium, sed hodie perquam aut magis etiam graffatur. Est enim hoc malum naturæ corruptione omnibus insitum, vt communis error pro lege habetur. Hinc omnes omnium seculorum superstitiones, & quæ hodie vigent in I'apatu: quarum si quis originem requirat, reperit non aliunde manasse, nisi quòd alii alios fecerunt in conditi' traxerunt errorem: atque ita temere denum omnes Satana laqueis fuerunt implicti, & adhuc communis homini' confusus earum fundamentum præcipuum est, hoc mucrone te defendant omnes: Non sumus, inquit, soli infiniti multitudine sequimur.

Decidit.) Primum considerandus est status populi illius, qualis tunc fuit: vid. bant enim lenon esse magnis copiis instructos, nec bello aduersus hostes adeò potentes sustinendo parer esse. Inhababant ergo externis auxilis, c'aque summopere expetabant, putabant enim te funditus interisse, nisi alii unde opem accererent. Atque in hunc tenorem accipio nomen Conspiratio'nis, quòd fœderatum auxilio sibi opus esse ducent. Conspiratio'nis enim nomen cùm medium sit, interdum & Hebreis tantundem valeat ac ligani' in bonam partem accipio. Alii verò in malâ parté accipiunt, En hostes tui, Rex Israel & Syriæ inter te conspirarunt. Sed potius alii assentior qui ad fœdus & societatem referunt, quam cum Assyri' inire cupiebant plerique incredui. Admonet ergo Dominus Isaiam, ne ad impiorum consilia resipiat, etiamsi certatim ad ea totus populus animos applicet. Quanquam adhuc duplex potest esse tensus: quia nonnulli diuini' le gunt, ac si secundo membro damnaret Propheta in genere prauos mores populi. Sed potius coniunctim legenda sunt duo hæc membra, Ne vos conturbet si quotidie de illicitis fœderibus inter se agitant vestri populares, neque assensum præbeat. Ceterum quanquam unus ex eorum numero fuit Propheta, quibus utilis fuit correctio, ne alios temere sequendo à fide deficerent: pluralis tamen numerus, Ne dicatis, ostendit pios omnes in eius persona fuisse eductos.

Et timorem.) Hinc patet ex quo fonte orianior erratica consilia quibussecum tumultuantur homines: nempe quia sic eorum tensus occupat formido, & violenter sine villa moderatione ferantur. Notatur omnium hic causa, cur Assyri' Iudei t'atopere cuperent adiungere socios, quòd scilicet ultra modum perterriti non sperarent te alter saluos esse posse, nec in opem Domini resipicere eos sinceret ex ea formido. hæc causa fuit fœderis tantopere expetendi. Eadem certè timoris causa, & pii & impii obiecta erat: sed non eodem modo omnes timebant. Pi' enim colligebant animos, quòd scilicet talum suum cura' esse Deo: atque armati promissione Dei animos erigebant, quoties meminerant nominis Imanuel. Impii verò terrore vi' & nihil aliud cogitabant, quam auxilia Assyriorum: in Deo nihil putabant esse opis, neque ad ipsum fecerunt recipiebant. Dominus certè non prohibet quo minus timeant pii: neque enim id effugere posunt: sed iubet eos vincere terrorem illum nimium, à quo impii absorbentur. Ne igitur eorum exemplo hue atque illuc circunspetemus, neve ad illicita auxilia querenda præcipites ruamus, danda in primis opera est ne pauc' nobis iudicium executiat. Vnum verò huius mali remedium est, si nos cohibemus Dei verbo, vnde certa animis tranquillitas. Atque illius populi statum cum nostro cōferentes, dicamus ad nomen Dei configere, quod nobis arcis invictæ futurum est. Ceterum haud Prophetæ soli loquuntur esse Dominum, iterum ex verbis pluralis numeri appetit, n' e' timeritis &c. Hinc etiam Petrus vniuersalem doctrinam collegit: admonens ne timore impiorum timeamus: sed omnem fiduciam locemus in Deum, oculò que in eum perpetuò defixos habeamus, vt firmi stemos, etiamsi cælum terræ miseri contingat. Si quando illa Petri monitio necessaria fuit, ca' nunc vel maximè opus est. Omnia enim sursum ac deorsum voluntari, & horribili-

perturbatione confundi cernimus. Ne ergo turberuntur, reuocat nos Dominus à conspectu hominum, vt in verbum ipsius intenti stabilem gradum figamus. Petrus quidem timorem illie passiuè accipit, cum Itaias actiùè accipiat, hortatur enim ad constantiam fideles, ne vacillent ad minas & terrem impiorum: Itaias vero trepidationem dannat, quæ stimulabat Iudeos ad captanda profana seadera. Sed quia non sicut hoc propositum Petro, vt explicaret hunc locum, aut etiam ex prefatis verbis citaret, modo tantum ad istam sententiam alludere voluit, in hac varietate nihil est absurdum.

I E H O V A M exercitum.) Diximus hanc esse immodicæ confectionis causam in periculis, quia in Deum oculos & mentes miseri homines non attollunt. Itaque nunc opportunum remedium adhibet Propheta mitigandis paucibus, vt suum Deo tribueret honorem discant qui fibi à malis impudentibus metuant. Nam Deum excrētuum sanctificare, tantundem valer, atque in sublimie attollere eius virtutem: vt meminerimus eum tenere mūdi gubernacula, & tam principia quām exitus bonorum & malorum esse in eius arbitrio. Vnde sequitur sua sanctitatem quodammodo (polari) Deum, ybi in rebus perplexis ad eum non rectè confugimus. Itaque in hac loquendi forma non parum subest ponderis: quia docemur non posse Deum maiore affici contumelia, quām dum iaccumbinus timori, ac si non emineat ipse supra omnes creature, vt rerum evenitus moderetur. Rurum ubi eius auxilio freti, viatrice fidei cōstantia pericula contemnimus, tunc verè ipsum ornari legitimō imperio. quia nisi persuasi sumus innumeratas rationes nobisque incognitas ad nos liberandos penes ipsum in promptu esse, fingimus quasi mortuum idolum. Merito etiam addit, Ut sic ipse Deus timor populi ac paucorū sciant iustum sibi ac debitam rependit mercédem tuorum scelerum & contemptus Dei, domi ita misericordia & anxie ad pericula trepidant. Et si enim timori adiungit paucorem, non vult tamen Iudeos cohorteere ad Dein nomen, vt fugere ab ipso cupiant: ac cùm simpliciter ab ipsis exigat reverentiam Dei, notandas perseverantias causa duplex ponit nomen. Liberos igitur & iolutos animi anxietate fore intelligit, si penitus eorum cordibus insidieat serius Dei timor, neque unquam euaneat. Et certè quisquis sponte se Deo addicet, & vnum ipsum proponit sibi timendum, vt hoc frātio se contineat, sentiet nullum eius praefidio tutiōni esse portum. quia verò proterua licetia eius iram prouocare non desinunt impii, afflictua inquietudine mentes eorum vexando, supinam illam fecuritatē optimè vlciscit.

14. Et erit in sanctuarium.) Promittit veris Dei cultoribus tranquillum animi statum, quia Dominus quasi sub aliis suis eos protegens, omnes eorum trepidationes faciliè pacabit. Alludit autem ad sanctificandi verbum quo nuper vobis fuerat: quia nomen שְׁמָךְ, quod nunc Sacratum, nunc Arcem significat, deducitur ab illa radice. Sensus est igitur, Deum nihil requirere, cuius non offerat mutuam compensationem, quia quisquis eum sanctificat, ipsum vicissim experietur certū salutis asylum. Et si autem in hac sanctificatione aliquid inter nos & Deum mutuum est, diuersata mens est ratio: ipsum enim sanctificamus, omnem eilaudem & gloriam tribuendo, dumque ab ipso proiussus pendemus. Ipse verò nos sanctificare dicitur, dum ab omnibus malis tuerit & conferuat. Porro cùm pauci ad modum penderintque a promissis eius, Propheta voluit pios aduersus eum modi tentationem in munitis esse, nam periculum erat, ne tam malis exemplis, quāli tepestate aliqui, ibriperentur. Hoe igitur voluit Propheta: Dominus erit vobis optimus & fidelissimus custos. Tameris in eum alii impingat, vos tamen ne terreamini: permanete constanter in vocatione vestra. Atque hic subestracia antithesis, nam sanctuarium est veluti arx in excelso loco posita, & propugnaculum defendendis ac tuendis priusimpiis verò obruendis ac perdendis, quoniam in ipsum temere impingunt. Videbimus autem clarissim paulò post, quomodo & hoc impletum fuerit partim sub Ezechia, partim exili Babylonicī tempore: & tamen simul adumbratus fuerit Christus, qui non instar arcis, sed offendiculi potius Israelitis futurus erat. Huius offendiculi prae monit Itaias, vt pī milionibus in eo acquiecentur.

D V A B V S **d**ominis.) Inscit ac perperam Iudei sententiam hanc discerpunt magis quām discindunt, nempe quod Israelitis Deus erit partim in sacrarium, partim in offendiculum: si per duas familias, pios ab ineredibus diserneret. Potius fideli bus precepit, quanvis tota ferè trius que regni multitudo illis obliquit quo minus Deum sequantur: ne tamen desponteant animos, sed omnibus valere iussis, nihilominus perfrumpant. Poterat simpliciter dicere Propheta, Erit in offendiculum Israel: sed plus exprimere voluit. totum enim populum comprehendit, cīque Deum in ruinam fore significat. Nam diuisus erat populus in duo regna, Ephraim scilicet & Iuda: propterea vtrunque expressit. Nonnulli quidem excipiantur: sed hic loquitur de vniuerso corpore. Infigis est hic locus, nec satis porest in memoriam reuocari, præfertim hoc tempore, quo vide mus statum religionis in toto orbe Christiano ferè collapsum. Multi iactant se Christianos, qui à Deo alienissimi sunt, & quibus Christus est lapis offendiculi. Papistæ insolenter & superbè eius nomine se effeuerunt, cum tamen superstitionibus totum eius cultum profanent, cūmque dedecore & probro afficiant. Eorum verò quibus purior Dei cultus restitutus est, paucissimi synereo affectu Euangelium Dei amplectuntur. Quocunque igitur oculos vertamus, grauissimæ tentationes se omni ex parte offerunt. Ideo semper haec utilissima admonitio succurrat, minimè noua esse

si plurimi ac fecerit omnes qui in Ecclesiæ domesticos esse iactant, impingant tamen in Deum. Constanter interea nobis, quamlibet pauci simus, in ipso permanentibz est.

I N C O L I S Ierusalēm.) Secunda amplificatio est, nam postea quād duorum regnorum mentionem fecit, p̄sum caput nominat. Tamecē enim vniueria regio corrupta erat, videbatur tamen Dominus illuc fidem suam retinere. Significat ergo, Deum in laqueum esse, non tantum vulgo quod in agris & oppidulis dispersum erat, sed optimatus ipsi, & iacerdotibus qui erant Ieroi lymæ in sacro, inquam, illo domo, ubi potissimum Deus memoriam nominis in eoli voluerat. Idque etiam à Davide testatum est: Architectos ipsos, quos Dominus constituerat, lapidem angularem & præcipuum reiecerit, quem locum Christus aduersus ludos citans, ad te pertinere ostē. *Psal. 116.23 Matt. 21.10*. Hoc quidem accedit Ita in tempore, sed Christi etiam magis. Impietas enim & protervia, pau latim incrementa cœpit, donec ad cumulum ventū est. Itaque & summi & infimi, qui semper Deo cōtumaciter obstiterant, tunc efficiāti in ipsum prouocarūt. Primum cumulus exitu simul ac cœlestis sunt enim prioris reiecti à Deo, cuius Filiū abnegarunt. Atque hinc colligitur æterna Christi diuinitas, cum Paulus ostendat cum esse Deum, de quo hic loquitur Prophetæ. Loquitur autem Rom. 9.33 non de nouitio Deo, sed de eo à quo ex lumen & terra creata sumus, & qui se Mōsi patet fecerat. idem Exod. 3.6 ergo Deus, à quo tempore Ecclesiæ gubernata est.

15 E T I M P I N G E N T M U L T I .) Pergit impensis coniminari, quemadmodum prius coepérat: & non impunè easuros pronunciat, qui cuncte in Deo acquiescere nollent. Talis autem est communatio: Cūm impigerint, deinde corrūt, tandem conterentur. Idque priori metaphore responderet, qua Deum lapidi comparauit, ad eam allusit Christus, virumque membrum comprehendens. Qui eccl̄derit super hunc lapidem, confringetur: ut per quem verò eccl̄derit, conteret eum. Quod deinceps sequitur, Irretinent & capientur: posteriori metaphoræ conuenit, qua Deum laqueo & tendiculae comparauit. Ne igitur impii te Deo fortiores aut astutiores fore putent: tandem enim ipsum & viribus & prudentia præualetere tentient, idque suo exitio, perdi igitur ipsos necesse erit. Aut enim protinus obterentur: aut ita irretinentur, ut nunquam te explicare queant. Reipicent etiam pios haec denunciatio, ne dubitent à consilio multitudinis te alienare, & crimen discessiōis fortiter contemnant. Non est autem hoc Dei proprium, sed, ut ita dicam, accidentale. Dei enim est homines ad te recipere, & firmum præbere fundamentum salutis. Quod etiam in Christo liceat culcentius perspicuum fuit, & adhuc perspicuitur. Ideo quod Petrus causam non esse admonet, vt cuncte impingant multi increduli, eur fidei nostræ cui sum impedianc eorum offendicula: quia integrum Christus lapis nobis est electus ac pretiosus.

16 L I G A contestationem.) Nunc Dominus sermonem suum ad Prophetam convertit, cūmque confirmat, dum bellandum est contra apostatas & rebelles, ut intrepide & cōstanter munus suum exequatur, quod valde necessarium fuit: magnam enim contumaciam in populo experiebatur Ierusalem: ita ut si præsentem statum tantummodo spectasset, nempe infidelitatem populi, vanosque & irratos labores, protinus deficere necesse fuerit. Ideo vocacionem ipsius confirmare & ob-signare voluit Dominus: non tantum ipsum cauīa, sed omnium qui doctrinæ ipsius parerent. Quod si admodum pauci adhuc erent verbis Prophetæ, tamen Dominus testatur doctrinam apud illos ob-signatam esse, nec propterea esse vel illi à docendi officio, vel his à fidei obedientia defistendum. Comparat autem doctrinam Verbiliteris ob-signatis: quæ à multis quidem contrectari & tei possunt, sed tamen à paucis leguntur atque intelliguntur: ab his taliæ, ad quos pertinent & missæ sunt. Ita verbum Domini percipitur à paucis, ab electis taliæ, tametsi omnibus communiter proponitur. Iis ergo ob-signatum est Verbum, qui nihil fructus ex eo percipiunt: atque ista ob-signatum est, ut Dominus ipsum suis per spiritum regnaret atque aperiat. Quidam verbum non deducunt à Ιησοῦ, ac vertunt Custodi, quod etsi ad summam rei non multum referat, rectius tamen esse quod lecutus sum, colligitur ex altero verbo Ob-signa. Solebant enim antiquitus filii perforare literas, ut deinde sigillum imprimerent. Utilissimam hanc doctrinam colligimus: nempe, doctores & ministros Verbi in officio suo constanter pergere oportere, quanvis omnes hemines deficere videantur, nec quicquam præter contumaciam & proteruiam præ se ferant. Referuabit enim Dominus sibi discipulos aliquos, apud quos legetur cum fructu eius literæ, tametsi alii oculandunt. Eadem metaphora vñetur Prophetæ, cūm dicit, Verbum simile est libro clauso: sed illuc impiorum tamē mentionem facit huc verò discipulorum, apud quos doctrina Verbi infra-clusa non est. Obiicit quipiam, An igitur Prophetæ, prætermisso populo, debuit se subducere & concludere cum discipulis, inter quos aliquis profectus erat? Respondeo, non esse hunc Prophetæ intentus: voluit enim Dominus Israhel publicè vociferari, & patet facere omnibus voluntatem suam. Sed quia surdis loquebatur, id, quæ minus animi habere poterat, quod nullum operæ premium extaret: deo Dominus ipsum animandum atque incitandum esse censuit, ut rebus etiam deploratis misericordia pergeret: discipuliisque suis, quantumuis paueis, contentus, fortior in dies magis magisque evaderet.

17 I T A Q V B E X P E C T A B O .) Particulam malui vertere Itaque: quoniam Prophetæ fæse colligit, postea quād accepit à Domino quam nuper vidimus consolationē: Cūm Dominus ve-

Ita discipulos habere apud quos ob-signata sit eius doctrina, ego ipsum expectabo: quanvis abscondi-
derit faciem suam à Iacob, id est, reiecerit ac reprobarit populum suum. Insignis locus, cuius me-
ditatione assidua nos plurimum animari decet. Tametsi enim vniuersus orbis deficere videatur,
tamen forti animo pergendum est, inquit quoniam Deus à populo suo faciem absconderit, & reieci-
tus si qui nomen eius profitebantur: pie tamen inuicta spe expectandus est. hoc vnicum nobis re-
medium relinquitur. Expectandi verbum, non parum habet pondus: ac si diceret, Ego tamen non
deflebam à Deo, perstabo in fide. Auger etiam, cùm addit, Præstolabor. Nam cùm ad scandalum
quilibet teat vacillare ac labacere fidem nostram, hoc tamen grauissimum concutitur dum videmus
nos socios destituti, & professos esse hostes qui audacter nomen Ecclesiæ obtundunt. Solent enim
scandala nos auertere à Deo, atque ita conturbare, ut veritatem Verbi in dubium reuocemus. Hæc
igitur consolatio valde necessaria est, siue calaniatibus prematur Ecclesia, siue perfidia multorum
diffidetur.

18 Ecce ego.) Hic non modò testatur Propheta, se patienter expectaturum, sed etiam fortis
studinis specimen edit, prodiens in medium cum discipulis quos Deo acquisierat, & qui reliqui ma-
nebant. Ac si diceret, Etiam si alii recedant, ego tamē me tibi in obsequium offero, & simul addu-
co quos mea opera mirabiliter seruare dignatus es. Proficitur ergo hic inuictam animi magnitudinem,
& testatur se permansurum in fide & obsequio Domini, tamen si omnes defecerint. Pueri,
pro servis & ministris accipitur, vulgari viu lingua Hebraicæ: quemadmodum etiam Latinæ. Lo-
quitur autem de discipulis, quorum prius mentionem fecerat. Vnde appetat, quid requiratur ab iis
qui inter veros Domini discipulos centeri volunt: nempe, ut vna cum Isaia se dociles & paratos ad
audiendum fore testentur, & simulatque Dominus loquutus erit, promptum obsequium prebeat.
Doctores autem secum discipulos adducere, non tantum præmittere debent, præire, inquam, de-
bent ipsi, & suo exemplo commonistrare viam, vt secundo capitulo est: alioqui nullam in docen-
do au. horita em habebunt. Apostolus ad Hebreos hunc locum Christo accommodat, atque ex
co mitionem profert, que nobis instar acerrimi stimuli esse debet: ut nos non tantum Isaiam, sed
Christum ipsum ducem & doctorem sequi reputantes eò alacrius properemus.

Quod dedit mihi.) Hinc ostendit Propheta cui fidem acceptam ferri oporteat: Deo scili-
et ac gratuitem eius electioni. Publicè enim docebat Isaia, nullum non monebat, omnes sine ex-
cepione ad Deum invitans: sed proficit solius doctrina apud eos quia Deo dati sunt. Datus au-
tem intelligit, quos arcano sui Spiritus instinctu intus trahet Deus, cùm frustra vulgi aures exte-
rñæ vocis sonitus verberat: hic & Christus electos, sibi à Patre datos affirmat. Ita videmus præ-
dictitudinem fidem non esse ab hominum arbitrio, sed ideo credere ex multis quodam, quemadmo-
dum inquit Lucas, quia præordinati erant. Quos autem præordinavit, eos etiam vocare solet: &
efficaciter in iis ob-signare testimonium adoptionis sua, ut obsequentes te & morigeros prebeat.
Talis igitur est donatio, de qua hic tractat Isaia. Hoc autem propriè Christo conuenit, cui pater
discipulos offert atque donat, quemadmodum & apud Ioannem dicitur: Nemo venit ad me, nisi
Pater traxerit illum. Vnde sequitur, ipsum quoque præsidem nobis constitui, qui nos ad finem v-
que sub tutela tua saluos præstet. Quamobrem ait, neminem ex iis, quos Pater dederit, peritus
rum.

In signa & prodigia) Quod nonnulli ad miracula referunt hunc locum, ineptum est.
Nam aliud omnino significat: nempe, piros omnes non odio tantum, sed horrorem etiam sic futuros
vt promonstris habentur, neque id exteris vel hostibus profectis, sed ipsi Iraeli. Quod nos etiam
hodie quoque experimur. Papista enim nos magis quam Turcas, aut Iudeos, aut etiam canes, aut
monstra exhorreunt. Quod esti valde indignum est, non est tamen cur tantopere miremur: quia
vaccinium hoc nunc quoque impleri necesse fuit. Idem a suis expertis est Isaia, ceteri que omnes
qui doctrinam eius sequuntur sunt. Nec verò solùm id in Papistis reprehendimus, sed in iis qui Ec-
clesiae intimi habentur: quod de Ecclesiæ salute, de honoris Dei, de vita æterna tantopere solliciti, nos ip-
pos cruciemus: & tot pericula, odia, iniurias, probra exilia, inopia, famem, nuditatem, mortem de-
nique ipsam subire non dubitemus. Hæc ipsis prodigia sunt: quia dum ceterum suam diligenter eu-
rant, summa illa bona gustare qui possem? Sed ne eorum ludibriis conturbemur, nos hac Propheta
exhortatione armari necesse est. Porro ut ostendat quam fruola sit: ac nugatoria impia turbæ
conspiratio, Deum exercitum opponens totius mundi superbia, magnifice insultat, ac si diceret,
nihil se morari quid detestabilis sit patrimoniis hominibus, quia Deum à parte sua stare nouit. Quod
etiam addit, ipsum habitare

In monte Sion.) Permutum his verbis inest ponderis: quanvis enim populus, omni sce-
lerum & flagitorum genere scateret, tamen se Deo sacrum esse iactabat: & promissionibus abu-
tens, veros Discipulos damnabat à quibus reprehendebatur. Contrà Prophetam, ut inanem hanc
illis confidentianis fastumque excuterent, profitebantur se veri & vinci Dei esse ministros, quem
falsi populus iactabat se colere in monte Sion. Neque enim domicilium illic sibi elegerat
Deus

Cap. 2.3
Hebr. 2.13

Iob. 17.6

Acto. 13.3

40.

Rom. 6.30

Ioh 6.44

Ibid. 10.20

Col 17.12

Deus, quasi loco affixus fictitiis ac degeneres cultus recipere: sed volebat queri & colligendum Verbi iuri regulam. Quare Deum qui habet ac in monte Sion sibi vendicans Iaia, hypocritas acciterit perstringit, quod fallaci iactantia sunt: è superbiantur, quoniam dicunt Tempium Domini. Idolum enim ponitus erat, quo extra Verbum gloriantur. Tametsi promulgationes aripiabantur, falso tamen eas in veros Dei seruos detinquebant, scilicet hodie in nos l'apostle facere solent. Deus igitur haec nota iniquitatem Prophetarum, ut laruum detrahant hypocritis, quibus inane Templi nomen contra manifestum Dei Verbum obincere solent erat. Qua ratione nunc Iaia, Pro monachis nos habet et libuerit, Deus tamen pro suis agnoscat: nec potestis a nobis abhorre, quoniam simul Deus Abraham & Davidis, cuius ministri sumus, detectemini.

19 ET cum dixerint.) Persequitur Iaia in fluutum sermonem, nempe ut Dei autoritate pii omnes non tantum quali clypeo, sed quasi muro alieno muniti perficere adiiciunt omnem impietatem. Admonet igitur ut fortiter resistant, si quis eos ad superstitionem & nefarios ritus tollet. Plurali autem numero vtur, ut vulgare omnium ordinum vitium fuisse significet, quodque paucim graflabatur, acsi diceret. Video quid futurum sit: magno in periculo veritatem; quia tentabunt vos populares veltri abducere a vero Deo, nam ut impiorum, ita vos in similes esse opere abunt. Inter ea quām celestē à Dei Lege & federe desidererint ostendit, quod sine verecundia pythones & diuinos obtudant, quorum execrabilē debebat esse nomen.

AN non populus?) Quidam uno contextu legunt in persona impiorum, quasi hoc prætextu abuteretur ad fallendos simplices, quia nulla Gens caret oraculis & revelationibus, sed unaquamque confutat deos suos, vel eorum loco magos & pythonicos spiritus. Rectius tamen, mea iudicio, sentiunt alii, quod respondsum suis discipulis suggerat Iaia, siad impios cultus folicitati contingat, nondum tamen de tentu liquet. Vulgo enim sic exponitur hic locus, acsi in more ad maius heret in eo comparatio: Quid cūm Gentes confutant deos suos, qui tamen falsi sunt, an non pluris erit Deus, quem verum esse scimus, qui se nobis tot testimonii patescunt? quātus pudor est, pluris a Gentibus fieri sua idola, quām a nobis Deum! Verū ego hoc de Iudeis ipsis interpres, qui populus etiā καὶ χριστοῦ vocantur, quod essent à Deo adoptati. Nec interest quod Propheta plurali nomine vtur, οὐκ: nam & διάκονος singulari sensu accipiatur. Et hie clypeus est, quo omnes superstitiones, quae nobis obrepunt, repellunt debet. Dum cogitant alii & dubitant, an expediatur cōfusare diuos: hoc statim in promptu sit, Vnum Deum consulendum esse. Allosit autem Propheta ad locum illum Deuteronomii: vbi Dominus vetus ne ad magos & astrolos sece conferret. Et ne Dei 18.10, hoc prætextu te excusarent, quod cuique Gēti erant sui artifices aut coniectores, iubinxit fore, n. 12.15. vt Propheta ipsos non deficiat, nec destituantur necessaria doctrina. Eos igitur à Verbo suo Dominus omnino pendere, & ex ipso solo discere quicquid cognitu vtile foret, ipsi que obsequentes esse voluit. Quod autem sequitur, A VI V I S A D M O R T V O S, fecit alii reddū. ηγε, vulgo int̄: prestatū Pro. & tunc sensus talis est, An pro viuorum negotiis cōsulentur mortui? Atqui cūm sensus ille coactus sit, aptius forte esset ita exponere: Dominus vult nobis magister esse, atque in eum finē constituit Prophetas, vt ex ipsis voluntate eius sciamus. Propheta enim os Domini est, nefas igitur est mortuos adire, qui ad minimē ordinatis sunt, nec enim Dominus voluit ad nos docendos vti opera mortuorum. Sed cūm proprius omnia expendo, malo accipere ηγε, pro Ab. nempe, A viuis ad mortuos, acsi diceret, Deum nobis vnum sufficere pro viuis & mortuis. Si ex lumen, terra & inferos perlustras, reperies vnum Deum nobis sufficere. Atque hie optimus mihi videtur sensus, & sua sponte fluit. Pios igitur instruit Propheta aduersus machinationes & insidias impiorū, quibus alioquin defectio[n]em induci possent, vt Deo vnico Magistro contenti sint: nec tam illi iniuria faciant, vt post habita cius doctrina, alios sibi magistros acercent: sed omnibus valere iussis, pendeant aīsola ipsius veritate: quod continuo pōst iterum repetit & confirmat.

20 A d legem & testimonium.) Variè quidem exponitur hic locus. Nonnulli enim hic iuris iurādū formā esse putant, acsi Propheta per Legem iuraret ipsos esse apostatas, atq; alios ad similē apostasiā incitatores. Sed ego aliter accipio, Nos scilicet, ad Legem & testimonium revocari. Nam & particula h̄ hic sententia aperte indicat. Coniungitur autem testimonium cum Legē, nō quasi res diversa sit, sed causa explicacionis: ad Legē, quae cōtinet testimonium, scilicet testificationē diuinę erga nos voluntatis. Deniq; accipidū est: testimonium nomen, epithetū loco, vt sciamus quē vnu nobis Lex affectat, quod scilicet Deus nos in ea patesciat, & declarat quals erga nos esse velit: quid à nobis re iurat, deniq; omnia cognita necessaria praeteribat. Prēclarū igitur est Legis encomiū, cūm doctrinā salutis, & bene beatęq; viuēdi normā continet. Vnde & meritò verat nos ab ea vel minimum deflectere: acsi diceret, Relinquit omnes superstitiones in quibus isti insaniuntur nō Deo solo minimē cōtēti, acerbitū sibi innumera signēta. Hoc etiam modoloquitur Christ⁹, Habet Moſe & Prophetas, ipsos audiat. Nā ctsi introducitur illuc Abrahā loquēs, tamē oraculū perpetuū est, quod ore Dei profertur. Iubemur ergo audire Legem & Prophetas, ne laboremus noua curioſitate, nec quicquid ex mortuis scire cupiamus. Eteni si Lex & Prophetā nō sufficeret, Domin⁹ alia adiumenta nō denegaret. Hic agnoscimus omnia quae Verbo addūtur, dānanda & reciſiēda esse. Dominus enī nos omnino à Verbo suo pēdere, cūsq; cācellis inclusa ēste intelligētiā nostrā voluit. Quare s̄ h.

Ierem.7.4.

Luc 16.29.

Eph. 6.17. aliis prebemus aures, cum magna eius iniuria licentiam ab eo negatam atripimus. Quicquid autem ex scisps proferent homines, nihil aliud erit quam corruptela Verbi. Necesse est igitur, si voluntum parere Deo, omnes alios magistros reiire. Admonet etiam, nos tunc deum aduersus impios cultus & superstitiones tutos fore, si in Lege Domini acquicicamus. nam quemadmodum Paulus vocat verbum Dei, Gladium Spiritus: ita eo Satan, omniumque eius commenta profligantur. Ad ipsum igitur confugendum erit, quoties nos adorinent hostes: vt eo instruti, stremue configlere & tandem ipsos profligare possumus.

Mat. 15.14. si non dixerint.) Non refero omnes huius loci expositiones: quia nimis longum faretur. deinde vera exppositio videtur mihi adeo firma, vt per se alias nullo negotio refutetur. Vulgo sic exponunt, impios de suis segmentis nugari, & suas fallacias venditare: quia nihil est in iis lucis, id est, carent intelligentia communis. Ego vero hac ratione animari ad constantiam fideles interpretor: quia si dissentiant impii a recta doctrina, nihil aliud quam exercitatem suam & tenebras prodent. Spernenda enim eorum velania est, ne quid obstatuli nobis afferat. quemadmodum & Christus admonet, tales fecerunt omittendos esse, ne quid nos moueat eorum cæcitas vel obstinatione. Cæci sum, inquit, & ecce vobis duces vos cum ipsis vltro perire vultis: Itaque iubet Prophetam tantum Verbo tribui authoritatem, vt audiemus totum mundum, si repugnet, fecerunt conteneantur. nam & Angelos ipsos, si idem iis accideret, authoritate Verbi cōdemnare possemus. Si *Gal. 1. 8. 9.* gelus est celo aliud prædicauerit, inquit Paulus, anathema sit. quātū ergo magis homines Deo aduersantes, intrepide damnabimus? Et emphatica est loeatio. Si non dixerint iuxta verbum hoc, quia cæcitatibus damnatur qui quis non exempli & sine controvèrsia sententiam hanc amplectitur, Non esse sapiendum nisi ex lege Dei.

21 ET TRANSIBIT.) Ne se publicis erroribus illaqueari sinant fideles, subiicit quām horribilis pena mancat impios vbi à Deo defecerint, studierintque alios ad eandem defecctionem adducere. Locus est aliquantum obsecratus: obscuritas vero ex eo manat, quod verba ipsa non satis expensa fuerunt. Est enim emphasis in verbo γένος, nam per transitum significat errorem, quo vagantur homines, quibus non datur quiescere, nec fixam viquam sedem habere. atque subaudendum est in verbo indefinito nomine, Transibunt Iudei. Per pronomen IN EA, Iudeam intelligit, quam Dominus omnibus aliis regionibus prætulerat: idque facile subauditur, etiam si Propheta non exprimat, ac si dicere. Promisi quidem regionem illam populi mei hereditatem perpetuam fore sed vagi & inquieti erunt: quemadmodum accidit iis qui sedibus expulsi, faméque & peste, & omni calamitatibus genere afflitti, sedem aliquam vbique & conditionem meliorem querunt, nusquam tamen reperiunt. Itaque opponuntur hęc dicta insigni beneficio Dei, quod toties à Mose comincemoratur: fore feliciter, vt statim sit illis domicilium in Iudea. nam hic palantes atque errabundos fore denuntiat, non in sua, sed in extera regione: vt quocunque venerint, infinita ipsos ærumna inuant adque exagent.

CVM ES VRIER INT.) Videtur Propheta subindicare Iudeorum conuersionem, ac si dicere. Tandem oppresi malis resipiscerent. Et certè hęc est medicina, qua Dominus plerunque curat morbum obstinationis. Si quis tamen, impiorum indignationem & fremitum sine pœnitēcia describi putet verbo Esuriendi, non tantum famem & siti, sed alias quoque ærumnas κακά comprendit. verbo irritandi significat quod vulgo dicimus, ils se despiceront. Incipient fibi dispicere, & detestari omnia præsidia, quibus antea confidebant. atque hoc resipiscientia initium est, nobis enim blandimur in felici statu: oppresi vero, omnia que circa nos sunt, detestamur. Ceterum si quis referre malit ad reprobos, hoc verbo notatur amarulentia que adeo ipsos non humiliat, vt potius acuat furem.

M A L E D I C E N T R E G I.) Per Regem, non nulli Deum intelligent, quo sensu Zophorias, Melchom, id est, Regem eorum accepit. Ego vero hic Regem & Deum distincte accipio. Impii enim exercitati primum sunt falsa idolorum fiducia: deinde constituant sibi præsidium in rebus terrenis. Cū Iudeis Rex esset, eius gloria & potentia superbiebant. & cū Iaias concinaretur, impii Regem aduersus ipsum instigabant: totum etiam populum commouebant, vt Regem velut aeternum sequeretur. Quia igitur partim idolis, partim Rege male gloriati fuerant, tot cladi bus affligendos esse denuntiat, vt cogantur & decostuos & Regem detestari. Atque hoc resipisciendi principium est, vt cum detestatione procul abigamus omnia impedimenta quæ nos à Deo abduccebant.

S U R S U M A S P I C I E T.) Trepidam mentis agitationem describit, qua vexantur miseri homines donec sursum constanter intendere didicerint. Est quidem hic, vt paulo ante attigi, aliquis profectus, cū ærumnis & castigationibus educti, abiecta & confusa quærendis remedii impediens operam. Sed vltro progrediendum est, vt scilicet defixi in uno Deo non circumspectemus in varias partes, neque instabiles volvemur. Quicquid sit, extrema quæque Iudeis minatur Iaias: quia magis erat præfacti, quam vtelei & moderata ferula Deus eorum perueciā subigeret. Posset tamē exponi in bonā partē, quod Iudei in cēlū tandem attollēt oculos sed tūc seorsum legēdus cœtū. verius qui sequitur, Cūmspectauerit ad terrā: actū sensus esset, Iudeos ad Deū cōuerū in-

quoniam in terra præsidis omnibus deſtituentur: nec quicquam præter horrendas calamitatem; quoenamque oculos flexerint, ſie offendet. Sunt autem hic alia trāllata, alia simplicia, nam per Caliginem & Tenebras, nihil aliud quam res aduersas, more Scripturæ, significar. Sed addit Impulſum, quo calamitas mirum in modum amplificatur. nam si is qui in tenebris eft impellatur, longe gravius offendit. Ita grauirumq[ue] aliam etiam grauiorem additum ir[um] significat, quod magis precepitentur, nihil aliud enim intelligit, quam iudicia Domini tam horrenda fore, & penas tam acerbas, ut etiam inuiti in celum cogantur ſuppicere.

C A P V T I X.

Non tamen obscuratio iuxta angustiam que ei accidit tempore quo primum leuiter attigerunt terram Zebulon & terram Nephtali: nec posterius, cum ag grauariunt per viam maris ultra Jordani, in Galilea Centium.

2 Populus ambulans in tenebris, vidit lucem magnam. Qui hababant in terra umbra mortis, lux affulgit super eos.

3 Multiplicando gentem non auxiliū letitiam, letatiſunt coram te secundum letitiam in meſſe, quemadmodum exultant diuidendo ſpolia.

4 Quoniam iugum eius onerosum, & virgam bimieri eius, ſceptrum exactoris eius confregisti, ſicut in die Madian.

5 Quoniam omne prælum bellantis fit cum strepitu & volutatione uestis in sanguine: erit hoc in combustionem, cibum ignis.

6 Quia puer natus eft nobis: filius datus eft nobis: & conſtitutus eft principatus ſuper humerum eius: vocabitur nomen eius, Admirabilis, Conſiliarius, Deus fortis, Pater ſeculi, Princeps pacis.

7 Multiplicationi principatus & paci non erit finis: ſuper ſolium David, & ſuper regnum eius, vi diſponit & ſtabilit ipsum in iudicio & iuſtitia, ab hoc tempore uisque in perpetuum. Zelus Iehouæ exercitium hanc rem faciet.

8 Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israel.

9 Et ſciens populus, omnes Ephraim, & incola Samaria, qui dicunt in ſuperbia & altitudine cordis:

10 Lateres ceſſerunt, & politis edificabimus: ſycomori ſucciſæ ſunt, & cedros ſufficiemus.

11 At qui roborabit Iehoua hostes Rezin contra ipsum: & inimicos eius coadunabit:

12 Syria à fronte, & Philistæi à tergo: deuorabitque Israel totu[m] ore. Nec in h[oc] toto auerſus erit furor eius, ſed manus eius adhuc extenta.

13 "At qui populus non eft reuersus ad percuſſorem ſuam: nec Iehouam exercitium vel quoniā quaſſerunt.

14 Abſcindet ergo Iehoua ab Israele caput & caudam, ranum & arundinem die uno.

15 Senex & uultu ſuſcipiens, hic eft caput: Propheta autem qui docet mendacium, hic eft cauda.

16 Nam gubernatores populi huius, ſunt ſeductores: & qui reguntur in eo, perditii.

17 Propterea ſuper adulſcentibus eius non gaudebit Dominus: & pupillorum eius & viduarum non miserebitur. Quoniam omnes ſunt hypocrite & ſcelerati, & omne os loquitur nequitiam. In hoc toto non erit auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta.

18 Quoniam ſuccenſa eft velut ignis, impietas: uepres & ſpinas deuorabit. Postea exarabit in condensaſylue: & eleuabitur fulmis aſcendentis.

19 Pra ira Iehoue exercituum obscurabitur terra, & fiet populus quasi cibus ignis.
Nemo fratri suo parcat.

20 Rapiet quisque ad dexteram, & esuriet: comedet ad sinistram, & non saturabitur: quisque carnem brachij sui devorabit:

21 Menasse Ephram, & Ephram Menasse: pariter ipsi contra Iudam. Nec in hoc totto auersus erit furor eius: sed manus eius adhuc extenta.

IN CAPUT IX.

NON TAMEN.) Incipit spe mitigationis solari miseros, ne ingenti malorum cogere ab eo beatui. Multi in contrariam prout sententiam verba hec trahunt: nepe ut sit comminatio, quæ grauorem Iudeis afflictionem denuntiat, quam cum à Tegla h Pelzer, aut à Salmanazare afflicta sunt. Prior grauecladem intulit, postea lögè grauorem, quia decem Tribus in captivitate abduxit, & delectu populi nomen. Grauissimam igitur omnium cladem hic nonnulli praediti putant: quia si cum utraque illarum conferatur, ambas supereret. Etsi autem hoc rei certe propositum non est, quia probabili colore non caret, tamen in diuersam sententiam potius inclino: etsi magis arrideat prior ille sensus. Prophetæ hypocritis delicias excutere volunt, ne putarent cladem hanc quæ exstans futura erat, instar procellæ mox transiit sicut priores, ita particula propriæ sumetur. Sed meo iudicio optimè conuenit, consolacionem esse, in qua incipit temperare quæ de horridis illis tenebris & impulsu dixerat: ac paenarum illarum acerbitatē mitigans, ad sperandum Dei gratiam erigit aesi dicere. Etiamen in atrocissima clade, quam sustinebunt Iudei, non erunt tales tenebre, quales cum terra Israel primùm à Teglah Peler: deinde aliquanto durius à Salmanazare afflicta est. Poterant enim alioqui fideles in tantis angustiis deficere, nisi contolatione aliqua corum animi eret. & si fuissent, ad eos igitur sermonem convertit Isaías, ne se perire existimarent. Plagas enim quibus plectentur, prioribus leniores fore significat, atque haec interpretatio quam genuina sit, paulò post ex contextu facile liquebit. Cur vero Prophetæ hanc cladem quæ longè atrocior erat, nitore & tolerabilem fore dicit? nam euentura erat Ieroiolyma, diruendum templum, abolenda sacrificia, quæ superioribus clades illata permanenterant. Haec igitur omnium fœtissima, & priores, eius respectu, leues videri possunt. Sed notandum est, huic etiam pri omisionem additam esse, cum in prioribus nulla esset. Haec autem sola & vinci tentationes, & plaga leviores reddi possunt. hoc folio, inquam, condimento mala nostra leniuntur: qui eo constituti sunt, omnes desperare necesse est. quod si Dominus nos eo confirmet, auxiliū ipsem afferens, nullum est tam grava malum, quod non leue existimemus. Hoc similitudine facilius reddi potest: Acciderit ut quis in riuelo exiguō submergatur, si præcepit in eum deciderit, cum tamen è medio mari, tabulam aliquam nauctus evadere & in portum deferri posset. Ita eriam leuissimæ clades nos obruerint, in quibus Dei gratia destitueruntur: cum è summâ clade, freti Dei verbo. cripsi & incolumes evadere possemus. Quod ad verba spestat, quidam vocem ἡγια adieciū sumpnū, quasi diceret Prophetæ. Non obscurabitur: sed relationum feminini generis quod paulò post sequitur, non patitur ad viros hoc referri. Recitus ergo aīi nomen substantivum esse docent: ideo ad verbum reddere placuit, Non erit Iudea obscuratio, secundum angustiam temporis, &c. Quod verbum ἡρη quidam exponit quasi populo in exiliū abducto exonerata esset terra, penitus alienum est à sensu Prophetæ, nec quadrat contextui: quia sequitur mox regionem maritimam secunda clade fuisse aggrauatam. Porro nondubium est quin verbum hoc ἡγια superiori respondeat. Quia ergo Teglah Pelzer non nisi parte exiguum regni afflixerat, clades per eum illata leuis dicitur fecundū respectu, quam inflixit Salmanazar. Viæ maris sunt mentio, quia Galilæa litora maris Mediterranei vicina erat: ab altera autem parte cincta traetu Jordanis. Vocatur autem Galilæa Gentium, non tantum quod propinquā esset Tyro & Sydoni, sed eriam quod illuc permulta Gentes Iudeis commixtae erant: quia ex quo regio illa à Solomone regi Hiram concessa fuerat, nunquam sic potuit pacari, quin partem eius aliquam occuparent Gentes.

2 POPVLVS sambulans in tenebris.) De rebus futuris loquitur in tempore præterito, vt populo quasi in rem presentem adducto liceat in excidio urbis, in captivitate sua, & quasi rerum omnium interitu, lucem Dei conspicere. Summa igitur est: in ipsis tenebris, in morte ipsa, bene nihilominus esse sperandum: Deo enim satis virtutis suppetere, vt populo suo, postquam interiisse videbatur, vitam restituat. Matthæus hunc locum citans, videtur ipsum in alienum sensum torquere. ait enim impletum esse hoc varicinium, cum Christus circa oram maritiman eō cionaretur. Verum si recte expendimus similitudinem, Matthæus recte & vero sensu hunc locum Christo accommodavit: iametsi vulgo interpres nostri non satis exacte ipsum enucleare

2 Reg. 15.

29.

3 Reg. 17.6.

1 Reg. 9.11.

Matt. 4.15.

16.

are videntur. Nam cùm simpliciter ad regnum Christi pertinere dicunt, rationem non exprimit: nec declarat quomodo huic loco id conueniat. Si igitur genuum hunc locum tenet usque velimus, repetendum memoria quod iam alibi dictum est, Prophetam, cùm de educendo à Babylone populo loquitur, non unam solùm à tamen spectare, sed & reliquias complecti, vique dum aduenit Christus, plenissimamque populo suo libertatem attulit. Nam redemptio Babylonica, veluti præludium fuit instauranda Ecclesiæ, non ut pauci quibusdam annis exaret, sed tantisper dum prodiret Mæsius: qui veram salutem, non corporibus tantum, sed animis quoque ipsis afferret. quem morem Itæ visitatum esse compenimus, cùm in ciuslæctione paulum modò tuerimus progreffi. Itaque Prophetæ de captivitate Babylonica loquutus, qua calamitate ingravida mani portendebat, eam leuorem fore demonstrat ea clade quam prius testimonia Itæ: quoniam Dominus hunc cladi modum & finem statuerat, videlicet septuaginta annorum: quibus exactis usq; Domini Jer. 25. 11. 12. ipisis assuluta erat. Hac ergo fiducia liberationis annos meū p[ro]stratos erigit, ne ultra modū at^{er} 29. 10. fierentur: atque ita Iudeos distinxit ab Ierachis, quibus tam propinquā iostauracionis ipes nō erat proposita. Et si enim gaudiū aliquem misericordie dederant Prophetæ electi reliquis, quia tamen redemptio Israels erat quasi accessio redemptoris Iuda, & inde pendebat, merito nunc Prophetæ noster nouam lucem oblatam esse prædicat, quia Deo statutum est populum tuum redimere. Ap[osto]le etiam & ser[mon]e Matth. huius lucis radios ad Galilæam & terram Zebulon extendit.

Comparatio exilii Babylonicum, tenebris & morti. nam qui conditib[us]t[ur], miser[ia] & calamitati mortuisque omnino similes erat: quemadmodum etiam ab Ezechiele vox eorū referatur. scilicet, Exurgent mortui è sepulchris. Talis igitur erat corum conditio, ac si nullus fulgor, Ezecl 37. 12. nullæ lucis templa illis affolgeret. Id tamen impedimento minime futurum ostendit, q[ua]ntum etiam luce fruantur, & pristinum libertatis statum recuperent. Libertatem vero illam non ad exiguum aliqd tempus, sed ad Christum vique extendi, vt iam dictum est. Atque ita Apolloni, Prophetarum testimonia & turpare, veniūque eorum finem & vitam demonstrare solent. Quemadmodum Paulus erat testimonium illud O[ste]r, Vocabo populum meum, cum qui non erat populus: idque Gentium vocationi accommodat, tame, si propriè dictum sit Iudeis & impleri ostendit, cùm Dominus Gentes in Ecclesiam cooptaret. Ita cùm populus in illo exilio veluti ipsu[er]t[ur], nihil differebit à Gentibus, cùm igitur in eadem vtrique essent conditione, non solum ad Iudeos, sed ad Gentes quoque testimonium hoc pertinere consentaneum est. Nec vero ad externam solum miseriam, sed eternam mortis caliginem, in qua demerita sunt animæ donec ad spiritualē lucem emergant, referri debet, nam certe obruti in tenebris iaceamus, donec Christus nobis per do[ctrinam] verbi affulget. Vnde etiam Paulus admonet: Surge qui dormis, & excitate à mortuis: & illuminabit te Christus. Itaque si initium liberationis ab exitu e Babylonie ad Christi vique aduentum, ex quo omnis libertas omnisque beneficiorum largitio pendet, protendamus, verum huius loci sensum erimus assequenti, qui non satis alioqui ab interpretibus explicatus est.

(MVLTPPLICASTI.) Hie locus aliquantum obscurus est, tum per se, tum propter varietatem interpretationum, videatur enim absurdè negari magnificatam esse lætitiam: quoniam statim deinde subiiciat. Letati sunt. Propterea Iudei particulam h[ab]ent non accipiunt negatiu[m], sed perinde ac si esset in ore & manu & aliquando sic accipitur in Scripturis, quanquam raro: id autem faciunt, quod h[ab]et Prophetæ dicta non possint arbitrio suo contexere. Nonnulli vero h[ab]ent referunt ad Sæ[n]nacherib, quod cùm ingens ei esset exercitus, non gaudii materiam, sed mortoris potius ipsi attulit. Alii vero de Ecclesia exponunt, & merito: sed in ratione aberrant. quoniam hoc dictum putant à Prophetâ, quod multis & varijs ærumnis obnoxii sint fideles, quandiu vitam degunt. Alii longius trahunt, quod conuersio Gentium qua augebitur Ecclesia, Iudeis & veteri Synagogæ non afferat lætitiam, sed ego nullam carum interpretationum probare possum. Itaque sic interpretor: quoniam modum initio capit[us] Prophetæ hoc redemptoris beneficium reliquis omnibus maius fore praefatus est, taneti non adeo magnificandum videretur, propter eorum paucitatem, qui redempti sunt: ita nunc eandem comparationem repeti, vel non longè diuerlam: quod sci[entia] illius fatura sit h[ab]et Dei gratia, quād dum olim populum suum multiplicauerat. *Hoc in speciem minime consentaneum videri poterat.* Siquis enim cōparet statum regni Iudaicæ ante ea, priuatae Babylonicae, cum eo qui redditum sequutus est, tunc certè quoniam adhuc intacta maneret in sua hereditate, magis floruisse videbitur. Tegues enim reliquias præ illa multitudine quæ abducta fuerat, reuerte[re] sint. Addo, quod neque gratis in suo habitabant, sed veluti precariō: & p[ro]dendum erat Persis v[er]etigal, neque villæ ferè pristinæ dignitatis speciem retinebant. Quis igitur splendidū illud regnum, quod in familia Davidis fuerat, h[ab]uit statu[n]o pretulisse? Attanet Prophetæ posteriorē h[ab]itu[m] licet multè inferior, in mō miserior videatur, florē illi & magnifico p[re]ferendum esse cōfet: & maiorem in eo docet lætitia fore, quād cùm omni opū & facultatū genere abūdet. Quod etiam testatus est Aggæus: maiorem posterioris templi gloria fore, quād prioris, quāvis Agg. 4. 10. in specie longè aliter videri posset. Perinde igitur est ac si diceret Isaías, non fuisse antea maiore[rum] lætitiam, tametsi maior esset populi multitudo: quāvis pauci numero simus & pusilli, tu tamē caluce

qua effulges, nos ita exhilarasti, ut nullum prioris status gaudium cum isto comparari queat. Nam ea redemptio veluti præludium eius erat, quæ in Christo demum exhibita est solidæ perfectæque salutis.

(C O R A M T E) Verum & solidum gaudium, non leue aut temporarium fore significat. Sepe enim letantur homines, sed fallaci & etiando gaudio, quod luctus & lachrymæ subsequuntur. Huius vero gaudi radices altius fixas fore afferunt, quam ut vnguam concidat aut labefactetur.

Huc quoque spectat: particula Coram te, qui nihil aliud pios exhilarat quam dum illis luet ierena Dei facies. Neque enim sicut profani homines cœca & vagæ letitia hue illuc raptantur, sed hæc il-

Ieh. 23.40 his vñica est pleni gaudi materia, aequum & cœre in paterno Dei sauro. Et forte alludere voluit Pro-

Dent. 12.7 pheta ad tenetiam illam quæ frequenter occurrit apud Moysen: Letaberis coram Domino Deo tuo.

18. Nam etsi illic Tabernaculi fit mentio, appositi tamen ad præsentem easam trânsfert locutio,

non sive profanum fideli populi gaudium, sed quia Deum agnoscet, & fidei oculis intuatur salu-

luis auctorem. Alij subtilius exponunt, letari in suis coram fidelis in suis conscientiis, quia in mun-

do auctoritatem & genitus eos manent. Hoc etsi virtus est, simplicior tamen sententes colliguntur

ex circumstantia loci, vero scilicet gaudi fruituros qui diuinitus redempti erunt fideles: quia clara

ro experimento edocti erunt, cum sibi esse Patrem, ut securè gloriari audeant, sub eius manu se

perpetuò fore taluos. notatur ergo, ut nuper dixi, perpetuitas. Similitudines quas subiicit, Messis

& Victoris, quibus letitia magnitudinem exaggerat, satis aperte sunt. Ceterum, hinc appetet

Ioan. 16.20 quid nobis afferat Christus nempe solidum & integrum gaudium, quod nobis excusi vel cripsi nullo modo potest, etiam si procellæ & tempestates vanae instingant, & omnis generis angustias pre-

mamur. Quanvis pusilli & tenues simus, nihilominus hilariter & late animo esse decet: quia ratio

gaudi nostri non est in numero, aut opibus, aut extorno splendore, sed in beatitudine spirituali,

quam nos per Christi verbum consequmimur, postea est.

(Q V I A I V G V M.) Cauiam gaudi a signat, quia ex dira & crudeli tyrannide erexit fide-

les, quasi à morte eritos sentient. Nam illustranda gratia Dei cauta, quam inqua & onerosa

fuerit seruitus qua gratiati & afflerti fuerant Iudei, in memoriam revocat: atque huc spectat ver-

borum congeries, lugem oncris, virga humeri, virga opprimantis vel exactoris. Nam quanvis ad

præsentem malorum tenetum nimium teneri sinus ac molles, simulacrum elapsi facile obrepit

oblitio. Ergo ne vilescat populo redemptio Dei gratia, reputare iubet Prophetæ quam acerba &

luctuola fuerit seruitus, quem sub graui iugo velut curvi gemebant, quem baculus affixus erat eo-

rum humeris, & tyrannico imperio premebantur, hinc letior & iucundior illis redemptio meritæ

esse debuit. Commendat turtius alia circumstantia gratiae huius præstatiæ, quod Deus aperte manu

suam exeruerit è celo. Ideo profert vetus exemplum & memorabile: quia enim Deus iam-

Iudic. 7.21 olim Madianitas sine hominum manu miro & incredibili modo profligauerat, ita nunc simile po-

tentia specimen fore conspicuum, Deum scilicet sine alio subfido populum suum à crudeli tyra-

nide eximere, quo tempore nemo ex miseria Iudeis datum tollere audebit. Notandum autem

est Deum sic in erendum opulari suis, ut ordinariis mediis virutis sed dum hoc videt obstat homi

nibus, ne manum eius quasi velatum conficiant, interdum per se & aperte miraculis operari, ne

quid virtutis sua conspicuum impedit vel obsecutur. Sic in hac Gedeonis victoria, ubi sine villa

Iudic. 7.16 hominum opera deleti sunt hostes, palam apparuit Dei brachium. Quid enim habebat Gedeon

præter strepitum lagenarum, quo vix mures abigi potuerint & exigua erat hominum manus con-

traingenit exercitum, pro armis inane terriculamen' um. Itaque huic redemptioni, populi fu-

turam comparat, in qua non minus nuda & illustris manus Dei palam resulgebbit. Nonnulli hunc

locum simpliciter exponunt de Lege: quæ non abs re iugum onei oīum dici possit, ac baculus hu-

meris incumbens sed non conuenit ea interpretatione: quoniam Prophetæ videtur ex abrupto lo-

qui, & violenter hic locus torqueret. Illa igitur moderatio, quam prius attigit, nra est: mem-
pe, Deum ubi populum suum e Babylone eduxit, illud redempti nisi beneficium usque ad Chri-

stum prosequutum esse Senatus iaque est, Fregisti illa onera, quibus iniuste & crudeliter popu-

lus tuus premebatur. Alij trahunt ad excidium Ierusalem sub Vespasiano: sed nihil habent ra-

tionis. Iudei ferè omnes ad Ezechiam referunt, cum sic Dominus vibam liberavit ab obsidione

35. Sennacherib, cuiusque exercitum deleuit. Sed exposicio illa quadrare non posset: quoniam Ezechias

tyrannice Iudeis non imperabat. Preterea, tunc Dominus populum è metu ac periculo, non è

feriunt te eripuit, unde apparet longius hoc vaticinium spectasse, veramque & consentaneam esse

huic loco interpretationem quam attulimus.

(Q V O N I A M O M N E P R AL U M.) Hic ferè conueniunt interpretes, Isiam voluisse oppone-

re victoriam, quam Deus datus erat populo, aliis victoriis. Alij enim vincunt edita hostium stra-

ge: hic vero Dominus sola sua manu vincet. Nam plenius exprimit quod dixit, Sicut in die Ma-

dian. Dominus ergo, inquit, multorum opera non vtetur: sed è celo sibi victoriam pariet. Vbi vero

Dominus per se agit, cum clarius vita & salutis nostræ authorè esse, sublatis omnibus integumentis,

agnoscimus. Quū autē sit antithesis, quā notatur dissimilitudo inter communē belladi rationē & mi-

raculum redemptoris, copula 1, in medio versu debet in adiutorium particulam resoluti: ac si dicere, communiter tumultuosa pugna hostes prosterit, sed Deum longè aliter acturum: quia velut igne cælitus demolito, & contortus repente fulminibus hostes Ecclesia delebit. Nisi forte magis placet eorum sententia, qui vno contextu exponunt, cunctos præstantes fore in tremore, & in combustionem ignis. Sed prior tenius melius quadrat, & verba etiam Prophetæ iustifigantur. hinc vero constat non iolum hic tractari de liberatione quam populus à Cyro coniectatus est ut in patriam rediret, sed ad Christi regnum hæc extendi oportere.

QVONIAM PVER.) Nunc à fine demonstrat Isaías quomodo hæc liberatio debeat reliquis Dei beneficis anteponiri, quia felicitas non modo populi ab exilio reducet Deus, sed Christum in regia sua tene collocabit, sub quo summa & eterna consuetudine felicitas. Ita admonet non temporalem fore Dei gratiam, dum complectitur totum medium tempus, quo cœtuata fuit Ecclesia vique ad Christi aduentum. Nec mirum est si mox à editu veteris populi transiit faciat Propheta ad plenam Ecclesiæ instauracionem, quæ multis postea seculis contingit: diximus enim supra cap. 7. Quia non aliter quām per Mediatorē nobis propitiatus est Deus, omnes promissiones in ipso fundatas esse. id ē quæ morem tritum esse Prophetis, quoties bona ipsæ erigere volūt fid. hū animos, hoc pignus vel hanc arthram statuere in medio. Huc accedit, quod redditus ab exilio Babylone initium fuit renovationis Ecclesiæ, quæ Christo demum exhibito impletæ est, unde in continua serie nihil est absurdum. Quamobr̄ recte docet Isaías, non esse harensum in praetenti beneficio, sed finem speciæ adumbrat, quæ referenda esse omnia. Hæc summa est felicitas, vos ē morte creptos esse, non ratiū ut vivatis in terra Canaan, sed perueniatis ad regnum Dei. Hinc monemur nō esse deuoranda beneficia, quæ à Deo percipimus, vt statim perceat eorum memoria: acd mientes ad Christum erigendas esse alio, qui & leuis fructus, & gaudium inane erit: quia ad gustandum patrem amonis dulcedinem nos nondeduecent, nisi in intenti nobis veniat grauita Dei elecciónis, quæ in Christo ianetur. denique non vult Propheta populum hunc detineri in gudio extenua & eaducat liberavis quam affecitus est, sed intendere in finem; nempe in conservationem Ecclesiæ: donec Christus redemptor vniuers omnium appareat. Is enim materia & plenitudo omnis gaudii nostri esse debet.

PVER.) Iudei torquent impudentes hunc locum: nam de Ezechia interpretantur, qui tan. enatus erat ante quin vaticinium hoc ederetur. Atqui loquitur ut de noua & inexplicata: in dō promissio est, quæ excitatur fideles ad ipsum rei futuræ, unde non dubie colligitur, puerum qui deinde nasciturus erat, proponi vocatur idem Dei Filius. Nā esti non ē filii Hebreis latè patere factores, id tamen valet ubi aliiquid additur. Quisque hominum filius est patris sui: vocantur filii eorum annorum, qui ceterum sunt filii iniquitatis, scelerati homines: filii benedictionis, qui sunt benedicti: collēm fertilem vocavit Iupras, ea Isaías Filium olei. Sed filius sine adiutorione, nō potest alius intelligi à Dei Filio. Et nūc επει τούτῳ Christo tribuitur, vt etiam has insigni nota cum dicerni à reliquo genere humano. Nec vidi dubium est, quin ad solenne illud oraculum reipexerit 2. Sam. 7. Isaías, quod per ora omnium volitabat. Ero ei in Patrem & ipse erit mihi in Filium: sicut & Pial. 2. 14. reperitur. Filius meus es tu: ego hodie genui te. Nisi enim res vulgo nota & celebris fuisset, Mef. 2. 7. siam fore Dei Filiū, incepit & absque sensu Filium simpliciter vocat̄ Isaías. Quare elegiū hoc à superiori vaticinio dependet: ex quo Apostolus Heb. 1. Christi præstā tam colligit supra omnes Angelos efferti. Ceterū quanvis in habitu pueri contemptibilis fuerit Christus, Filius tanè titulo ornari cius dignitas. Neque tamen insicior, quin Davidis quoque filius posuerit diceret ad Deum aptius refertur. Qui verò sequuntur titoli, multo minus Ezechiel quadrant. Nam cauillationes quibus hunc locum eludere tentant ludæi, mox abunde refellam. Certè calumniantur, res per se satis omnibus aperta est qui pacare & tranquillè de ea judicabant. Pondere etiā non caret quod addit. populo datum esse hunc filium: vt scirent ludæi suam & totius Ecclesiæ salutē in persona Christi inclusam esse. Atque hæc donatio unum est ex præcipuis fidei nostræ capitibus: quia parum nobis prodest natum esse Christum, nisi nostre quoque esset. Qualis porr̄ futurus sit hic puer, & quæ sit eius conditio, declarat in sequentibus.

PRINCIPATVS super humerum eius.) Allusio ad crucem Christi, quæ nonnullis aridet, planè frufula est. Gestauit crucem humerū Christus, in qua magnificum de mundi principiū triumphum egit: sed cum eadem ratione hic dicatur impostitus humeri principatus, quia videbimus cap. 22. postitam fuisse clauem domus David super humeros Eliakim, non est eur longè pertamus argutias. Quanquam mihi probatur obliqua antithesis inter principatum quem humeris sustinebit redemptor, & baculum humeri cuius nuper facta fuit mentio, quo tyranni premebant captiuum populum, nam & bene responderet, neque obnoxia est illis cauillis. Mefismam ergo diuersum fore ostendit Propheta ab ignavis regibus, qui negotiis & curis valere iuisis, ocio indulgent: quia par erit ferendo oneri. Ita prædicatur imperii maiestas & excellentia, quia propria virtute reuerentiam sibi acquireat Christus, neque supremis tantum digitis, sed pleno robore functionem suam obicit.

ET VOCABITVR NOMEN) Quanquam aetiuum est verbum, quia tamen indefinitè capitur, non dubitauit reddere in neutro genere. Tantundem enim valet, acsi plurali numero dixit. h. iii.

Supr. 7.14
2. Cor. 1.20

Infr. 65.20
Psal. 89. 23

Supr. 5.1.
2. Sam. 7.

14.

Psal. 2.7.

Hebr. 1.5.

Ioh. 19. 17.
18.

Infr. 22.23

fer, Vocabunt. Et nos Galli phrasin hanc imitamur: *on appellera.* Quod enim ad Deum referunt Iudæi, & legunt uno contex. u, Vocabit nomen eius Admirabilis, Cœlularius, Deus fortis, Pater querens, Princeps pacis, facile appetet studio vel potius libidine obsecrandæ Christi gloria ad fieri, nisi enim nimis cupidè cum sua Deitate spolbare cōtenderent, optimè fluenter contextus sicuti nostri reddunt. Deinde quorū opus fuit, Deum insigniri isti epithetis, si tātum hoc volebat Prophetæ, nomen ab eo inpositum fuisse Metis? Nam epitheta quibus ornari solet Deus, vel perpetuum sunt, vel accommodantur ad eauam presentem: quorum neutrum agnoscere licet. Deinde non erat hæ rectæ series, inter diversa elogia miserere medium Dei nomen: sed continuo post verbum *επιτημα*, de buerat ubi: ne, Vocabit Deus fortis, admirabilis, &c. Iam nomen *ψυχη* non video quomodo simpliciter quadrare Deo positi: quia ad consiliarios refertur, qui regibus, vel aliis adjunt. Si quis rixator pertinacius infistat Rabbinorum comitato, nihil aliud quam impudentiam suam proderit, nos quod planum est ac minimè coactum, sequamur.

A D M I R A B I L I S. Notandum est istostitulos non aduentios esse, sed ad rem præsentem accommodari. Docet enim Prophetæ qualem se Christus ostenturus sit erga fidèles. Nec verò de arcana eius essentia differit: sed commendat eius virtutes, quas fiduci experientia sentimus. Quod èd diligentius tenendum est, quia maior pars hominū, nuda eius appellatione cōtentus est, nec vim aut efficaciam considerat: quod tamen potissimum erat spectandum. Primo elogio mentes piorū ad rāram attentionem enigunt, ut aliquid excellentius à Christo expectent, quām cernatur in ordinario curiu operum Dei, ac diceret, in Christo recondito esse inestimabiles rerum mirabilem theatauros. Et certè redēptio per eum allata, mundi etiam creationem superat. Summa est, gratiā Dei, quæ in Christo exibenda est, præstare omnibus miraculis. Ratio tecūdī elogii est, quod instructus veniet Redemptor omnibus sapientiae numeris. Meminimus autem quod iam attigi, Prophetam non disputare hic de occulta Christi essentia, sed de virtute quam erga nos exerit. Cōsiderarium ergo minimè vocat, quod omnia Patris arcana nouerit: sed potius quod ex eius sinu pro-

Iob.1.18.

1. Cor.1.24.

30.

Eph 1.17.

Col.1.9.

Iob.15.14.15

diens impletat omnes partes summi & perfectissimi doctoris: sicuti nobis sapere fas non est, nisi ex ipsius Evangelio, ad cuius elogium hoc etiam pertinet. Eo enim perfecta Dei sapientia continetur, ut si pius ostendit Paulus: atque illic omnia ad salutem necessaria sic aperit Christus, & familariter declarat, ut discipulos non amplius veluti seruos, sed ut amicos compelleret.
D E U S F O R T I S. *καὶ* unum est ex nominibus Dei, duūtum tamen à fortitudine, ut interdum vice epitheti addatur. Sed hic proprium esse liquet, quod eo non cōtentus Iudas, adhuc epithetum Robustū addit *ναν*. Et certè nū Deus esset Christus, nefas esset in eo gloriari. scriptum est enim: Maledictus qui confidit in homine. Dei igitur maiestas in eo nobis occurrat oportet: ut rite in eo residat, quæ in creatura locari non potest absque sacrilegio. Eadem igitur ratione vocatur Deus fortis, qua prius Immanuel. Nam si in Christo carnem solū & naturam hominis repemamus, tum perueria erit nostra gloriatio & fruola, tum fultura spei caduca, vel nullius firmatatis, sed si Deum le, ac Deum fortē nobis præbet, tūtō iam acquiescere in eo licet. Robustū autem meritò vocat, quia nobis certamen est cum diabolo, morte, & peccato, hostibus nimium validis & robustis: à quibus statim vinceremur, nisi iniuncto Christi robore induiti. Hoc igitur elogio docemur, satis esse in Christo præsidii ad tuendam salutem nostram, ut nihil præter ipsum appetamus: est enim Deus, qui vult in nostra causa robustum ostendere. Atque hæ applicatio velut clavis huius loci & simillimum est: ut inter areanam Christi essentiam, & virtutem quæ nobis patet, distinguiam.

Supr.7.14

Eph.6.12.

Iob.5.24.

Rom.8.25.

P A T E R S E C U L I. Græcus interpres addidit *μέλλοντος*: & rectè, meo iudicio, interpretatus est: nam æternitatem designat, nisi quod melius quadrat perpetuum tempus, vel continua ætatum series, ne quis perperam hoc ad cælestem vitam, quæ adhuc abscondita est, restringat. Complectitur quidem eam Prophetæ, imò admonet venturum esse Christum, ut suis immortalitatem conseruat quia fideles etiam in hoc mundo transeunt à morte in vitam, seculum hoc ad æternum Ecclesiæ statum extendit. Nomen Patris pro authore capitur: quia Christus Ecclesiam suam per omnes etates propagat, & tam corpus quam singula membra immortaliitate donat. Vnde colligimus quam fluxa sit extra ipsum nostræ conditio. Nam ut longissimè pro communi hominum more vitam protrahamus, qualis tamen erit nostra diuturnitas? Conferenda verò mentes in beatam

4 ET dicitis) Non tantum singulos iam hortatur, vt laudem canant Deo & gratias agant, sed ut stimulent alios ad idem faciendum. Quemadmodum enim prius dixerat, ibunt populi multa, & dicent, Venite, ascendamus in montem Domini, mutuascilicet cohortatione sc̄le incitantes ad purum Dei cultum amplectendum: ita postquam singulos Deo gratos esse iūsūt, nunc etiam præscribit ut ad gratias agendas se se mutuo incitent. Dicimus autem significat non vni, sed omnibus, neque aliquo tempore, sed tota vita, lam quo modo rite celebretur Dei nomen breuiter definit, inuocare ipsum iubens ne alibi gloriemur. Vnde etiam Scriptura ſepe Inuocationis nomine, totum cultum οὐανδοχαῖρα designat, sic enim nos fiduciam nostram in Deo locatam esse ostendimus, quod etiam à nobis potissimum requirit. Hic similiter arbitror, vt totum Dei cultum comprehendat Prophetæ inuocationem cum laudibus coniungi.

NOTA facite) Tam præclarum huius liberationis opus fore significat, vt non in angulo aliquo latere, sed euangeliri per orbem uniuersum debeat. Volut quidem Iudei primū innotescere, sed deinde manare ad cunctos mortales. Atque haec exhortatio qua iuam gratitudinem testari sunt Iudei, veluti præludium fuit Euangelicæ prædicationis, quæ deinde sequuta est suo ordine. Nam sicuti apud Medos & Perfas aliaſque vicinas gentes celebrarunt Iudei gratiā sibi praeficiā, ita exhibito Christo præcones esse oportuit, qui Dei nomen per omnes mundi plagas buccinarent. Hinc apparet qualis vigore debeat affectus in omnibus piis: nempe vt Dei bonitas omnibus palam fiat, quod omnes ad eundem Dei cultum accedant. Tunc verò potissimum nos hoc studio accendi oportet, postquam è graui aliquo periculo, maximè verò à tyrannide diaboli & morte æterna liberati sumus.

5 PESALITE Ichou.) Pergit in sua exhortatione, ostendens ex quo affectu haec gratiarum actio proficiet debeat. Docet enim hoc officii nostri, vt ubique gentium bonitatem Dei publicemus. Nec verò hortandi & præmittendi sunt alii, vt interim desideramus otiosi, sed exemplo prætere alios conuenitis: quia nihil magis præpostorum est, quām ignavos & desides cerni qui ad Deum laudandum reliquos animant. Porro Deum magnificè egit, prædicans, significat ampliamente materiam canendi. Nec enim de nihilo laudes suas celebrari vult Dominus: sed argumentum amplissimum atque uberrimum præbet, cūm populum liberat è durissima servitute. Diximus autem hoc canticum non restringi ad breue tenitus, sed potius ad totum Christi regnum extendi. Itaque opus hoc verè magnificum est, Quod Deus Filium suum misit, quo nos sibi reconciliaret, ac destrueret imperium mortis & Diaboli. Si igitur opus liberationis nostri reputamus vt decet, amplissimam laudandum Dei materiam habebimus. Ultimo membro, vbi hoc dicit vulgatum est, attingit vocacionem Gē:ium, & confirmat quod iam dictum est, tale opus esse, quod in angulo latere non debeat, sed ubique publicari.

6 IVBLA) Rursum hortatur pios, vt in Domino gaudeant, simul admonens quale sit verum gaudiū, & in quo fundatū sit, nec enim nobis alia est beatitudo, quām habere Deum residentem in medio nostrinam alioqui misera & infelix est vita nostra, tandem si aliis bonis, opibꝫque omnis generis affluamus. Nam si cor nostrū adhæret thesauro nostro, sensus ōes nostros ad se rapi-

Mat. 6.21

piet hæc felicitas. s A N C T U M vocat, ut sciamus qualem nobis præstare velit, dum habitat nobis-
cum: nempe ut non solum maiestas eius reverentiam sibi conciliet, quia simul nos obrueret terro-
re, sed ut nos peculiari cura dignetur, quanquam à reliquo mundo separatos. Sanctum enim ab ef-
ficiat: qui vocat: quia nos ad se colligens & falso præstans tua gratia, quasi in peculium sibi sanctificat.
Quare si nobiscum est Deus, perfundet nos inestimabili gaudio fensus eius præsentia. Vnde se-
quitur, eo absente miserori & tristitia nos manere addictos. Ac libilandis Canedique vei bis signi-
ficat, cum Deus suam potentiam attollit in medio nostri, non vulgaris gaudii offerri nobis cauiam.
Exterium incolas Sion nominatim cœpells, non omnem tamen boni capaces esse admonet: simili-
que tacite hortatur ad unitatem fidei colendam, ut coniuncti Ecclesiæ beato hoc gaudio perfruamur.

C A P U T X I I I .

1  Nus Babylonis, quod vidit Isaías, filius Amoz.

2 Super montem excelsian leuate signum: attollite vocem ad eos: a-
gitate manum, ut ingrediantur portas munificorum.

3  Ego precepis sanctificatis meis: adeoque vocavi fortis meos ad i-
ram meam, letantes gloria mea.

4 Vox multitudinis in montibus instar populi multi. Vox sonitus regnum gentium
congregatarum: Iehouæ exercituum recenset exercitum bellum.

5 Venerentes è terra longinqua, ab extremo celorum, Iehouæ & vasa furoris eius, ad
vastandam viuicam terram.

6 Vlilate: quoniam propinquus est dies Iehouæ: quasi vestitas" à robusto veniet.

7 Propterea omnes manus dissoluentur: & omne cor hominis liquefacit.

"vel iustas
torc.

8 Et terrebuntur: angustie & dolores apprehendent: instar parturientis dolebunt: quis-
que ad proximum suum obstupefecit: facies flammarum, facies eorum.

9 Ecce dies Iehouæ veniet scuus: & indignatio, & astus iræ, ut redigat terram in
solitudinem, & sceleratos eius delat ex ea.

10 Itaque stellæ celorum & sydera non expandent lumen suum: obtenebratus erit Sol
in egressu suo, & Luna non emitet fulgorem suum.

11 Et visitabo super orbem malitiam, & super impios iniquitatem eorum: & ceſſare fa-
ciam arrogantiæ superborum, & altitudinem tyramorum deūciam.

12 Preziosorem reddam mortalem auro puro: & hominem maius aurum ex Ophir.

13 Propterea concutiam celos, & mouebitur terra loco suo, in indignatione Iehouæ ex-
ercituum, & in die astus iræ eius.

14 Eritque quasi danula impulsa, & onus quam nemo colligit: quisque ad populum suum
respiquet, & quisque ad terram suam confugiet.

15 Quisquis deprehensus fuerit, confodietur: & omnis aggregatus cadet in gladio.

16 Paruali eorum alliduntur coram ipsis, diripientur domus ipsorum, & uxores eorum
violabuntur.

17 Ecce, ego contra vos suscito Medos, qui de argento non cogitabunt, nec aurum ipsum
appetent.

18 Et arcubus pucros allidet, fructus vetricis non miserebuntur, nec parcer filiis oculis eorum.

19 Et erit Babel, decor regnum & ornamentum splendoris Chaldeorum, instar subuer-
soris Dei in Sodoma & Gomorrah.

20 Nunquam amplius sedebit, neque habitabit in generationem & generationem: neque
figet illic tabernaculum Arabs, neque pastores illic accubare facient gregem.

21 Sed ibi cubabunt Zuum, & domus eorum implebunt Ohim: illic habitabunt filii Stru-
thionis, & illic Satyri saltabunt.

22 Et clamabunt Iudei in magnificis ædibus eorum, & dracones in palatiis voluptuosis: ac tempus quidem eius prope est, neque protrialentur dies eius.

IN CAP V T X I I I.

 NVS BABYLONIS.) Hinc vix ad vigesimum quartum caput, Prophetæ vaticinatur quam dira & horrenda clades Geribus & regionibus imminentia: que Iudeis vel propriæ viciniam, vel propriæ coniencia & federa notiores erant: id que facit non sine granibus de causis. Dum enim accident variæ mutationes, alii Deum ludere in ictibus humanis, alii ex eo fortunæ impetu omnia versari existimat, ut si sit testatur profanæ historiæ: pauor admodum hac Dei consilio statui regi que intelligunt. Nihil enim difficultius perluadetur hominibus, quam Dei prouidentia mundum hunc gubernari. Multi quidem verbis hoc fatentur, sed paucissimi id animo verè infixi habent. Conturbamus vel ad minimam mutationem, atque horre cimis: inquirimus causas, ac si ab hominum arbitrio id penderet. Quid igitur siet vbi vniuersitas concutitur orbis, si que variæ in locis rerum facies invertitur, ut omnia videantur ruitura? Promde utilissimum fuit, Itam & alios Prophetas concionari de eiusmodi cladibus, ut omnes non nisi areano & mirabilis Dei consilio eas accidere intelligeret. Nam si nullum de his vaticinium edidissent, tanta rerum permixtio animos piorum turbare & labefactare poterat: sed cum longè ante aenam id futurum, in ipso eventu speculum diuinæ prouidentiæ habeant. Capta enim Babylone, quod ex ore Prophetæ pridem dicerat, non frustra nec temere fusile prædictum vias ipsæ & experientia docuit. Sed fuit & alia causa, cur Dominus Babylonis & aliorū excidiū prædicti iuberet. Nec enim Babylonis aliusque populus haec vaticinia profuerunt, nec ad eos haec scripta peruenierunt: sed hoc solito lenire voluit pitorum tristitiam, ne deficerent animis, ac si deterior esset sua conditio quam Gentium: quod meritò in mentem venire poterat, si alios vidissent impunè effugere Dei manū. Nā si integra stetisset Monarchia Babylonis, non modò existimarent Iudei frustra se Deum coluisse, & inane esse eius fœdus quod cum Abraham percussilat, cum exteris & impio melius esset quam electo populo: sed obrepere poterat peior iupicio, fauere Deum ipsum scleratis latromibus, qui rapinis & editionibus dediti ius & fas omne ipernebant, certè statim cogitassent aut Deum negligere tuos, aut subuenire illis non posse, aut ex eo fortune impetu omnia versari. Ne ergo deficiant animis ac frangantur, huius vaticiniū contolatione occurrit Propheta, Babylonios quoque penas datus ostendens. Adhuc eos admontuit comparatio, quam grauis ipsos manaret vindicta, quam scientes & volentes sibi accrescuerant. Nam si incredulis & profanis Gentibus, quæ in tenebris errauerant, tam grauiter minatur Deus, quanto rigidior futura est eius leueritas erga rebellem populum, qui data opera pecca-

Luc 12.47. Scrutus enim scient voluntatem domini sui, & non faciens, meritò durius vapular. Deus ergo ex eis denuntians tam atrocis penas, Iudeis, qui in Lege educati fuerant, tamquam in speculo propoerit quid essent meriti. Præcipius tamē Iudei scopus erit in his vaticiniis, Iudei se ostendere quam chara Deo & pretiosa esset eorum salus, cum viderent causam suam ab eo suscipi, & vindicari illatas sibi iniurias. Primo autem loeo, de futura vaſtatione & exedio regni Iudei & Israelitei
1 Pet. 4.17. loquitur est: quia necesse est iudicium incipere a domo Dei. Peculiarum enim solitudinem de suis gerit Dominus, eorumque imprimis ratione habet. Proinde quoties haec vaticinia legimus, discamus ea in vium nostrum accommodare. Dominus quidem hodie non prædictit in specie quæcunque Regnis & populis eventura sunt: nec tamen eam, quam suscepit mundi administratione, resignavit. Quoties ergo urbium excidia, Gentium ærumnas, & Regnorum conversiones cōspicimus, veniant illa nobis in mentem ut humilhemur sub Dei flagellis, discamus alieno malo sapere, tristitiaque nostræ mitigationem petamus.

ONVS.) De vocabulo Oneris, quod frequenter occurrit, sic breuiter habendum est: Ex militare fusile Dei Prophetis, quoties aliquid aduersum denuntiare solebant: ut sciret populus nihil accidere aduersi, quod non Dominus ipse, velut onus hominum humeris imponeret. Quia autem improbitas & peruvicacia populi cogebat Prophetas assidue de flagellis Dei concionari, hinc factum est, ut vulgari dictorio Prophetas omnes notarent Oneris appellationem: quemadmodum ex Ieremias constat, cap. 23, vbi Dominus grauiter excandescit, quod hoc Iudei brio non infame tantum, sed odiosum quoque Verbum iuum redderent. Porro haec vox piis indicat, clades omnes atque ærumnas intungi à Domino, ut quisque peccati sui penam sustineat. Ac disertè exprimit visione celesti sibi fusile testatum quod dicitur est, ut haec authoritas præualeret contra omnes carnis ientis. Erat enim creditu difficile, tam florentem Monarchiam, tantisque opibus instruam posse villo modo everti. Ergo cum oculos perstringeret tantæ potentiae intuitus, inde eos Prophetæ ad fidem celestis oraculi reuocat, ut Dei iudicium, quod comprehendere non poterant proprio iudicio, fide expectent.

SUPER MONTEM.) In Montis nomine est metaphora: quia de Babylone sermo est, quæ sciensus in planitus fusile sitam, sed tummi imperii respectu, quasi sare quæ eminet supra cūtas gōtes, eam in sublimi statuit, nisi forte magis placeat nomine Mōris indefinitely accepere ac si diceret, Signo dato

dare fore magnū concursum ex terris procul remotis, quia longe Irre que **conspicuum** onines ad te rapit, & ecce hie teas simili probabil or vide etiam; sed voluntate loco retine quod cōmūniter recepū erat. Ridiculum tamē videri potte, sp̄ ecce hic creatus istam p̄fibris biceps in p̄era Propheta, nesciens instruētus à Deo, eumq̄a in morte emunus. Hic enim homo p̄ la tis imperit Med & Persis connotat excentis, vexationi erit iubet, clauso eumq̄ ad p̄iam in Erit ḡne hie consideranda Dei misericordia, cuius nomine loquitur abutur q̄ eam vis & efficacia, quae cōm̄per Verbo cōmutata est. Atque apud Prophetas paucim oec̄ tristis ita loquendis, et q̄d q̄d in re patientiis, bislquevit, nihil Deū immutari per ieritos tuos, quā fratim pata ali exēct. io Pos- terat certe Ita as̄ similes & nudis vestibus denuntiante, Veneri Perī & Medi, & pronuntiante in portas Babylonis, quamlibet egregie munera sit. Sed multo plus vehementia h̄ibet exclamaciones iste, & binō modo Fecialis peritonāndi, & bellū inditudo p̄stū minō impe romandat ut alii & Peitē non iecus ac condūcūtūt mūtis conuentant. Ne p̄emittant um doceat ead Dei iutūtū p̄stū adfōrde, quia areano etos instinctu mō, carniacūq̄ p̄iac ad ch̄dem Babylonis testand. in diuinitus mūtis est, effectum in rem redēbūt vocē tue vendicat. Sūt māct, vbi D̄s locū us est de eventu, non est ambigendum. Notare rēdigatur est, q̄ od itip̄ ersis nominib̄ defini- gna. Peritas ac Medos quā magis emphatica cōstituta denuntiant, vbi anguam d̄gi oī demonstratiūt cū dicimus, Hic & iste at p̄ hoc valēt ad certū dīcēt. Propletā, cū res deo remoras tanquam p̄tēcates offendit. Cundict, Agita & manūt, & ingrediētūt intellegit similitate Dei in iudicio tete accēgente Perī & Medi, plena & faciliūtis viam tue per eam ad ob- stacula. Q̄ anquā autem Hebrei, וְזֶה הָאֵת, Liberales & Mōnūcos vocant Principes, vnde etiam illud Christif̄d etiā apud Lucā, וְזֶה הָאֵת, r̄suvidet ut tanq̄ Propheta notare pos- tēt plenōrem, qua Babylonī gloriantur. Erant enim p̄tēis instrūti copis & bellico ap- piratūt, et credibile non est, eos vñ juam expugnari possit. At Prophēta nihil lobilla utrum denun- tiat, quoniam vñ & ad tūs hostis à Deo patet.

LITERATURE.

3 EGO PRAECEPI Hic Propheta Dominum loquenterem iussa pecunia declarantem introducit. Sanctificans vocat Medos & Persas, id est preparatos a te. Verbi nomine Θρανητον iuntur: quia aliquando referuntur ad Spiritum regenerationis, quod electis Deo pecula, et ceteris Interdum vero Aptare, teu Preparare significatur que hinc significatio melius hunc loco conuenit. Quia igitur que vero erat Dominus eos simili ad eum vium destinat. Nec enim temere pronunti homines in terram, ut quocunque libuerint esse confiterantur omnes arcano consilii ostendere gubernari, atque reproborum imperio regere moderatur: ut quocunque eis evolvent ipsos impellat, si querentur, ac cohibeat, cum ei a vita eum est Itaque Sanctificatos vocat, leprositos ac paratos ad operam sibi praestandam: tamen si hoc ipsi minimè proposui sit. Vnde & occidito Dei in diego advenire doceatur turbulenlos omnes mortuos, & mira confortatio afficitur: quia tam si omnia inclinatur impiorum, nihil tamen efficiet quam quod Dominus decreuerit. Quod addit continuo post, te Vocasse, plus est quam Praecipere quod primo loco poterat. Significat enim ipsos non tantum Dein iusti, sed etiam expressa voce exorta, cum ira: aesi aliquem ad me vocare, qui statim tequeretur. Babylonum igitur a Medis & Persis destrutum in denuntiat: non fecus acti Deo vocanti morem gerent. Nam eis ideo impietas sua ambito, superbia & crudelitas ad pugnandum, Deus tamen nescientes ad eum perendum suum iudicium direxit.

4 VOX MVL TITVDINIS) Subiicit magis viuam hypotyposin, id est, lescriptionem, quam rem velut in oculos proponat. Nec enim latius est Prophetis loqui, nisi etiam res ipsas aperte de-
pingant. Verbi enim simpliciter ac vulgari more enunciata non ita affectivit, neque ammos percel-
lunt ut iste figura, quibus viua rerum imago effingitur. ac si dicere, Nunc quidem loquentur ho-
minem auditus; tamen ore ve ob tanquam huius vocis efficiaciam fore, ut ciuius sono concuerint gentes, tu-
multuentur populi, magis a per frequentia persistant ac fieri eunt ad exitium Babyloniae inferen-
dum. Hoc igitur preconitum, etiam me mortuo ita vigebit, ac si iam quod volvis nunquam ce-
reneret. Promide hic in re quae sit Verbi efficiacia perpicim⁹, cui omnes creatura & celestes & ter-
rene parent. Et quod nos magis in haec doctrina confirmari decet, quod nihil non evenierit eorum
que multis a te fecimus predicta erant. Ideo in fine versus afferit Dei auctoritatis cogi diuersas gen-
tes, & quanvis illis nihil minus si propositum, quam poenas ab eo inunctas exequi, nihil tamen ni-
si ex eius prescripto age, ac si Dux qui ipsiani terrenus copias suas instrueret.

S E T T R A L O N G I N Q V A) Cernis quod nuper dixi repetendo confirmat, bellicos motus non temere oriri est. *Ita: quia v cùque delipitum hominum cupiditatem quod equid est turbarū, Dei tamen ex alto pre fidet, unde merito primatum Deo tribuit Iustias. Deinde subiicit armatos homines nihil aliud quam arma furoris eius esse.* Dicit autem è terra longinquæ venturos qui Babylonis Monstrachiam euerunt: quia non veremur pericula nisi quæ propius imminent. *Babylon vero sic munira, ut que tot regnis ac prouinciis quæ ipsi parebant circundata erat, ut non quicquam hostium accessum patere crederet.* Denique velut in nubibus locara, nulla pericula veterebatur. *Quia igitur nihil incommodi circum circa instabat, denuntiat cladem eminus adiutum.*

teram. Quanvis enim pacata & tranquilla omnia videantur, neque nullum nobis cum vicinis disfidium sit, Deus ab extremo celi hostes accersere potest. Proinde non est quod nobis statum firmum & tranquillum polliceamur, quanvis nullum est propinquum periculum immineat. Si varietatem hoc ad Babylonios perlatum fuisse, minime dubium est quin ipsum veluti fabulam risilient. Nam etiam si finguamus eos fidem aliquam Prophetarum habuisse, tam in tanta securitate minas istas velut inanes ac frivolas contempnissent. Exemplum in promptu est: Cum hodie de Turca concionamur, quoniam longe adhuc absesse putatur, omnes fabulam esse putant. Videmus tamen quam breui tempore ad eos qui aberant longius, & potentiores erant, excurrerit. Tantus est hominum torpor, ut excitari non possint, nisi feriantur plagaque ipsas sentiant. Documento igitur sunt nobis Babylonii, ut mature timeamus minas quae a Prophetis nuntiantur: ne idem nobis accidat quod impis, qui tranquillitatem suam confisi, ingruente Dei manu ac feriente sic terrentur, ut nullum possint confundere, sed attoniti ruant. Quod autem pro Babylonie vniuersam terram ponit, ad regni amplitudinem respicitne putent tot provincias, quibus vndeque cuncti erant, arceri posse hostium impetus. Similiter amen indicat haud leuem fore calamitatem quem locum unum attingat, sed in ista diluui fore, quo obruator non exigua mundi portio. Ceterum Vasa irae alio sensu vo-

Rom. 9.22. cantur Perse & Medes, quam apud Paulum reprobi omnes, nam Paulus vas irae & misericordiae inter se opponens, docet in electis fulgere gratuitam Dei bonitatem: reprobos vero leueri iudicii esse documenta, Ilias autem intelligit Medos & Persas instar telorum esse in manu Dei, qui bus vindictam suam exerceat.

6 VULVATE) Prosequitur idem argumentum, ac jubet Babylonios velerem non quod dominum eternam ad eos dirigat, acsi profectum aliquem speraret, sed dum ipsam qualis futura est praedicat, emphaticè apostrophem hanc interponit. D E M Domini vocat visitato more Scripturæ, quod cum Dominus differt iudicia sua, ab officio suo cessare videatur: quemadmodum iudices cum suis bunal non concidunt. Hac autem loquutio notanda est: quoniam Deum libenter arbitrio nostro subiiceremus, ut statim aduersus impios tentantium ferret. Habet autem statum tempus suum, & opportunitates nouit, quibus & punire malos & opitulari bonis conueniat. Postea iudicii severitatem fore denuntiat, quæ merito extorqueat Babylonis non modò clamorem, sed vulnus: quia Deus virtutem suam exercet ad ipsos vastandos & peiendos. וְשׁ enim Vastare & Prædati significat: unde וְשׁ deducitur, unum ex Dei nominibus, quod Omnipotenter vertunt. Concinna igitur allusio est ad etymologiam: quasi diceret, teneturos in tua clade Babylonios quam non abs te Deus vocetur וְשׁ, quasi robustus & validus ad perdendum.

7 PROPTEREA OMNES manus.) Ostendit tantam fore Dominio potentiam ad Babylonios perdendos, ut nihil habituri sint quod ira ipsius opponant. Quanvis enim possent opibus, & instruclis essent potentia animo tamen fracto & manus remissis fore, ut nullam resistendum aut voluntatem, aut facultatem habeant. Atque ita oblique ridetur ferocia qua urgebant Babylonii: quem in arbitrio Dei sit corda mollire, frangere, luxare, velenerare manus vel brachia, ut repente concidat omnis magnanimitas, & vires cuanetcāt. Vbi vero fratres est animus, quid munitiones, aut copiæ, aut opes, aut propugnacula iuuabunt? quid valet instructa officina sine artifice? Id quotidie experimur in his quos magnis altoqui præsidis Dominus instruxerat. Vnde perspicimus, quam inanis sit ea quam in externis præsidis locamus fiducia: cum ea nobis inutilia sint, si Dominus terrore aliquo animos nostros perecellat.

8 ANGSTIAE apprehenduntur.) Quoniam nominis וְשׁ ambigua significatio est, Græci interpres Legatos vertunt. Atqui similitudo parturientis, quæ continuo post subiicitur, satis declarat pro Angustiis sumi. nam hic velut uno verbo exponit quod prius dixerat, animos liquefactos & manus remissas fore. Quoniam inquit, paucore consernati erunt. Vnde vero ille paucorū nempe à Deo. Hunc terrorem, enī nulla extabat causa, veteres Panicum vocabant Panas enim, larvas & spectra, & ciuitati visi nominabant, quibus homines etiam nulla extrinsecus obiecta causa expauescerant. Id quidem non sine ratione: sed tamen crassa ignorantia errabat, quod non intelligerent id à Deo profici.

INSTAR parturientis.) Quod ad Babylonios spectat, fuit quidem illis iusta timoris causa, quum scilicet & bellis cotis gentibus impetri viderent, sed tamen minatur Prophetarum, Quoniam parés sint ad resistendum, fore tamen quasi examines: quia areano Dei instinctu attoniti iacebunt. Eodem pertinet quod subicitur, Stupebit quisque ad proximum suum, ut quoniam homines turbati huc atque illuc circunspicantur: neque id solum, sed dum nullum appareat spes salutis, quasi omni sensu priuati, ignaviæ te dedunt. Ceterum terroris vehementia clarius exprimitur proximo membro, vbi tribuit illis Facies flammeas. Nam quod pudorem notari quidam putant, acsi dicunt eis ut uno verbo. Erubescunt, nimis dilatū est: aliquid maius & grauius significare voluit Iasaias, nam cum nos vrgent cruciatus, inflammat facies, & dolore constricti ardentes. Et certe nimium leue eis, in tan gravi calamitate hæc de pudore interpretari, cum tam atrocem calamitatem describat, ut præ eius acerbitate flammæ vultu e bulliant: quod fieri solet, cum homines extremo dolore cruciantur. Similitudo Parturientis non tantum magnitudinem doloris,

sed

sed subitum quoque incursum designat. Sicut ergo acerba & violenta futura erat clades, ita repentina fore denuntiat Isaías. neque immerito. Quia nunquā putabant Babyloniam tam validis praefidis muniti, se corripi vel apprehendi posse illa molesta.

9. E C C E dies Domini.) Repetit quod paulò ante attigerat, Quantis nunc securim tua opulētia sedent Babylonii, diem Domini propinquum esse, qui securos pertineat. Hic tamen possit moueri quæstio, Cur dies Domini vocetur Seuus, cùm nihil op̄ ab illo sit. quād Deū præter eum habere sola enim præsentia ipsius nos verè beatos reddit. Reiponendo, tempore considerandum eile quos Propheta compellit. Quia solent Prophetæ pro varietate auditorum, variè quoque Deū in nobis describeres, quæcumadmodum etiam Psalmi de cimo octauo testatur David, manifestum esse erga manuetos, improbis, verò faveum & truculentum. Quid enim testificari aliud in Deū concitat? pere possunt, quād extremam severitatem? itaque ad priuam Dei mentionem tercentur. Prī vero simulac in medium profertur Dei nomen, summam ex eius auditu tuati atem & luctum percipiunt: ut nihil omnino deletabilis afferri possit. Ideo cum Prophetæ pros conuenient, ad Dei mentionem, gaudium & luctum tubicinūt, quia Deū sibi propitium & misericordē tenunt sint illi. quād si impios cōpellant, proposito iudicio Dei, luctus & miseres addunt. Quemadmodum enim priu exhalerantur Dei prætentia, quād fide eius bonitatem apprehendant: ita tercentur impi, quād ipsos conscientē testimoniū redarguant ac conuincent ventre rigidum iudicem. Cūm etiā hypocritæ le diem Domini audiē expectare fingant, cūmque sibi ad futurum iactent: Prophetæ Amos 5. Visitatam enim descriptionem ad hoc vaticinium accommodat Isaías, quō melius ostendat quantum tempore timenda sit ira Domini: quia vt fūtūs natura tardi, imò potius stupidi non facile mouemur si Dominus simpliciter de iudiciis suis dissereret. Quoniam igitur simplex, oratio nimis unū fūgida est, nouas loquēti rationes excoquunt, quibus torporem nostrum excutierit. Peccatores, non promiscue quolibet, sed impios & sceleratos intelligit qui Babylonem incollerant.

10. Q U O N I A M stellaræ.) Solēt Prophetæ, quō granarem & magis feruum iudicēt Dei timorē incutiant, hyperbolicas loquutiones ministris addere, quæ iram Dei quasi ante oculos penant, & penetrant in omnes sensitus, acsi iam elementa omnia consurgerent ad exercendam eius vindictam. Neque tamen hic verborum excessus rei atricitatem superat: quia nulla potest tam formidabilis proponi iudicii Dei imago, quin re ipsa tentatur magis esse horribile & tremendum. Solis verò, Lunæ & stellarum ideo hi mentio, quād illustria sint signa paterna erga homines Dei benevolētia. Vnde etiam Christus Dei bonitatem hinc maximè probat, quād Solem tuum oriri faciat tu per bonos & malos. Ergo dum Sol, & Luna, & Stellaræ in celo fulgent, Deus quasi sereno blandisque apectu nos exhilarat. Quoniam ergo in cæli splendore latam & amicam faciem ostendit Deus, acsi quodammodo nobis arrideat: obscuritas quam describit Prophetæ cōtendit, acsi Deus abscondita sua facie, homines quibus iratus est, coniceret in tenebrotum metorem. Eadem 1 Cor. 12. 31, his secundo capite descriptione habetur. Et iam diximus formam hanc loquendi Prophetæ esse familiarem, vt etiam omnia aduersio Deo nobis in exitium cessura. Deus quidem interdum signa dat ira sua in stellaris: sed hoc extraordinarium est. Nec verò caligo qualem hile describit Prophetæ, cueniet ante ultimum Christi adventum: sed hoc sufficere nobis debet, creaturas omnes, quæ sua nobis officia præstanto paternæ Dei beneficentiae testimonii sunt & instrumenta, non modo sui viuū subduecere ubi Deus in iudicium consurgit, sed quodammodo armari in vilitionem.

11. E T V I S I T A B O.) Hic Prophetæ non loquitur de toto orbe: sed cūm Babylon sedes esset potentissimæ omnium Monarchiæ, ideo tribuit ei nomen Orbis, idque ἡγετικῶς. Erat enim Babylon instar orbis, quād videretur totam ferē terram occupare. Et interea significat nullam esse tantam amplitudinem in mundo, quam non facilè Deus uno digito corripiat. Interim admonet, Deum tunc fore vindicem eruditatis quam exercerent Chilæ. Quanquam simul discernendum est, proponi in medium malitiam & sceleris Babylonis, vt sciamus Dominum id omninem crudelē fore, quād tam seuerē in eam animaduertat, quando meritas peccatis eius populi sceleribus & flagitiis repedit. Tollitur ergo omnis calamandi materia, ne hominum & rerum Deum oblectari existinemus. Nam cūm eos pro meritis suis ita tractat, omnium ora obstrui nescire est, quando malorum acerbitas non proficiuntur à Deo, sed causam inuenit in ipsis hominibus. Inter ea tenendum quod attigi, non leue solatium piis afferri à Prophetæ, quād Deus Babylonis ad tempus parcendo, tandem penam de iniusta eorum violentia exiget. Quod clarius statim exprimit, pecuniae virtutem attingens, nempe superbiam, qua siebat vi fræctis habens, nihil non sūx libidini permitterent ad opprimendos miserios. ideo simul tyrannidem eorum perstringit. Sed hinc quoque utilis doctrina colligenda est: fieri non posse quin Dominus nos visitet, si inani fiducia elati simus, nobisque ipsi placemus. Omne enim superbiaz genus hic comprehendit Prophetæ: siue homines se aliquid esse putent, siue mirentur opes suas. & præ se despiciant alios: nullam arrogantium ferre potest Dominus, nec eam inultam finit. Cūm igitur inter alia sceleris, quibus Babylon variè abundabat, hoc præcipuum & magis insigne

fuerit eo potissimum ira Dei provocata est. Fuit autem, ut fieri solet, violentia & crudelitati cōiuncta: ideoque magnificientiam tyrannorum subiungit. Nam ex deceptu aliorum, violentia, iniuria & oppressiones lequuntur: nec fieri potest ut abstineatur ab iniuria, nisi omnis opinio & persuasio tui exuator. Deinceamus igitur sponte ad veram humiliatem animos nostros, nisi exitio nostro deiciat atque humiliari velimus.

12 PRETIOSI OREM REDDAM.) Peculiariter huc deseribit quām ſeruum & immane futurum sit bellum quod contra Babylonem geretur: ſicut etiam his vaticinis edocti fideles, ipiſtu Propheticō quod eſt in ſtructa hostili extremitate imprecantur, ut parvulos à manibus audios aliant Perſas & Medi a lapides. Summa eſt, Babylonem non tantum diripiendam, ſed intercōniūlūtū addicētam eſt. Nam cūm ait, Vitam hominis auro pretiosiorem fore, dicit, quoniam fundidi ſanguinis adeo audi erunt hostes, ut homines nullo pretio ex eorū manibus redimi possint, nam intercōfere, quām premium accipere maleant. Quārū potest, an clades illa tam atrociter, ut hīc refert Itaias alud enim teſtantur historiæ: Daniel ipiſu, qui hūus cladiſpectator fuit, refert eam ſolū captiā funſe. nam Medi & Perſas ciuibus & incolis pepercérunt. Ratio hīc quodam interpretes coegit allegoricē transferre ad omnes reprobos quēd hīc de Babylone traditur. ſed nimis violenter, quum paulo pōst Medos & Perſas exprimat Prophetā. Deinde quā ſuo ordine poſtea ſequuntur mināe contra Idumæos, Moabitæ, Tyrios, Āgyptios, & reliquas gentes, ſatis oſtendunt termonem nunc contra Chaldaeos propriè dirigi, quos primo loco recēct Prophetā: non quōd tam propinqua illis ut aliis inſtaret clades, ſed quia nulli infiſtores fuerunt Ecclesiæ hostes. Ac notandum eſt, Itaiam hīc non pronuntiaſſe, ſtante adhuc Monarchia Nineueſ: led que toto vocationis iuę curiuę cōtra profanas Gentes pradixit, ſimiliter collecta. Ita ſeries ſēporum minimè terua eſt, led ſimilitudo in cauta fuit, ut his omnibus Prophetis locus vnuſ daretur. Qui fit enim ut Nineueū p̄tereat Itaia, quum poſtea commemoret ſolos Afſyrios fuſſe infiſtoſ ludēis, quum Babylonii amicitiam colerent, niſi quia hīſtoria m̄etatis ſuę non recitat viq̄e ad caput 23, ſed vaticinatur de iudicio Dei, quāe denum poſt eius mortem acciderunt? Porro quum teſtetur Babilonium funditus delendam eſſe, certum eſt non vnam dūtaxat cladem notari, ſed comprehendit ex eisdium, quod longo pōſt tempore ſequutū eſt. Floruit enim adhuc Babylon ex quo ſubacta eſt a Perſis, nomēne & dignitate celeberrimæ vrbis obtinuit. Ac tametis v̄b̄s Ctesiphon eo conſilio condita eſt, ut partem ſplendoris eius & opulentia ad ſe traheat: fecit tamen loci commoditas, deinde ſumptuosa ædificia & vrbis munitiones, ut regia dignitate excepta, Perſidi non cederet. Imò quum Seleucia rurſus poſt mortem Alexandri magni non procul eſſet extorta, non potuit tamen antiqua vrbis nomen & honorem extinguerē. Hinc colligimus non poſſe ad vnum tempus restringi que hīc dicuntur. Neque tamen abſt Propheta tam dira illis minatur, quando imperii conuerſio præludium fuit variis calamitatibus quāe deinde ſequuntur. Quānus enim non fuerit patſim cæſus populus, quia tamen vi expugnata fuit ciuitas, & quidem ſubita & nocturna irruptione capta, quum tota Regia adhuc erupulæ vacaret: fieri non potuit, quin Medi & Perſas obuios quoque cederet. Ideoque minimè dubium eſt, multas fuſſe editas ſtrages antequam viētores totum populum deditioñis lege in fidem recipierent. Iam quis dubitet superbiſſimam Gentem à Barbaris viētoribus contumelioſe fuſſe traçtam, quando aliter in ordinem cogi non poterat? Quum verò paulatim attrita eſſet Babilon, aliquantò poſt dominum rurſus mutauit, & quum breui temporis ipario Alexander Macedo eam tenuiſſet, ſtatiuṁ tranſiuit imperium Seleuci, qui modis omnibus ſtuduit eam deſicerere, donec ſuis ſadē ſuinis fuit obruta. Ita quāndiu ſuperftitem manere paſſus eſt Deus, quāſi deforme pudendūmque exemplum exhibuit toti mundo, quo certius & illuſtrius eſſet Prophetiæ complementum. Vnde non immerito Prophetā noster iram Dei non prius ſed. aſſam eſſe afferit, quām illa caverna latronum prouſt delcatur. Quod ad voces ſpectat, וְנָא quidam interpretes accipiunt pro viro bellico, aut nobili: וְנָא pro quolibet gregario. Sed quando neque etymologia reſpondet, nec puto hoc venire Prophetā in mentem, mihi videtur porius eſſe eiudem ſententiæ geminatio, quām ſeimis Hebreis tritam eſſe. Nomen נָא, quod poſt alios verti Purum aurum, aliū pro margarita accipiunt: ſed ex pluribus Scripturæ locis colligimus, purissimū & ſeleſtissimum aurum eſſe.

13 PROPTEREA CAELOS) Eſt alia figura, que ſimiliter ad exaggerationem valet. Deus enim in hac doctrina inculcanda nimius eſſe non potest: non tantum ad terrendos impios, ſed ſolariū p̄is afferendum, qui ſāpe conturbantur cum impiis bene eſt, iſiſque omnia ex voto ſuccedunt, quod etiam David ſibi accidisse fatetur, dum ait, Frustra laui manus meas, &c. Merito ergo viuā hīc pītūr nobis ob oculos ponuntur, que nobis exitium impiorum aperie exprimant Itaque perinde eſt acſi diceret Itaia, Etiamſi mouendi ſint cæli & terra, quō concuriantur & delētūt impīi, hoc nihilominus fururum eſt. Videntur enim ſibi extra omne periculum eſſe, & tam alras radices egiffe, ut euelli nequeant: eos autem vehementer falli demonstrat, quia Dominus & cælum & terram commouebit potius quām non ipſos deſiciat p̄cipites. Vnde ſequitur,

quan-

Pſal. 137.9.
Dan. 5.30,
& 6.1.

quoniam mille fultur as sursum & deorsum nobis mundus offerat, nihil tamen stabilitatis fore nisi Deo propitio. Quod si hoc in particularibus iudicis Dei patet, quod magis in vniuersitate, cum Christus ad perdidendos impios, tribunal illud maiestatis tuae contecederat?

14 E R I T Q U E , quis damula) Auxiliu Babylonis nihil profutura ostendit: & metum quo percellerunt milites, his similiudinibus exprimit. Vt ebatur autem Babylon non tantum uno milite, sed etiam externo & mercenario. Omnes Damulii similes fore ait, quae pauidæ sunt bestiæ: & omnibus dissipatis, ut neque ad signa aut stationem recipiant, neque illum ordinem teneant. & quod addit, Quaque ad terram suam, hinc facile appetat, Prophetam non de iolis indigenis, vel etiam iniquis qui illic pridem habitauerant, loqui, sed de exteris, qui ad urbium praesidium acci- erant. Dicitum enim alibi fuit, sic esse in manu Dei hominum corda, ut pro eius arbitrio vel nouam fortitudinem tubi induant quae prius tenera vel pauida fuerant, vel deposita ferocia mollescant que prius ostentauerant magnam audaciam speciem.

15 Q U I S Q U I S comprehensus fuerit) Hic confirmatur quod prius dixerat, neminem à Baby- lone euanurum, omnemque qui illic fuerint, perituros. Et Xenophon quidem ed. &c. Cyri quicunque obuii essent prima nocte trucidatos fuisse refert: postridie vero quicunque arma non attulissebant. Sed iam diximus latius extendi vaticinum: quia strages illa aharum duntaxat præludium fuit, ad quas consulto teruata fuit Babylon, ut sepius periret. Secundum membrum aliud fecit exponit quām ego verterim. Nam quoniam nō Hebrei Perdere significet, vel Contumere, legunt, Quisquis perditus fuerit, & exponit de sensibus, qui iam ætate confecti diutius viuere aliqui non possebant, ac fidixisset, Ne prouecte quidem ætatis hominibus ac decrepiti parectur, etiamsi lemori- tui sint, & iam animam ipsam agere videantur. Sed quia frigida est illa interpretatio, & idem verbum Addere significat, potius Jonathan & alios sequor, qui putant notari turmas: quemadmodum urbe capta cuncto factotese agglomerant milites, ut repellant hostium incursum. nisi forte libeat federatos & socios intelligere, qui Babylonii adiunctori, & veluti in idem corpus aggregati erant, quod magis atrocitatem huius clavis amplificet.

16 E T P A R V V L I .) Extrema truculentia imaginem depingit. Hoc enim in hostili crudelitate extrellum est, quoniam nulli ætati parcitur, & infantes qui per ætatem te defendere nequunt, truci- dantur. Auget etiam atrocitatem quoniam addit, In conspicu parentum. Eodem quoque pertinent quæ se quuntur de domibus diripendis & violandis vxoribus: quæ accidenti vbi hostes omnis hu- manitatis oblitii, atque ad luxuriam accessi, eos quos subegerint, vna cum nomine ipsorum prot- fusi extintos vellent.

17 E C C E ego suscito Medos.) Prophetæ de Babyloniorum excidio varcinatus, authores esse tam designat, vel Deum authoré fore exprimit, & simul quomodo, vel per quos, nam Medos su- scitaturum ait. Quod certè humana ratione coniectare non potuit, nullæ enim tumultates, nulla dis- sidia Babylonis cum Medis intercedeant, quod si intercessissent, qualis erat tunc Medorum po- tentia, ut Babylonis nocere posset? Cum igitur res ita comparata non essent, ut Medi bellum ipsis inferrent, hoc diuinus inspiratum fuisse certissimum est: ac præfertum cum plusquam centum an- nis antequam euenirent, haec prædixerit. Quod addit, argenti & aurii non fore cupidos, non execu- fat Medos à rapacitate & avaritia, quasi ita liberales futuri sint ut aurum & argentum conténant: sed potius significat bellum adeò fœcum & truculentum fore, ut nihil aliud quam internacionem spectent. Exempli gratia, Hispani hodie, quoniam hoc imprimis in bello propositum habeant ut præ- dentur, hominum virtus facilis parvunt, neque adeò languorium sunt ut Germani aut Angli, qui de perditione tantum hoste cogitant. Hoc autem absurdum videri non debet, quod Dominus, tam- si crudelis non sit, ministris tamen adeò crudelibus vtratur. Etenim iustè etiam per impios a- git Dominus, neque contaminatur ipsorum nequitia. Itaque non est estimandum opus Dei ab executoribus, qui aut ambitione, aut avaritia, aut immanitate feruntur: sed iusta Dei vltio, quam Babylonii sceleribus suis promeriti erant, consideranda est.

18 A R C V B V S alludent.) Alii Scident. Putant hoc hyperbolice dictum, acsi sagittarum lo- co vicerentur pueris Babyloniorum, quos in terram deinde alliderent, ut maiore impetu frange- renrur: ied malo simplicius accipere, tantam felicitatem Medorum crudelitatem fore, ut ne pueris qui- dem infantibus parcent, à quibus tamen nisi vbi extrema luxuria est, abstineri solet. denique nul- lam ætati veniam fore, quemadmodum antea dictum est. Atqui Medos tantam crudelitatem exer- cuisse non legimus, sterisque & floruit diutissime post eam cladem Babylon: & quāvis ab ea trâ- lata sit regni tales, nomen & celebritatem suam retinuit. Nec vero postquam illuxit dies sauitus est præterquam in armatos. Quanuis autem Prophetæ consilium est, alia quoque Dei iudicia complecti quæ manebant Babylonios, & primam illam cladem longo post tempore sequuta sunt, non tamen abs re, neque intempestiu barbaros Gentis mores describit, quod melius intelligent Iudici iustum Babylonis tyrannidi mercedem paratam esse. Nec dubium est quoniam postea fideles hac pro- missione freti, precatorem illam cōceperint, quæ Psalmi 137, habetur, Beatus qui allidet patru- los tuos ad petram, &c.

19 ET erit Babel.) Hic sommatim concludere voluit Isaías Prophetiam suam de Babylonis excidens: tametsi amplificationes quaedam adiecit, quibus funditus delendos esse confirmat. Sic enim de impiorum penitentia loquuntur Propheta, ut nullum relinquant misericordia locum, quo se subleuant potius. Prin verò, tametsi durius interdum castigari videantur, sustinentur tamen hanc fiduciam, quod Dominus ipsorum miserebitur, nec eos penitus excidet. Unde colligendum est, non esse temper ab externo aspectu iudicandum: sapientia enim filios Dei perditos esse putaremus, quibus tamen salus vel in mediis mortibus propinqua est.

20 In Sodoma & Gomorrah.) Hoc exemplum Propheticum vulgare est, ut intelligamus, quan-

uis nunc non equalis sit poenarum modus, quia tamen æquum est iudicium Dei, specimen illud

Gen.19 24 memorabile quod in Sodoma edidit, spectare ad omnes reprobos: nec minus horribiles poenas

Supra 1.9. eos manere, qui simili peruvicacia in virtute suis obduratur. In hoc enim distinguuntur poenas electi populi ab impiorum poenis, quod semper aliquod Iraelitis reliquum Deus faciat, impius nullum: ut

poenis cap. primum vidimus, Nisi Dominus reliquist semen, instar Sodomæ fuisset. Impios autem implacabili vindicta persequebitur: unde ipsis idem exitum quod Sodomitis denuntiant, id est, extremitatem in terrum sublata omnino ipse emergendi, et in tuberosione esse attinet id fortitudine accidere, aut ab hominum voluntate profectum esse arbitremur. Quemadmodum enim fulmen haud temere è celo in Sodomam decidit, ita nec temere corruit Babylon, sed iusta Dei vindicta: qui cùm sibi semper similis sit, iustum iudicium in ipsis exequutus est, idemque siue ille in omnes reprobos vique ad finem exequetur. Quod Babylon Decorum regnum vocatur, & magnificus splendor, hoc etiæ additum est, ut intelligamus nullam gloriam aut magnificetiam obstat Deo posse, quominus impios in nihilum redigat. Nam ut incredibiliter illa conuersio, illustrius documentum prebeat diuina potentia.

21 NUNQUAM amplius fedebit.) Sedendi verbo statum significat, acsi dicaret, Nulla est spes instauranda Babylonis. Omnes enim haec locutiones in eundem omnino finem tendunt: nempe, eiūmodi excidio delendos esse Babylonios, ut eorum ruina æterna sit. Hoc etiæ amplificat, cùm addit tantam vastritatem force, ut ne Arabes quidem illuc tentoria, aut pastores septa sua defigant. Oportet autem locum illum mirum in modum certum & incultum fuisse, quem errores illi negligenter. Arabum siquidem natio vaga & errabunda fuit, nullamque certam stationem habuit, derelicta enim patria quod sterilis esset, vnde & Deserta vocata est, (de ea enim loquimur) regibus pacendis & venationibus dedidit, incertis ledibus vagabantur: atque in mediis agris, ac praeteritum paetus, pedes locabunt. vnde etiæ à Græcis οὐκινοὶ vocati sunt. Babylonis autem regio admodum ferax ante illam cladem fuerat: quo magis stupenda & quasi prodigiota fuit hæc mutatio, siue loco ablata fuerit prior fecunditas, siue propter continuas strages contemptum eius omnes exhoruerint. Certè Propheta significat futurum, ut non tantum diruantur ædificia, sed etiam ut solo ipsis maledicatur.

22 SED ibi cubabunt.) Prosequitur descriptionem loci deserti, atque alludit ad id quod prius Babylonem ab incolis vacuum fore dixerat. Quomodo ὄντες verti debeant, haud facile dixeris, propter interpretum varietatem: qui in hoc, quemadmodum & in variis animalium & herbarum nominibus, dissentunt. Nec enim fuit continuus istarum rerum virus, nec Iudei inertes ipsis & impediti, harum rerum scientiam tenent: tametsi eorum nonnulli medicos se iactent impudenter, cùm neque herbarum, neque animalium natura ipsis nota sit. Eorum qui sylvestre animal esse putant, alii quadrupes, alii autem esse volunt, qua in re parum momenti est. Mihi certè dubium non est, quin Propheta aut feras bestias intelligat quæ cicurari non possunt, aut aues quæ nidificantur in sylvis remotioribus. Nec erit absurdum, si quod sequitur, de Satyris aut Panibus exponamus: quos Galli, pro regionum varietate, nunc Lutitios, nunc Follets, nunc Loups-garous appellant. Ut enim Satan variis præstigijs hominibus illudit, ita varia in iis nomina sortitur. Ὅντε autem pro Dæmonibus interdum accipi in Scripturis certum est deducitur enim à Ὅντε, quod Siccitatem vel Defertum, si, eu. τὸν ἀπό, quod Terræ significat. Nam quum per Faunos & Satyros miras præstigijs exercet diabolus, ea ratione eorum nomen ad ipsum translatum est. Scopus Propheta est, ostendere tantum illuc solitudinem futuram, ut non tantum locus sit deterritus ab hominibus, sed etiam demones illuc præstigijs suis illudant. Captant enim dæmones occasionem ex locis qui solitudine sua horrorem incutunt. Quemadmodum enim hostes & latrones, quum ex occulto & latebroso loco erumpunt, terribiliores se præbent: ita dæmones noctem & tenebras, & loca ab hominum cōspictu remota capiat: quod maiorem terrorum hominibus, alioquin natura meticulosis, inferre possint.

23 CLAMABUNT.) Idem exprimit quod iam ante dictum est: & demonstrat quām horrenda futura sit illa mutatio, ut à iudicio Dei, non à fortuna proficiat palam fiat. Auget etiam, cùm hoc non quibusvis sedibus, sed voluptuosis palatiis euenturum addit. Temporis quæ hic præfigitur brevitas, ita referri debet ad propinquam cladem, ut tamen longius spem fidelium suspendi oportuerit. Dixi Babylonem non tam citè eversam fuisse: nec tantam cladem ei illata esse à Medis, vt posset deserto comparari. Breui igitur id futurū dixit, cuius paulo post coniecta sunt exordia:

quia

quia Iudei sufficere debuit, non temere sibi promissam fuisse vltionem. Solet etiam Spiritus sanctus res pectum habere ad nostrum feruorem & precipitantiam. vellemus enim Deum statim ex equi iudicia sua, & feceleratos vlcit, similitaque id optauimus. Deus autem occasiones temporum nouit, quas impetus noster non expectat. At qui si in mente nobis veniret eius aeternitas, facile esset nimiam estimationem patientia frænare: sed quia vix alter cohereris potest nostra importunitas, Deus aliquatenus nobis indulget, scilicet paulo post venturum pronuntians. Ceterum ne extenuemus nostre astinenias breuitatem temporis: sed diebus vita huic neglectis, animos in calu artollamus. Præteritum verò acquiescere discam⁹, quoties vel modico guttu libamus Dei iudicia, tamen si eorum plenitudinem longius differat. Cum secundum membrum ad confirmationem additur, Nō extra statu in dies eius: ac si diceret, Dominum præfixile die neminem intercessum qui inducas proponget.

C A P V T X I I I I .

Non miscrebitur Iehoua Iacob, & eligit adhuc Israelem, & faciet eos que scire super terram suam: adiungentque illis adiuncta, sociabuntur, in quam domini Iacob.

2 Et assument eos populi, inducentque eos in locum suum, possidente que eos dominus Israël in terra Iehouæ, in seruos & ancillas: & capient eos quorum fuerant captivi, imperabuntque oppressoribus suis.

3 Et erit in die quo tibi requiem dederit Iehoua à labore tuo, & à tremore tuo, & à servitute dura que imposta fuerat tibi:

4 Tunc simes dictum hoc super Regem Babylonis, & dices: Quomodo cessavit exercitus? cessavit cupiditas auræ?

5 Confregit Iehoua baculum impiorum, scilicet pectrum dominantium.

6 Quod percutiebat populos in ira plagi perpetua: dominabatur in iracundia Gentibus: si quis persequacionem patiebatur, non prohibuit.

7 Quieuit, tranquilla est omnis terra, cecinerunt laudes.

8 Etiam abies lactate fuit super te, cedri Libani: ex quo quieuit non ascendit succisor contra nos.

9 Infernus subitus commotus est propter te, in occursum aduentus tui excitauit tibi mortuos, & omnes duces terre suscitauit de solis suis, omnes Reges gentium:

10 Omnes loquentur, & dicent tibi: Tu quoque infirmitate affectus es sicut nos? & similis factus es nobis?

11 Deposita est in seculum magnificencia tua, & strepitus musicorum instrumentorum tuorum: subter te stratus est vernis, & operiunt te vermiculi.

12 Quomodo cecidisti è celo Lucifer fili Aurora? Quomodo in terram detractus es, "sortem proiiciens super Gentes?

13 Atqui tu dicebas in corde tuo, Ascendam in celum: in supernis iuxta sydera Dei collocabo solium meum, & sedebo in monte testimonij, in lateribus Aquilonis.

14 Ascendam super excelsa nubium, & ero similis Altissimo.

15 Tu verò in sepulchrum detracatus es, ad latera fovear.

16 Videntes te inclinabunt scilicet, & attente intuebuntur. Anne hic est vir ille tremefaciens terram, concutiens regna?

17 Posuit orbem quasi desertum, urbes eius excidit, vincitis suis non aperiat domum.

18 Omnes Reges gentium, ipsi inquam, omnes iacent cum gloria: quisque domus sue.

19 Tu autem projectus es è septentrione tuo, tanquam surculus detectandus, tanquam vestes intercessorum, qui gladio casis sunt, descendentes in foveam: ut cadaver proculcatu-

" vel debili-
tans gentes,

- 20 Non coniuges te cum eis in sepultura: quoniam terram tuam vastasti, populum tuum occidisti, non memorabutur perpetuò semen impiorum.
- 21 Præparate filii eius mælatiōnem, in iniuriantē patrum suorum: ne consurgant et possideant terram, atque impleant superficem orbis vrbibus.
- 22 Nam consurgam super eos, dicit Iehoua exercituum, et exterminabo e Babylone nomine et reliquis filiis et epore, dicit Iehoua.
- 23 Et ponam eam in possessionem eritac, et in stagna aquarum, et scopabo eam scopaque cuiusvis, dicit Iehoua exercituum.
- 24 Irruit Iehoua exercituum, dicendo: Si non quemadmodum cogitavi, sic factum est: et quemadmodum consultavi, ita stabit:
- 25 Ut conteram Aſſir in terra mea, et in montibus meis concilem eum: et recedat ab eis ingens illus, et omnis illus ab humero eius auferatur.
- 26 Hoc ioculum quod consultatum est super totam terram: et haec manus extenta super emas ergo eis.
- 27 Quoniam Iehoua exercituum decrevit, et quis dissoluet manus eius extenta, et quis auerret eam?
- 28 Anno quo mortuus est Rex Achaz fuit hoc omnis.
- 29 Ne letetis viuersatu Phœnicia: quoniam conficta sit virga persecutoris tecum. Nam derelice colubri insectum regulus: et fructus eius serpens ignitus.
- 30 Et persentur priuogeniti pauperum, et mopes securè accubabunt: et fame interire faciam radem tuam, et reliquias tuas occidet.
- 31 Vlata porta, clama ciuitas, liquefacta es Palestina, viuersatu. Quoniam ab Aquiloni venit fulmen: nec quisquam solus praefixo eius die.
- 32 Quod autem respondebitur mihi gentis? nempe quod Iehoua fundavit Sion, et in eius fundam habet ut pauperes populi eius.

IN CAPUT X I I I.



12. ET ERIT.) Iterum redit ad eam sententiam quam prius attigerat: nempe idololatras i cibus afflictis ad idola sua confugere, ut ex iis aliquam alleuationem querant. Quanquam aliquando plus hic exprimat, nam cum idololatæ ordinaria iua templo & facella habeant, si qua maior ingruat calamitas, aliud templum adeunt, quod præ ceteris sacrum, unde eam tibi numen præten. ius fore arbitrantur. Quicmadmodum hodie Papistæ in extremo aliquo discrimine constituti (nam virtus hoc tectorum omnium fuit) voti se magis portatores putant, si excurrent ad Claudio, aut Mariam Laurentianam, aliudve inter alia celebre idoli, quam si in propinquo templo conuenient. Supplicationes extraordinarias deceunt in templum longinquius, &c. Hac significatione Propheta Sanctuarium vocat, quod apud Moabitas præ aliis celebre fuit, piumque adituros significat, sed nullo profectu. Templus verò celebrius, Chanoz dicatum suffit cōstat ex Sacra Historia. Particulam **1. Reg. ii. 7.** hoc est. Non poterit, sic exponunt nonnulli, Tādem fore ipsi lailli: udinem, vt vires non sufficiant ad templum adeundum. Sed huc sensus mihi aptior videtur: Nihil proficit. Excludit enim Moabitæ ab omni spe salutis me in diis quidem ius præsidium illis fore. Verbum **nūta,** Quam apparuerit, pondus habet. Significat enim idololatras non duci ratione, sed potius præfenti tensu tanquam brutas pecudes, quia heut illæ taœtu, olfactu, aspectu iudicantata idololatæ nullum alium magistrum habent, quam tentum carnis. Si quis igitur ratione ostendar eos perperam agere, nihil efficiet. Etiam si aliquoties experti sint se nihil tot laboribus efficer, non supercedebunt: sed nouas commiscentur rationes, nouosque introducent cultus, quos etiam Deo probari volent. Si ex sententia ipsi succedat, suis superstitionibus omnia tribuant, magisque obstinatur. Quod si nulla in re iuuante sentiant, commenta tua abiiciunt, damnant superstitiones cultus, dīque suis maledicunt. Pendet denique toti ex eventis, nec quicquam aut ratione, aut verbo Dei iudicant. Ideo prout eos ducit experientia, subinde mutant consilium. Videtur ramen Propheta plus aliquid velle, Moabitæ scilicet, vbi palam detecta & conuicta fuerit eorum stultitia, quod haecenus frustra laborarent, venturos in templum Chanoz, pudore magis quam iudicio.

13. HOC EST VERBVM.) Clauila hæc vaticinii est sanctio. Significat enim decretum ipsius Dei à se pronuntiatum esse: nec quicquam se protulisse in medium quod non profectum sit à Dominō, atque ita hominis personam exuens, Deum loquentem introduceat in hunc modum:

14. TRES ANNI.) Tempus non modo ad certitudinem præfigitur: sed etiam ne longiore mora languecant fideles. Alludit autem ad paœta hominū, in quibus ex condicō præfigi tempus solet, quod non licet prætergredi. Idque potissimum in operis mereceniōrum: quorum similitudinem sibi adducit Scriptura, quod ingenti desiderio præscriptū illum diem expectent, quo mercédem acceperūt sunt: geomant enim quodammodo sub onere, & quotidianos labores molestè ferunt. Hoc modo se Moabitæ edicere diem ait Dominus, è qua minime elabentur, quin destruant omniseorum potentia. **M V L T I T Y D I N E M** nominatim expressit, quoniam magna apud ipsos erat, cuique nomine gloriabantur, & se invictos putabant. Quod addit, Reliquias fore inualidas, tantam fore mutationem intelligit, ut nihil cum priore statu simile habeant: quia in reliquiis non nisi triste & deformē spectaculum exibat.

CAP VT XVII.

1.  Nus Damasci. Ecce Damascus ablata est, ne sit ciuitas: nam erit acerius ruine.

2. Derelictæ sunt vrbes Aroer, in caucas vertentur: accubabunt, nec erit qui exterreat.

3. Et ceſabit præsidium ab Ephraim, & regnum à Damasco. Et reliquæ Syrie, quasi gloria filiorum Israel erunt: dicit Ichoua exercituum.

4. Et erit, in die illa attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius macræscet.

5. Et erit, sicut qui colligit m̄csem segetis, qui brachio suo spicas metit: simuliter ut quis colligit spicas in valle Rephaim.

6. Et relinquetur in eo racematio: sicut excusio oleæ, due illuc aut tres baccae reflant in cacumine altioris rami, quatuor aut quinque in expansis ramis fructus eius: dicit Ichoua Deus Israel.

7. In die illa respiciet homo ad factorem suum, & oculi eius ad sæculum Israëlis intuebuntur.

8. Nec respiciet ad altaria opus manuum suarum, non afficiet que fecerunt digiti eius, nec lucos, nec simulachra.

9. In die illa erunt vrbes fortitudinis eius, quasi derelictio virgulti & frondis,

10. 7. i. 2 &
Infr. 21. 16

quem id modum reliquerunt coram filiis Israel: & erit desolatio.

- 10 Quoniam oblitus es Dei salutis tue, nec memor fuisti Dei fortitudinis tue: idcirco plantabis plantas amoenas, & permitem alicunon confres.
- 11 De plantationis tue crescere facies eam, & manè germinare facies semen tuum: sed & recedet mens in die fruendi, & erit dolor desperatus.
- 12 Hec multitudo populorum multorum: instar sonitus maris sonabunt: & strepitus nationum, instar strepitus aquarum ingentium tumultuabuntur.
- 13 Strepent populi instar strepitus aquarum ingentium, & increpabit eum, & fugiet procul: fugabitur quasi stipula montium coram vento, & quasi globus coram turbule.
- 14 Tempore vespertino ecce turbatio: ante quam sit mane, nusquam erit. Hoc est pars concilantian nos, & fors eorum qui nos diripiunt.

IN CAP VT XVII.



NVS DAMASC1) Hic aduersus regnum Syriæ vaticinatur, atque mentionem facit præcipue vrbis in qua regni iedes erat. Hanc autem cladem, vt alias priores, decimbi oportuit, vt p̄i Deum sibi aliquando ad futurum considerent, nec tandem passurum vt opprimerentur sine fine ab impiis. Syrus enim cum Israele aduersus Iudan fœdus inerat, vt prius capi eis primo vidimus: quibus cum viribus parcs non essent Iudei, aliisque præsidis destruerentur, poterant etiam de auxilio Dei dubitare, quasi ipsis omnino frustratus esset. Vt ergo eximat ipsi hanc dubitationem, excidium illius regni denūtia: vnde colligere pròp̄um fuit, Deum pro defensione populi p̄i bellare. Incertum est autē quo tempore vaticinatum hoc ederit Lias: quia, vt iam adinonui, non teruat temporis ordinē singulis gentibus quas merita erant peccatis denuntiando. Sed quantum coniectura colligere licet, tunc ista prædicta, cùm dico illi Reges, nempe Israels & Syriæ, Iudæam inualerant, & in eius ac vniuersitate Ecclesiæ perniciem conspirauerant. Vt tamen enim, tam Israeltas quam Syros coniugens, ad commune iudicium vocat, vt fecerat hoc tantum prœfœcile illos impia & feclerata societate, vt te eodē simul exitio inuoluerent, atque ita liax propositum est, pios ex tribu Iuda solari: quia maximè ad eos, ne animis concidant, non ad Syrios, vel etiam Israeltas quibus exitium nunciat, respectu habet. Demonstratione particula, E C C, fidem prophetæ oblignat. Quid autem Damascum singulariter compellat, hinc non sequitur eximi alias regni partes, sed Prophetis istis visitata est synecdochicus ieron: vt sub prima vrbis ruina totius gentis locorum cōpræchédat. Quid enim expugnata regni arces sperandum est vulgaribus oppidis? Quanquam alia ratio est, cur præcipuis & regius vrbib; grauius minentur Prophetæ, & termonem peculariter contra eas dirigant: quia taliacet illine fecelerum colluvies in totam terram exundat.

Cap 7

2 DE RELICTAE.) Non est verisimile hic Aroer vocari vrbem de qua alibi fit mentio: Num 32.36 potius est nomen regionis. Formam autem determinabit regiōnis vastitas: significat enim eos locos v-

bi ciuitates constructe erant, compacatos fore: nullum superiore adiunctum præter caulas & pa-

C 3.12. storum turguria, quia si qui restarent incolae, abigerent alio pecora.

4.48 Amos 1.3 3 CESSABIT PRÆSIDIVM.) Designat cœtiā cur Dominus regnum Syriæ excidere

velit. Amos plures recentet: sed hæc præcipua fuit, quam Propheta commemorat: nempe, quod regnum Israel in partes suas attraxerant, vt inferrent bellum Iudeis. Nec enim dubium quin Syriorum blanditiis pellebæ fuerint Israeltæ, vt cum ipsis societatem aduersus fratres suos inuenti. Prætextus non parum ad fallendum valebat, Syrios ipsis aduersus omnes hostes præsidio fore. vnde etiam Israeltæ in eorum copiis & potentia fiduciā locabantur: vt existimarent se quibusvis resistere posse. Israel hic totus, vt supra lib. intelligiter sub nomine Ephraim, que prima eius populi Tribus erat. Ceterum dicitur CESSARE PRÆSIDIVM & regnum ab aliquo loco, vbi fini-

gunt vires & concedit dignitas.

RELIQVIAE.) Id est, ambo in nihilum redigentur, tam Syrii quam Israel. atque vt plus fidei vaticinio faciat, simul addit ita Deum pronuntiare. Porro cum Dominus tam tenuerit in hæc duo regni animi iduerit, minimè dubium est quin hoc modo cōsidererit Ecclesiæ fux, cā ipsorum hostium interit redimens. Et quidem in utraque gente perdenda Assyriorum opera vius est,

2. Reg. 15. quos ipsi aduocaverant Iudei in quo eis peccarant grauissime, eorum tamen offensâ impedimentum.

2.9. & 16. to esse non posse, quominus Ecclesiæ sue consuleret Dominus, cāque hostes ipsos inter se cō-

9. C 17.6 mitendo liberaret. Vnde agnoscimus quanta sit pro nobis solicitude Dei: cūm ne maximis qui-

2. Reg. 16.7 dem regnis parcat, vt nos conserueret. Observandum etiam, quanvis omnes impii societate incantet,

& manus coniungant ad nos perdendos, Dominum tamen facile nos elepturum ex ipsis fau-

cibus

cibus. Præterea notandum est, vtile nobis esse priuati terreni præsidii, quibus frustra aduersus Deum confidimus nobis enim placet fortuna nostra exēcati, nec Deum loquentem audire possumus. Impedimenta ergo tolli necesse est, ut agnoscamus nuditatem nostram, quemadmodum Iraelitis accidit, cùm directa Syria prædio suo nudari sunt.

4 ATTENAVITVR gloria Iacob.) Tamen si profetus erat de Syria & Damasco verba facturum, Iraelum cum Syris per occasionem coniungit, quod sedere inter se intellent, & coniuncti in eadem causa. Syri quidem, quos postissimum compellat Ihesus, in illarum facies fuerant ad inflammados Iraelites, ut iam dictum est. Sed Iraelites quoque ipsi in eadem culpa erant: a mentito in eadem simili pœnas quasi mutua colligatione traxi sunt. Per nomen Iacob, in eum ictum est loquaciter de toto populo electo, ut comprehendat etiam tribum Iuda. Sed probabile est tamum referri ad d. cem Tribus, quæ sibi ariogabant generis nomen, & gloriofos ipsos fieri per ludibriū, quod clavis sua potentia, multitudine & societatis tribus, ludæos fratres tuos contemnerent. Quod deinde macilens tam ipsis minatur, pertinet ad taxandrum eorum in solentiam, ut lapsus Prophetae orum pinguedinem exigitant. Intolevabant enim propterea fortuna & regionis fecunditate: quemadmodum equi pingues & nimium faginati ferocius solent, unde etiam Vaca pinguis alibi vocantur. Ut cunus ergo proterui & ferocius esset, minatur Deus ipsis pinguis: nemus, quæ inflati erant, & adempti eruntur.

5 ET ERIT.) Similitudine quanta futura sit vastatio declarat. Quemadmodum, inquit, miles plenis brachis sagitatem colligunt, & hæc molitudo, quantumunque ingens & conserua, ab hostiis demetur. Iam ne quid reludet, faciat, Spicas quoque hinc inde peracta melle decerpit, tria adjungit, ac si diceret, deleata multitudine terraque instar agri demissi nudata, ne raro quidem & dispersis fore superstites Porro similitudine Metis virtutis, quod populus fatus sua multitudine, nihil numeret, at quemadmodum milites non tenentur legi: tum copia: ita negat impedimentoo fore ingentem numerum, quomodo s' eos Deus in vniuersum peidat. Potest etiam hoc ad Assyrios referri: sed idem erit sensus erant enim ministrari Dei in hac vnde etiam exequenda. In verbo Colligen di, haud multum immorandum est nihil enim aliud significat, quam strage metu similem fore: qua edita, ipse legium etiam sequitur est. Nam abditi etiam decem Tribus, quum reliquiores nouas 2. Reg. 17. 4 moliri Assyri intellegent, ipsos eriam perdidurunt. Valem Rephaim potissimum nominat, quod nota & famularis Iraelitis est, eius fecunditas.

6 RELINQUITVR in eo Racemat. o) Alio spectat hæc similitudo quam superior: perinde enim acsi dilectum esset penitus gentis nomen, nihil reliquum fore ex stage praecite denuntiauerat. Nunc addita consolatione mitigat clavis atrocitatem, significat enim, quanvis hostiis propoficium si omnia consumere & delere, reliquias quoddam nihilominus fore superstites quemadmodum nunquam ita exacta est racematio, quin grana aliqua aut etiam vxore remaneant, quæ sub foliis latuerint que ita decutitur olim, quin aliquæ fulmen in extremis arborum super sint. Ergo quantumlibet (etiam hostes & exارد: at etiam Dei vindicta: sic tamen leuiterum fore iudicem denuntiat, ut reseruit sibi exiguum aliquem numerum, nec linat hostium impetus penetrare ad fuos electos. Unde sequitur, in ultione, tame signifit, misericordia tamen locum fore. Hic enim termo habetur de posteris Abrahe, qui tamen si detinuerant à Deo, ut refectione digni essent, eorum tamen prauitatem bonitas Dei superauit. Se quidem indignos reddiderant tanta bonitate: sed fedus Dei firmum & inuiolabile esse oportet, quiaque firmitatis specimen ab ipso editi in quibusdam reliquis, tamen si populus, quantum in se erat, illud totum ab oleucrit. Quod diligenter notandum est, ut quā nulla apparet nobis Ecclesiæ facies omnemque prideleti esse videtur, ne tamē ipsam intensissime existimemus. Stat enim Domini promissio perpetuam ipsam fore. Manebunt ergo semper aliquæ reliquias: quanvis sepe oculis nostris non patant.

7 IN die illa.) Nunc ostendit fructum huius castigacionis: atque hæc secunda consolatio est, quia præstet in adversis erigere debent. Quanvis enim nihil præter iram Dei sentiant, tamen cogitare debent, Dominum, qui nunquam tui oblitus est, perpetuò seruaturum Ecclesiam suam. præterea castigationes ipsis talutares fore. Post juam ergo loquutus est de perpetuitate Ecclesiæ, stimul ad hanc futurum ut homines in Deum respiciant: quod omnium opabilitatum est. Restituitur enim mundus antea dissipatus in suum ordinem, quoniam homines ad Deum se recipiunt, atqui dum ab ipso alieni sunt, quia sponte nemo resipicit, non alter possimus reuocari, quām si nos castigacionum stimulis vrgent. Quo monemur, non tam iniquo animo ferendas esse castigationes, quæ deterrimant apostolię pestem in nobis corringtont. Resipere enim ad Deum nihil aliud est, quām quoniam aures suimus, cum ipso redire in gratiam, ad eum nos recipere & conuerti. Qui enim Replicere fit ut homines in omne seculum se prostituant, nisi quia Dei oblitus cununtur? Nam ubi notio Dei, illuc ad Deum, reuerentia: ubi oblitio, illuc contemptus quoque graffatur. Quāquam propriè hoc ad fidem spectat: acsi dicerer. Postquam tamen duris pœnis subiecti fuerint Iraelites, tenturos nihil esse auxiliū extra Deum: quia ratione FACTORIS in nomine mox subiicit. Decepsibilis certè societas erat, in solo Deo, qui tot præclaris donibus eos dignatus fuerat, non iisque scire. Dicit igitur Prophetæ, Postquam nihil & afflictionibus domini fuerint, reddituros ad sanam mentem, ut sperare in eo incipiāt, qui tot

2. Reg. 18. 5
Ij. 7. 1. 5. 6

Ames 4. 3

2. Reg. 17. 4

Gen. 17. 7

beneficiis eos sibi deuinixerat. Et factorem quidem ipsorum vocat Deum, non quatenus totum humanum genus creauit, sed eodem ienit quo & sanctum Irael. Quanvis ergo ad imaginem Dei formati sunt cuncti mortales: proprii tamen Irael opus eius fuit & lignamentum: quia peculum erat, & tacer electa: que populus. Atque hæc repetitio ex communis lingue Hebreorum vsu ad rem vnam notandam ponitur. Sanctum ergo vocat non solum in le, sed etiam ab effectu, quod sanctificat, vel sibi filios ab iahæ segregauerit: vnde sequitur, creationem eius meminerat, de reformatione spirituali debere in eis: secundum quam specialiter vocatur Factor Iraelis.

8 Et non recipiet ad aras.) Hoc antithetica clarissim demonstrat illud. Respicere, de quo loquitur est proximo verbo, propriè deinceps & fiducia intelligi. Nam vbi in Deo operare didicerint homines, prauas omnes fiducias in nihil in abituras dicit. Vt sanè non alter Deum purgatis oculis quisquam intuerit, nisi omnes superstitiones procul à se abiuerint. Ideoque docemur tollenda esse euimodum impedimenta, at si quis ad Deum accedere velit. Nam falluntur, qui volunt Deum cum i, dolis coniungere, quemadmodum faciunt Papistæ & olim fecerunt Iudei. neque enim nostri tantum ieculi, sed omni, unum hoc vivi sunt fuit. Omnibus igitur obstatulis renuntiadum, ut in Deum intenti, recta & liquide ipsum intueri, atque in eo ac quiescere possimus. Porro detestationis causa futilios deos Opus manuum vocat, vt sua stultitia pudefacti Iraelitæ, tam fedum probrum à se excusant ac profugen. Interea hoc vitium pluribus notar, quod eo potissimum laborarent, qui in ramen nullum coram Deo de stabilibus esse posse. Innumeræ vero erant apud ipsos superstitiones, innumeralesque in locis & idola & altaria exercerant, vt meritò hæc Isaías pluribus reprehendere & virgine debuerit. Posset obinci, Altare ero lithumitanum ab hominibus etiam construtum fuisse: ideoque relinquentum, ut ad Deum veniret. Respondeo, illud ab aliis longè dissimile fuisse. nam eti lapidibus & cemenis, auro & argento constabat, hominumque opera, quemadmodum & alia, effectum erat: tamen neque materia, neque operarii, sed author ipse Deus spectari debet: quia ius sui ipsius extrectum erat. Ita que formi, vt ita dicam, celestialis, quam accepterat ex verbo Dei, spe-

xo. 27.1 etiam in rationem non veniant, quum Deus solus sit architectus. Altera verba arata, amet-
xi similitudinem quandam cum illa haberent, quia carebant Verbi autoritate, detectabiles sunt. I-
x. 20. 24 ent. 27.5 dem de omnibus fictitiis cultibus iudicium facere conuenit, qualecumque sanctimoniz speciem praferantur. Nihil enim Deo probari potest, nisi quod est Verbo ipsius consecratum.

9 IN die illa Prolequitur quod dicere coepera: de exterminandis terræ incolis. Et quia munitis viribus & propugnaculis fructus Iraelitæ putabantur in tuto quietescere, nihilo plus in illis praesidiis fore denuntiat, quam si hostes per deserta loca iter fassent. Nam quod putant quidam שׁוֹר & נְבָרֶת propria esse: virium nomina, certum est. sed potius vel inulta & inaccessa loca intelligor: vel nihilo plus momentum fore ad defensionem in muris & fossis, quam si Israelitæ inter dumeta & virgula habitarent. Particulam שׁוֹר, notam similitudinis hic valere non dubito. ideo reddidi. Quemadmodum, vt uno contextu dicat Propheta, non fecus trepidâ fuga dissipandum nunc esse populum, quām olim Deus veteres incolas fugauerat. Qui שׁוֹר relatuum esse volunt, coguntur aliquid subaudire, & abrumpere sententia filum. At qui simpliciter reducitur in memoriam vetus exemplum, vt agnoscant Israelitæ quām iniurii sit & fallax omnis munitione contra Dei manum. Grauis est exprobra: nec enim cogitabant Israelitæ terram illam ideo sibi velut hereditario iure à Domino datam esse, vt ipsum colerent: fugatos esse hostes, vt in eius possessionem mitterentur: nunc ingratitudine sua indignosse tanto beneficio reddebant. Quo fit, vt eo priuati, meritò contraria prioribus bonis mala sentiant. Atque hic locus ex Mote, quem sequuntur Prophetæ, fieri a posteriori. In promissis enim testatur in hunc modum, Vnus vestrum fugabit mille. In minis contraria, Mille è vobis ab uno fugabuntur. Quemadmodum ergo tantum Canaanis terrorem inculerat, vt statim est conspicuit Israelitarum fugerent: ita populi ingratitudinem virtus est, vt nihil haberet vi-
eni. 26.8 riunum ad resistendum. In quo Dominus bifariam, tum in pellendis Canaanis, tum in vleiscendo populo potentie suæ specimen edidit. Proinde vetus illud beneficium Propheta commemorans simul ingrato & immemori populo perfidiam exprobrat, vt se meritò puniri fatetur: sedque à Domino proficiere agnoscant, quod ita ab hostibus profligantur, quibus antea terrori fuerant.

10 QVONIAM) Ostendit easiam cur aduersus decem Tribus ita sequiat Dominus, ne scim immunito affligi vel durè nimium tractari querantur. Summa est, mala omnia illis prouenire ex impiè Dei contemptu. Nimirum enim fœda & proflus inexcusabilis ingratitudo erat, post tot accepta beneficia, perinde ac si nulla in re Dei amorē experti essent, pes suas prostituere tam profani gentibus quām idolis. Nulli quidem increduli, si in iudicium vocentur, culpa hæc effugient, quod vagando post creaturem, Deo injuriam faciant. sed populi Israeliticis specialis fuit ratio, cu se Deus ita patefecerat, vt omnibus mundi fallaciis valere iussis, debuerit in sola eius gratia acquiescere. Quare meritò ingratitudinis damnatur, quod obliuione seplerit recte fidei materiæ. Et certè, vobis mel gustādam nobis præbuit Deus bonitatis suæ dulcedinem, si cordibus nostris insederit, nunquam alio nos dilabi continget. Vnde sequitur ingratitudinis cōvinci, qui vero

Dgo

Deo non contenti, huc & illuc instabiles feruntur: quia hoc modo ineſtimabilem eius gratiam vivipendunt. Ideo nominatum exprimit Propheta Deum talus, & Deum vel Regem tortitudinis. **נִזְחָם** enim vtrumque significat: quia instar portentis fuit non retineri tuba Dei fidej quo toties seruatuerant, & quidem velut exerta manu. Quod addit Non fuisse recordata amplificatio est: quia oblique exprobrat malignam fuisse hanc locordiam, quod non reputauerint quot modis Deus olim ienfisit bene dicendum.

P L A N T A B I S .) Sequitur pena, ne inultam hanc ingratitudinem fore existimarent: nempe quia reliquerint fontem bonorum omnium, quantumuis latagant pro querendo viatu, media tamen & fame confectum iri: quia quicunque magno labore parta erunt, hostes vel rapet vel perdet. Locus hic iunctus est à Moysi: quia inter alias refertur hæc maledictione. Vnde apparet quod in *Dicit. 28, 1&ptius monui Prophetas multa ex Moysi mutuari, verisque est Legis interpretes. Vites autem ex 32-39 qualitas, & palmitis aliounde adiectos nota: quia ex magnitudine tactus exacerbatur dolor.*

11 D I E P L A N T A T I O N I S .) Significat aſſiduum culturam, quæ plantis & feminis adhibetur. quam quam possemus intelligere Succellum acſi plantata nuper vinea statim vinum produceret. Et hoc contentaneum est proximo membro, ubi pro Die ponitur Manæ, atque ita videtur notari libita maturitas. nisi forte hoc quoque ad fedulitatem referre placeat, quod statim à prima aurora ad laborem intentierunt. In verbis aliqui est ambiguitas, vertunt enim alijs, Commotio rami in die infirmantis. Sed quum **אַתָּה** si hæc ditas, hic meo iudicio propriè Fruitionem significat, non autem deducitur **אַתָּה** nec video quomodo conueniat nomen Ram. Fateor quidem, quem de vitibus fiat mentio, ~~אֲמֵגֶן~~ ^{אֲמֵגֶן} tumi nomen Metis. Posset etiam veritatem Collector: & tamen de his duobus nolim pertinacius contendere, quia cōdēm redibit ſentens: modò **אַתָּה** tumatur propria perceptione fructuum. Sic enim non male fluet contextus: Tametsi att̄ diu in cultura & à tunimo diluculo operi instes, nihil promouebis: quia vel palmitum agitatione fructus iponte defluet, aut vites tuæ spoliabantur. Ita per Syncedothen ſub verbo Plantandi notatur aſſiduus labor, quem agricultæ & vinitores plantis & vineis impendeſſerent. Grauiſſima autem hæc pena est, atque è certa maledictione Dei proficiuntur. Nam si is cui nulla poſſet ſtio eft, pellatur è regione & profigetur, non ita ægrefit ut in agri ſunt bene culti: ac præcertim ſi operam in diu tuam impenderit: ita Dominus Israhelitas videnti voluit, quod abuterent fecunditate terræ, & in *Pſal. 127, 2* abundantia tua laicuntur. Similis quoque pena impius in genere nuntiatur, quod fruſtra manet *Pſal. 128, 2* turbunt & indefeflo labore ſeſe torquent ad enim fine profectu facturos. Contrà, Eos qui in Dominō recumbunt, certum laboris fructum percepturos, quia benedictio Dei comitabitur eorum labores.

12 H A T M U L T I T U D O .) Alii exponunt **V**: ut fit particula exercantis. interdum autem eft vocantis ut alibi vidimus. Atqui ego nunc dolentis porciſſe arbitror. nam ingemisſerit ob cladem quā præduet futuram in Israele: ſive hoc fraternali affectione faciat, ſive ut efficacius penetreret vaticinium in animos lenti & ſocordis populi. Certum enim eft Prophetas vindictam Dei, cuius praecōnes erant, præ alis exhortiſſe: & quanvis pro impietate ſibi per longa ſeuere minitarentur, nunquā tamē exinde humanitatis affectionem, quin condoluerint percutientibus. Valuit tamen præcertim ratio ſiede riſ quod Deus cum ſemine Abraham pepergerat. Quem affectionem in Paulo etiam fuſile cernimus: adeò ut anathema pro fratribus fieri deſideraret. Dum ergo rem ſibi velut præſentem proponit *Rom. 9, 3* Italas, non potest non magno affeſtio doloris ſenſu, atque hoc interea, ut attigi, ad maiorem certitudinem facit: quod rem velut præſentem oculi ſubiecit, quasi eam ipse coram intueretur. Nomen Multitudinis ideo ponitur, quia ex multis & variis nationibus, quibus Assyriorum Monarchia constabat, collectus erat exercitus. Similitudines quas tubiungit, non aliò ſpectant niſi ad amplificationem. Eos enim mari aut diluvio comparat, quo vniuerſa aliqua regio inundatur.

13 S T R E P E N T .) Tametsi videatur illam comminationem periequi, qua prius vſus eft, tamē incipit fideliſſi confolari repetita eadem ſententia. acſi quis diceret, Nec ille eft qui Dei fuerunt immemores, ſecleræ tuæ defectionis penas dare, & quali diluvio obrui. Veritam Dominus talen hominum truculentiam compescet, nam quum ſeuitiam tuam exercuerint, inueniet viam qua ipios eviciat ac profliget. Atque eximia conſolatio eft, qua piorum reliquias iuſtentare voluit, nec verò tantum loquitur de Iudeis, vt vulgo existimat, quum haec tenus sermonem direxerit ad decem Tribus, adhuc aliquos in Israele ſuperfluſe certum eft qui verò Deum timerent, ac desperarent, niſi eos aliqua promiſio erexit. His autem ſimili uidiſib⁹, procellas & tempeſtates horrendas deſcribit. Nam quum Spiritus sanctus pīs conſolationem afferre vult, proponit ea quæ terrere & animos deinceps tollent. vt intelligamus Deum tempeſtates omnes, tametsi violentas atque horrendas, facile teſtatorum. Ut enim ventis, & mari, & procellis: ita hostibus & corum violētis facile impeſat. Itaque continuo pōst comparat Aſſyrios ſtipulæ. Etsi enim Israhelitarum respectu terribilis erat eorum impetus: coram Deo tamen ſimiles quicquiliſ ſore admonet, quia nullo negotio diffipari omnes eorum apparatus. vnde ſequitur non eſſe de corum viribus & potentia exfenſu noſtro iudicandum. Quoties ergo impīs frēna laxari videmus, vt in perniciem noſtrā irruant, cogiteſſe nos quidem, quantum in nobis eſt, eſſe perditos, ſed Deo in promptu eſſe modum, quo euq;

nescere faciat eorum impetus. נַדְבָּה significat Rem volubilem quæ vento facile exagitatur.

14 TEMPOR E vel pertinere.) Dentis est, Quemadmodum tempestas vesperi excitata, & paulò post sedata, manè nulla est amplius: ita futurum vt hostibus dispulsi, redeat subito præter spem latitatem reritis. Duo volvit Propheta: primum repentinam fore hostium incursionem: deinde cladem quam intulerint, haud diuturnam fore. Ut repente exorti sunt Assyrii aduersus Israëlitas, ita repente conciderunt. Hinc miram consolationem pī omnes percipere debent, quoties omnia tumultuari vident, & imminent horrendæ mutationes: quid enim aliud est, quam subita tempestas, quam Dominus sedabit? Tyranni instar turbinum & procellarum in nos ingruunt, atqui eorum vim Dominus facile discueriet. Eius ergo auxilium patienter expectemus, quanvis enim nos iactari sinat, tamē per mediæ tempestates ad portum tandem perducet. Quod si Propheta exiguae quādam reliquias, que nullæ propediem videbantur, contolatus est: nō dubium quin hæc promissio ad nos quoque pertinet. Nulli quidem ferè sumus, & in paucis angulis latet misera Ecclesia: sed si statum regni Israhel confidere mus, quam pauci illi erant Dei serui! Atque hi vix mutre audiebant, tantum inerat omnibus odium religionis & pietatis. Quanvis ergo Dominus impiorum multitudinem perdat, exiguum ramen piorum numerum, qui cum aliis velut in eadem nau iactatur, porrecta aliquata tabula è naufragio creptum, in tutum & tranquillum portum deducet.

Hæc est pars.) Alloquitur fideles qui labebant in regno Israhel, eosque cum Ecclesiæ corpore coniungit: tametsi membra hic atque illic dispergitur, ut sacerdos filii Dei contingit. Qualis sit exitus impiorum, qui nos perfecuti sunt, hic cernimus. tametsi eorum furori sumus expositi, ut diripient, prædendent, conculecent, omninoque genus contumeliam in nos exerceant: similes erunt procellulis, quæ suo ipsarum impetu franguntur, & subito euaneantur. Hæc nobis expectanda sunt de tyrannis omnibus qui hodie Ecclesiæ miseriè vexant, & inhumaniter trahant filios Dei. Interipta sit agnus nostris hæc consolatio, ut idem ipsis euenturum esse sciamus,

C A P V T X V I I I .

E VS terra in umbra, alis, que est trans fluminā AEthiopice.

2 **M**ittes per mare l. g. atos, in vasis iuncis super aquas. Ite nuntii celeres ad gentem distractam & expilatam: ad populum formidabilem, ab eo & deinceps: gentem vnde concilcatam, cuius terram flumina diripuerint.

3 Omnes habitatores orbis, & incola terræ, cum signum sustulerit in montibus, videbitis: cum tuba danxerit, audiatis.

Porro sic mihi dixit Ichoue, Quiescam, & videbo in tabernaculo meo, sicut calor siccanus pluviam, & sicut nubes rosida in calore messis.

5 Quia dum adfuerit messis, perficitum erit germen, & ex flore fructus erit maturuscens: tamen amputabit ipsis palmetes falcibus, & propagines auferendo excidet.

6 Derelinquentur pariter volatili montium & animalibus terræ. Aës liuanuit super illud volatile, & omnia animalia terræ hyemabunt.

7 Tempore illo adducetur Ichoue exercituum manus, populus laceratus & expilatus, & de populo terribili, ex quo esse capitur & deinceps: gente vnde concilcatam, cuius terram flumina diripuerint, ad locum nominis Ichoue exercitium, ad montem Sion.

I N C A P V T X V I I I .

E VS terra.) Non satis mihi compertum est, de quo populo loquatur Isaias. quanquam satis demonstrat eum AEthiopie vicinum esse. Aliqui ad totam Aegyptum perferant refutant: quandoquidem teorium proximo capite de ea tractabit. unde liquet, populum hic intelligi ab Aegyptiis diuinitum. Nonnulli Trogloditas designari putant: quod mihi verisimile non est, quum nihil haberint commerci eum aliis Gétabus. Stridebant enim, ut testantur Cosmographi, potius quam loquebantur. Istos vero quorundam mentio, sociates & sedulae cum aliis gentibus agitasse appareat. Incertum tamen est, an contra Iudeos conspiruerint, an vero Aegyptiis ie adiunxerint ad profugandos Assyrios. Si fuerint hostes ex professo Iudeis, vindictam denuntiat Isaias. Si vero fallaciebus promisisti eos lactearent, ostendit nihil ab ipsis sperandum esse: quia friuolis tantum legationibus tempus extrahent. Quicquid si, ex viciniis nationib⁹, quas hoc capite nominabit, colligere aliqua ex parte licet, quo loeo

loco siti fuerint: nemp̄ procul ab Egypto & Aethiopia. Nisi forte placet maritimam partē Aethiopie notari, quia patet ex cap. 37. Atlyris cum rege Aethiopum bellum fuisse. Ceterū Inf. 37.9 quod terram illam dici, in umbrare alis, hinc colligitur portus sumi fuisse eius mare, ut habuerit fere quentes navigationes, & opulentia fuerint. Tenues enim & inopes, nec exercitas regiones frequenter, nec mercanomia exercere possent. Significat ergo multum apud ipsos fuisse viuum nauigandi.

2. Q VAE mittis.) Hoc propriè ad conditionem illorum temporum refertur. Videlicet hic populus sollicitus est: Aegyptios vel syros, ut Iudaei varentur: vel Assyrios eorum opera vios esse ad vexandum Iudaei: & tocius fuisse Aegyptis, ut communè manu Assyrios repellerent, ne ultra modum creceret eorum potestia. nihil enim prater coniecturas afferri potest, quod nullæ extensis historiæ quæ de eo testentur. Vbi ergo deuntur testimonia, probabilibus coniecturis videntur est. Has nauigationes non in proximitate quendam locum, sed in longinquum suscepimus verisimile est. Quod lumenca naues vocat, non debet videri absurdum: quia Aegyptis fuisse in communi usus ex veteribus historiis notum est, quod Nilus sit quibusdam in locis admodum præceps, & periculosis nauigantibus, propter cataractas, quas Catacupa nominant, adeò ut naues lignæ coeli ci non possint, quin frangantur, & aliquid tantum tassis: ideo nauiculis flexilibus vti necesse est. Porro ne aquā recipiunt, ac ita mergerentur, inutus pice fuisse illatas tradunt Scriptores.

3. TE nuntio celeres.) Hic locus est obcurus: sequar tamen quod magis probabile mihi videtur. Ostendit Prophetæ finem sui vaticinii, id est, cur illius populi cladem prædixerit, nemp̄ si credimus professos fuisse hostes Iudeis, ut aliquam consolationem fidibus afferat, qui miserè disfici & dissipaverant, ut accepto hoc nuntio oblectentur, & gratias agant Deo. Si autem magis placet implicatos ab haec gente fuisse Iudeos illico feedere, ironica erit hæc adhortatio, qua electi populi stultiam coarguerunt volunt Propheta, quod rehæto Deo ab inimicis auxiliis penderet. Nā quod nonnulli hæc verba Deo tribunt, quasi maritimos s. etos populos in exitium Iudeorum properare iubent, mihi conuenire non videtur. Nihilo etiam magis, quod alii putant sequentibus verbis describunt, totæ illius vel obsevergentis cladem. Expilatum enim gentem intelligit Iudeos, qui miserabiliter vexandi & dissipandi erant, ita ut nulla in eis pars integræ remanceret. Horribilem, quod tantis calamitatibus deformis, horrorem incuteret omnibus qui tam intuerentur. Nec enim probare possum, quod nonnulli expoununt de signis & miraculis, quæ Dominus apud ipsos edidit, ut omnibus formidabiles redderentur, nam aliud potius ad illum Motis locum, Dominus constituet te in stuporem & horrorem; quemadmodum alibi, in concuscionem capitis & ludi brium. Itaque significat populum cuius tam horrendus fit aspectus, ut omnes obstupeciat, quod Iudeis & prædictum esse, & accidisse scimus. ip. 17. id est, Vndeque aesi qui duceret lineas, si quis inter se coniunctis, nullum locum vacuū relinqueret: vel tunc duceret in agro, quibus omnes glorias subigeret. Sic enim subactus ille populus & prostritus est. Per flumina, ingentem hostium, id est, Aethiolorum exercitum intelligit. Alludit autem ad id quod prius cap. 8. "diverat: Populum riuolo suo minime contentum, rapidas & violentas aquas expetere, postquam igitur ipsos accessivæ sunt, si tanquam diluvio sunt obruti. Atq; hæc totius mali causa fuit, quod Dei promissionib; non contenti aliena præsidia quæ fierunt. Iam si mandatum hoc ad Nuntios celeres in Dei persona accipitur, hinc colligimus non statim ipsius suis succurrere, sed suspendere eouique suum auxilium, donec ad desperationem ventum sit. Neque enim latum & scelicum nuntium mittit ad integros, vel leuiter tantum percussos, sed ad gentem prorsus deiecitam & calcatam. Properare tamē subens, intelligit subitum fore & inopinatum iudicium, ut lux repente in tenebris affulget.

3. OMNES habitatores.) Tam ostendit hoc Dei opus fore ostendit, ut omnibus populis conspicuum sit, necdum Iudæis. Hæc quidem verba, quæ futuri sunt temporis, per imperativū, pro modo Scripturæ, quidam vertunt sed magis conuenit in futuro acceperit. Perinde aesi dicere, Remotissimos quoque populos huius clades fore testes: quia & vestillum conspicetur ab omnibus, & tubarum clangor in toto orbe perfonabit. Vnde palam fiet non ab hominibus motus esse bellum, sed à Deo ipso, qui insignibus non s. se authorem esse ostendet. Quum geruntur bella, omnes palam quid agatur, cernunt: ac bona hominum pars eorum initia & exitus fortunę tribuit. Contraria, itaas hæc omnia triuenda Deo esse ostendit, quia nouo & insolito modo potentiam suam exercet. Nam sic interdum operatur, ut manus eius lateat, nec opus ipsius ab hominibus censeatur. Interdum vero sic manum excrit, ut omnes eam cogantur agnoscere. Idque voluit Prophetæ.

4. PORRO SIC.) Postquam Aethiopibus, veleorum vicinis stragem minatus est, & simul ostendit in le venturum esse solitum ad Iudeos, vel ironice stultam fiduciam perstrinxit, quia decepti fuerant Iudei: nunc subiicit Deum istos confusos motus sic temperaturum, ut electi populi reliquias tandem ad se colligant. Particula 2. quam reddidi per Porro, nunc causalis, nunc aduersatiua est hic autem secundus senius videtur melius quadrare: quia dubitationi occurrit Propheta, quæ vehementer alioqui turbare poterat infirmos animos: quia & in rebus permixtis Dei prouidentia quasi opposito velo nobis obtegitur, & talis erat status gentis illius, cui excidium denuntiat,

Dicit. 28.
28.37
Iere. 18.16,
C. 19.8. &
25.9.18
Iere. 24.9

"Vetus. 6.

vt varicinium hoc profabula haberi & rideri posset,nec enim, vt colligere licet, vllum periculum
vllum mutato imminebat. Hoc nonnulli ad personam Isaiae referunt, quasi freat oraculo Dei
quietat, id est, pacato sit animo: quemadmodum nos eis oportet auditio verbo Dei, idque certe
expectare quod prædictum est. Quemadmodum etiam Abacuc, super speculam, inquit, meani sta-
Alac. 2.1 bo. Sed dubium non est quin narret quod sibi à Domino prædictum fuerat, & Dominum ipsum
eius ore hanc sententiam pronuntiari: **Q V I E S C A M**, id est, superdebet quasi otiosus, nam & Vide-
re hoc significat. Nulla enim pœnitentia sunt in agendo partes: a pœnitenti contentus acquiescit. Ad
id etiam facit Tabernacula nomen, ac si sub tectum Dominus se ad quietem recipere: quemad-
modum è dierio et tribunali concidere dicit, quum impiorum sceleris vicitur. Sunt enim for-
mæ loquendi ad vium nostrum accommodatae. Nisi forte magis placet, Prophetam ad Sanctuarium
aliudere: quia etsi in afflictione populo obscura ad tempus latebit Dei maiestas, efficeat tamen fore e-
ius otium. Summa huic redit: quanvis sursum & deorum omnia voluntur, vt obrepere queat fu-
spicio, nullam Deo amplius curam esse regedi mundi: ipsum tamen contulit quiescere, ac si cubiu-
lo inclusus otio vacaret, fructumque huius quietis suo tempore fore manifestum.

S I C T calor siccans.) Hac eleganti metaphora magis exprimit quod iam dixerat Isaías.
Quanquam bifariam accommodari potest ad mentem Prophetæ vel quod tanquam ex sua
quiete expergefactus, proferetierenum vultum qui fideles exhilaret: vel viuifico humore eos irri-
gabit, hoc modo notaret Prophetam dierios fucellus. Vel ita bestia tacita anitthesis, qua admonet,
vbi videbitur Deus otiosus iacere & speculari quæ aguntur, posse tamen quasi ludendo sua iudi-
cia exequi. Et certè quia cum hoc veriu cohærent duo sequentes, videtur hoc velle Isaías. Quan-
uis Deus non fatigat more hominum, neque feruido impetu festinet, occulto tamē esse modos in
eius manu, vt sua iudicia exequatur, nec interea digitum moueat. Forte etiam docere voluit, Deū
in hac gente perdenda, alter quam plerunque solcat aetorum. Sed nobis sufficere debet quod nu-
t. Theff. 5.3 perattig, dum si curè homines rebus prosperis indormiunt, ac delitiis ebrios putant nihil iam sibi
esse cum Deo, instare subitum interitum: quia Deus speculando superat omnes mundi conatus vel
apparatus. Itaque restatur si similem fore lucido ac tereno celo, & calori pluvias exiecanti: deinde
rotundè nobis inferuentia astu. Scimus autem hanc pluviam aptissimam esse naturitati frugum: at-
que etiam calorem qui pluvias consequitur, accelerare fruges ac fecundiores reddere, cum sua vi
penetrans, humorem intus magis adigar. Hoc autem voluit Propheta, Tametsi impendebant repro-
bis clades & miseris, tamen ita sis omnia ex voto fluere, vt summè beati esse videantur, ac si Domi-
nus ipsos omni bonorum genere cumulare vellet. Verum saginari vt boues ad maestationem desti-
natos. Cum enim ad summam felicitatem peruenire videntur, subito intereunt. Vnde sequitur
non esse de iudiciis Dei ex praesenti rerum a pœnitenti judicandum, quum enim admodum securi sunt,
haud longè abest interitus & extrema ruina. Ita cito summe solatur fideles, ne reprobis melius esse ex-
istimunt quantipper cessat Deus: quia etsi souere in sinu videretur quos tolerat, breui in nihilum re-
diget. Hæc autem accommodanda sunt misericordis & calamitosis temporibus, quibus tyranni Ec-
clesiam opprimentes, soli florent, bonisque omnibus affluunt, siq; machinantur, ac si omnia ipsi
in manu essent. Praeventus enim potentia, consilia, astu. Sed omnia haec consilio Dei fieri intelliga-
mus, qui fucellus ipsorum accelerat, omniaque prospéra concedit, vt tandem eos momento inter-
rimat atque perdat. Scio longè in diuersum sensum ab aliis trahi Prophetæ verba sed quisquis pru-
denter totum contextum expendet, faciat, vt spero, subseruet meæ interpretationi.

S Q V I A D V M adhucrit meis.) Ad verbum est, A præsentia meis: sed mitiganda
fuit asperitas, ac sensus Prophetae minimè dubius est, iam propinqua messe, & vuis maturecenti-
bus, totum prouentum, cuius spætati fuerant impi, repente ipsis abreptum iri. Continuat enim
eandem sententiam Propheta, & idem quod prius his similitudinibus confirmat: impios nō statim
excidi, sed florere ad tempus, Dominumque eis parceret: sed quum messe adfuerit, quum vites gē-
mas protulerint & defloruerint, ita vt apparent omnipaces, palmites ipsis fucellum iri. Ita cum
impi matritati proximi erunt, non tantum fructu priuabuntur, sed à radice exciduntur cum sua
propagine. Talem impis exitum dabit Dominus, postquam eos propter rebus aliquandiu frui
suerint, sic enim à radice evolutent, vt requiri se ac restituì nullo modo possint. Eximia vero hinc
coniolationem percipimus, quod cum diu simulat Dominus, fidem nostrā probat, nec sinit omnia
ex eo fortunæ impetu ruere, quemadmodum profani homines putant. Deus enim in celo est, velut
in tabernaculo suo, vel in Ecclesia sua, quasi in tugurio ignobilis residens: opportunè deinde prodi-
bit. Ita ingrediamur conscientias nostras, si que nobiliter reputemus omnia, vt animos nostros
huiusmodi promissione sustentemus: qua folia etationes vinei ac superari posunt. Hoc etiam per-
pendamus, quod Dominus se impiorum felicitate promovere & accelerare dicit: que ad illustran-
dam magis que ac magis patescendam Dei misericordiam facit. Nam si eos statim quasi pullula-
rem segetum herbā præcideret ac tolleret, non ita conspicua esset ipsius potentia, nec bonitas eius
tam certè agnosceretur: sicuti eum eos in excelsum magnitudinem ex crescere, repleri & florere sinit,
vt postea sua mole corruant, aut veluti turgidas & pingues aristas, putatoriis falcibus præcindat.

G D E R E L I Q V E N T V R pariter.) Sic impios vt res n̄i n̄i projectum iri significat: quemadmodum etiā Iohannes Baptista comparat eos palcis, quae abaciūr in sterquilinūm It i Iaias Matt 3 12 feris & aubus exponendos eis docet, vt & estate apud ipios indicent aues, hyeme vero & ferre lustra & Iu 3 17 tua habeant. ac si diceret, non tantum hominibus, sed scis quoque ipsi in p̄ obrem totū. Tali signatur est impiorum exitus, qui excello in loco quasi extra omnem aliam p̄ficiam, omnia praē de- spiciunt. Iis aues & ferre bestie in cubile & paustum abutentur. Denicētū, in piām, non solum in- fra omnes homines, sed etiam infra ipsas bestias, seminque dedecorū & ignominia exposiū, docu- mentum erunt admirabilium Dei prouidentiæ.

T E M P O R E I L L O Iterum ostendit Propheta quosrum profanæ geniū exceditū minatus sit, quoniam enim nationes ferre omnes in exitum Ecclesia compirarent, deca proctus acīū cīle vi- debatur. Dominus ergo auxilium erit in tempore larum significat. Nisi enī obstat leti alibus consiliis, & tempestue reprecesset hostium conatus, ledētēt per alienū indecōp̄e ostendit. Et ecce eis curam habere: & quoniam cam casti gare velit, occurrere tamen in tempore erit perea: marū in que suam opponere tyranis & aliis hostibus, ne piām evictant, & voti, quod libi p̄ abant cīle in manibus, p̄viantur. Ergo vt Iudeos ad patientiam animet, non solum eos ducimū agente Aethiopum, sed etiam admonet in eorum salutem Deum sua iudicia moderari. Alludit autem ad tecundum verū huius capituli vbi in dē nominibus & titulis Iudeacum populum designari vidimus. Et virut Alaudendi verbo, quia antē in exitum trahendi erant, ut nihil magis libetum ipsi esset in templum ascendere, quam exteris gentibus. Notandum etiam quod arētē: denotat enim populum non fore integrum. ac si diceret, Tametsi vos ad pacientem redigi oportet, vt remnes satis reliquæ, hi tamen pauci qui supererunt, Deo in sacrificium offerentur. Vtulissima hinc doctrina, nostrisque temporibus ap̄fissima colligenda est, nam hodie haud procūl à delperatione absit Ecclesiæ expilita enim, dissipata & vndique quassata, jmd contra est. Quid agendum in tot tantisque angustiis & tristis fæ sunt haec promissiones, vt Deum nihilominus Ecclesiam seruatutum esse confidamus. Vt cuncte corporis sit lacrum, disiectum in frusta & disiectum, membra tamen facile Spiritu tuo cōiunget: nec vñquam memoriam nominis tui & invocationem perire sineat. Ef- ficiet Dominus ut ex his frustis quæ nunc disiecta & dissipata sunt, populus in vnum coact & cō- gregetur. Quos enim longissimo interuallo coniungit vnitatem spiritus, eodem facile potest in vnum aggregare. Tametsi igitur populum imminui, & membra aliqua rescindi videantur, tamen ex eo munus aliquod Domino offeretur.

A D L O C U M N O M I N I S) Hic modus loquendi vñstatus est Prophetis. Cum enim cultus Dei men- tionem faciunt, ab externis exercitus ipsum indicat: veluti ab aris, sacrificiis, ablutionibus, & eiusmodi. Et certè cum cultus Dei sit interior, non aliter quam externis signis designari potest, quibus homines testantur se Deum colere & venerari. Hic autem præcipue monitem Sion nominat, quoniam locus ille Deo consecratus esset, atque illuc sibi sacrificia offerri vellet. nam & præcipio illo honore dignatus est, cum inde doctrinam Verbi emiserit, quemadmodum ante a vidinius: ut me- Suprad 2.3 ritò sub eius nomine purus atque integer Dei cultus intelligatur. Denique Prophetæ non detin- bunt cultum Dei, qualis post Christi aduentum fuerit, sed qualis erat suo tempore. Oporie- bat enim ipsos se esse accommodare populo cui seruiebant. Hinc colligendum est, nos ad Ecclesiā non aliter pertinere, quam si Deo in sacrificiū offeratur. Cōpater ergo se esse ad hanc mactationem Rom. 12.1, quoniam Dei esse voleret, nec amplius sibi vñiat, sed totus Deo concretur. Hoc autē gladio Verbi & 15.6. scimus fieri (Evangeliō scilicet) quo etiam Paulus se homines Deo offerre & sacrificare gloriatur. 2. Cor. 5. 15. Per Locum nominis Domini, non intelligit essentiam Dei illuc esse inclusam, de qua nihil erasmus aut terrenum cogitari debet, quasi Deus loco affixus sit: sed quia locus erat in quo Dominus te- stari potentiam tuam, coli & invocari voluit: vbi se beneficis suis & virtute præcientem esse decla- rabat: id que ob ruditudinem populi, qui alter eius maiestatem comprehendere non posset. Inter ea notandum est nos non posse alter gratos esse Deo, quam si in viam & candem fidem coalefca- mus ad eam simus Ecclesiæ membra. neque enim nobis Ierusalem, vel ad montem Sion excurren- dum quoniam longè & latè patet hodie Sion, quam vniuersus orbis, qui totus cōsecratus est Deo. Superest igitur ut eadem vigeat inter nos fides, & charitatis vineculo simul iuncti simus. Hec si desint, profana apud nos omnia, nec sacri quicquam aut sancti habemus.

C A P V T X I X.

 **Nus Aegypti. Ecce Ichoua equitat super nubem celerem: & veniet in Aegyptum, & commonebuntur idola Aegypti à facie eius, & cor Ae- gypti dissoluntur in medio eius.**

Et committam Aegyptios cum Aegyptiis, pugnabit quisque tunc contra fratrem suum: quisque, inquam, contra proximum suum: ciuitatis contra ciuitatem: & re-

gnūm contra regnum.

3 Et exinanietur spiritus Aegypti in medio eius: & consilii eius destruam, etiā si quæ-
rant illud apud idola, apud magos, apud pythones, apud diuinos.

4 Et tradam Aegyptios in manum domini sui, & Rex fortis dominabitur eis: dicit
Dominus Ichoue exercituum.

5 Tunc deficiet aquæ à mari: & flumines exiccati atque aresceret.

6 Elongabuntur flumina: exhausti & siccabuntur riuu munitio[n]is, arundo & care-
ctum succidentur.

7 Herbe ad riuum & super os riui, & omnis sementis riui aresceret, & propelletur, ut
non sit.

8 Et moxebunt pescatores, & lugebunt omnes qui hamum prouiciunt in riuum: qui ex-
pandunt recte superfaciem aquarum, debilitabuntur.

9 Qui in lino optimo operantur erubescet, & qui texunt plagiis foras.

10 Eruunt enim retia eius dissipata: & omnes architecti retis tristes eruent animo.

11 Certè stulti Principes Zoan: prudentum consiliariorum Pharaonis consilium infatuati
est. Quomodo dicitis Pharaoni: Filius sapientum ego, & filius Regum antiquorum?

12 Vbi nunc prudentes tu? ut annuntient tibi, aut etiam sciant quid decreuerit Ichoue ex-
ercitum super Aegyptum.

13 Infatuati sunt Principes Zoan, decepti sunt Principes Noph, seduxerunt Aegyptum
angulus Tribuum eius.

14 Ichoue miscuit in medio eius spiritum peruersitatis: & seduxerunt Aegyptum in omni
opere eius, quemadmodum circumagit ebruis in vomitu suo.

15 Nec erit Aegypto opus quod faciat, caput vel cauda, ramus aut iuncus.

16 In die illa erit Aegyptus instar mulierum. Horrebit enim & pauebit à facie agitatio-
nis manus Ichoue exercitum, quam agitabit ipse super eam.

17 Et erit terra Iuda Aegyptius in tremorem. Omnis qui recordatus fuerit illius pauebit
super ipsam, propter consilium Ichoue exercitum, quod decreuit super eam.

18 In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes labio Canaan, & in-
rantes per Ichouam exercitum. Ciuitas desolationis una vocabitur.

19 In die illa erit altare Ichoue in medio terræ Aegypti: statua item iuxta terminum e-
ius Ichoue.

20 Eruntque in signum & in testē Ichoue exercitum, in terra Aegypti. Quia clamabūt
ad Ichouam propter oppresores: & mittet eis Seruatorem & Principem, ut liberet eos.

21 Et cognoscetur Ichoue ab Aegyptus: cognoscet, inquam, Aegyptu Ichouam in illo
die: & facient sacrificium & oblationem, vobisq[ue] vota Ichoue & reddent.

22 Itaque percutiet Ichoue Aegyptum: percutiens, & sanans. Convertentur enim ad Ic-
houam, & exorabitur ab eis, & sanabit eos.

23 In die illa erit via ab Aegypto in Assyriam: commicabunt Assyrii in Aegyptum, &
cum aliis Aegyptii in Assyriam: & colent Aegyptii Assyrios.

24 In die illa erit Israhel tertia cum Aegypto, & Assyria benedictio in medio terre.

25 Quia benedicet illi Ichoue exercitum, dicens: Benedictus populus meus Aegyptius,
& bonus manus meæ Assyrius, & hereditas mea Israhel.

22 T A Q Y E detinet. Concludit Propheta, atque infert ex iis quæ iam dicta sunt, castigationem cuius meminit, vtilem Aegypti fore: quid præparatio illis ad conuersiōnem futura esset: ac si dicaret, id futurū Aegypti bono quid cam plectet Dominus. Male interpretantur hunc locum qui dicunt, Percutiet plaga sanabilis: & de senti Prophætæ multum immiuunt: qui intelligit salutares ipsi⁹ fore plagas: atque ea ratione Dominum iplos reducturum. Vnde colligendum est, non esse reculandum quominus à Deo castigemur, cūm id bono nostro fiat. Nam impunitas maiorem peccandi licentiam gigneret. Sicuti nihil magis proclue quām vt sibi indulgent homines: quanti p̄ illis pareat Deus. Quamobrem neccile est, vt Dominus huic periculo occurrat. *Proph. 3. 11.*
Hebr. 12. 5.
 quod facit castigationibus & flagellis, quibus nos ad penitentiam hortatur & stimulat. Insigne hic *6. 7.*
 nobis exēplum proponitur in Aegypto, quæ cūm superstitionibus & impietate scateret, omnēsque nationes idolatria superaret, Dei tamen misericordiam experta est, sed modus notandus est: nempe conuersio ad Deum. Est enim explicatio membris superioris: ac si dixisset, Sanabit Deus Aegyptios, quia conuertentur. Enim copula valet cautalem particulam. Hinc collige, Conuersiōnem esse quasi resurrectiōnem ab æternā morte. De nobis enim actum est, quādū à Deo auerſi sumus: conuersi redimus in gratiam, atque à morte liberamur: non quid promercentur Dei gratiam penitentia nostra: sed quia Dominus hoc modo veluti à morte in vitam exulcit. Pœnitentia additur promissio: ex qua colligimus non frustrans suppliciter pena deprecari, vbi ex animo resipicimus. Cæterū cūm exorabilem & propitium Aegypti⁹ Dominum fore dicit, simul ostendit eos veniam deprecatores, ex quo fuerint conuersi. Vera igitur conuersio erit, ex qua sequetur inuocatio Dei. Ea autem sine fide esse non potest, nam agnitus quidem peccati etiam impius communis est: sed ad misericordiam Dei nemo confugiet, vel de reconciliatione aget, nisi qui *Rom. 10. 14.*

vero p̄eccatōis sensu pereclus tūdem simi coniuncti.

S A N A B I T E O S.) Non reputit quod dixerat, Deum percutere ut sapet, sed alio significatiū promittit sanitatem, quia scilicet a poenis infligendis eschabit Deus. Sanatio illa, cuius paulo antē mecum, interior erat h̄c ad flagella & plágas refertur. Demique significat remedium omnibus eorum malis promptum fore. Postquam enim reconciliati sumus Deo, nihil est quod in nobis puniat. Vnde enim p̄enit., nisi ob culpam? ea remissa, p̄oenarum remissio protinus sequetur. Quod si castigāmur, nondum ad p̄enitentiam satis instrūctos esse argumento est. In iunima, teneamus h̄c ordinem qui nob̄s à Propheta ostenditur. prīmū, flagellis ad p̄enitentiam homines p̄eparari; deinde sanari, quod ab exitio aeterno liberantur; tertio, cūm adduci sunt ad notionem tui reatus, veniam deprecari; quartō, exorabilem & propitium ipsiū esse Deum: quinto, esclar plágas postquam à Deo veniam impetrarunt. Nec quinquam est qui h̄c in se agnoscere non debat, que h̄c Iaías pronunciat de Aegyptiis, in iis typus toti mundo à Domino exhibetur.

23 IN D I E I L L A.) Nunc denunciat Propheta futurum ut Dominus bonitatem suam per vniuersitū orbem diffundat, acū dicere. In angulo aliquo minime inclusam, aut eostim vni populo, ut antea, notam fore. Hic autem de duobus populis Ecclesiæ infestissimis loquitur, qui videbantur longissimè omnū absēs à regno Dei, nam in remotis nationibus multo plus spei esse potuisse: cūm h̄c ex proprio bellum cum Deo gererent, & Ecclesiam eius persequerentur. Quod si capitalibus Ecclesiæ hostibus tam propius est Dominus, ut data venia eos adoptet in filios, quid fieri alii nationibus? Ita hoc vaticinio comprehensa fuit vocatio omnium gentium. Iam quod dicit p̄fecta via mutuum fore aeccl̄sum ut alii ad alios comeant, fraterna communicatio notatur. Seimus Aegyp̄tios continua ferē bella cum Assyriis gesisse, odīōque irreconciliabili fere inuicem esse protelutos, nunc Dominum animos eorum mutaturum, atque inuicem conciliaturū denuntia: ut mutua sint inter eos commercia, mutui congressus & cōmētus, p̄fecta vii quæ

Suprà 2.4. antea p̄aeclūs̄ esse tolabant. Hic obliterandum est quod iam antea capite secundo notauitus: nempe, vbi reconciliantur homines Deo, simul & quomodo esse fraternam inter se benevolentiam colant. Ditsidit enim iurgia, contentiones, inuidia, malevolentia pacato Deo esclar debent. Mirum igitur non est, quod dicit viam Assyriis in Aegyptum p̄fectā esse: sed hoc ad Christi regnum haud dubiè referendum est. Nec enim Aegyptios concordes fuissent cum Assyriis, nisi post agnitionem Christum, legimus.

C O L E N T.) Hoc mēbrum ita verti potest, Colet Deum. Sed cūm non exprimatur hic Deus, potest referri ad Assyrios: quod etiam indicat particula n̄. Sic ergo expōnerelicebit, Qui prius ardebat in studio noctis, in mutato animo benefacere cupient, denique constabit fructus verē p̄enititiae: qui enim antea mutuis se bellis affligebant, mutuō se iuvabunt. Atque hic sensus cōtextū Prophetæ optimē conueniet. Nec tamen reiō aliam interpretationem, quam omnes ferē sequantur: nempe, Qui variis antea deos coluerunt, posthac vnum Deum agnoscēnt, atque eandem fidei confessionem sequentur: ut liberum cuique sit eam sequi quam magis probauerit. Porro si h̄c posterior interpretatio arrideat, deducit Propheta fraternū amorem ex pietate quasi ex fōte.

24 IN D I E I L L A.) Concludit Iaías promissionem quam attigerat: Fore scilicet, ut Aegyptius & Assyriis benedictiūr, quicadmodum & Israeli. Erat enim prius gratia Dei quodammodo conclusa in Israele: quod Dominus cum eo tantum fedus iniisserit. Extenderat enim Dominus suum in Jacob, ut ait Moës, & Daud, Non ita fecit omni nationi, & iudicia sua non patet. **Deu. 32.9.** **Psal. 147.20.** **Gen. 17.7.** **Exod. 19.5.** **deut. 7.6.** **Exod. 14.2.** **Causa redditio est, ac expositio prioris sententiae, ex gratuita enim beneficentia Dei Assyrios & Aegyptios cum electo populo in societatem venturos docet: quasi dicere. Cūm hi titul ad Israelem tantum pertinerent, ad alios etiam populos transferrentur, quos Dominus in suis adoptarit. Est enim mutua relatio inter Deum & populum ipsius: ut meritō Deum suum viceissim nominent quicunque eius ore vocentur Sacer populus. Atqui promiscue h̄c nuncupatio ad Aegyptios & Assyrios extenditur. Quanquam autem exterios Iudeis, qui domestici fuerant, socios adiungere voluit Propheta, ap̄tissimis tamē notis gradus distinguit. Aegyptios populum Dei vocando, intelligit consortes fore honoris quo Deus solos Iudeos peculia riter dignatus fuerat. Assyrios vocādo Opus manuum eius, eos insignit proprio Ecclesiæ elogio: **Cinfrā 64.** Sicutlibi dixim⁹ vocari nō posse Dei, aut Figmentum, quia spiritu regenerationis iterū formatur fideles ut imaginem Dei gestent. Itaque Opus manuum Dei intelligit, non quatenus homines creati sumus: sed quatenus in nouā vitam reformatur, qui segregati à mundo nouæ creature fūti. Ynde agnoscimus nihil nobis in vita nouitate tribuendum esse, cūm toti opus Dei simus. Sed cūm**

Suprà 17.7. **Eph. 2.10.** **Causa redditio est, ac expositio prioris sententiae, ex gratuita enim beneficentia Dei Assyrios & Aegyptios cum electo populo in societatem venturos docet: quasi dicere. Cūm hi titul ad Israelem tantum pertinerent, ad alios etiam populos transferrentur, quos Dominus in suis adoptarit. Est enim mutua relatio inter Deum & populum ipsius: ut meritō Deum suum viceissim nominent quicunque eius ore vocentur Sacer populus. Atqui promiscue h̄c nuncupatio ad Aegyptios & Assyrios extenditur. Quanquam autem exterios Iudeis, qui domestici fuerant, socios adiungere voluit Propheta, ap̄tissimis tamē notis gradus distinguit. Aegyptios populum Dei vocando, intelligit consortes fore honoris quo Deus solos Iudeos peculia riter dignatus fuerat. Assyrios vocādo Opus manuum eius, eos insignit proprio Ecclesiæ elogio: **Cinfrā 64.** Sicutlibi dixim⁹ vocari nō posse Dei, aut Figmentum, quia spiritu regenerationis iterū formatur fideles ut imaginem Dei gestent. Itaque Opus manuum Dei intelligit, non quatenus homines creati sumus: sed quatenus in nouā vitam reformatur, qui segregati à mundo nouæ creature fūti. Ynde agnoscimus nihil nobis in vita nouitate tribuendum esse, cūm toti opus Dei simus. Sed cūm**

ad Israelem ventum est, prærogatiua sua ornatur: neque quod sit hereditas Dei, ut inter nos fratres & honorem primogeniti retineat, nomen enim Hereditatis nescio quid maius exprimit, Et certe fidelis illud Domini, quod primum cum ipsis percutsum fuerat, prærogatiuam inservit, que ipsorum ingratitudine irrita esse non potest. nam sine preuentione sunt dona & vocatio Dei, Rom. ii. 29 quenammodum docet Paulus, qui ipsis in domo Dei priuogenitos esse ostendit. Quanvis igitur nunc latius patet Dei gratia, primum tamen gradum, non merito suo, sed promissionu[m] vi reuident,

C A P V T X X .

ANNO quo venit Thartan in Asdod, cum missis et cum Sargon Rex Assyrie, oppugnassetque Asdod, & cepisset:

T[em]pore illo, inquit, loquutus est Ichoua in manu Iсаie filii Amoz, dicendo: Vade, & solue sarcinam de lumbis tuis, & calcamentum tuum extrah[e] de pede tuo: fecitque sic ambulans nudus & discalceatus.

3 Et dixit Ichoua: Sicut ambulauit seruus meus I[acob]as nudus & discalceatus tribus annis signum & portentum super Aegyptu[m] & Aethiopiam:

4 Ita abducet Rex Assur captiuitatem Aegypti, & transmigrationem Aethiopiam iuuenit & senum, mudam & discalceatam, & discopertos natibus in ignominiam Aegypti.

5 Et timebit, & pudebit ab Aethiopiam respectu suo, & ab Aegypto gloriacione sua. vlpuchri

6 Dicetq[ue] incola insule huius in die illa: Ecce, quomodo habeat respectus noster, quod tundine, configimus auxiliu[m] causa, ut liberemur a facie Regis Assur: & quomodo effigiemus nos?

I N C A P V T X X .

SUPERIOR E capite vaticinatus est I[acob]as de calamitate quae Aegypto instabat, simile Dei misericordiam ei promisit: nunc idem argumentum repetens, hac Aegyptiorum castigatione Israelem pudefactum ostendit, quod in Aegypto fiduciam locaret. Coniungit etiam Aethiopiam, unde verisimile est Aethiopes cum Aegyptiis vires suas communissile, sicuti etiam prius attigi, & rurum videbimus capite 37. Primum, notandum est tempus huius prophetiæ: tunc enim vehementer Iudeos ut gebat necessitas, ut ad exterum gentium auxilia etiam inviti confugerent. Thartan fuisse unum ex duabus Sennacherib te statutis sacra Historia, unde cognitur fateri, hunc Sargon fuisse Sennacherib, cui duo fuisse nomina hinc colligere facile est. Considerandum etiam qualis in Israele rerum status esset nam abductæ fuerant decem Tribus in servitatem. De Iudea vero penitus a se videtur, tota enim ferè occupata erat præter Ierosolymam, quæ obsidebatur à Rabiace. Rurum à Thartan obsidebatur Aidoenum. Nominatur siquidem illic tres Duxes, unde verisimile est copias Sennacherib tunc in tres partes diuinas fuisse, ut eodem tempore omnes simul terneret, atque ita conturbaret, ut alii alii auxilium distracti terre non possent. Tunc nihil restabat Iudeis, nisi ut exterius auxilia accererent. Interim mittitur à Deo I[acob]as, qui denuntiet vanam esse corum expectationem, quod ab Aegyptiis pendeant. Instabat enim ipsis manus Domini: tantumq[ue] aberat ut aliis opitularentur, cùm ne scipios quidem tueri possent aduersus hostes. atque hinc agnoscere debebant Iudei, se meritorum dare peccatas infidelitatis, quod reliquo Deo, ad Aegyptios confugerant. Finis enim hic considerandus est, quia Dei consilium non fuit Aegyptios præmonere, sed corrigerem populi infidelitatem, quæ subinde ad spes falsas & peruersas cum rapiebat. Ergo ut intelligant in solo Deo esse acquiescendum, quid vanis auxiliatoriibus impendeat hic denuntiat Propheta. Fuit autem valde opportuna admonitionis, quia iam Aethiopes Assyrios prohibere ceperant, & coegerant retro curium flectere: quo nihil poterat optabilius contingere Iudeis. Ergo ne letis istis principiis laetiantur, auxilium hoc cuandum fore denuntiat: quia paulò post cum summum dedecore vincentur tam Aethiopes quam Aegyptii.

2 VAD E, & solue sarcinam.) Ut Dominus aliquo symbolo hanc prophetiam confirmaret, I[acob]as nudum ambulare iussit. Si id sua sponte fecisset I[acob]as, merito iussus esset: sed cum Domini mandato facit, nihil in eo nisi suipiciendum, adeoque metuendum conspicitur. In hac nuditate & similibus signis aliquid inest tertius. deinde, nihil aut per se aut per ministros agit Dominus quin simul ea usum doceat. Ideo non simpliciter ambulat nudus, sed finem demonstrat, cui scilicet Dominus hoc cum facere iussit. Nam alioqui pseudoprophetæ veros Dei ministros imitantur, variisque species & stupendis induunt, ut vulgi oculos perstringant, sibi que autoritatem concilient. Sed nihil sunt ea symbola, quod Deum authorem non habeant. Quod diligenter notandum est aduersus Papistas, qui nane[s] ceremonias pro veris sacramentis obtrudunt.

enim hæc regula opponenda est, si proficiuntur à Deo, ea amplecti debemus. si minus, intrepide repudiae licet, imò sine Dei contumacia non recipiuntur: quia tunc eius autoritatem sibi usurpant mortales. Præterea Deus non proponit signa ab aliis Vero, quid enim esset sacramentum, si nihil præter signum interueremur? Sola est doctrina quæ sacramentum facit, proinde fucum fieri fecimus, ubi nulla doctrina auditur: atque perperam facere Papistas, cum vacuus doctrina, in annibus ceremonis nomen sacramenti imponunt. Sic enim Dominus ea cōiunxit, ut nemo separare possit, quin violat ordinem ab eo institutum. Porro quod tacum iubet solvere, ex eo colligunt ferè omnes lugubri ueste Italicam tunc funere indutum, quod defleret calamitatem Iraelis. Talis enim habitus lugentis era: sicuti ex Iocle peripetium est idque factum esse interpretantur, quod veniam à Deo sub reorum habitu deprecatur: vel quod terti non posset, ut mœsto eius animo, vultus & habitus hilaris esset. non potuit autem non grauitimo affectu mœtore, dum tantam cladem intuebaur. Quidam putant ordinarium eius habitum fuisse, quod Prophetae pallio indui oportet, quemadmodum Zacharia se statuit. Sed minus infirma est illa conjectura, nec multum habet coloris. Magis credibile est eum iacco indutum fuisse, ut speciem lugentis præse ferret. Tanta enim fuit securitas in Iudea, ut cum mœstre afflictio & dissipatos fratres suos viderent, non moverentur tamen, nec ad te eorum miseriari pertinere existimarent. Putabant interea se extra telia: Etum esse, Propheticè ipsi minantibus, exitiumque nunciantibus insultabant. Vnde etiam conqueritur Machias, neminem lugere calamitatem Iraelis. Quæritur an hoc verè factum sit: an verò simplex & nuda fuerit visio quam populo nuntiaret. Magis receptum est Prophetam nunquam se nudasse, sed hoc per visionem ei cœli ostensum: idque semel. Rationem afferunt, quod per aestum & frigora alibi que cœli iniurias, non licuerit ei nudum toto triennio ambulare. Quid si dicamus, Prophetam vestitum fuisse domi, atque etiam in publico, nisi cum ad docendum prodire velle? atque tunc nuditatis spectaculum populo exhibere totum fuisse? Nec enim me mouet illa ratio, quod aestum & frigora sustinere non potuit. Deo enim, à quo id facere iubebatur, tueri ipsum ac munire difficile non fuit. Sed aliam rationem adducunt: Indecoram fuisse nuditatem Prophetæ. Respondeo, hanc nuditatem non magis indecoram fuisse Circumcisione: cuius spectaculo nihil magis ridiculum iudicarent homines profani, cum in ea pudenda nudarentur. Verum existimandum non est Prophetam ita scilicet totum nudasse, quin regeret eas partes quæ deformem conspectum habitare erat, satis erat populim intelligere quid à Domino gereretur, & reinfolta commoueri. Me vero ut ita tentiam mouet, quod hic dicitur, IN MANV. Tametsi enim prope alias hec locutio occurrat, nunquam tamen inuenientur quin simili tacitam habeat emphasis, qua effectus ipse notetur. & hec inter Deum & suos gentes, s. medium interponit, ut non verbis modò, sed etiā visibili symbolo futuræ clavis p̄recio sit. Neq̄verò iuperiacū quod mox additur, Sic fecisse. Sic igitur statuo, Ita ambulasse nudum quoties Prophetæ officio fungebatur, eas autem nudasse partes, quæ conspicere non inhonestè poterant. Quod ad Sacrum attinet, quanquam in rebus aduersis reatum suum hoc modo testari priuatis quoque hominibus mos fuit, probabile tamen est Italicam proportione sui officii hoc symbolo ad doctrinam confirmandam fuisse utrum, quod magis expergeret populitarditas. Si quando nos Dominus aut fratres nostros castiget, uestem mutari non iubet, neque id necessarium est: id crudelis iurus & æsp̄z, si fratrum ærumnis & ruina Ecclesiæ non moueamur. Si quis in nobis affectus Dei, in mœtore & lachrymis esse debemus. Quod si logendum est, hortandi & alii, exemplique nostro intentandi, ut calamitatem Ecclesiæ sentiant, & auxiliando aliquata tangintur.

3 & 4. TRIBVS 5 annis.) Cur hoc tempore? quia præfixum erat Ägyptiis & Äthiopibus, quibus interim Dominus inducias ad respicendum daberat, & interim probare volebat populi sui obsequium, ut sine cunctatione se abdicarent illestitis subfidiis. tametsi Ägyptios & Äthiopes stantes viderent, scirent tamen non procul absesse ab illa clade. Volut quoque Dominus interea detegere rebellionē impiorū, sicut reuera multi specimen ediderunt iuxta impietas, cum nuditatem Prophetæ contemnerent: pri contrà hoc nuditas, si spectaculo commoni, quanvis dulcis esset illecebra Äthiopum prosperitas. In Verbum tamen defigere sensus suos non dubitarunt. Nec enim simpliciter consideranda fuit nuditas, sed nota quam imprestaret Dominus. Quemadmodum in sacramentis visibilibus, nos ea quæ inuisibilia sunt contemplati decet. CAPTIVITATEM ET TRANSMIGRATIONEM, collectivè accipi, pro Captiورum & migrantium cœtu, deinde nullum ætatis ditterimen fore ostendit: senes & quæ ac iuvenes in captivitatem esse abducendos pronuncians.

5. Et terrebuntur.) Nunc ostendit in quorum gratiam hæc de Ägyptiis & Äthiopibus prædixerit: nempe, ut Iuda in rebus afflictis in Deum sperare dicerent, nec sibi accerteret externa auxilia, quæ vetera Dominus. R. B. S. P. C. T. V. M. vocat, quod Iudei ad eos se se converteret, similatque malo aliquo premebantur, trémque in eis locarent. Solemus enim eō cōuertere oculos, vnde op̄e aliquam expectamus. vnde & Repercere pro Sperare Hebrei paucim a cipunt, atque decebat in solum Deum intentos esse. Vagaigitur corum levitas coarguitur. Et hoc idem nobis, ac merito accidere necesse est, ut cum iniuriat Deo, tutum asylum quod nobis effert recusamus, præfigisque Satanas alibi nos patimur, nudi & destituti cum ignominia & pudore raccamus.

Iob 1.13

Zach. 13. 4

Dich. 1. 10

Psal. 34. 6
Iob 6

6 Et dicit incola.) Insulam vocat non tantum Ierosolymam, sed vniuersam Iudeam. sic autem vocari purantur, quod aliquatur mari mediterraneo. Ego vero aliam puto esse huius metaphorae rationem, alluitur enim exigua maris portione . sed quemadmodum intela ab aliis terris separata est, ita Dominus ab aliis regionibus fideam discreuerat. Erat enim segregata ab vniuersis Gentibus, que Iudeis capitali odio infestae erant, nam Maceia interposi a etat, ut ait Paulus, quam Christus tandem abripuit. Hic porro vaticinii suum cedit mat Iesuas: Si nunc mea meditare non mouemini, aliquando re ipsa hec non frustaria vobis proposita fuisse in eligeatis. Sic enim prius factos & indeocles sero cogit Deus ad confessionem delicti, ut attoniti tecum disputent quomodo tantopere excepari potuerint sua peruvacia.

C A P V T X X I.

- 1 N V S deserti maris. Sicut temp[er]ates in australi regione, transitus r[ec]e a deserto, veniet a terra horribili.
- 2 Visio dura indicat, et est mibi transgressor transgressor, & vastator visitatori. Ascende Persa: obside Mede, omniem genitum eius cessare feci.
- 3 Propterea impleti sunt lumbi mei dolore: angustiae corripuerunt me sicut angustiae parturientis: incurvatus sum audiendo, & videndo obstupui.
- 4 Concupsum est cor meum, horror perterritus mihi: noctem deliciarum mearum posuit mihi in horrorem.
- 5 Adorna meus am, speculare in specula, comedere, bibere: surgite Principes & vngite clpeum.
- 6 Quoniam sic dixit ad me Dominus: Vade, constitue vigilem, qui annuntiet quod videbit.
- 7 Et vidit currum paris equitum: currum asini, & currum camelorum: deinde attentius speculatus est: multum, inquam, speculatus est.
- 8 Tum clamauit Leo. In specula mea, Domine mihi, jugiter sto interdiu, & totis noctibus in custodia mea locatus sum.
- 9 Et ecce hic venit currus hominis: pars equitum. Et loquutus est, ac dixit, Cecidit, cecidit Babel, & omnia sculptilia deorum eius contrivit ad terram.
- 10 Tritura mea, & filius areæ meæ. Quæ audiri à leboua exercituum Deo Israel, numeri vobis.
- 11 Onus Duma. Clamat ad me ex Seir: Custos, quid de nocte? Custos, quid de nocte?
- 12 Dixit custos: venit manæ, postea nox. Si interrogaueritis, interrogate. Reuertimini, venite.
- 13 Omnis in Arabia. In nemore in Arabia pernoctabit, in viis Dedanum.
- 14 In occursum fertur aquas sufficientes, incola terra Tema, pane suo succurrите profugo.
- 15 Quia à facie gladiorum fugiunt, à facie gladii extenti, à facie arcus intenti, à facie grauatae belli.
- 16 Nam sic dixit mibi Dominus: Adhuc annus secundum annos mercenarii, tum deficit omnis gloria Cedar:
- 17 Et residuum arcus, quod numerabitur fortium filiorum Cedar, immittetur: quoniam Ichoua Deus Israel loquutus est.

I N C A P V T X X I.



N V S deserti maris.) Postquam docuit Prophetæ non in Ægyptiis, sed in iolla Dei misericordia aperte locandam esse, venturisque gentibus quarum subtilio fiducia elades nunciavit, consolationem subiungit qua priorum animos sustinet. Significat enim & Chaldeis, sub quorum manu captivi futuri erant, repositorum esse mercedem: unde ei quitur, cur æle Deo quas sustinent iniurias. Nam

per D E S E R T U M , Chaldeam intelligit: non quod deserta fuerit aut infrequens: sed quod Iudæi ab illa parte desertum sibi propinquum habuerint: ac si nos Alpes pro Italia accepemus, quod nobis propinquiores sint, si que nobis ier in Italiam fac. endū sit. Ratio autem notāda est: quia nō deficerit naturam regionis, sed admoneret Iudeos proximum esse interitum hostium, de quo vanescatur: adeo que certuni acsi res ipsi esent in conspicere, quemadmodum illud desertum erat. Adde quod interdum perplexè de Babylonie loquuti sunt Prophetæ, ut soli fideles aliquid mysterioris fruenterunt: sicut Ieremias inuersum ponit Regis nomen. A B A V S T R O dicit, quoniam ventus ille tempestuosus est, procellāique & turbines excitat. Quod addit PRODIRE A DESERTO, ad amplificationem valet. Si qua enim tempestas oriatur in loco habitabili & frequenti, minus terroris habet quam quæ in desertis excitantur. Ut ergo horrorem exprimat huius clavis, comparat eam tempestibus, quæ cùm incipiāt à deserto, liberius deinde excurrunt, & irruunt maiore impetu. quam quæ videtur alio respicere Prophetæ, nempe, sicuti ab illa parte instar procellarum irruperant hostes ad vastandam Iudeam, ita paulò post contrarium turbinem exoriturum qui eos tubuerat. Ideo onus hoc venturi dicit à terra horribilis: quo epitheto Iudæa designari interpretor. Neq; enim factis feuit verba fieri de Babylonis ruina, nisi inteligerent simul Iudeam à Deo prouenire. Quare terræ horribilem vocet, diximus capite 18. nēpē quia post tot ira Dei exēpla poterat eius deformitas metum omnibus inutere. Neque enim patitur circumstantia temporis, Formidabilem vocari respectu admirabilis potentia Dei qua tegebatur. Quanuis ergo à Persis & Medis capta & spoliata fuerit Babylon, pronuntiat Ieremia cladem eius à Iudea venturam: quia hoc modo retaliabit Deus iniurias populo illatis, cuius le fore custodem promiserat.

2. 18. 2. V I S I O dura.) Quum propositum sit leuare populi tristitiam, non videtur consentaneum esse, vt Visio dura nominetur quæ letitiae materia erat. Sed hoc ad Chaldeos refertur, qui inflati sua fortuna nihil aduersi metuebant. Nam opulentia superbia & securitatem gignere soleat: ac si dicaret, frustra obici diuitias & potentiam Chaldeorum: durumque malleum duro lapidi reperatum esse.

V A S T A T O R .) Quia imperium sibi acquisierat Babylon egeras nationes prædando & vastando, videbatur ab omni iniuria immunis esse. Quanvis ergo formidabiles alii fuissent, omnique genus luxurie & crudelitatis exercuerint, ipsos tamen prædicti esse, & similes iniurias pati oportuit quibus alios afficerent. Imò vt fidem cōciliat tuis dicitis Prophetæ, hanc viciſſitudine admonet iustum esse, vt violentia violentiae repondeat. E L A M , pars est Persie: sed pro tota Persia accipitur, vnde etiam Persæ Elamitæ vocati sunt. Est autem opulentum, nullam bellum coniunct, ramisse cum hæc prædicet Ieremia: ipsumque centum annos priuquam villa huius clavis suspicio esset, extremitudinem obnissit. Vnde iatis constat ipsumque non aliunde quam à Spiritu Dei hæc rescripsisse, quod non parum ad confirmandam Prophetæ certitudinem atque autoritatem valet. Quod autem imperat Medis & Persis, significat hoc non temere aut fortunatè, sed certo Dei decreto Babylonis evenerunt. Hæc enim Dei, non cuiusquam priuati nomine denuntiat. Itaque Dei personam sustinens, tanquam Imperator aut Dux aliquis, potest militibus imperare, vt conueniant ad bellum inferendum. Quomodo autem Dominus prædonum & impiorum opera vtratur, prius capite decimo declaratum est.

O N N E M gemitum.) Intelligent nonnulli gemitum actiū, cui occasionem dederant Babylonii, cœlasse postquam à Medis & Persis oppresi sunt, multis enim gemendi causam præbuerat eorum tyrannis: id quod impiis & sceleris dominia tenentibus euenerit necesse est Alii forte proprius ad genuinum Prophetæ sensum accedunt, dum aiunt gemitum cœlasse: quia nullam Babylonii misericordiam senserunt, cuius areae fuerant ipsi expertes. Ego vero simplicius expono: Dominum feliciter ad gemitus ipsorum obsurdiisse: ac si dicaret, nullum gemitibus & querulis ipsorum fore locum. Nam cum inhumani fuissent & crudeles, cœquum erat ipsis eadem mensura terribui, qua aliis mensi fuerant.

3. P R O P T E R A .) Hic Prophetæ populum veluti in rem præsentem adducit. nec enim satratis erat simpliciter excidium Babylonicum prædictisse, nisi sic ipsum confusimasset, vt priuiderentur sibi rem ipsam oculis intueri. Necessaria igitur fuit ista hypotyposis, nec verò priuatum animi sui affectum hic Prophetæ recitat, acsi Babylonis condoleceret: potius, vt alibi dicitur fuit, Babylonii peritonam ad tempus iuscerit. Certè hoc sufficeret nobis debet, occulta Dei iudicia quasi in peccata sua nobis proponi, vt adiuvetur fiduci nostri: & tarditas. Ideo quæ superant captum rationis nostræ, splendidius Prophetæ & plenius deseribunt, & depingunt viuis coloribus. Dolorem ergo suum exprimens Prophetæ, quam leuera Dei vindicta Chaldeos maneat & quam atrociter punienda sit Babylon, fides docet: vt cum tristi nuntio allato, horrors subito corrumpitur. Maiorem etiam doloris expressionem addit, dum ipsum comparat doloribus parturientis: vt cum quis acerbissime vexatus, iele veritat in omnes partes, membraque sua contorquet. Has locutiones Prophetæ tarditatem nostræ accendunt: quia iudicia Dei non agnoscimus, nisi tanquam digito ostendam sensus nostros tangant. Admonemur autem, priusquam euenerint, vt nobis ipsi consulamus.

4 CONVIVS est cor meum.) Alii non male vertunt, Oberravit: quia nimio pavore mens quasi loco suo mouetur. Declarat quām subita & repentina futura sit clades Babylonis, Major enim trepidatio est in clade repentina, quām in ea quā diu p̄cepta atque expectata est. Quod autē hic praeedit Iasas, Daniel fūctum fuisse ac te vidisse narrat Balthasar ea nocte parauit lautum Dan. 5.30 coniūniū, cūm subito Perīa irruerunt: nec quicquam minus expectabat, quām ut occidiceretur. De licet igitur tunc subiō in horrorem veritatis.

5 ADORNAMENTA meum.) Hęc in participiō legi possunt: ac si dicaret, Ipsiſ adorantibus mensa, & custodiā instrumentib⁹, dum comedenter ac b̄ berent, exortus est repentinus terror, ad arma conclamatum est, Surgite Principes, &c. Viua autem descriptiones proponit Iasas, vt rem quasi p̄sentem ob oculos statuat. Certe non tam historię recitat Xenophon vrbis expugnatio nem: vnde apparet non p̄tia ignis naturalib⁹, sed cælesti intuitu edictum fuisse Iasaiā, qui tam graphicę res incognitas delimat. Et notandum est tempus quo hęc p̄dicitur, tunc enim floruit ille famus erat status regni Babylonici, atque interētate potentię videlicet, nec villa pene cœlula reformabat. Hanc securitatem deridet Iasas atque ostendit potentiam illā facile collipiūrā esse. Quod imp̄eculatores loquentem inducit, non debet videri absurdum. Etsi enim iuperbo amans que tyranno ignauiam obliuio non excuserat quominus deitiis & crapulā indulgeret: vigiles tamen ad excubias agendas fuisse d. spōtis minimè dubium est. Mos est quidē principib⁹, quō liberi & sine villa perturbatione in omnes volupates effundant, custodiū munire: sed Propheta consolat ex cubitoribus mitet cum mensa lautiis, quō melius appareat spiritu vertiginis percellum fuisse impium tyrannū ante quam te ad temulentiam proiceret. Epulabatur ergo rex Baby'onis, leque hilariiter tractabat eum suis, cūm subita & improuita clade oppreslus est, non quid fuit, extra discrimen, sed quia hostem fecerū & quasi cum ludibrio spernebat. Ac pridie quām id accidere, fabulosum videri poterat: quia nondum detecta erat coniuratio Gabriæ & eius factio[n]is à qua proditus est. Quo verò tempore loquutus est Iasas, nemo putasset tale vñquam futurum portentum.

6 QVONIAM sic dixi:) Lubet Propheta locare in specula vigilem qui hęc eminus prospiciat: quia nondum oculis certi, nec coniectura percipi possint. Prinde, vt omnes se, ant ipsum non temere loquuntur esse, ea se non iure testatur. quæ tamē hominibus ignota & incredibilia sint, spiritu tamē propheticō clare & dilucide cognovit, quia supra hominis iudicium euchitur idque diligenter notandum est: quia non est existimandum Prophetas didicisse ab hominibus ea quæ non iariunt, aut solertia sua præjudicisse: sed euctēs esse supra humanos sentiunt, vt procul hęc quāl ex alta specula intuerentur. vnde etiam merito Videntes vocati sunt. Tamē si nos quoque videntur, hebes tamen est aspectus noster, vixque id quod ante pedes est certi mus: imd̄ acutissimi quique interdum caligant. Nihil enim aliud percipiunt quām quod ratione colligere possunt. Propheta autem Spiritu Dei qualis ē cælis loquuntur. Summa huc redit, perperam factiū os si qui vaticinium hoc proprio iudicio metiri velint, quia à Deo profectū est, id ē que sentiū nostros exuperat quām maximo interallo. Hoc etiam plus autoritatis habet, quōd vigilem constituit Dei nomine. Si quis ergo obniciat, Incredibilis narrat, ac si re ipsa evenissent: respondet se nihil temere nunciare, qui enim vigil est à Principe constitutus, videt eminus quæ alius ignota sunt. Sie Iasas ea Spiritus revelatione cernebat, quæ alios latebant.

1. Sam. 9.9

7 & 8 ET vidit currum.) Quæ nunc subiicit, viuam expressionem cladi illius continent. Existimant autem hęc per nonciū Regis significari: quod falsum est, nam Propheta denunciat potius quod à vigile, Dei iussu à se constituto, habet. Hic enim vigilem illum propiciantem ac renunciantem introducit: quasi tamen intuitu primo nō animaduerterit, currum esse ait: deinde propius attendens, in eo par equitum esse dicit. Primū enim & nouitatem & longa distanta ambiguum & confutum est iudicium deinde, cūm res ipsa propius accessit, melius iudicatur. Nec verò absurdum est ad Prophetas transferri aut diuinās visiones quod hominib⁹ conuenit: quia scimus vt Deus se ruditati nostræ accommodans suscipiat humanos affectus. Tandem leonem animaduertit. Eo Dariū significari putamus: quo subiacta Babylon atque explata est: vt habetur Daniel 5. Quodd̄ excubitor dies & noctes in specula assiduum esse dicit, ad confirmationem vaticinii pertinet. ac si dicere nihil. Hac visione certius esse: quia somniculosi non sint vel hebetes qui diuinitus ad speculum profecti sunt. Interea fideles hoc exemplo ad similem attentionemhortatur & excitat, vt præente Verbi lucerna, procul aspiciant Dei potentiam.

Dan. 5.28

9 CECIDIT, cecidit.) Hinc facile apparere non induci vigilem regis Balthasar. nec enim hic sermo personæ conueniret. Propheta ergo id quod venturum erat Dei iussu renuntiat. Postea autem hoc tam ad Dariū quoque vel ad Deum referri, quām ad custodem: in quo parum est discriminis. Darius enim, quia hac in re minister Dei fuit, non ineptè inducitur iudicium eius p̄eo. probabilius est ad Deum ipsum referre: quia Darius nihil tale cogitabat cūm idola Babyloniorum euerteret. Sed melius quadrat sermo personæ custodis: quemadmodum si angelus vaticinio in interpretationem addat. Est autem hic tacita antithesis inter Deum viuum & mortua idola. Atque notanda est iocutio, ybi Sculptilita deorum vocat. Sciebant enim Babylonii, quod

p. iii.

etiam omnes idololatria sunt, simulacra sua deos non esse. Iis tamen divinam potentiam affingebant: quodcum sit, veritas Dei in mendacium vertitur: nam Deus ipse abnegatur. Sed de hac re postea fusius tractabitur. Hic agnoscimus Babylonem suo interitu peccas idololatria dedisse, causam enim notar eum perierit: quia Dominus ferre non potuit ut gloriaretur in suis simulacris.

10. TRITURA MEA.) Cū tam potentis Monarchiæ opes fulgore tuo omnium oculos perstringent, fabulorum videri poterat, quiequid Italias de eius excido nunciabat. propertea mētes ad Dcū reuocas, ut intelligam ipsius habere patres sumissiles, ut Babylonem delerer; nec fieri hominum arbitrio, sed potentia ipsius, ut cadas ista altitudo. TRITURA & FILIVS AREAE pro eodem accipitur. Et enim locutio Hebreis in vita apud quos etiam frequens evide tentatio repetitio est. Observandus est diligenter hic locus, ut vitium nobis ingenii corrigamus, dum potentiam Dei modulo nostro metimur. Praterquam enim quod intia Dei consilium longe subsidit nostra inbecillitas, prauis quoque & iniqui operi Dei estimatores sumus: nec de his alter persuaderi possumus, quam si cōique hominum facultas aut consilium sese extendat. At nobis semper in mētem venire debet infinita illius potentia: ac præterim ubi nos & consilium & ratio deficiunt. Sicuti cū Ecclesia à tyranis ita opprimitur, ut nulla spes restitutio nisi apparent: sciamus tamen futuri, ut Dominus ipsos in nihilum redigat, & fastum eorum calcando, obürque affligendo, tritularum tuam esse ostendat. Hoc enim non de plebeio quodam homine, sed de potentissima & florētissima omnium Monarchia prædictum est. Quod igitur magis sese extulerint, eō citius perdentur: atque in iustitiam suam Dominus exercabit. Quod enim incredibilis ruinæ documentum hic à Domino datum est, ad similes quoque pertinere intelligamus. Et se à Domino exercitum audisse referens, hoc quasi sigillo suam prophetiam obsignat. T statim enim te nō protulisse coniecturas suas, sed à Domino ipso acceptas. In quo notandum est, ministros Dei haec fiducia instrutos esse debere, v. d. nomine loquātur: quemadmodū etiam mons Petrus, Qui loquitur, loquatur tanquam eloqua Dei. Impostores quoque ipsi iactant nomen Dei: sed fidelibus teruis responderet conscientiam nihil proferri ab ipsis, nisi quod Deus mandauerit. Observa etiam plus quam necessariam fusile hanc confirmationem: quia totus orbis ad vires Monarchiæ tam potentis obstupescet. Iam vero non abs re duobus epithetis Deum ornat, Dominum exercitum, & Deum Israhel vocans. Quod ad prius attinet, est quidem elogium quod semper Deo convenit: sed hic dubium non est, quin prætentem causam spectarit, ut potentiam Dei oponat omnibus præsidis Babyloniorum. Nec enim unicus est exercitus Deo, sed infiniti, quibus hostes suos expugnet. Deum autem Israhel vocat: quia perdonat Babylonios, præsidem te ac custodem populi sui esse ostendit. nam eiusdem illius Monarchia, libertatem peperit Iudeis. Denique haec omnia in gratiam Ecclesia facta sunt, cuius etiam hic Propheta rationem habet: nec enim docet Babylonios, qui haud dubi hæc vaticinia risissent: sed fideles, ut tametsi opprimerentur à Babylonis, discerent que essent & dissipati, Deo tamen te cura esse confident.

Pet. 4. ii

11. ONVS DUMA.) Constat ex 25 Genesios, hanc gentem progenitam esse à filio Iacobis, cui hoc nomen inditum est, unde & posteri Dumæ vocati sunt. Causa exitii, quæ his nuntiatur, certò cognosci non potest, atque hæc prophetia, quod brevis sit, ideo obtura est. Semper tamen memoria tenendum quod prius monui, Iudeos muniri oportuisse aduersus horrenda scandala, quæ imminent. Cū enim accidunt tam variae mutationes, præterim si orbis circumvolvitur, ac vicissitudines aliae aliis succedunt, turbam urae dubitamus num temere ac fortitudo omnia accidant, an regantur prouidentia Dei. Dominus ergo hanc conuersationem à se fieri ostendit, statimque orbis innouari, ut nihil hic perpetuum esse intelligamus: atque ad regnum Christi, quod solū æternum est, toto animo aspiremus. Cū igitur hæc mutationes imminuerint, Iudeos præmoneri oportuit: ut euentu deinde sequente hæc repeterent memoria: dumnam prouidentiam inuenientur, fidemque suam confirmarent. Præterea dubium non est, quin Iudei variis cogitationibus distraherentur, cū vndiqueque orbem vniuersum concutuissent, & quererent aliquas rationes quibus illas tempestates & procellas effugerent: ut semper tuto in loco, atque extra omne periculum esse optamus. Ahas igitur sedes querere nonnulli potuissent, quod sibi melius consulerent: sed cū vndiqueque ingruerent procellæ, nusquam tutius esse domicilium quam in piorum cœtu admoniti retinebantur in sua statione. Quo exemplo moneri etiam debent multi, qui in pericolorum metu ab Ecclesia disiungunt, nec cogitant maiora sibi extra ipsam immisere. His itaque cogitationibus sollicitari poterant Iudei: non eos inquietis animis fusile satis ex capite octavo colligimus. Cū ita fluctuant anicipites, & confugerent ad exteris, facile erat: ipsos deficere. Hanc ergo rationem præcipuum esse arbitror, eum Dumæ sua quoque clades nuntiatur: nempe, ut Iudei toro animo ad Deum confugarent, ac jecuralem Ecclesiæ in primis commendarent. Proinde diccamus nos continere in Ecclesia, tametsi multis grumnis affligetur: ac potius equo animo feramus paternas castigationes, quæ filiis infliguntur, quam ad fecem, quia prefocantur impii, bibendam excurrere libeat. Quid enim alienis & reprobis furorū est, si ita filii castigantur? Potest tamen fieri, ut electio populo non nihil molestię Dumæ quoque exhibuerint, dum vndique à suis vicinis impetrabatur.

Gen. 25.14

Pet. 4. i

17.18

DE SE I R.) Monscerat Idumæorum, quemadmodum ex 14. Genetos colligere licet. Sub Gen. 14. 6. montis huius nomine, totum regnum comprehendit. Representat autem hoc loco quasi tuba p. 32. 3. Cœura, que vehementiori testificatione opus habebant. Proloibile autem est, quum in errorrent I- 36. 8. 9. dum, non procul fuisse discipulos, in quo quasi de communis discrimine anxiis fuisse. Inducit enim nō curiositate, sed ex tuo visu à vigile querentes, quid nocte animaduicerit : ut quum vniuersitate cœtitatus fuerit, ilius deinde atque alius succedat, qui idem tenetetur. Huc enim pertinet ista repetitio: non inquiri ab uno tantum, sed a pluribus: ut in rebus dubiis & anxiis fieri tolet, dum quinque proprio metu correptus, aliis non credit.

12. VENIT M A N E.) Significat tolicitudinem non fore vniuersus dei, aut exigui temporis: ac si responderet custos. Quod hodie vobis renuntio, cras etiam nuntiabo: si nunc metuitis, cras etiam metuetis. Est autem mueritima haec conditio, quā homines vita anxi sunt, ut inter vitam & mortem suspensi hereantur, atque ex rema hac maledictio est, quā Dominus impis per Motem minatur, Quid sicut dicit Deut. 28. ut viuam vique ad vesperam & vesperti, Quis dabit ut diluculum videam? In quidem multis pe- 67. riuebus obdilentur: sed in manu Dei ac vitam suam depositam esse scūtū: id eo que in ipsis mortis horribus viā cernuntur, vel taleti tui bulentos tuos metus tpe & patientia temperant. Impi vero semper trepidant, neque tantū horrore torquentur, sed tabescunt in suis doloribus. Quid cōtinuò post iegunū, Reuertimur, vident, bifariam potest exponi, vel a siduo recurvo operā perdituros, vel in hunc modū: Si quis sint inter vos cautores, eant in Dūm, atque illuc magis trepident quam in patru, quācūm enim uti erunt. Ceterū, quia Ecclēsia euræ Deo tempet est, nūtquam magis tutum periculum reperiuntur, tam si mare & terras circumneantur.

13. O N V S IN ARABIA.) Nunc ad Arabes transit, & ipso suo ordine prædictit ad Dei iudicium trahendos: ut nullam ex regionibus omittat quæ nota erant Iudeis. Eos autem tanto metu correptum in significat, ut relatis dominis, in sylyas confugiant. Atque partem exprimit quod te recipientes nempes, Dedanim.

14. IN OCC VRSVM) Amphicat illam trepidationem, qua sic pereclere staruerat Deus Arabes, ut nihil aliud quam de fuga cogitarent: nec ipsi fumierent ad ea taliter colligenda, quæ ritineri necesse erant. Significat ergo Italias ventus Arabes in regionem Dedanum vacuos & innatos iterum omnium, pulchri que viatico instructos. Quamobr̄ hortatur incolas, ut cum aqua & pane obuiam ipsis prodeant, aho qui defecituros in tanta incipia. Scio aliter hunc locum exponi ab aliis, putant enim Prophetam insultare Arabibus, qui inhumani & crudeles fuerant in Iudeos: ac si diceret, Quām nunc velletis aquam ferre sitiētibus: sed nimis coacta est illa expostio. Neque tamen infiōr, mercedem suę crudelitatis esse illis redditam, dum famelici huc illuc curritarunt. Interca geminus est si nūs quem retulit: nempe, tam misteri fore Arabes in fuga sua, ut ne aqua quidem nisi sippet, itaque defecituros præ sua, nisi in matrē occurriatur: mōpiā vero tam cibi quam potus fore signifcar. Vicinos ad openi feriendam in clamitatem, ut hortetur ad officium, sed quid rem magis duciēd exprimat: & tuum ipsis panem afferris ubet, non qui debeat, sed quo in extrema penuria indigent, quia tamen ex communī naturæ & humanitatis lege sumptū est, tacitè insinuat Propheta fraudari suo pane egenos & famelicos, vbi virtus denegatur.

15. Q U O N I A M ē facie gladioum.) Significat atrocem fore calamitatem, nec abs re Arabes in fuga datur: quia hostes aenite ipso armis & gladiis persequuntur, ut non alter quam faga salutis in se consulere possint. Cur hanc cladem prædicat, sat is notum est. Admonendi enim erant in tempore Iudei, quid multo post futurum esset: ut intelligenter mundum Dei prouidentia, non fortuita gubernando cōdierat, nam alienis exemplis ut quoconque verterent oculos aspiceret Deum Gentium omnium iudicem. Ignoratur autem, nec constat historiis, an Arabes fuerint Iudeis infesti. Quicquid sit, haec in priorum consolationem dici certum est: ut iustitiam Dei erga omnes nationes cōpiciant, & quidem agnoscant tribunal eius esse Ierusalem, ex quo iudicium ferat contra totum orbem.

16. Q U O N I A M ē dicit Dominus.) Addit hanc cladem, de qua vaticinatus est, Arabibus præpediem instire, quod multum valuit ad pios consolandos. Sumus enim præcipites natura, nec libenter suscipimus decretum nostrum finimus. Huic nostræ infinitatis rationem habet Dominus, quum te opus tuum accelerare dicit. Itaque significat le vaticinari de rebus quæ nō post multa secula, sed proximè evenerint, quod ex quo animo tolerent Iudei suas ærumnas, à quibus scilicet intra breue temporis spatium se eximēdos. De similitudine anni mercenarii, quām tubiungit quod magis rem exprimat, prius diximus. Indicat enim futurum, ut dies minimè proerogetur. Eadem similitudine vīsi sunt profani auctores, cūm præfixum & optatum diem exprimere volent, quemadmo- Supr. 14. dum indicat illud Horati. Dietque longa videtur opus debentibus.

17. E T reliquo numerus.) Hanc cladem non fore malorum finem denuntiat, quia si quid residuum erit in Arabia, paulatim deficiat: ac si diceret, Non tantum uno prelio Arabum opes affligit Dominus, sed ad extremum vique persequitur, donec penitus sublata omni spe remediū deficiant. Tales enim sunt vltiones quas Dominus exercet aduerius impios, cūm moderatione aliquā tempetet poenas quas piis infligit, ne proflus delectantur,

FORTIVM) Bellicosos homines intelligit, & gestandis armis idoneos: sed que, licet superiore rem illam cladem eualeant, ait nihilominus ordine suo perituros. Similes quidem plagas ante minatus est Iudeis, sed promissione semper addita, quae tristitiam leniret, vel talitem leuaret animos a desperatione. Continget enim Dei filios interdum & quem reprobos, vel etiam asperius affligi, sed ipses gratia quam interponitur, eos a toto mundo discernit. Porro quum lethales audimus esse vindictas quas Deus exercet contra impios, non est cur ultra modum etiam in gravissimis peccatis tur

Psal. 118.18 bemur, quin potius tenenda est haec consolatio, quod nos leuius castiget, ne morti adiudicetur.

D E U S I H R A C H I S loquutus est.) Docet Propheta, ut iam aliquoties vilium est, non solùm agnoscere haec contigit de diuinis: fedab illo Deo, quem Israel colit, constituta esse. Omnes enim homines interdum coguntur ad Deum affliger, etiamsi Fortunæ opinione imbuti sint: quia subeunt vel in uitiose cogitationes, aliquem in celo esse Deum, sedque & rebus prosperis & aduersis, sed deinde sibi aumen prohibidine aut in celo, aut in terra fingunt. Quum ergo sibi Deum imaginentur suo arbitratu profani homines, quod frigidum est ac nugatoriu, reuocat Iudeus Prophetam ad Deum quem colunt, ut sciant præclarè secum agi quod ab ipso recepti sint in fidem & patrocinium. Nec enim satis est si colamus Deum aliquem gubernatorem mundi, sed verus Deus agnoscendus est qui se reuelauit Patribus, & se in Christo patefecit. Idque diligenter tenendum adverus profanas cogitationes multorum, qui cum aperte Deum negare non audent, oblicuus ne scio quod numen communiscentur.

C A P V T X X I I .

"Vel,
nunc.

- 1  **N**us vallis visionis. Quid tibi? hic? quia tu viuens a consendiisti super perfecta.
- 2 Strepitum plena, vrbis turbulentia, ciuitas exultans: imperfecti tui non imperfecti gladio, & non mortui in prælio.
- 3 Cuncti Principes tui profugerunt pariter ab arcu: vincit sunt. Omnes, inquam, in te reperti vincit sunt pariter: qui a longinquò fugerant.
- 4 Propterea dixi, Desistite a me: amarus ero in fletu meo, ne contedatis me consolari super vaslatione filie populi mei.
- 5 Quoniam dies perturbationis, & conculationis, & anxietatis Domino Ichouæ exercituum in valle visionis, diruenti urbem, & clamor ad montem.
- 6 Atqui Elam portans pharetram in curru hominis, equitum, inquam: & Cœir nudans clypeum.
- 7 Et fuit ut electio vallium tuarum repleta sit curribus, & equites instruendo instruerent ad portam.
- 8 Et transfluit operimentum Iuda: & respexit in die illa ad armaturam domus saltus.
- 9 Et interruptiones ciuitatis David vidi sunt, que multæ erant: & collegisti aquas piscinæ inferioris.
- 10 Et domos Ierusalæ numerasti: & domos diriuitis ad muniendum murum.
- 11 Fossam quoque fecisti inter muros, aquis piscinæ veteris, & non respexitis ad fletum ciuitatis eius, & opificem eius "ab antiquo non vidi sunt."
- 12 Porro vocauit Dominus Ichouæ exercituum in die isto ad fletum & lamentum, ad calitum & cincturam facci.
- 13 Et ecce gaudium & laetitia, occidere bouem, macellare ouem, edere carnes, & bibere vinum, comedere, inquam, & bibere: quia cras moriemur.
- 14 Id reuelatum est auribus Ichouæ exercituum. Si remittetur vobis haec iniquitas, donec moriamini, dicit Dominus Ichouæ exercituum.
- 15 Sic dicit Dominus Ichouæ exercituum, Vade, ingredere ad fautorem istum, ad Sobna prefectum domus.
- 16 Quid tibi hic? & quis tibi hic? quod tibi excideris sepulchrum, sicut qui in excelso excidit sepulchrum suum, aut qui in rupe sculptit habita culum sibi.

"Vel, emi-
nus.

- 17 Ecce Ichoua traducet te traductione insigni, & operiendo operiet te.
 18 Conuolendo voluet te convolutione, quia si globum in terram longinquam manibus: ibi morieris: & ibi currus glorie tue ignomina domus domini tui.
 19 Et propulsabo te de statione tua, & de sede tua te expellet.
 20 Et erit in die illa: vocabo scriuum meum Elacim, filium Helchiae.
 21 Et induam cum vestibus tuis, & balteo tuo roborabo cum: & potestate tuam tradam in manum eius, & erit pater incole Ierusalem, & domi Iuda.
 22 Et ponam clavem domus David super humerum eius: aperiet, & nemo claudet: claudet, & nemo aperiet.
 23 Et figuram eum veluti clavum in loco fideli: eritque in solum glorie domini patris sui.
 24 Et suspendent ab eo omnem gloriam domus patris sui, & potes & principes, omnia vas minorum, & vas crateriarum, ad cuncta vas melodiuarum.
 25 In die illa, dicit Ichoua exercituum, recedet clavis fixus in loco fideli, frangetur & cadet, & dissipabitur onus quod fuit super ipsum: quia Ichoua loquitus est.

IN CAPVT XXII.

 **I**n vallis visionis.) Iterum vaticinatur Isaías aduersus Iudeam, quam vocat Vallem visionis: hunc enim titulum toti Iudeae tribuit potius quam Ierosolymę, de qua postea loqueretur: sed nunc in praefatione comprehendit totam Iudeam. Eā meritò Vallem appellat: quod vndeque cingeretur montibus. nam metaphorice quæ nonnullis placet, paulò est alprior, Ierosolymam vallem dici, quod deinceps et ex sua altitudine. Cur Visionis vocet, latius notum est: Dominus enim totū Iudeę illuxerat per Verbum suum: aliud erant in ea Prophætæ, quos etiam propterea Videntes nominabāt. Atque in eo tubest tacita antithesis: minus enim lucis habent valles quam planities apertæ: quod montium altitudine Solis lumen arecatur. Hanc autem vallem magis lucidam esse significat, quam eas regiones quæ omni ex parte Soli expositæ sunt. Id quod singulari Dei beneficio accedit, nec verò Solis radiis, sed Verbo Dei illustratam esse intelligit. Ceterum minime dubium est, quin Prophetæ voluerit retundere inanem illam fiduciam qua Iudei turgebāt, cum præ ahis essent insignibus Dei donis ornati. Abutebantur enim Verbo & prophetis, ac si nis aduersus omnem noxam muniri essent, quum essent Deo immorigeri & rebelleret. Significat ergo visiones impedimentum non fore, quominus Deus eorum ingratitudinem vescatur. Imò hac nota ingratitudinis exaggerat eorum crimen, quod in tanto fulgore cœlestis doctrinæ instar eorum impingere non cessabant.

7 & 8 D E F E C I T V I N M.) Pergit in codem argumento, maximè denuncians Iudeis vastatem terre. Vtitur autem longa descriptio, quod magis ipsos afficiat ac percusat sensu iudicij Dei. Atque eorum luxum, intemperantiam, & delicias perstringit, quod in tanta rerum abundantia aduersus Deum proteruerint. Hæc autem est ingratisudo, non Iudeorum tantum aut illius testuli, sed omnium, ut rerum copia faturi inimicant in Deum, sibi que nimium indulgent. Hoc igitur nonin eos perstringit Propheta: ac si diceret, Haec tenus deliciis & voluptatibus fuitis immersi sed Dominus efficeret ut alia vobis ratio vitæ ineunda sit. De re futura, quasi prætentio loquitur Ieraias, ut ipsam magis ob oculos represententer.

9 N O N bibent vinum.) Bibere vinum per se malum non est, quatenus hominum usui divinitus fuit destinatum: sed hic Propheta ebriotorum conuicia, laiciuæ, cantilenarum, petulantiarum plena describit, dcinde quia abusus fuerant sua saturitate, penuriam illis minatur, quam sibi ferre accerfunt homines dum liberalitatem Dei luxuria sua corrumpunt. Addit præterea, Si bibat sacerdos, ipsius amaram fore: quia follet tristitia tam potum quam cibum insipidum reddere. Summa est, quanvis suppetat vinum, priuandos tamen esse illius viu: quia mortore consticti saporem nullum percepient. **A M A R A** est sacerdos, id est, non fruemini amplius iis voluptatibus & deliciis quibus haec tenus induxitstis.

10 C O N T R I T A) Non displaceat hoc ad Ierosolymæ vastitatem specialiter referri. Quāquam ex contextu colligere licet ad alias etiam vrbes extendit: quia paulò post Gentes plurali numero ad idem iudicium citabit. Sed quia ius populares maxime retinxit Propheta, commodiè acciperi celeribet de Ierosolyma, quam appellat Vrbē vanitatis: vel quod nihil in ea fuisset solidæ virtutis, vel quod exinanita sit. Si quidem nomen **m**un vel ad eadem ipsam, vel ad iceleru referri potest, quibus Deum in te provocarunt. Si quis ad iceleru referre velit, intelliget ciuitatem cōfusionis, in qua nihil compositum aut recte constitutum fuit, qui sensus mihi magis placet: tametsi ad poenam referri possit. Declarat enim, meo iudicio, causam excidii, & vi belli addicit ruinæ: quoniam æquitas & recta administratio ab ea exulavit. **D O M O S** clausas esse ait, quod argumētum est solitudinis. Hoc enim simpliciter additum est, ad vastitatem vrbus illius exprimendam.

11 C L A M O R super vinum.) Significat penuriam vii fore. Vbi enim est inopia aut famæ, infinita querimonia, leuantur, non solum priuatum, sed in plateis & publicis locis. Luctuosas igitur illas voces & querelas indicat: sed interim luxum & intemperantiam notat, quod rebus necessariis non contenti, ingurgitarent se vino, sive in omnem voluptatem effunderent. Est enim subaudienda antithesis, Haec tenus abundans in vino & cibariorum copia: inde occasionem cepistis in soleitendi aduersus Deum: quamobrem vobis meritò adimentur, & laiciuæ vestre loco, clamores & gemitus in plateis audiuntur. Notanda est hic metaphora in secundo membro: nam a fulgere gaudium dicimus cum eius materia oblata est: ita hic obscuratum esse dicit Propheta, quod trifolia veluti nubes opposita sit. **G A V D E R** per se malum non est, sicut nec bibere. nec id per se Propheta reprehendit, sed nimis profulam & immoderatam letitiam. Homines enim telle exilarando sibi non temperant, propriæ ænigmarum, quæ ipsius insista est. Cum igitur insolentes se gessissent, & luxuriati escent Iudei, meritò iis ultionem Dei denuntiat, quandoquidem optimo iure nobis admittitur gaudium, vbi Domini beneficij recte vti, atque in ipso gaudere nescimus. Sublatis deliciis & voluptatibus, nos gemere & iuspirare ut cogat, necesse est.

12 R E S I D V A est in vrbe.) Ierosolymæ, vel multarum simili vrbiu vastitatem pulchra locutione describit. Ornamentum enim & complementum vrbiu hominibus constat: idque sublati incolis vrbes vocantur derelictæ. Atqui Propheta ironice dicit residuum fore deformitatem. Quāquam nomen **n**eū vertitur ab aliis Detolatio: quod cōdēm pertinet. **P O R T A S** nominat, quod in iis frequentia vrbiu cerneretur: nam illuc conueniebat populus, & iudicia exercabantur. Itaque initio nominat tota vrbe: deinde spicem vnam designat: sed amplificationis causa. nam etiū vrbes desunt incolis, tamen in portis nonnulli visuntur. sed si omnino vacue sint portæ, magnam in tota vbi tenebram esse necesse est.

13 Q U O N I A M sic in medio.) Quoniam hæc sententia inter minas & consolationem media est, videtur Propheta electu populu, non autē qualibet promiscuè gētes alioquin: nisi forte dispersionem notari dicamus, quia Iudei velut in multos populos diuisi sunt. Sed quia hoc durū & coactū esset, simpliciter interpretor spē aliquam relinqu perditis Gētibus, & certè vaticinum hoc regno

Christi

Christi propriè conuenit. vnde mirum non est partem aliquam talis promitti etiam Gentibus. Hac similitudine iam alibi vius est Propheta: sed tolius Ecclesie mentionem faciens. *Tu ne dice-* Cap. 17 s. 6.
bat residuum fore aliquod Dei mens: ne fideles de Ecclesia omnino auctum esse putarent, quemadmodum enim decutsis oiliis paucæ tamen aliquæ remanent, & racemi aliqui ex vindemia: ita ex ingenti clade quam passura esse: Ecclesia, ex quo aliquem piorum numerū fore iuperstrem. Nuc verò eandem promissionem ad alias orbis partes extendit, ut per Christum futuræ erant et Israhel gratiæ contortis. Quanquam simul permixta est comminatione, ac diceret, Terram ipsolandam esse suis incolis non lecus atque arbores & vineæ suis tiri etibus ne dantur.

14 HISTORIÆ.) Prosequitur ac auger coniunctionem quam attigerat. quemadmodum enim prius cap. 10. dixerat paucas guttulas superfore ex ingenti illa multitudine, quæ tamen *Vers. 19.* vniuersum orbem inundauit: ita hic exiguum illum numerum piorum, qui ex copioissima vni- 20 21. 22. demia restabit, nihilominus exultatur, inq. enim que editus sum sonum, ut ex remouissimis regiobus audiantur. Id quod Euangelii prædicatio ne factum est. nam quod ad statum Iudeæ pertinere: de ea prorsus actum videbatur sublata enim ei a politia, sicutque & extensis & intus bellis attriti fuerunt, ut emergere nunquam potuerint. Reliquis orbis perinde mutus erat in canendis Dei præconiis, ac suodus ad audiendam eius vocem. quia tamen Iudeæ primiæ fuerunt, libenter admittant primos hic in ordine statu. Hinc egregia ad nos iedit consolacio, quod Dominus uno momento Ecclesiam suam restituere, & florentissimam reddere, in modo tanquam de nihilo creare posset. Vitam enim ex ipsa morte producit, quoties visum est. Hoe autem præter naturam, & vñitatem morem est, vt tam pauci vocem attollant, & in remotis locis audiantur. Vbi enim pauci, illuc silentium: vbi vero frequentia, illuc strepitus esse solet. Est igitur Dei opus, quod ordinem naturæ, & hominum facultatem exuperat, nam alioqui Prophetæ pugnantia loqui videbretur, tota Iudeæ vastata, in modo orbe exinanito, paucos superfore, ac ferè nullos, clamorem tamen eorum ubique exaudirentur: quod incredibile per se, vel potius ridiculum est: sed opus Dei admirabile est, sicut iam diximus. Præcones enim istos non modò ex Iudeis progeniis secundum carnem intelligit: sed qui fide ab iis originem duxerunt. Per CLAMOREM, non ictum gratulatorias voces, quæ hilaritas & gaudi significacionem præbent, sed fiducia simul designat: quia libere & intrepide bucinabunt laudes Dei. Interim admonet etiam esse vt fideles in prædicandis Dei non satis virtutibus se exerceat, per MARÆ, 5q; in quas regiones, & træmarinas atque ignotas Iudeæ significari satis notum est.

15 PROPTER EAM IN VALLIBUS.) Beneficia Dei nos ad gratitudinem protocare debent. Eius autem testimonium reddimus in celebrandis laudibus Dei. Quam enim gratiam referemus, vt inquit David, pro omnibus beneficiis quæ in nos contulisti sumpto calice gratiarum actionis *Psal. 116.12.* pro salute accepta, inuocemus nomen Domini? Hunc igitur ordinem tenet Propheta. de restituitione Ecclesie loquitur, nos ad sacrificium lauds offerendum hortatur. Per VALLES, significat regiones absconditus, & quasi segregatas ab aliis. quæ enim cinguntur montibus, distinctæ natura ac separatae sunt, vnde fit vt vallum incolæ minus habeant humanitatis, eo quod rarius cum aliis versentur. Idem ergo est acsi diceret Prophetæ, nullum fore angelum tam abstruum aut latibrolum, in quo Dei laudes non audiantur. NO MEN DEI Israel expressit, ut verum Deum significet inuocandum ab omnibus populis. Nam vt ingenita est omnibus populis notio Dei, & insitum semen religionis, ita ad superstitionem & impios cultus omnes facile declinant. Hic autem loquitur de vera religione propaganda per vniuersum orbem. vnde iterum patet vaticinari de regno Christi, sub quo demum penetravit ad gentes exteriores & profanas vera religio.

16 AB EXTREMITATE.) Hic versus duas sententias continet, quæ in speciem pugnare videntur. Initium enim letum argumentum habet de faudibus Dei: mox deinde ad querimonias & ciuitatis transit: quibus perfidiam prevaricatorum deplorat, à quibus pietas & religio evanescunt. Quod ad laudes attinet, diximus Deum nec laudari nec inuocari posse, donec te nobis patet faciat & gustum bonitatis tuæ præbeat, ut ipem vitæ & fiduciam concipiamus. Hinc illæ senten- *Psal. 6.6.* tiae Diuidis. Quis in sepulchro laudabit te Domine? quis in morte confitebitur tibi? Vbi enim nihil ientimes præteriram Dei, ad eius laudes muti sumus. Proinde, cùm dicit auditu in laudes Dei, significat Euangelium per totum orbem propagandum esse: vt homines Deum Patrem agnoscent, atque ita in eius laudem proficiant. Notandum est, quod dicit A B E X T R E M O: quoniam tunc laudes Dei in Iudea conculca erant, nec procul audiebantur: postea vero ubique ceperunt *Psal. 76.7.2.* personare. Quod adiungit LORIAMI iusto, quidam accipiunt in communis persona fidelium, ac si canticum esset, Glorificatur Deus propter suam iustitiam. Alii vno contextu legunt, Audiuimus gloriam dari Deo iusto. Qui vero ipsos laudum Dei præcones putant vocari iustos, optimum quidem sensu elicunt, sed non attendunt ad vocem Gloriz: vel saltem coguntur pro voce *יְהוָה* reddere Exultationem. Quod præteritum verbum posuit loco futuri, Audiuimus, non dubito quin aliqua consolitione voluerit piorum animos erigere, Iterum laudes Dei audiemus. Pluse enim est quād si dixisset, Audientur. Prima etiam persona vtitur, ut comprehendat totum corpus Ecclesie: atque ita excitet piorum attentionem: Iam quod i v s t i epitheto orna- *x.iii.*

32. 4. tur Deus, scimus frequenter occurrere in Scriptura, sed aliter in ipsum competit quam in homines.
 Homines enim iusti sunt ob communicationem iustitiae: Deus vero, quia fons iustitiae est, ab ef-
 fectu iustus vocatur. Atque hoc argumentum est huiusce congratulationis & gratiarum actionis:
 7. 10. quia nobis ex iustitate huius communicatione, salus & vita est. Vbi igitur est iustitia Dei, laudes &
 7. 17. gratiarum actiones sequi debent. Cum haec prediceret Prophetam, quam incredibilis videri pote-
 76. 2. ranteram inter Iudeos tantum notus & celebratus fuerat Dominus. Is excedit nunc iatur: deinde
 publicatio Verbi, & laudum Dei celebratio per totum orbem, qui vero haec fieri poterant sub-
 lato populo Dei? Hinc colligere licet paucos fusile, qui fidem his vaticiniis haberent. Nunc cum
 ista euenerint, nostrae sunt partes, tantum Deimiraculum admiratione prosequi: quod non attritis
 modis, sed extinctis fore Iudeos, emicuerit tamen scintilla qua vniuersus mundus illuminatus est:
 18. 11. quia omnes accensi in confessionem veritatis eruperunt.

M A C I E S M I H I.) Variè exponitur hic locus: nonnulli enim יְהוָה vertunt Secretum: alii Ma-
 silentiam. Qui Secretum vertunt, intelligent Prophetam significare arcana duplex sibi esse re-
 velatum, quod Dominus statuit prius afficere bonos, & reprobos viseisci: quia dum homines,
 in externo rerum aspectu harēt, ac vident impiis ex voto succedere, pios vero ærumnis obrui, ob-
 turbantur, ac dubitant an Dei manus res humanae regantur, an fortuitò omnia contingant: atque
 18. 11. huiusmodi cogitationes, impietatis semen esse Solomon ostendit. Proprieta etiam Piatisticæ in
 l. 73. 7. sanctuarium Dei ingressum esse ait, ut rem aliter quam humana ratione expedit. Si eam interpre-
 tationem sequamur, talis erit sensus: Tametsi nulla merces videatur esse iustis, tamen hoc apud me
 Secretum cōtineo, optimè illis fore: tametsi impii eualeat se putent, cito tamen iis non impunè for-
 re, verum quoniam haec argutia videtur procul quæstia, malo simplicius accipere: & mox iequivit
 doleūs interiecio non: quo fit vt non putem Iisajam hic de iustis, aut eorum me: cede loqui Rœtius
 ali⁹ exponit Macilentiam: ac si dicaret se mœtore contabescere & marcescere. Ut enim integer &
 florens populi status ipsius veluti pinguedo erat, ita miser & calamitosus ipsius macilenta est. Hic
 enim iustus personam totius sibolis, quam cūm reicit Dominus, merci dōcēt eius macie cōque-
 ritur. Hęc interpretatio, vt dixi, probabilis est: quia Prophetam diminutionem populi cernens, iu-
 re eam lugere potuit. Scipio enim cūm largissime te effudit gratia Dei, attenuatum fusile veterē
 populum: immo Abrahæ posteros ferē in nihilum redactos esse. Sed videndum an non longius respi-
 ciat Prophetam quam ad gentis sue refectionem, vt mala intestina deploret quibus præuidet cru-
 ciandam esse Ecclesiā. Nam nō, quod alii Secretum vertunt, aptè vocare licet quicquid interius
 est. Hoc modo eset exclamatio, Intestina mihi dolent, vel penetralia. Neque enim absurdum est
 in oratione pathetica verbum subaudiri. Quum Dominus propagauit Ecclesiam suam, florere
 ipsa & ab omni periculo libera esse videtur, at tunc maximè vexatur, cūm ipsis videlicet intestinis
 aut visebris, hoc est, à domesticis, turbatur. Exoriuntur enim fuci, à quibus lōgē plus molestia
 sustinet, quam ab externis hostiis, atque hue pertinent illi gemitus nō, nec dubito quin id Iisaias
 significare voluerit, ne existimant pri se beatos in hoc mundo fore, sed assiduum ipsis bellum su-
 stinendum, ctiā cūm nihil putabunt sibi obstat, quo minus tranquilla pace & otio fruantur. Vult
 enim acerbissimi doloris sensum exprimere, quo intus, id est, in ipsis visebris Ecclesia affligetur,
 atque eo magis deplorandum hoc malum est, quod nullo modo vitari posuit. Nam, vt aille, inte-
 stinos & domesticos hostes, nec fugere potest Ecclesia, nec fugare. Quamobrem vix satisfacere
 sibi potest Iisaias in hac miseria exprimenda. Hanc expositionem fatis confirmat, quod de præau-
 ricatoribus tubiungit. Quāta sit haec calamitas, & quam deplorāda, nos ipsis satis experti sumus, &
 quotidie experimur. vnde emersit Papatus, & tota eius corruptela, nisi ab hoc intestino malo?
 Fuit enim apostola in ipsis Ecclesiæ visebris enutritum, quod saniem tandem & putridam fæ-
 ceme euomuit. vnde etiam in renascientis demum Ecclesiæ primo iudicio, doctrinam corrūpi & labefi-
 cieri disciplinam videmus, non tantum à plebeis, sed etiam ab iis qui suo exemplo alios p̄tēscere de-
 berent: nisi quod Ecclesia tempore huic malo obnoxia est.

17 & 18 P A V O R & fouca.) Hic Prophetæ aduersus peccata populi concionatur. Prius am-
 plam laudis materiam non tantum vni populo, sed quamplurimis atque etiam remotissimis darum
 in testatus est: nunc transit ad aliam doctrinam hęc enim à superiori argumento separanda esse ar-
 bitror: quia rursus impiis minatur Iisaias, vt intelligent se in summa Ecclesiæ felicitate miseros fo-
 re. Solent enim impiis fouendæ securitatis cauta temere ad se rapere Dei promissiones, tametsi ad
 ipios nihil pertineant: ideoque minas admiscere solent Prophetæ. Potest etiam fieri vt alia occa-
 sione separatis hanc concionem habuerit Iisaias, nec enim Prophetæ ipsi aut doctrii alii homines
 capita distinxerunt. Sæpi dueras tentias inter se coniunctas vidimus, abruptas etiam quæ in-
 ter se cōiungi debuissent: quod certum est factum fusile infeitia. Quicquid sit, Prophetæ reddit ad
 impios, si que græve & horrendum iudicium minatur. Hęc autem descriptio Pauoris, Fouca, La-
 quei, ad cōmouendos affectus pertinet. nam si uno verbo dixisset, exitium impiis inminere, nō ad-
 modū perciti fuissent. Sed dubitari potest, an solos Iudeos compellat. Equidem de hac re nollem
 multū contēdere probabilius tam mihi est, has minas ad alias quoque gentes, atq; adeo ad vni-
 gersum orbē pertinuisse, de quibus antea vaticinatus erat. Orbē autē intelligim⁹ eas regiones quæ

notæ erant Iudeis, vt antea exposuimus. Ac talis sensus est, Tam varia te mala prement, vt nullum vñquam effugium patcat, quemadmodum etiam deterbit Amos, Qui fugerit metu leonis, incidet in vñrum: si donum te recipiat, quuni innixus fuerit parcer, scip̄s eum mordebit. Et prius dixit Amos 5.9. **mictendos esse leones aduersus Moabitas qui bellum euaserat.** Sunt enim Deo infinita genera pœnarum, quibus in seculo animaduertat. Perinde igitur est aesi dicere, Scitote vos manum Dei effugere non posse: habet enim varias rationes quibus fecela vestra vñlentur, atque ita per variis circuitus tergiueriantes circumuenient. Qui bellum effugiet, vexabitur fame: liberatus fame, aliam noxam sentiet, aesi omni ex parte ad vos illaqueandos intenta plague essent. Quæ sequitur ratio idem confirmat, sicer non posse, quin eos depichendat vindicta Dei, cui liberum curium in cœlo & in terra à summa cœlorum altitudine vñque ad terræ abyssos aperuit. Existimant Propheta Gen. 7.11. tam alludere ad Diluvium: sed meo iudicio simplicior ienit cœlum Dei tuisum & deorum reue latum in: aesi dicere, Dominus armabit cœlum & terram, vt vñlitionem tuam aduersus homines excutatur: vi quoconque reticunt, nihil præter exitium intueri possint.

19 & 20. CONTERENDO COTITIA EST. Penas vatis loquendi generibus exaggerat. Paulò post verò ostendet causam istius concusionis. Quod tei hec homines tuis peccatis talem fibi interitū acceruerant: non hoc malum infanabile esse declarat. Diximus antea Prophetam rem vnam variis modis explicare, idque vt animos altoqui natura tardissimos excitare ac percellat. Nam innata est carnificitas, que Dei contemptum patit: idque & in malis & in nobis plus fatis experimur. Vt ergo feceros iusque virtutis indormientes animos excitaret Propheta, orationem tuam exhortans: non quid eloquentes videti euperent, sed ut attentiores redderent auditores, inquitque in animis ipsis pungerent. Hinc allusiones, quibus hi versus referti sunt: hinc sermonis plēdor in figuris, hinc minē ac terrores variis modis nuntiat: nempe, vt homines fecuti experegant. Hæc autem doctrina ad impios restringi debet: non quid immunes horum malorū sint pri, qui promiscue affliguntur: sed quod pīdum configunt ad Deum, atque in eo penitus recubunt, nō ita quauntur, firmisque & stabiles aduersus omnes iniurias persistunt. Impi verò qui deriserunt iudicia Dei, effrenemque peccandi licentiam arripuerunt, perturbati nūquam cōquietunt. Porro quod addit de transferenda terra, non ita accipere cōuenit, quasi aliqua terre mutatio à suo positu fieri ad homines ista referri debent, vt iam diximus: aesi dicere, nullum regnum, nullam potiū fore. Denique mutationes illas exprimere volunt, de quibus capite decimo tractatū est. Cæterū, terram tua iniquitate onerari dicens, non immixti hanc causam addidit: vt intelligamus Deum nunquam frustra hominibus irate, sumus enim omnium malorū quæ patimur, ipsis authores. Deus natura ad beneficentiam propensus est, nōque paterno amore prolequitur, virtus igitur nostro sit, quid severè & acerbè tractamur, nec villa est caria cur ipsum accutemus. Tandem iterat quod nuper attigit, nullā fore malis istis remedium. Intelligent hoc dictū de Iudeis, quorum pollicitā omnino fultulit, vt disiecti & dispati vix amplius in numero hominum haberentur. Egoverò Itius interpretor: nempe, tam graues fore mundi calamitates, vt restitui in integrum non possit. Homines enim semper cōtra aduersam fortunam nituntur, plenōque animos confidentiæ gerunt. Aerumnas perpetui, aliquem respirandi locum fore putant, atque inani fiducia animos extollunt. Eam igitur admittit Propheta, ne in posterum vanā ipso decipient. Quanquam notandum est haec generali sententia non tolli quam prius exceptionem posuit.

21 ET ACCIDENT. Hic locus torsit multorum ingenia, & variæ à variis interpretationes aliatae sunt. ali de Sole & tyberibus hoc dictum putant. Alii de diabolis, qui vñā cum impiis penas daturi sunt. ali ad Iudeos referunt, quos singulari priuilegio Deus ornarat: sed nullam istarum interpretationum amplecti possum. Simplex igitur & verus mihi sentius esse videtur. Nullā fore tan⁹ sublimem potentiam, quæ ab istis Dei flagellis eximatur, etiam si supra nubes sele extulerint, et cōtamen venturam Dei manum, sicut in Psalmo dicitur, Quod ibo à Spiritu tuo? & quid a facie tua Psal. 139. 7: fugiam? Si alcedero in cœlum, tu illic es: si sumpsero pennas diluculi, & habitaueris in extremis mariis, illuc etiam manus tua prosequetur me. Nam metaphoricè Exercitum supernum vocat Reges & Principes, qui in mundo eminent & resurgent instar tyberum, quam metaphoram ipse postea apertis verbis exponit, dum addit, s' V P B R Regesterit: nec enim disiungēda puto quasi de diversis loqueretur, sed ciuidem sententia repetitionem, vt posterius membrum sit exegere: nisi quis ita exponere malit, Visitabit super regna terræ, imo super ea ipsa quæ humanam conditionem superare videntur. Quædam enim sic præ cæteris eminent, aesi sentient à communis conditione aliorum segregata. Visitandi porrò verbum ad pœnam referendum est, vt satis ex contextu ipso apparet.

22 ET colligentur, claudentur.) Prosequitur initio versus argumentum suum. Est autem metaphorica locutio, nec enim omnes fuerint captiuos sed onincs ita in seruitutem redigit Dominus, aesi quis hostes, quos subegisset, in manus sua haberet. Deum ergo victorem introducit, qui hostes in ergastulum concludat, quemadmodum captivi concludi solent. Scimus enim homines, quandiu illis parcit Deus, & dat aliquid relaxationis, quasi fugitivos cum contemnere.

Et haec ratione etiam turmatim coniiciendos in carcere denuntiat, ne quid solatii captent ex sua multitudine. Nam quod subicit visitandos esse post tempus, non simplex est promissio, sed comminatio simul implicita est hoc sensu. Quia pridem ius obstinationis habuerant Deum ludibrio, & tempus peccando nimis diu extraxeran, ita Deum lenta poena visurum esse, donec sero tandem cognoleant eorum cautam: sicut sepe terrem iudices maleficos quibus irati sunt, in conspectum suum admittere non dicitur, sed in tenebris & nocte demeritos paulatim tardio conficiunt ad frangendam eorum dampnum. Ceterum, quem duobus modis visitet Deus mundum, veldum impios puniri, vel dum electis paternæ benevolentiae signa ostendit, hic pro Respicerem captivis Visandi verbum, atque ita Propheta minando rigorem temperat. Erant enim animi pitorum in hisce misericordiis sub eiudiis, ne deficerent. atque ideo consolationes in eorum gratiam post variis terroribus subiacebant Prophetæ. Quum igitur hæc ad sustinendos fideles pertinerent, non dubium quin Iudeis dicerentur, apud quos potissimum fides erat: aut potius nulquam apud alios apparabat. Sed notandum est quod dicit P. o. T. multos dies, hoc enim ad exercendam pitorum fidem dictum est: quia præcipites sumus in nostris desideriis, ac statim vellemus Deum promissa sua exoluere, conqueri mur de eius tarditate, omnisque morte impatiens sumus. Ergo patienter expectanda est nobis illa misericordia, nec villa diuturnitate temporis fatigari debemus. Interca notandum est non omnium rationem habitam fuisse: quia, ut paulo ante viuum est, non nisi exiguae reliquias seruare instituerat Deus: quo magis attentos nos esse decet, vt tardis & diuturnis penitis humiliati, Deo nos visitanti obuiam eamus.

(23 E R V B E S C E T L V N A) Plerique existimant Prophetam vehementius excandescere in Iudeos, ita v. incredulitatem illorum & Soli, & Lunæ, & Stellaris pudendam esse dicat: nec tantum hominibus, sed & mutis creaturis detestandos esse. sed hoc à mente & proposito Prophetæ penitus alienum videtur. Ego non dubito quin persequatur consolacionem quam superiori versu attigerat hoc sensu. Cum Dominus visitabit populum suum, & Ecclesiam purgabit orbibus, regnum constitutum que tam illustre, vt splendore suo Solem & stellas obiret. Quæ locutio satis visitata est Prophetæ, & prius de ea vidimus. Hic vero loquitur Ieremia de corpore Ecclesiæ, non tantum de capite. Cum igitur regnum suum stabilierit Dominus in monte Sion, tanta erit magnificentia ipsius in populo instaurando, vt quæ ahoqui fulgent coram hominibus, tenebrae futuræ sint. quod vt exprimeret, quæ splendidissima sunt omnium nominavit. REGNANDI VERBUM IMPROPRIÆ AD VLTIONEM DEITRABUNT. quanvis enim regnare dicitur Dominus quoniam iudicis officio fungitur, tamen hæc locutio ita complexa de regno Dei in monte Sion, semper habet notationem misericordie & salutis. Loquitur enim de instauratione Ecclesiæ, unde sequitur hæc non nisi in Christo implera esse. Disertam Seni mentionem faciens, vtitur synedoche, quæ valde frequens est Scripturæ. Præcipiam enim partem Ecclesiæ pro toto eius corpore sumit, non tamen absque certo cōfilio. SENES VOCAT TAM SACERDOTES QUAM ALIOS GUBERNATORES, QUI PRÆSUNT DISCIPLINÆ & MORIBUS, QUORUM MODERATIONE & PRUDENTIA CÆTERI REGI DEBENT. Sub eorum nomine totum populū cōprehendit: non solum quia totū corpus repræsentant, & vulgus quodammodo sub eorum umbra latet: sed etiam vt spem concipiunt fideles futuri ordinis: quia ahoqui parum aut nihil prodebet, dissipatum multitudinem relinqu quasi mutillatum corpus vel confusum massam. nec abs re addita fuit particula. Etiam coram sensibus, vt scirent Iudei potentiam Dei manifestam & illustrem fore, nō quod percipi queat sensu carnis, sed fide. Sic enim regnat, vt ipsum nobis adeste sentiamus. Nam si hoc comprehensionem nostram effugeret, nulla ex eo consolatio ad nos rediret. PRO GLORIA, aliij legunt Gloriosæ, aliij Gloriosus. Malo simpliciter in substantivo accipere: tametsi nihil interfit quo ad sensum. Docet enim quanta futura sit magnificentia Dei & gloria regno Christi erte, quia omnem splendorem obscurari, solamque Christi gloriam eminere & conspicuum esse oportebit. Vnde sequitur, tunudem suu iure Deum potiri apud nos, iustumque honorem habere, vbi creaturis omnibus in ordinem coactis solus in oculis nostris resplendet.

CAPVT X V.

Ebou Deus meus es tu: exaltabo te: celebrabo nomen tuum: quia fecisti rem mirificam: consilia iam olim decreta, veritatem firmam.
Qua posuisti ex urbe aceruum, urbe munitam in ruinam: palatum extraneorum, vt non sit ciuitas, nec unquam edificetur.
Propterea glorificabit te populus fortis: ciuitas gentium robusta-

"aut, violen- riam t. incit te.

torum.

"vel, mun- datio.

"vel, cæsum, vel, excusio- nem.

4 Nam fuisti fortitudo pauperi: fortitudo, inquam, egeno in afflictione eius: refugium ab inundatione, umbra ab æstu, quia spiritus "fortium quasi" turbo contra murum.

5 Sicut æstum in arido strepitum alienorum humiliabis, æstum in umbra nubis: "clamo-

rem

rem fortium humiliabit.

6 Et faciet Ichoua exercituum cunctis populis in monte isto conuuum pinguium, conuuum defecatorum: pinguium, inquam, medullatorum: defecatorum liquidorum.

7 Et destruet in monte isto faciem inuoluti quo inuoluti sunt populi omnes, & operimentum quod expansum est super omnes gentes.

8 Destruxit mortem in eternum. Et absigeret Dominus Ichoua lacrymam a cunctis faciebus, & opprobriis populi sui auferet ab universa terra: quia Ichoua locutus est.

9 Et dicitur in die illa: Ecce Deus noster iste. Expectamus eum, & saluabit nos. Iste Ichoua expectauimus eum. Exultabimus, & letabimur in salute eius.

10 Nam quiescerat manus Ichouae in monte isto: & triturabitur Moab subter eum, sicut trituratur palea in sterquilino.

11 Et extendet manum suam sub medio eius, sicut extendit natator ad natandum: & humiliabit superbum eius, cum brachiis manuum suarum.

12 Et minutionem sublimitatis murorum tuorum sternet, humiliabit, decuet in terram, ad puluerem.

IN CAPUT XXV.

EHODA.) Hactenus vaticinatus est Isaías de iudiciis Dei, quæ non tantum unius populo, sed universo orbi instabant. Fieri autem non poterat, quoniam tantum calamitatum, quas præmedebat, cogitatio magnam ei perturbationem afferret. nam qui pio fuit animo prædicti, totum genus humanum talium esse cuperent: & dum venerantur Deum, quicquid ipsius est, amplecti voluit. denique ut verè quicque Deū timet, ita exactissimo sensu iudiciorum ipsius percelluntur. Dum stupent impii ad iudicia Dei, nec vii terroribus mouentur, pri vel ad minimum signum irae ipsius expauescunt. Quod si ita nobis vii venit, quid Prophetæ accidisse existimamus, cui ferè in conspectu erant hæ clades quas prædixerat? Nam ut Verbi ministris constiteratudo doctrinæ, eos magis quam vulgus hominum affici necesse est. Cùm igitur Dominus horrendas clades velut in pietra Iaaœ propostrasset, necesse erat ut tristitia & curarum vehementia impulsus, se ad Dominum recipieret: alioquin consulis perturbationibus animi fuisset ultra modum implicitus. Itaque tene colligit, pertusum habens, Dominum inter has tempestates velle nihilominus Ecclesie iuxta contulere, & redigere in potestatem suam qui prius fuerant alieni. Firmus ergo & constans in sua statione manet Isaías: nec te à proposito dimoveri putatur, quin semper recumbat in fidem misericordiæ, vnde in celebrandis laudibus Dei perticerat. Proinde scimus hanc gratiarum actionem à superioribus varie misa pendere, nee tantum Isaiam spectare quid, sed etiam quorum à Domino geratur quicquid prædictum est, cur Dominus tot populos variis cladibus affligeret: nempe ut eos subigeret qui prius fuerant indomiti, & furioso affectu ruerbantur quibus nullus timor Dei, nullus religiosus aut pietatis sensus erat.

(BVS meus es tu.) Veler confusus & conturbatus subito cogitationem ad Deum referit, vt iam diximus. Vnde colligenda est utilitas doctrinae: nempe, cum variis perturbationibus agit atque animi nostri ob varias clades & ærumnas quæ quotidie accidunt, in Deo statim recolligendos esse, vt in eius providentia conquietur. nam vel minimis calamitatibus obruemur, nisi non eò recipiamus, animosque nostros hac doctrina sustentemus. Ac quod melius liqueat Prophetæ consilium, particulam adseriatum commodè inserere licet hoc ieniu. Quicquid tentationum hinc inde me concutat, te nihilominus Deum meum agnoscam. Ideo se Deo quam meretur laudem datum promittit. Quod fieri non potest, nisi in cordibus nostris præualeat, palmamque obtineat certa gratia eius fides, ex qua nascitur lexitia, que nobis amplissimam laudum materiam suppeditat, cum certe de salute nostra persuasum habemus Dominum Deum nostrum esse. Ergo qui nullo ducentur affecte laudandi Dei, nullam fidem, nullum bonitatis Dei gustum habent. nam si verè fidimus Deo, necesse est ut ad nomen eius prædicandum alacres feramur.

(RE) mirificam.) **N**B, singulare pro plurali virutur. Prophetæ cogitationem suam in praesenti reum aspectu non retinet, sed finem ipsum attendit. nam & profani aliqui homines, in mundi gubernatione mirabiles rerum eventus cernunt, ad quarum intuitum obstupescunt: quod Tyrris, Sidoniis, Babyloniis, Moabitis accidisse certum est. Verum si tantum in eiusmodi operibus Dei proficere possunt, qui bonitatis & sapientiae ipsius gustum habent. aliqui enim vilpendunt & despiciunt opera Dei, nec eorum præstantiam comprehendunt, quod finem non tenent: nempe quod Deus mirabiliter ex tenebris lucem eliciens, Ecclesiam suam iustificet in morte, & res humana iu-

dicio confusas optimè temperet, atque applicet in rectissimum vsum. Ceterum, quod Dei prouidentiam melius comprehendet, adiungit consilia iam olim decreta, quasi diceret, nihil Deo tubitum esse vel repentinum. Et tandem quanquam nobis interdum ex inopinato agere videtur, omnia tamē certò apud eum ante creationem orbis constituta. Propheta erga significat hoc nomine, omnia miracula quæ præter hominum expectationem eveniunt, fluere ex ordine eius moderationis, quæ in orbe regendo tenet Deus, ab initio ad finem vique omnia disponens. Ceterum, quoniam ad areana illa consilia non per unius, nec eò potest condescendere ingenium nostrū, propterea ad manifestationem ipsorum reuocandi sumus. nos enim latent & cōprehensionem nostram exuperant, donec ea Dominus patefaciat. Verbo tuo, quo se ad insbecillitatem nostram attéperat: quia consilium ipsius èrōt ep̄vntor est. Ideo ab æternis Dei decretis protinus ad doctrinam & promissiones delabitur: quas procudabio designar veritatis nomine. Nam frigeret repetitio, nisi in hac voce relatio subficeret: quia ubi consilium tuum nobis patefecit Deus, si constat dictis fides, tunc propriè verax apparet. Verbi autem firmitatem & certitudinem commendat, cum veritatem stabilem esse dicit, quicquid teliheit prodit à Deo, quicquid pronuntiatur, fixum atque immutabile esse.

2 QVI apostoli.) Aliqui hoc referunt ad Ierofolymam: sed ego mutationem numeri esse
puto, ut laus est Prophetis visitatu: nec enim de vna tantum urbe agit, sed de variis, quas in acer-
uos redigendas esse significat. Quod aliqui intelligunt Ierofolymam factam esse palatum Roma-
norum, nihil ad mentem Prophetarum. Satis autem constabit sensus, si memoria teneamus quod prius di-
ctum est: neque Propheta non includere cogitationem lucis in istis cladibus, quibus Dominus
varios populos affigit, sed in castigationum finem extendere. Sic enim Dominus edomare &
frangere contumaciam hominum voluit, quos nūquam sibi nisi variis æruminis afflictio subiec-
set. Porro non solum docet Propheta exteros pullis indigenis habitatores esse in urbibus capti,
quia non congeruerit quod addit continuò post, Ne amplius sit curias: sed vagos homines qui do-
micio carebunt, illie reperturos satis amplium spatium; quia nulli restabunt incolæ. nā cùm **רָמֶן**
Splendidas ades significet, ironice sic dicit, latunculos habitatores quasi in palatiis propter am-
plitudinem loci deterti.

Supradicta ver. 3 PROPTEREA.) Hic est finis cuius memini, nam si Dominus orbem perderet, nullus frumentus sequeretur. Exitium certè nihil præter horrorem generare posset: nec inde vñquam ad laudes eius prouocare possumus: quin potius nos obstupefieri necesse est, dum nihil præter iram sentimus. At ex seni gratiæ & bonitatis laudes emanat. Perinde igitur est ac si dicaret, Non solum percuties & affliges Domine, sed efficies ut plaga non careant profectu. Is enim ferociam horum subigas, ut certi cibū summittant qui prius à te fuerant alieni. Ex hoc loco notandum est quām necessaria sint nobis castigationes, quibus ad obliqueum Dei eruditum, nam propter rebus ita efferratur, ut omnia nobis licete putemus. Lasciuimus etiā atque insolēscimus dum humaniter Deus nos tractat. Timorem vero coniungens, ostendit hanc laudem in verbis aut externo gestu positâ non esse, sed in vero cordis affectu. Vnde colligimus de integro Dei cultu verba fieri: sed quia multi se defunctos putant simulacra ore confessionem ediderint, explicādi cautia additur, Timebunt te gētes. Cæterū, Fortes & robustos vocans, his epithetis significat arrogantiā & superbiam, quā inflati efflent prospera fortuna. Insurgunt enim aduerter Deum, nec deiici aut humiliari possunt, nisi nudūtur. Hue ergo referenda sunt nostræ cogitationes in his calamitatibus quas eernimus: hominum ferociam contundi ac comprimiri necesse est, ut ad recipiendam doctrinam & verum obsequium præparentur. quandiu execrati erunt suis opibus & vanâ fiducia, securè ridebunt iudicia Dei, nec vñquam secessi summittent.

4. Q U O N I A M fuiſti.) Hinc appetet fructus conuerſionis: quod felicet Dominus nos ē morte fulcitat, ac veluti ē ſepulchro educit, portigens nobis ē cælo manum ut eripiat noſ ex ipſis inferis. Hic nobis primus ad ipſum aditus eſt, quia excrēndæ beneficentia ſuæ nratieram non niſi in noſtra egeſtate reperit. Ideoque nos viciſſim in nobis egenos atque inopes eſſe oportet, ut ab ipſo opem lentiāmus. ac necceſſe eſt nos omni fiducia & perſuasione noſtri vacuos eſſe priuiaquā vim ſuam exerat in nobis. Ideoque nos flagris comparat & cruce, quibus nos ita erudit, ut eius opem & gratiam percipere poſsimus. Nec verò fruſtrā Iſaias hiſ ſimilitudinibus hanc descriptio- nem exornat: quia variæ & multiplices occurrunt tentationes, quibus fortiter ſuſtinendis, imbe- cillias mentes hominum fulciri & muniri necceſſe eſt. Propterea Deum præſidium egenis, refugium à nymbris, vmbra culum ab eſtu fore dicit. Nam cuiuscunq; generis perieula & incommoda in- gruant, D om̄inus aduersus caſuos tutabitur, omnīſque generis arma ſuppeditabit. Spiritus h̄c, Gen.8.5,6; vt ſe p albi, Platū ſignificat: & accipitur pro violento impetu, quo impii feruntur aduersum fi- xod. 15.10, lios Dei. nec enim ſolum minas & terrores ſpirant, ſed ignem ipſum videntur euomere. Eōdē per- tinet Turbo, vel inundatio contra murum: qua figura intelligit tam precipitanter ruere impios; 1. reg. 19.1, 2. reg. 7. vbi nocendi licentia conceditur, ut deſciant quie quid contrā occurrit. Plus enim eſt euerſi parie- res ac dirū, quām ſi aqua ſeſe per agros tantūm effunderet.

S I C V T A E S T V M .) Nisi Dominus sacerdotes cùm irruunt homines violenti, prorsus de vita nostra actum esset, quátus sit furor impiorū videmus. Quod si cœterit parietes, quid aduersus

versus cum poterit homuncio? Hec igitur addita sunt ad amplificandam gratiam Dei, ut reputemus quid nobis esset futurum, nisi Dominus opem ferret. Quāquam similitudinem bifariam accommodant interpres. Quidam enim intelligunt consumptum huius improbos Dei furore, nō fecus ac vehementia caloris agros per se steriles exurit. alii in ablativo casu vertunt, Quasi adest: ut sit tenuis. Quanvis impo poterit tua confisi ad eum bulenti sint, Dominus tamen ipsius momēto humiliabit, ac si estu in arido loco deprehensi essent. Verum ego aliam esse puto rationem, postquam enim ostendit quantum sit impiorum furor aductum fideles, subiicit; Eostu Domine humiliabis. Atque alludens ad similitudinem Diluvii, qua prius vltus erat, Tu, inquit, dericies aestum impiorum, quo alioqui conutremur sicut pluia vna vel imber ē cælo cadens, aestum, qui sinentes agrostoriebat, dicit. Atque ita sua sp̄ote contextus fluit; quim alia interpretatio sit coacta, vīmque, vt aiunt, literæ faciat. Posterior pars verius hoc & illuc torquetur, nomen τε i quidam Semē esse purant: alii Radicem: ac si dixisset, non tam impios eviceret Deus, sed radicibus evelleret. Quæ sententia esset probabilis, nisi obstat et similitudo aestus. Rectius itaque, meo iudicio, alii Cantum & clamorem, vel excisionem vertunt. Quanquam ne ipsi quidem pertingunt ad Prophetam mētem. Confirmat igitur proximam sententiam, quod violentia improborum, vel clamor, quem superbē & audacia atrociter, prostratus statim iacebit: sicut Solis fetuor superueniente pluvia, quæ notatur per Vmbrae nubis.

6 ET FACIT) Variae etiam interpretationes in hunc locum afferuntur, nonnulli enim existimant Prophetam minari Iudeis: atque ita minari, ut varias gentes ad conuinium vocent, quæ etiam locutio alibi reperitur. Dicitur enim Dominus laginare impios ad diem iactationis. Quasi igitur Iudeos ob impietatem suam prædæ exponeret Gentibus, ipsas ad conuinium inuitari parat. acsi dicere: Dominus, Lutas epulas Gentibus apparauit: Iudeos expilabunt & prædabuntur Romanæ gentes. Verum hic sensus, meo iudicio,flare non potest. longa refutatione minime opus erit, postquam veram interpretationem adduxero. Alii vero sic expoununt, acsi Isaías loqueretur de ira Dei in hunc modum, Dominus instruet conuinium omnibus populis iis calicem nœfūt propinabit, quo incibentur. Sed longè aliud voluit Propheta, pergit enim in gratia Dei declaranda, quæ pa etacienda erat Christi adventu. Atque eadem metaphora vntur, qua etiam David Psalm. Psal. 22.27: 22. quum regnum Christi describit: ac futurum ait, ut pauperes ac duiites in hoc epulo accubant, 30. cōquæ etiā cantur & latentur, quo significat nullum genus hominum huius beneficiæ expesi fore. Pruis enim Dominus Iudeos tantum alere videbatur, quod foh adoptati & veleti ad domesticas ipsius epulas initati erant: nō Grecos etiam admittit, liberalitatē que tuam diffundit in omnes nationes. Subiecta igitur tacta antīthesis, quis dicit, OMNIBVS PORVLIS: quia vniuersitatem Ibid. 76.1; antea nos erat, et in vīa conuinium intellige ex animalibus bene laginatis. בְּרֵבָה, alii Fæces vertuntur: sed perperam. intelligit enim vetera vina, quæ vulgo appellamus *Vins de garde*. Ea enim præstantiora sunt: præter im in Orientali plaga, vbi nichil ætatem ferunt. LIQUIDA vocat ea in quibus nihil turbidi est aut fæculenti. Demique fatis constat hic non denuntian exiitum Gentibus aut Iudeis: sed vtroque vna ad laetusimum conuinium inuitari. Idque melius constat ex ipsis Christi verbis, dum regnum celorum comparat nuptias suas Rex filio suo appareavit, ad quas Matt. 22.22 omnes promicuerunt convocati, quum ii qui prius fuerant inuitati venire nolent. Nec vero mihi dubium, quin de promulgatione Euangeli loquatur. Et quia ex monte Sion prodit, Gētes illuc ad Supra 2.3: epulandum venturas dicit: quia vbi spiritualē cibum ad patcendas animas toti mundo populuit Deus, perinde fuit acsi communem mensam parasset. Ac nos hodie inuitat Dominus, vi bonis omnibus repleat ac locupletet: excitat fideles Ministros quibus nobis parentur ista epula, verbi oq; suo vim & efficaciam præbet, ut eo satiemur lani quod ad nomen Montis pertinet, quantus inde nō exeat nunc Dei œconomia ad nos pascendos, hoc tamē nomine intelligi debet Ecclesia, extra quam nemo horum ciborum particeps esse potest, non prouincuntur in trivis aut compitis ista epula, menta non est ubique disposita, nec omnibus in locis cœviuum hoc instruendum est. Ergo ut epulemur, ad Ecclesiam venendum. Fuis vero loci ideo facta sunt mentio, quod Deus illic solūm coleverit, andēque oracula prodirent sicut inde etiam ortum est Euangelium. Quod epulum hoc laetus & opiparum fore dicit, hoc facit ad commendationem doctrinæ Euangelicæ. Est enim spiritualis cibus quo animæ nostræ latiantur; adeoque laetus ac delicatus, ut alios requiriere minime necesse sit.

7 ET DESTRUIT) Hic etiam variant interpres, nonnulli enim Operimenti nomine intelligunt ignominiam qua fideles sic in hoc mundo conteguntur, ut gloria Dei in ipsis non apparet: acsi dicere, Quanvis multis probris obruiantur pii, Dominus tamen ea tolleret, coiūmque statum gloriosum reddet Omīto alias interpretationes. Verus autē meo iudicio tensus est, quod Dominus promittit se sublatum velut, quo in cæcitate & ignorantia tenebantur. Luce ergo Euageliū discussi sunt hæc tenebuntur. Hoc autem in monte Sion futurum esse dicit, vnde etiā lux Verbi toti mundo affluit ut antea vidimus. Est igitur ad Christi regnum necessariò referendus hic locus, nec Supr. 1.2. 3: enim lux affluit omnibus hominibus donec Sol iustitiae Christus exortus est, à quo omnia vela, in Mala, 4.2. tegumenta, & inuolucra sublata sunt. Atque hic alterum Euageliū commendationem habemus,

quod eo discutiantur tenebrae, atque errorem involucra ab oculis nostris tollantur. unde sequitur nos signoratu[m] tenebris: nvolu[er]os atque exc[on]atos esse; an equum illuminemur Euangelii doctrina, qui ioh[ann]es & Ioh[ann]es & vita reddi, atque in integrum restituimus. Habemus etiam hic confirmationem vocationis Genoum: id est, nostra nec enim ioh[ann]es tuus, sed omnes nationes, quae prius omni errorum & superstitionum generi involuta erant, ad hoc coniuvum inuitantur.

8 DESTRVXIT Propheta argumentum suum conexit. Nam insumma promittit solidam felicitatem suam in regno Christi, quod ut melius exprimat, vititur varijs figuris apte ad rem ipsam accommodans. Vt etiam sit felicitas, non temporaria aut caduca: quam nec mors ipsa adimere potest, quia in rebus latet simus defectus hic tamen parum latet iam inuit, si deficit immortalitas. Duo ergo comungit: quia felicitatem perficitam & ab solutam reddunt, primum, quod perpetua sit vita (nam us qui beati alioqui sunt ad tempus, interire miserum est) deinde, vita haec gaudio coniuncta est: nam alioqui in aetate & æternitate vita mortis videatur praeterita. Adiungit etiam, Omnia in gloriam f[ac]t[ur]a gloria, hanc vitam fore: quia prophetia alioqui derogat tristis populi oppresio. Sed queritur potest, ad quod tempus referenda sint istæ promissiones: nam in hoc mundo et nesciunt in nobis cum variis ærumpis, at si eque pugnandum est: nec tantum destinatum & mea. Atque ita vique ad secundum Christi adiutorium excedit, qui proprie die res Lue 21.28. demptionis & inlaurationis vocatur: quemadmodum omnia quæ nunc videntur confusa, restituentur ad 3.21. integrum & neam formam induent. Hoc quidem ad redemptiensem quoque est Babylonie pertinens 8.22. nec ioh[ann]es veluti præludium & tenuis gustus fuerit istius, haec dubie haec promissio vique eph 4.10. ad ultimum in die prologanda est. Eo igitur ipem omnem atque expectationem conferamus, nec psal. 26.5. dubiemus quan[do] haec omnia in nobis Dominus tandem peracto cultu perficiat. si nunc seminamus cum lachrymis, tunc haud dubie cum gaudio & exultatione metemus. Ne vereamur hominum probria aut contumelias, quæ summan aliquando gloriam nobis parient. Atque hic iam initia huiusc felicitatis & glorie consequuntur, quum adoptati sumus a Deo, quum imaginem Christi gerere ceperimus, constantiam & fortis animo cumulum eius ad extensum vique diem expectemus. Iam quia post tot tristissimas clades videbatur res proris credibilis, haec non ab homine, sed a Deo profecta esse ostendit. Eversa enim Ierosolyma, turbato Dei cultu, diuino templo, reliquis populi dura tyranide oppresis, nemo sibi pertuasisset omnia de integro surget ruris possit. Hunc ergo diffidemus ad quam homines valde pronti sunt, occurri oportuit. atque ideo Propheta has promissiones confirmat, atque obsignat, Scitote Dominum nihili sufficere horem istarum rerum quare mentes in eum, non in me desigui: et eonatur fides vestra qui in eum non afferre nequit.

9 ET DICET VR) Verbum est indefinitum. Dicet: quia tamen non unius aut alterius, sed communis omnium termino refertur, ab solu[er]e vertere placuit. Optima autem hec clausula est, quia ostendit beneficia Dei non haereticis, sed ioh[ann]es capit. 6. hu[m]ibus. Coniunctum ergo, de quo antea loquutus est, Deum non frustra facturum significat: quæ fore publicam dicit, realis, ut ita dicam, gratia Dei experimenti index ac testis est. Diligenter autem obseruandus est hic locus: quia ostendit Propheta eam fore reuelationem, quæ homines continent in verbo Dei, ut omni dubitatione vacui in eo conquerantur. Quod si haec pertinent ad regnum Christi, ut certè pertinent, fructum ex iis insignem colligimus: Christianos, scilicet, nisi sibi ipsi defint, & respuant gratiam Dei, certani habent veritatem in qua turba recubabat. Omnis enim dubitanti occasione turbata, Deus ictu ipsius parefecit, ut liberè prædicare audeant certò in-

Ioh. 4.22. re quenam sit eius voluntas: & verisimile dicere quod Christus Samaritanus, Nos adoramus quod scimus. Et certè de gratia in Christo exhibita, certiores per Euangelium facti, non iam incertis opinionibus, ut alii, vagamur: sed Deum, purumque eius cultum amplectimur. Intrepidè dicere licet, facilius int' alia hominum ligamenta. Notanda autem est antithesis inter obicurum & temorem nostrum modum qua prædicti fuerunt Paras sub Iugo, & plenitudinem quæ nobis in Euæglio resulger. Quia in enim ve[rum] populus Deus cælestis docebit luce dignatus sit, familiarius tamen per Christum innatuer fieri dicitur Iohannis primo, hanc certitudinem, quam aduentu suo attulit vngeneris Dei Filius Parte nobis ostendens, nunc Propheta commendat. Ceterum, ut veterem populum hac parte excellimus, quia reconciliatio per Christum facta Deum quodammodo nobis reddit propiorem: ita non potest aliud cognoscere. Deus quām in Christo, qui imago & character substatiæ eius est. Qui non nouit Filium, neque Patrem nouit. Quām ergo iudici. Turca, ceteri que infideles iacent te Deum adorare crea[re] orientem celi & terræ, h[ab]ent in tamen Deum adorant.

Hebr. 1.3. Vt cūque sicut peruvices, v[er]is op[er]iones & incertas sequuntur pro veritate palpant in tenebris, & imaginationem tuam colunt loco Dei. denique extra Christum & omnis religio fallax est, ac evanida, & detestandi sunt omnes cultus, iecu[er]e quædammandi. Nec cetero abs re tam aduersario quam prono-

pronomine demonstratiuo vtitur Propheta, quod certius refertur Dei praesentiam: sicuti iterum paulo post repetitione certitudinis & fiducia constantiam exprimit, quia praeclara erat qui Deum in Christo colerent. Certum est Deum in tua maiestate a nobis non posse comprehendere: quia lucem inaccessam habitat, qua protinus obruerunt, si ad eam condescenderet velint. Ergo fide ad imbecillitatem nostram demittit, te nobis per Christum communicat, per quem sapientia, uita, &c., veritatis, aliorumque beneficiorum participes facit. Notatu etiam dignum est, quod ob vbi Christus vocavit Deum patrum, adscribit nomen Iehouah: unde colligimus in eius persona verae Dei eternitatem comprehendendi. Adhaec, quomodo nobis ita per Euangelium innotescit Christus, in me concurrit ecclesia corum ingratitudo, qui tam perfecta manitestatione non contenti, vanas tuas peculations aspergunt aspergunt, sicuti in Papate tacitum est.

E X P E C T A V I M U S E V M .) Tolerantiam & perfecterantiam eorum exprimit qui Deum in Christo iocelunt amplexu, nec enim debet esse temporalis notio, sed in ea firmiter intinemur utique persistendum. Loquitur autem Iesu in persona veteris Ecclesiae, quae inter Iudeos solos tunc propinam tedium habebat, ergo tranquille os omnes qui alibi colebantur deipiciens, hunc iolum tunc Deum confidenter pronuntiat, qui te Abrahah patfecit, & Legem tuam promulgauit per manum Mosis, nec enim iucrat Dominus ab aliis nationibus expectatus, quae ignorari & tenetibus obuolure erant, quando haec expectatio exinde ostiuitur, cui etiam patientia ad. uita est. Fides autem ab ipso Verbo non constat. Admonetigit fideles talutem eorum in ipso & expectatione possum esse, nam promissiones Dei, quae ad Christi aduentum quodammodo iutu[m] p[ro]p[ter]e etiam. Deinde obseruandum est qualis fuerit illorum temporum conditio, nam aut Dei promissio in nihilum redita videbatur, aut posteritas Abrahah a eo repudiata. Certe ut longissime appetierent, mutuam tunc illis Deus apparebat. Quamobrem mira patientia ipsos instruettos esse oportuit, quia graues & difficiles testimationes futurerent. Id est, quae ad Christi aduentum eos queritos manere iubet, quia tunc tentiet in foliolum quam propinquus suis cultoribus sit Deus. Hac eadem doctrina hodie queque placari nos oportet, ut rametis filius nostra sit abecondita, Dominum tamen firmam ipse & inuram expectemus, & de eo procul absente semper dicamus. Ecce. In rebus maximè consulis cum diceremus non uerimus haec nota. Haec est. Quod ad verbam spectat, quamvis tempore praeterito dicat, Exultauimus, & letati sumus in fulore: continuus tamen actus notatur. Et paulo ante diu xerat tempore futuro, Scrubuit nos. Summa est, si patienter inuocetur Christus, ipse suorum nunquam sustinuerit.

10 **N A M** (quiescit.) Non dubito quin Prophetæ consilium sit initio virtus pios consolari, qui alioquin putarentur a Deo relictos & abiectos, nam quod alii exponunt de iudicio quod Dominus in Iudeos exequiturus erat, nihil habet coloris: sed idem est acsi dicaret Dominus in Ecclesia sua perpetuò affuturum. Scio quidem manum Dei etiam super reprobos quietere. Hoc autem utilis colligitur doctrina, Quodcum Deus infinita per totum orbem beneficia dispergit ut eorum partem impiu quoque percipiatur: manus tamen eius non quiete, vel perpetuò adebet nisi in monte facio, id est, in Ecclesia, ubi colitur. Obseruandum etiam, Ierosolymam prius castigatam esse, quam h[ab]e[re] beneficia sentiret. Prius enim flagella & penas denuntiauerat, quibus haec consolationem subiunxit. Secunda parte virtus duplicat gratiam Domini, quia de hostibus Ecclesia sua penas sumendo quam sibi chara sit illius salus ostendet. Nullos feret capitaliores hostes Moabitum habuerunt Iudei, ut patsum videre hebet apud Prophetas, licet cum ipsis genere coniuncti essent. Sub eorum ergo nomine οὐαὶ τοῖς omnibus Ecclesiæ hostes comprehendit, ac per se in eos qui buicum aliquid coniunctionis habent, quibus nulli sunt nocentiores. Doctet autem eos tametsi aliquo tempore superiores sint, & Ecclesiam oppriment, tandem penas daturos. Hic finis est, ne fiducies sub malis desponteant animos, acsi infelix esset sua conditio, dum impiorum alacres & laeti exultant: quia paulo post sequetur trituratio, cuius h[ab]et metu[m] sit. Quare nos quoque si afflicti & perturbatum hodie Ecclesiam videmus ab iis qui necesse est, aliqua nobiscum iactent, immo qui nomine eius & titulum usurpat, hac promissione animos nostros sustentemus. Vbi nos Sterquilinum vertimus Hebraicum nomen οὐαὶ τοῖς, aliqui putant esse nomen viris, cuius etiam meminit Ieremias: Quid autem si dicamus Prophetam alludere ad virbum, quam in solo feraci sitam fuisse verisimile est, ut ita magis perstringere & vrgere Moabitum, acsi dicaret. Quemadmodum trituratur palea in eorum agro, ita Moabitum Dominus triturabit. Alias interpretationes non improbo: sed mihi non displicet si dicamus cum alludere ad libertatem soli, in quo viribus illa sita erat. Interim com munem sententiam in versione te qui mihi religio non fuit.

11 **E**t extendet.) Nunc explicat Prophetam & confirmat superiorum sententiam, utitur tamen alia similitudine. Significat Dominum extensorum manum usque ad intima regionis Moabitice, non in extremas tantum eius partes. Nonnulli hanc similitudinem sic exponunt, Quemadmodum natando extenduntur brachia, ita Dominus Moabitum licetque illuc castigabit. Alii putant exprimi ingeminationem penarum: acsi dicaret, Dominus non semel tantum penas

*Gen. 15.12
Exo. 20.12*

sument de Moabitis: sed iterum atque iterum vlcifetur crudelitatem quam in filios Dei exercuerunt. Sed possemus etiam aliter rationem huius metaphoræ explicare. Qui natâr, non irruunt toto impetu, sed leuiter se expandunt, & brachia placide diducunt, aquas tamē proscindunt & superant: ita Dominus tæpe haud magnas vires exerit ad proscindendos impios, sed abiq; vlo negotio, nullis adductis copiis, sine vlo strepitu aut tumultu eos perdit ac profligat, quatumcunque strenuit atque instruet videantur. Atque hæc ratio metaphoræ ideo mihi arridet, quia de priore tensu nihil diminuit, & magis dilucide explanat, Sepe in nihilum redigi impios Dei manu, vt cuncte non palam è celo fulminet. Admonet etiam nullam fore tam reconditam partem, quod non penetraret hæc vltio, quum dicit, In medio eius.

Ier. 6. 12 Et munitionem) Dirigit nunc sermonem suum ad regionem Moab. Erat autem munitissima, iusque muris & propugnaculis superbiebat: id. que vlli momenti fore negat arces exceltas, aliaque locali et fortituma & difficultima expugnat. Fuit autem veteris: ut satis noui est, alia quam nobis ratio muniendi. Nec supervacuum est quod tria hic verba coniungit ad maiorem expressionem. Prosternit, Humilitabit, Deicet. quia superbiā illam qua prædicti erant & turgidi Moabitæ, retundi oportebat. Erant enim in' olerabiles, vt pries cap. 16. vidimus. Eos igitur ridet Prophetæ. Quasi vero Dominus hanc altitudinem qua gloriari nō possit. Particula Ad puluerem tantum valet ac si dixisset, Non tantum æquabit folo, sed in puluerem rediger, vt ne vestigia quidem extent veteris ruinæ. Hic locus continet optimam valdeque opportunam consolationem. Nam sic hodie quoque superbiunt Ecclesiæ hostes, vt & homines & Deum ipsum ludibrio habeant: adeò inflati & elati sunt potentia sua, vt inexpugnabiles sibi esse videantur. sed aduersus eorum propugnacula & præsidia hanc Prophetæ sententiam opponere debemus: Dominus ea facile deicet ac prosternet. Interea patienter ferendum est, quod robore valent & potestia, donec adueniat maturum ruinæ eorum tempus.

C A P V T X X VI.

- 1 N die illa cantabitur canticum in terra Iuda: Vrbs fortitudinis nobis: salutem posuit muros & vallum.
 2 Aperite portas, & ingredietur gens iusta, custodiens veritates.
 3 Cogitatio fixa: custodies pacem, pacem: quoniam in te confidimus est.
 4 Sperate in Iehoua in perpetuum: quia in Iah Iehoua fortitudo seculorum.
 5 Nam incurabit incolas sublimitatis, ciuitatem exaltatam humiliabit: humiliabit, inquam, eam ad terram: deducit ad puluerem.
 6 Calcabit eam pes: pedes pauperis, gressus inopum.

- Vel, tu, qui* 7 Senita iusto rectitudines: "rectam viam iusti æquabis.
rectus es, 8 Etiam in via iudiciorum tuorum, Iehoua, sperauimus in te, ad non in juuam, & memoriā tui desiderium anime.
 " *Vel sediū lō.* 9 Anima mea desiderauit te per noctem: quin & spiritu meo intra me te "mane quam
 ram. Nam ex quo fuerint iudicia tua in terra, iustitiam discent incole terre.

- 10 Impius gratiam obtinebit, nec discedet iustitiam: in terra rectorum operum peruersè aget, nec videbit magnificentiam Iehouæ.
 11 Iehoua, vt cuncte exaltata fuerit manus tua, non videbunt: Videbunt, & pudescit emulacione populi: quin & ignis hostium tuorum vorabit eos.
 12 Iehoua ordinabis nobis pacem: nam & omnia opera nostra operatus es nobis.
 13 Iehoua Deus noster, subiugauerunt nos domini præter te: tantum in te recordabimur nominis tui.

- 14 Mortui non vivent: occisi non resurgent: propterea visitasti, & exterminasti eos: & perdidisti omnem memoriam eorum.
 15 Addidisti genti Iehoua, addidisti genti: glorificatus es: dilatasti omnes fines terræ.
 16 Iehoua, in tribulatione visitauerunt te, effuderunt precationem, dum castigatio tua super eos.
 17 Sicut pregnans que ad partum appropinquit, dolet, clamat in doloribus suis: sic nos fumus

fūmūs à facie tua, Iehoua.

18 Parturiamus, doluius, ac si peperissemus ventum, salus non est facta terra, et nō ceciderunt incole orbis.

16 Vivunt mortui tui, cadaver meum, resurgent. Euigilate, et cantate incole pulchris. Quoniam ros herbarum, ros tuus: et terra mortuorum viciet.

20 Veni popule mi, intra in cubiculatum: clavis ostia tua post te: latas paululum ad momentum, donec transcat indignatio.

21 Nam ecce Iehoua egreditur è loco suo, ut visitet iniquitatem habitatoris terre cōtra eum. Et discoperiet terra sanguines suos, et non teget amplius super occisis suis.

IN CAPUT XXVI.

IC rursus docere incipit Propheta, postquam ab exilio reuersus fuerit populus, protectum in Dei tuteli & manu: & Ierusalem eius conseruacione perinde forte tanta, ac si vallo, aggeribus, fossa, duplice muro cincta esset, ne accessus ullus patet hostibus. Notandum verò est tempus quo Canticum hoc editum fuit. Prædictar. Propheta calamitatem Ezechiel, quæ nondum tam prope instabat, sed aliquando pōst mortem eius iecuta est. Quum abductus esset populus in exilium, deperit ac non haud dubie, nisi eum huiusmodi promissiones sustentarent. Ut ergo considerent Iudei se liberatum in, atque vitam in ipsa morte cernent, hoc ipsis Canticum composuit Propheta priuquam etiam calamitas accideret: ut iam instructi ad eam preferendam, & meliora speranda essent. Nec enim arbitror ideo solùm fuille compositum ut liberati gratias agerent, sed ut in exilio ipso tametsi similes essent mortuis, animos suos hac fiducia obfirmarent: filios etiam instituerent in hac ipse, atque hec promissa quāsi per manum traderent posteris. Quorū autem hēc & alia in carmen rediget Isaia, alibi diximus: nempe, ut psalm decentata, animis omnium melius inhācerent. Tametsi ergo lugerent in Babylone, & merore propemodum conjectarent. (vnde etiam illæ voces: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?) amen: ipso sperare oportebat ut aliquando, vbi in Iudeam reuersi forent, gratias aucturos Domino, cuiusque laudes celebraturos. Ideo Propheta diem liberationis procul illis ostendit, ut se eius expectatione fulciant.

V R B S fortitudinis.) Promittitur his verbis plena Ierosolymæ & populi restitutio, quia Deus non tantum captiuos redimet ac dispergos colligit, sed vbi in patriam reduxit, etiam seruabit incolos. Atqui non multo pōst viderunt fidèles dirutam Ierosolymam & excisum templum: & quum reuersi sunt, nihil occurserit potuit præter deformes ruinas: idque fore iam ante Isaia vaticinatus est. Ergo ex alta fidei specula eos cernere oportuit hanc Ierosolymæ renovationem. Postea definit qualis futura sit verbis fortitudo: quia salus Dei pro muro, turribus, fossis, & aggeribus sufficiet, ac si dicaret, Confidat alia virbes in suis propagnaculis: Deus unus infat omnium munitionum nobis erit. Non reicio quod quidam admonet legi posse, Postulat murum & antemurale ad salutem. Sed quia vberior continetur doctrina in Prophetæ verbis si nihil subaudias, coactum sensum longè accertere nihil attinet: præsertim quum verus & genuinus ipso- te occurrit, protectionem Dei omnibus fossis & mœnibus esse potiorem. sicut etiam dicitur in Psalmo, Mihi cordia tua super vita. Nam ut illic gloriatur David se tutius & magis securè quiescere sub Dei umbra, quām si omnibus terrenis præsidis munitus foret: ita hic dicit Isaia iustam securitatis causam fore, vbi custodiendi populi sui partes Deus sufficerit. Ita quū hec promissio ad totum redemptiois cursum pateat, tenendum est hodie quoque Deum esse Ecclesia sua custodem: idque pluris esse eius virtutem, quām si omnibus copiis instrueta foret. Itaque si cupimus in tuto quiescere, manendum nobis in Ecclesia est. Tametsi nullæ fuerint nobis externe munitiones, tamen Domini prædictio & certissima eius salute, qua propagnacula omnia superantur, contenti esse dicemus.

2 APERITE portas.) Non dubium est hoc Canticum à multis contemptum fuisse, cum ab Isaia publicaretur enim Ierusalem ab impiis & sceleratis quandiu ille superstes fuit in terra: & rarissimus erat numerus honorū. Quum autē eo mortuo dederūt penas suæ impietatis, hoc non fuisse de nihilo prædictū aliqua ex parte apparuit. Impii enim, dum prosperis reb⁹ fruuntur, nihil metuunt, nec putant se deuci posse. Ita Iudei nunquā furenum existimabant, ut pellerentur è Iudea, atque in exilium abducentur: stabilem illic fedē sibi esse confidebant. Ideo superbiēdi & intollerabili matrarium ipsis adimi oportuit, quō tendunt hec Prophetæ verba, Incolas renouatę verbis prioribus fore distimiles: quia iustitiam & fidem colent. Ceterū tūc quoque lutoria vide-

" vel terram
Gigantū pro-
sternens: vel
terra Gigantes
et derelicta,

Ezech. 37.4

Cap. 5.1

Psal. 137.4

Psal. 63.4

ri potuit hæc promissio; quia expulsis & in seruitutem abductis nihil solatii restabat. Proinde di-
ruto templo, excisa vrbe, omniisque rerum statu eueriso ac perito obiicere poterant, Vbi sunt ille
portæ quas aperiri jubet? vbi populus qui ingrediatur? Hæc tamē impleta esse cernimus, nec quic-
quam prædictum fuisse, quod Dominus non præstiterit. Veteres ergo illæ historiæ nobis propo-
nendæ sunt, ut earum exemplo muniamur, & in desperatisimmo Ecclesiæ statu Dominum nihilom-
minus eam erexitur omnes premus. Gentem vero iustam & verae religionis fidem

^{Supr. 25.1} minus eam erectorum ipremus. Gentem verò iustum & veracē nominans, non solum designat Propheta, vt nuper attigi, ad quos hæc promissio pertineat, sed fructum castigationis ostendit: quia post purgæ astordes Ecclesiæ, iunctus & iustitia purior eniescit. Tunc enim multitudo impiorum prævalebat, paucissimi boni erant, & aliorum numero obrucabantur. Illam ergo multitudinem tolli oportuit, quæ timore Dei & religione carebat, vt Dominus reliquias suas colligeret. Atq; hæc extitit ruinæ compætatio, vt Ierusalem, quæ ciuium tuorum impietate polluta cratiterum verè consecraretur Deo. Neq; enim iatis fuisset recuperare florentem statum, nisi etiam in sanctitate & iustitia fulgeret vita nouitas. Cæterum, sicuti Dei gratiam prædicat Propheta: ita etiam redemptum populum ad colendum vitæ integritatē hortatur. In summa, de cunctis has promissiones nihil profuturas hypocritis, neque iis portas vrbis, sed iussis tantum & lancis apertum iri. Certem est Ecclesiam faciaper areæ similem fusse, in qua paleæ tritico permiscuntur, mō tritum obruitur à paleis: minime tamen dubium est quin purior fuerit Ecclesia, quam Iudei in patriam rediuti sunt. Nam eos qui redibant instinctu bono impelli oportuit, vt per tot molestias, difficultates & pericula, tam longum iter susciperent: quum ali interim multi in exilio manere quād redire malent: iuturom icilicet, & pacatiorem statum suum commorantibus Babylone, quād in Iudeam redeuntribus esse ducentes. Ergo in iste meni aliquod pietatis esse oportuit, quo instigabantur ad promissiones, quæ patribus datæ erant, potiendas. C. cùm, quanvis tunc quoq; multis virtutis adhuc infecta fuerit Ecclesia, comparatuve tamen hoc verum fuit: quia & multa colluvies euauerat, & reliqui nonnihil sub Dei ferulis proficerant. Porro hanc sententiam nonnulli sic distinguunt: Gens iusta coram Deo, & recta coram hominibus. Ego verò simplicius accipio: post quan scilicet gentem iustum nominauit, ostendit in quo consistat ea iustitia: nempe, vbi est integritas cordis, quæ nihil fictum aut simulatum habet. nam iustitia nihil magis contrarium est quād hypocritis. Et quanvis nemo unquam sit repertus, qui eousque proficerit, vt posset à perfida & iustitia commendari: amitem filii Dei, qui toto animo ad hanc veritatem aspirant, eius cùm stodes dici possunt. Nisi fortè magis placeat ab una parte per synecdochē notari quænam sit vera iustitia, vbi scilicet dolis omnibus & malis artibus valere iubis, iyncere & veraciter inter se agunt homines. Quid si aliquis hinc merita hominum atruere vellet, respōsio est facilis: enim de causa salutis hic tractatur à Propheta, nec quales sint natura homines, sed quales gratia sua Deus efficiat, & quales Ecclesiæ sicuti cives habere velit. Efficit enim ex lupiter ouches, vt prius cap. 1. vidimus. Quandiu autem hic viuimus, longè semp̄ ab iubūs à perfectione, atque in progressu assiduo sumus: sed Dominus nos a stimat ab eo quod in nobis inchoavit: & cùm semel nos in viam iustitiae induxit, habet etiam pro iustis. Quum hypocris nostram corrigeret & emendare cœpit, simul veraces nos & integros vocat.

3 C O G I T A T I O fixa.) Quia **רַזְעִי** Hebreis tam est Figmentum vel Creatura, quām Cogitatio, quidam ita vertunt, Figmento innixo custodies pacē: ac si intelligeret Propheta homines, vbi Deo suffici inter mundi agitationes in sua firmitate manent, tuto tempore fore. alii vertūt, Cognitioni fixa custodies pacem: quod cōdem ferē redit, beatos scilicet ad extreūm fore, qui mentes suas defixerint in uno Deo. Neque enim alter custodem suorum se promittit fore Deus, nisi dum animis compositis recumbunt in eius gratiam, non autem alternant vel fluctuant. Sed quia non apponitur nota datur cuius casus, sed concīte dicit Propheta, Cogitatio fixa vel stabilis, expendant letores annos magis conuenient referre ad Deum: ut sit tentus, eterno eius consilio & immutabili fundatum esse Ecclesias pacē. Nam magnopere interest, ne inter variis mundi conversiones subinde vacillent pii animi, respicere ad celeste decretum. Illud quidem verum est, constanter sperandum esse in Deo, ut perpetuam eius fidem experiamur in nobis seruand: s: semp̄terque requiri a fidelibus, ne ancipiūt & dubia habitatione distrahanter, sed vni Deo firmiter adhaereat: sensus tamē hic facilis elicetur, & melius fluit ex Prophetarē verbis, Hoc fixum & inuiolabile Dei esse decreatum ut eterna pace fruantur quicunque in ipso sperant. Nam si fixa cogitatio pro certitudine & constante piorum accipitur, supereruca esset causa redditio. Quia in te confitum est. Deniq; utraque loquiora aīpera esset, figmento vel cogitationi paratum esse continuam pacem. Hoc autem apertissimē conuenit, vbi in Deo confidimus, nunquam ipsum frustrari spem nostram: quia eterna custodia nos prosequi decreuit. Vnde sequitur, quia ex mundi statu non pender talus Ecclesiast, non nutare neque agitari pro variis conversionibus quæ quot die accident: sed quia in Dei consilio fundata est, solida fides que stabilitate niti, ut nunquā excidere queat. Actubest, meo iudicio, racita antithesis inter fixā cognitionē Dei, & erraticas nostras imaginationes: quia singulis

ferit momentis obrepit aliquid noui quod mentes nostras sursum deorsum impellat: nec vila est tam leuis mutatio, quæ non iniciat aliquid dubitationis. Quare tenendum est illud principium, perperam nos facere, si immutabile Dei consilium volatilis nostris commentis metimur: sicut a libi videbimus, Quantum distant cœli à terra, ita procul ab sunt cogitationes meæ à cogitationibus vestris domus Israel. Quare hoc imprimis statuere conuenit, mutationi non esse obnoxiam salutem nostram, quia non variat Dei sententia. Hæc causa est repetitionis. Cui studies pacem, pacem: quia notarium continuus tenor ad perpetuatem usque. Pacis vero nomine intelligo non solam animi tranquillitatem, sed omne felicitatis genus, aesi diceret, in sola Dei gratia fatus esse ad beatè propereque viendum.

4 SPERATE in Iehoua.) Quod ad verba spectat, legunt quidam in secundo membro, Sperate in Deo Iehoua fortis teculorum. sed quum **רַבָּ** non temp̄ sit epitheton, sed fortitudinem significat: tunc illum vt coactum repudio. Et ad rei unam non multum refert, vt mox liquebit. Parum enim firma eorum argutia est, qui hinc chionem Christi diuinitatem, aeci Iehouā in Iah esse Prophetā diceret. Nam duplex port̄ ut Dernomen consulto, amplificanda virtus eius causā. Hortatur autem nunc populum, vt se curè Deo committat, postquam igitur præcessit doctrina, nunc exhortationi locus est. Ac frusta hæc dicentur, Pacem nostram esse in manu Dei, cuinque fidem nobis eius custodiēt, nisi de hac re edocēt atque instituti, simul etiam animare exhortationum stimulis. Quanquam non simpliciter ad bene sperandum nos incitat, sed ad perseverantiam ac propriè ad fidèles, qui iam didicērunt quid sit in Dominum sperare, pertinet ista oratio: qui quum adhuc infirmi sint, & vt variæ diffidentiae occasionses occurruerint, cum quibus luctandum est, Iep̄us posſit labacere, confirmatione opus habent. Ideo non modò simpliciter iubet sperare in Domino, sed constanter in sp̄e ac fiducia ad finem usque permanere. Notanda etiam quæ additur ratio, nempe quod sicut perpetua est potētia Dei, quæ fidei ictus est, ita fides ad eandem perpetuitatem ite extenderedebeat. Quum enim Prophetā fortitudine & potentia Dei concessionatur, non intelligit oculosam potentiam, sed efficacem & actualem quæ te in nos te ipsa exerat, atque ad exitum perducat id quod ceperit. Atq; hæc doctrina latius patet: vt verè credamus considerandā nobis esse naturam Dei, quia simulac defleūtimus ab hoc intuitu, nihil nisi fluxum apparet, id ē que statim euanscimus. Itaque per continuos progressus mundum superare debet fides: quia nec veritas, nec iustitia, nec bonitas Dei temporalis est vel caduca, sed Deus perpetuā sibi constat.

5 & 6 NAN incurabit.) Nunc melius exprimit de qua virtute Dei sit locutus: nempe de ea quam ipsi experimur, & quidem in bonum nostrum. ideo coherent inter se hæc duo membra, Prosterni Dei virtute superbos, humiles verò & abiectos in illorum gradum subficiunt. quia ad plenam consolationem non sufficeret quod docet priore loco superbos humiliandos esse, nisi etiam addiāisset, humiles extollendos, vt regnum in superbos obtineant. Agnoscimus ergo propria experientia Deum efficaciter in salutem nostram operari, vnde nobis sperandi materia fuggetur. C E L S I T U D I N I S nominem tam omnis generis mutationes & propugnacula comprehendit (quia solebant veteres extruere vibes in locis editoribus) quam splendorē & opulentiam. Significat ergo nullum praesidium obstat Deo posse, quominus impios deficit ac prosterntur. Turres certè & propugnacula non displicant Deo, sed quia raro evenit, vt qui robusti sunt & potentes, nō superbiant, deo Cellitudo tēpe pro Superbia capit. Nō dubiū est aut̄ quin loquatur de impiis, qui quum armis, opibus, & pecunia valeant, se aduersus Deum ipsum munitos esse arbitrantur. Et consolatur, vt prius dictum est, Iudeos, quod in iusta Babylonis potentia terry, & se in desperationem concitere potuissent, nisi Dominus haec promissione eos sublevasset. Non est quod magnitudine Babylonis aut viribus terrae min: facile enim concedet, nec potentia Domini obfistet.

7 SEMITA iusto rectitudines.) Non laudat piorum iustitiam, vt quidam falsò putarunt: sed docet Dei benedictione prosperos & optabiles illis esse successus in toto vita cursu. Sed quum principio versus breuerit tantum dixisset, planas & æquabiles esse ipsorum vias, secunda parte clarius se explicat, Dei gratia adscribens quod iusti quasi per apertam planicem in stadio tuo ad metam usque pergunt. Nam in verbo Librandi metaphora est, quod Deus quasi adhibita lance ad æqualem modum temperet quæ per se erant inæqualia. In voce **רַבָּ** est ambiguitas, quia tam ad Deum, quam ad viam referri potest. Ideo vertunt quidam, **תְּרוּ Q V I R E C T V S E S , V I A M** **D e u s** 32.4; **I U S T I D I R I G E S .** & Deus alibi sic vocatur. Nec inepta esset allusio, Rectitudines de quibus loquutus est à Deo manare, quas solus regens est. Quanquam altera versio videtur minus exacta. Promittit autem in summa iustos eum Deo fore, ita vt manueius quasi ducantur. Nam omnia videntur in hoc mundo temere volui, quum impius bene est, iusti verò opprimuntur: & quanvis Scriptura toties prædicet ac confirmet eos eum esse Deo, vix tamen confiteatur possumus, & vacillamus, quum infesta iis omnia accident, verum tamen est Dei libra complanari iustorum vias: quantūcunque difficultes & aspergē videantur: quinetiam eorum custodiām **Psal. 37.5;** **C. Pet. 5.7**

mandauit Angelis suis: ne forte laedantur aut impingant ad lapidem pedem suum: alioqui concideret ipsos vel labo vel laitudine deficeret facile efficeret illus vnguam ipsi ex tortis, vepribus, preruptis viis, perplexis anfractibus, at per si que locis pateret exitus, nisi ipsos educeret Dominus ac liberaret. Proinde diccamus nos commendare Deo, eumque ducem te qui, ac tu dirigeremur. Quanuus nos infidela, fraudes, astutia diaboli & impiorum, innumeraque pericula circundet, euadere semper dabatur. Experiemur quod hic dicit Propheta, vias nostras inter profudas quoque voraginiæ æquari, ne villa obstatcula cursum nostrum abrumptant. Et certe experientia docet, nisi regamur Dei ductus, frustra per iniua nitendum esse, ut vix pedem unum progredi liccat (qua nostra est imbecillitas) ad minimum quodque offendiculum habemus. Satan autem & impius non solum multis tricis nos implicant ac moranter, nec leues tantum difficultates nobis obiciunt, sed nunc crepidines, nunc abyssi, quibus superandis ne torus quidem mundus par esset. Ergo quam

Psal. 91.ii

Lev. 10.23 necessaria sit nobis cælestis directio agnoscere conuenit, & fateri cu Jeremia, Scio Domine, quod non est hominis via eius: nec viri ambulantis ut disponat gressum suum. Ne ergo cferamur inani

Iacob. 4.13 confidentia, ac si in manu rerum successum possum habemus, ne iactemus, ut monet Iacobus, nos hoc vel illud aucturos: quemadmodum homines temerari faciunt, ac si omnia suo arbitratu

Prou. 16.1 efficere possent: quum vel linguam dirigere penes nos non sit, ut ait Solomon, quod apte repondeamus. Frustra ergo homines proponunt, deliberant, ac statuunt de viis suis, nisi Deus manum porrigit. Porrigit autem iustis, corumque peculiarem curam gerit. nam quum ad omnes excedatur prouidentia Dei, qui & coruorum pullis & pauculis, & minimis quibusque animantibus necessaria suppeditatum verò paterna solitudine erga pios afficitur, ut eos è periculis & difficultatibus eripiatur.

8 *E T I A M in via.*) Hic versus continet pulcherrimam doctrinam, sine qua cætera frustra dicta videri possent. Quum enim dixerit Deum nobis fore dueem tota vita, ut nunquam erremus aut impingamus: atque interea tot angustias coarctemur, ex re ipsa inanis esse istas promissiones iudicaremus. Ergo quū exercet patientiam nostram, luctandum, & nihilominus in ipso sperandum est. Eius rei nos hic admonet Propheta, Quantus amœna planicies non semper arrideat oculis nostris, nec facilis sub pedibus nostris sternatur via, sed per multos rigidos occursums anhelandum sit, dandum spei & patientie esse locum. **V I A M I V D I C I O R U M** accipit pro rebus aduersis, & ita sepe in Scripturis accipitur nomen Iudicii. Hac autem nota distinguuntur prius ab hypocritis, qui in prospero rerum statu benedicunt Deo, & magnificè de eo loquentur: in aduersis autem obmurmurant, Deoque ipsi male dicunt, ac planè ostendunt se nullam in eo fiduciam habuisse. Itaque ex præsenti tantum fortuna Deum estimant. Prius quum exercentur ærumnis & calamitibus, magis ac magis ad fiduciam acuuntur. Ideo particula **q** uæ emphaticè ponitur, ac si diceret fideles non modò alaceret Deum colere, quanti per ipsius indulget, sed si durius exercet non deficere tamen quia spe fulciuntur. Proinde hæc vera solidæ pietatis probatio est, ubi non solum quæ nos beneficentia tua solequitur Deus, sed quum subducit faciem suam, nōsque affligit, omniisque iræ & seueritatis signa pæbet, in ipso spensi fiduciâque nostram locamus. Discamus accommodare hanc doctrinam in viam nostrum, quoties nos vrgent præsentis vita calamitates: nec desinamus, etiam desperatissimis in rebus, in eum sperare. Etiam si me occiderit, inquit Iob, in eo sperabo. Et David, Etiam si ambulandum esset in medio umbra mortis, confitum se, nec attomitum fore dicit: quia nouerit Deum sibi adesse. **A D N O M E N T U M.** Ostendere vult Propheta unde infatigabilis illa strenuitas, ut grauioribus malis prius non succumbat: nempe quia tam profanis desideriis quam nimis anxietatibus expliciti, fortiter ad Deum suspirant. Nam ut sunt inordinati nostri affectus, & sollicitudines nos quasi terra affixos tenent, animi nostri aut perperam vagantur, aut per ignaviam subidunt, quominus ad Deum liberè assurgant. Quum autem essentia Dei nobis abscondita sit, eò fit ut tadiores simus ad ipsum querendum. Id eoque ab occulta essentia & incomprehensibili ad nomen eius nos reuocat Propheta: ac si iuberet manifestatione quæ in verbo occurrit nos esse contentos: quia illuc Deus quoad ex pedit, iustitiam, sapientiam, & bonitatem suam & se nobis declarat. **M E M O R I A** quoque non frustra adiecit. significat enim primam apprehensionem aut cogitationem non sufficere, sed aliud manifestationem requiri, quia sine hoc administriculo statim euancseret lux omnis doctrinæ. Et certe vera & seria cognitio Dei nos inflammat ad ipsum desiderandum: neque id solum, sed etiam ad proficiendi desiderium incitat, quoties subit in mentem nostram eius memoria. Itaque præredit cognitio Dei: deinde exerceri nos debet frequenti recordatione: quia non sufficit semel eius apprehendisse notitiam, nisi ex continua meditatione amor & desiderium crescat. Atque hinc percipimus, notionem Dei, mortuam imaginationem non esse.

9 *A N I M A mea.*) Maior est expressio sententiaz superioris. Prius enim in persona fideliuum omnium locutus, desiderium animæ ad Deum ferri dixerat. nunc de se addit, Anima mea desiderauit: ac si diceret, Ego omnes animæ meæ facultates in hoc intentas habeo, ut quæram momentum. **W**is, sepe pro Anima vitali capitur: sed quoniam hic Propheta duobus vocabulis vitetur,

tur, ea sic distinguo, ut **¶** Affectum aut voluntatem significet. **¶** Partem intellectuam, quia sci-
mus has animas humanas praecipias esse partes, nempe Intellectum & Voluntatem: quarum utran-
que merito Deus sibi vendicat: quod etiam pertinet illud, Diliges Dominum Deum tuum ex toto **Deu. 6, 5, 13**
corde tuo, iota mente tua, omnibusque viribus tuis. Omnes igitur animas tuas facultates conti o- **Matth. 22, 37**
stendit Propheta, ut Deum querat, si quis adhuc erat. Alii spiritum accipiunt pro parte regen-
tis ita per **¶** intelligunt animam naturalem: per Spiritum, gratiam Dei, quae supernaturalis
est. Verum illud stare non potest homo enim **¶** nunquam inquirit Deum, atque experitur
quantum nobis repugnat Iesus noster cum ad Deum aspiramus, & quanta difficultate eluctemus
ex hac repugnancia. **Hæc** igitur interpretatio refutatione non eget, cum aperte pugnet cum Scriptura. Et ex multis similibus locis satisficeret tantumdem valere Spiritum & Animam, ac mentem &
¶ cor. **E R R O R E N O C T E M**, Scriptura igitur res aduersas, quae tenbris & caligini comparantur. Ego tamen paulo fecus interpretor: acsi dicaret Propheta, Nullum est tempus tam importunum aut intempestivum, quo te non inueniam ac requiram. Parum quidem a superiori distat ista
interpretatio, sed aliquanto generatior est. Nox enim videtur quieti destinata, tuncque omnia ho-
minum desideria esulant. Denique dormiens parum differt a morte. Tunc igitur cum quietis &
otii tempus est, se ad Deum querendum expergeteri dient, ita ut nulla occasione deflectatur. Non
quod dormientes presentem aliquam cogitationem habeant: sed quod somnus ipse, si ad Deum ten-
dimus, pars sit curiosi nostri: & quanvis opiti & silentes, spe tamè & fiducia ipsius laudamus. Sed
non propriè de somno intelligit Propheta, metaphorice enim loquitur: quod ex proximo mem-
bro iterum aperte liquet, ubi nocti opponitur tempus matutinum: si notatur continuus. Ac no-
tanda est causa redditus, ubi dicit: **I N C O L A S T E R** & dicitre iustitiam ex Dei iudiciis: significans ho-
mines ferulam eruditiri ad timorem Dei. Rebus enim secundis oblitus euntur ipsis, & cumque ocu-
li velut pinguedine **excitantur**, exultant ac laetantur, nec te in ordinem redigi sinunt. Ideo Domi-
nus eorum perulantiam coerset, cölque ad obedientiam erudit. Denique facit se & alios pre-
paratos fusile Dei castigationibus, ut eius imperio se subnoverent, & que committerent eius cu-
stodiaz, quia nisi exerta manu Deus ius suum sibi vindicet, nemo te in obsequium ponte tradit.

10 G R A T I A M obtinebit impius.) Hinc sententiam superiori oppositam Italias. Dixerat enim
pios, etiam cum affliguntur, vel alios affligi vident, nihilominus conquietere in amore Dei, atque
in eum sperare. Nunc contraria, impios nullo modo adducit: posse ut Deum amem, et si beneficis omni-
bus eos allicet, sibi que adiungere conetur: qualisunque te Dominus erga illos ostendat, nihil
reddimeliores. Videtur autem primo aspectu hic virtus a proximo diterpare, quod ille dicere-
ret, Tunc agnoter iustitiam Dei in terra, cum iudicia ipsa tua exerceat, & que iudicem esse ostendit,
& hominum sceleris vilescitur. Hile autem dicit, Nulla ratione protrahi vel adduci impios ut ipsi
colant, tamenque abesse ut emendentur plagiis, ut etiam beneficis deteriores reddantur. Nam cer-
te castigationum fructus non appetit in omnibus, quando in illis nihil impi proficiunt, quemad-
modum per **¶** pectoris in Pharaone, qui plagi & flagellis obstinatio est redditus. Sed quanvis de **Exod. 7, 13**
incolis terræ indefiniè loqui possit, tamen Dei electos propriè cōplexus est, nisi quod pro-
fectus iste quibusdam etiam hypocritis communis est quia interdum coacti tanguntur Dei reue-
rentia, & pectorum metu franguntur. Sed quia sinceram resipiecentiam Propheta hic describit, so-
los Dei filios designat per terræ incolas. Nonnulli interrogati acceptiunt, An gratia fieri impio?
vel, Cur impius gratiam obtineret, quasi innueret Propheta, ipsos indigos quibuscum clementer
Deus agat. Ego autem sic potius relollo, Vt cunque beneficis alliciat Deus impios, nunq. a recte
agere discent. **Hic** igitur Propheta superiori sententiam restrinxit. Et quomodo dicit Peruerse a tu-
ros in terra rectitudinem, amplificat indignitatem huius ingratitudinis. Iam tatis graue malum erat,
eos abuti beneficis Dei, itaque reddi peruerseatores: sed ad cumulum impieratis accedit, quod
peruerse agant in terra quam sibi Dominus conferuerat. Loquitur autem de **Iud. 2, 1**, tamet-
si ad alias quo que regions exendi possit, in quibus nunc colitur Deus. sed tunc nullam aliam
hoc titulo insignire posera: Italias, cum nulla alibi esset notio Dei. Ideo Iudeam vocat **T E R-
R A M R E C T O R V M O P E R V M**. Sic autem interpretor, quia cum Propheta visus sit fœ-
mino genere **¶** ad homines referri non potest. Itaque hoc titulo insignitur, quod ille vigeret
Lex, & populus ille a Deo peculiarter electus esset. Idque addidit, ut exaggeret populi ingratitudinem, sic etiam dictum est. Nam quod promiscue quidam ad totum orbem extendunt, quia vi-
bie unque vivamus, haec lege alimus a Deo, ut colamus rectitudinem, videtur nimis remotum. Cæ-
terum cum Dominus vobisque regnum suum hodie propagavit, vbiunque nomen ipsius inuoca-
tur, illuc terra rectorum operum est, quo sit, ut bis simus damnandi, nisi tot & tantis beneficis pro-
uocati, pietatis studio & bonis operibus gratitudinem nostram testemur. Quod addit, Reprobos
non viluros magnificentiam Dei, minime crimen eorum leuat, sed duplicat potius: quia turpis &
pudenda sordida est, non animaduertere ad Dei gloriam quæ palam ante oculos nostros verita-
tur, quo minus excusabiles sunt impii, quia vt cunque nomen suum variis modis illustret. Domi-
nus, **executivitatem** tamen in clara luce. Nunquam vero desunt testimonia, quibus Dominus magnitudo
Psal. 75, 2

Supradicte 5.12 dinem & gloriam suam conspicuā reddat: sed pauci ea considerant, ut prius capite quinto vidimus. Ceterū non solum per ordinaria opera naturæ & Dominus patefacit gloriam suam, sed etiam per insignia quædam miracula & documenta, quibus nos de bonitate, sapientia, & iustitia sua abude instruit. Impiu ad ea claudunt oculos, neque animaduertunt, tamen si vanis in rebus sint admodum peripicaces quam prauitatem nunc coarguit & ciburgat Propheta. Alii existimant hinc reprobis minari, quasi indigni essent hoc operum Dei conceptu. Quod tametsi verum sit, quia tamen hoc membrum cohæret cum reliquis, adhuc reprehendit seculiam eorum qui animunt in opera Dei non intendunt, sed potius obstat eis. **Q**uo fit ut hodie minus mirum videri debet tam paucos relipiscere, tamen permulta iustitia Dei documenta pateant. nam ad consideranda opera Dei semper infidelitas eis est.

IEHOVA exaltata est manusta) Explicatio est superioris sententiae . Nihil enim noui ad fert: sed plinius facit quod paucis ante perstrinxerat. Prīus enim dixit impium non vitur magnificientiam Domini; nunc quæ sit illa magnificientia expicit: ea videlicet, quæ in operibus Dei appetat. Nec enim mittit nos ad occultam illam maiestatem, quæ nobis abecondita est, sed ad operam adducit, quæ ueritorumq[ue] per Manū significat. Hic autem virtus accusat impios, atque ostendit eos non posse ignorantia prætextu excusari. quanvis enim nihil cernant, tamen perpicua est Dei manus: nec quicquam obstat, quæcumq[ue] eorum ingratitudo, mihi voluntaria locordia, quominus eum compiciant, possent enim nonnulli ignorantiam causari, sibi que hæc opera non patentes exaltatam manum esse dicunt, non solum exertam: ita ut non paucis quibusdam sit visibilis, sed eminus refugiat.

VIDE BVN & pudentem) Satis ostendit hunc aspectum diversum esse ab eo de quo antea loquutus est cum diceret: impios non videat gloriam Domini. Vident enim: sed non animaduertunt, neque obiciunt: sed tandem visuri sunt: nam si ferri, magnisque suo male. Postquam enim diu abuli fuerint: patientia Dei, tæque peruvicaces & obstinatos præbuerint, tandem iudicia Dei agno

Gen 4.13. **C**oncepsum Dei, videre tamen coacti sunt ipsum iudicem. ita tuis contemptoribus Deus ientum 14. & 27. aliquem sepe extorquet, quo illustret suam potentiam. Sed nihil eos iuuat talis cognitio. Sie 38. **H**ebr.12.17 igitur Propheta minatur impiis, postquam eos cæcitatibus arguit, ut ostenderet omnium ignorantiae prætextu carere: ac denuntiat fore tempus quo intelligent cum quo sibi fuerit negotiuni, tuncque seniuros minime spernendum esse nomen illud cælestis, quod nunc pro fabula dicunt, & apernatur. clavis enim oculis sibi indulgent, & nos habent ludibrijs, nec Deum iudicem fore existimant: quin potius in mysteriis & æruminis nostris spectaculo ipsis sumus. Itaque nos velut ex alto despiciunt, magisque ac magis obdurantur: sed vero tandem cultores Dei operam suam nō lusisse intelligent. Cæterum ut doceat conspectum hunc gloriae Dei non modò ipsis esse inutilem, sed noxiū, cum pudore visiros dicit Dei erga fideles benedictionem, cuius ipsi erunt expertes. deinde pœnas atrocitatem auget, quod non tantum viventur simulatione, cùm videbunt filios Dei erexit os existimiseris, atque in gloriam euerteret esse: sed etiam accedit aliud malum: nempe, quod hosti igne vorabuntur. Ergo zelus populi hic Indignationem significat, quam concipiunt reprobi, dum fortem piorum cum sua comparat. **I**GNEM HOS TIVM VOCAT, que Deus hostes suos consumit. Ignem enim accipit pro Dei vltione, quia hic non sum debet proigne visibili quo virum: neque etiam pro fulmine duntaxat, sed metaphoricè accipit pro diro cruciati: vi: sapientiam al: à Scriptura extrema Dei vltionem hoc nomine significat, nec enim satis disertè exprimi potest hinc cruciarus. Quanquam non displicet Prophetam ad Sodomæ & Gomorræ interitum alludere.

Deut.32.22,

Iob 20.26,

& 22.20

IEHOVA ordinabis pacem.) Hæc sententia ad piorum consolationem pertinet, acsi diceret, Videlicet qualis futurus sit exitus impiorum. Eos enim filiorum confortio abducens, ac velut hostes igne absumens: nos verò beati futuri sumus. Verbum nev, quod Ordinare significat Hebreis, tantundem valet ac Stabilire: quasi diceret, Continua serice pacem nobis contexes. Nā impi quoque fructūr pace, sed nō diuturna: pax verò nostra in Domino stabilita est, firmūque fundamen tum habet, nec villo tempore finitur. Pacis autem nomine, solidam felicitatem designat. Hinc collige, so'los filios Dei, qui in ipso quietescunt, beatos esse. Impiorum enim vita, vt cuncte deliciis & voluptatibus abundet, dum ex voto illis omnia fluent, miserrima est. Nullum igitur est pacis firmamentum, nisi in paterno Dei amore. Per OPERA, intelligit omnia beneficia quibus Dominus prolequitur filios fideles. acsi dixisset, Res, negotia, actiones & quæcunque sunt ex viu nostro, Gallicè, nos affaires. Qui ergo hoc testimonio vbi sunt ad evertendum liberum arbitrium, Propheta mē emi alleculi non sunt. Verū quidem est, Deum solum bene agere in nobis & quicquid recte instituant homines, effe ex illius Spiritu. sed hinc simpliciter docet Propheta omnia bona quibus fruimur, ex Dei manu adeptos esse. Inde colligit nullum fore beneficiæ finem, donec plena felicitas accedit. Ceterum, citim Deus author sit omnium honorum, ea quæ primū ac præcipuum locum tenent, in primis consideranda, nam si Deo accepta ferri debent ea quibus vitam hanc tuemur, multò magis quæ ad animæ salutem pertinent. Ergo si in rebus minutis beneficium

Philip.1.13

Entia eius agnoscimus, quanto magis in maximis & praestata: agnoscere decebit? Sed non est eur hunc locum obiciamus Papistis ad eorum doctrinam refellendam, cum facile ipsum eludere possint, multi que alius apertissimum abundemus. Itaque videtur hic Propheta incitare pios ad gratitudinem testificandam, lubeat enim ipsos ita praedicere beneficia Dei, ut quicquid habent, ab consciente faciantur. Atque hic continetur utilis doctrina: Pios videlicet ex rebus antea factis & beneficiis acceptis de futura etiam beneficentia Dei ratiocinari, ac colligere se quoque in posterum ipsi cura futuros. Experti igitur beneficia Dei, in futurum quoque sperare dicamus, quum te tam beneficium & liberaliter praesisterit, ammos nostros in ipse futuri auxiliū constanter obfirmemus. Hoc exemplum pri omnes secuti sunt, fidemque tuam hoc modo aluerunt. Sie enim David, Opus manuum tuarum non despicias. Et Paulus, Quicepit in vobis opus bonum, perficiet. Itē Iacob, Minor sum miser: non tuis & veritate, quam exhibuisti teruo tuo: sed tudixisti, Beneficiando, &c. Nec enim Deus similis est hominibus, vt fatigari benefaciendo, aut exhaustiri largiendo possit, quod plurib' ergo beneficis nos cumulatur, eo magis ipsa nostra confirmari debet, ac augescere.

13 IEHOVA Deus noster.) Hie versus continet querimoniam piorum, quod tyrannide impiorum oppressti fuerint. Est enim compositum hoc carmen ad erigendos fidelium animos, qui duro exilio efficiendi erant ē terra illa, quæ symbolum erat æternæ felicitatis, ut sacrificans & sacrificatus conuictibus, omniisque ferè consolatione priuati, sub duro Babyloniōrum iugo constricti, extortores à patria, ignominia & malis ingentibus obruti, siuos ad Deum gemitus petendæ leuationis causa dirigerent. Loquitur ergo nomine fidelium, qui in speciem à Deo reiecti videbantur: nec tamen desinabat testari te populum Dei esse, atque in eum sperare. Alienum autem à Deo imperium merito deferre deflent, qua in suum unius patrocinium eos receperat. Vnde sequitur, nisi fuissent ab eo alienati, non tubitos fuissent tam durā fortē, ut tyrranicē hostiū libidini expositi forerent. Omnes quidem Principes præter Deū dominari videntur, etiam si eius nomine præsent. verū nō loquitur Propheta de iis qui bono nostro præsunt: sed de alienis à vero cultu, & pia doctrinæ contrariis. David quidem erat alius dominus præter Deum, sed simul legitimus Dei minister in communē totius populi salutem: inde quæ veram religionem trucbatur, quam hi omnino euīsam voluisse. Hoc autem meritò Iudeis ipsis acciderat, ut cum Deo benignissime eos tractanti patre noluerint, sub impiorum tyrrannidem redigerentur. Est enim hic tacita antithesis inter Deū piōsque Reges, qui eius nomine & auspiciis populum gubernauerant, & tyrranos qui legibus iniquissimis imperantes, ipsum deinde oppresserunt. Planus hoc sicut simil Ezechielis loco, Dederam, inquit, illis leges bonas, in quibus viecti essent, sed quia non fecerunt iudicia mea, & statuta mea abiecerunt, & profanauerunt statuta mea, & direxerunt oculos ad idola patrum suorum: ob id ego dedi eis statuta non bona, & iudicia in quibus non viuent. Cum poslent antea Dei benedictione prosperè & feliciter agere si eius Verbo parvulent, minatur Propheta tyrannis fore obnoxios, ut iniuri pareant rigidis eorum editis: & quidem absque profectu vel mercede. Similem nunc miseriā deplorat Propheta, Cum Dominus imperaret nobis, non potuimus forte nostra esse contenti: non duram tyrrannidem ferre cogimur: meritāque penas damus nostra improbitatis. Eadem querimonia vti postulat fideles qui degunt sub Papatu, aut qui ad iniquas superstitiones quoquo modo adiunguntur. Imperium enim subeunt quod præter Deum est: atque sustinent pluquam barbaram seruitutem, quæ non obstringunt corpora, sed animæ ad lanicinam & carnificinam ducuntur.

TANTVM IN TE.) Hie particula videtur opponi superiori in hunc sensum: Tametsi velint nos abducere profani homines à dominio tuo, nos tamē sub eo perstabilimus, quoniam certò pertinet: si sumus nos esse tuos. Sed pleniorum doctrinam checere licet, Tametsi dicit sensus earnis reliquo esse à Deo, & in prædam expolios qui crudeliter ab inimicis vexantur: Iudeos tamē non desinere in Deo gloriaris, quem sibi propinquum non cernunt: quia sola nominis eius recordatio eos suscitans, spēque eorum suauiter touet. Ita tubest antithesis valde emphatica inter memoriam nominis Dei, & præsentem experientiam gratiæ eius. Raraz enim virtutis est, Deum quanvis absentem constanter amplecti. Alii vertunt, In te & nomine tuo sed nulla est hic copula. Magna vero hic nobis consolatio proponitur, admodumque necessaria his temporibus, quibus peruersa hominum ingratitude durissimam tyrrannidem excusso Dei iugo sibi accessit, nec mirum si iam multis in locis, vbi nomen Dei inuocatum est, eam graſſari videamus. Non est tamen eur propriea pīi animum depondeant: modò haec consolatione felicitant, nunquam à Deo penitus deferti, quibus in recordatione nominis eius satis solari est: sed fidem hanc neccesse est simul testari, ut mori decies malint quam se profinādo à Deo dicere: quia vbi hominum metu quis prævaricatur, certū est nullum dulcedinis nominis Dei gustum vigere. Quandiu ergo liberam habemus frutionem Verbi, nos diligenter in eo exerceamus: ut cum vsus postulabit, armati simus: atque ita nos in umbra de nihilo philosophatos non esse appareat.

14 MORTI non viuent.) Iterum concessionatur Propheta de infelici exitu impiorum, quorunq; felicitas nos ſepe commouet atque folicitat: quemadmodum apud Davidē legimus, Psalmo 37. & 73. Ne ergo perstringantur oculi nostri prætentirerum alpeſtū, miſerrimum fore eorum

Psal. 139.8
Philip. 1.6
Gen. 32.10

Eze. 20.34

Psal. 37.9
Ibid. 73.12

exitium denuntiat. Alii interpretantur hunc locum de fidelibus, qui mori videntur sine villa spe re^s, surrectionis: sed minimè dubium est, quin de reprobis loquatur: idque magis patet ex sententia dissimili, quam 19 verū tubicet. Est enim oppositio inter piorum & impiorum resurrectionem, inter quos parum est dicitur in terminis, nisi hos & cetera morti addictos esse, illos vero beatos atque aeternae vitae destinatos constaret. Nec solùm aeterna mors impios manet, sed quicquid iam in hoc mundo patiuntur, initium est in eis temporis infestum: quia nec villa consolatione erigunt queunt, & tentiunt Deum sibi infestum. Vbi vertimus oculos, salii legunt Gigantes, sed cum in plurimis Scripturis, pturam locis pro occensis accipiatur, sic etiam hoc loco melius quadribat, quoniam alioquin non staret antithesis. Quod sequitur, Propterea visitasti eos, explicatiū possum est: quia cautam ostendit cur sine spe intereat reprobis: quia felicitas Dei consilium est eos perdere. Porro in ira Dei nihil praeter mortem & exitium ipsis expectandum est.

15 ADD ID ISTI GENTI.) Variè exponitur hic versus. sunt enim qui putent hic indicari à Prophetā, pios non vno tantum afflictionis genere premi, sed quasi in extremas miseras demergi, nec villum usq[ue] finem malorum. Alii simpliciter exponunt, Domine, gentem tuam variis beneficiis cumulasti, atque existimant Prophetam cōmemorare beneficia quibus Deus variè populum suum affectit; ac si dicaret, populum non tantum una in re, sed infinitis, beneficiis ac liberalitatē Domini expertum esse. Sed cum animaduerto ad id quod sequitur, vbi ait, DILECTIS, id est, propagasti imperium tuum, quod prius angustis finibus continebatur; malo duo haec una inter se coniungere, quia posterius membrum prioris interpretatio est, ac optimè responderet quod sequitur, Deum esse glorificatum. Scimus enim nulla ex re melius elucideere Dei gloriam, quam ex Ecclesiæ incrementis. Idem igitur est ac si dicaret, Cum prius tibi exiguis effet populus, tu illū multiplicitati, atque adauxisti. Cooptatae enim sunt Gentes et adiunctæ Iudeis hac lege, ut vnu & idem populus ex iis efficeretur. Ita innuentam multitudinem addidit Dominus: quoniam filii Abraham ex omnibus nationibus vocati sunt. Subaudiendum ergo hi non beneficia, sed maiorem numerum addidisti: in hunc sensum, Domine, tu illa paucitate non contentus, populum immensum tibi ex omnibus nationibus collegisti. Hoc autem ad regnum Christi pertinet, quod Euangelii prædicatio per totum orbem propagavit. quam amplitudinem hoc loco celebrat Prophetā, & designat hoc verbo Dilatandi. Que loquitione non est à cōmuni vni loquendi aliena, cum imperiū aut finiū ampliatio significatur, neque tamē intelligit terram ampliore factam, sed diffusio in omnes partes Dei cultu, propter mutuam communicationem finiū amplius spatiū & habitationē magis liberam: quia diffusia quandam fecū restrictionem ferebant. Hic habemus promissionem de vocatione Gentium, quæ pios in exilio illo & misera dissipazione Ecclesiæ non parum recreare debuit, ut quantis mirum in modum accisos atque imminutos viderent, persualum tamen habuerent se ita adiutum iri, ut non tantum infiniti essent numero, sed etiam ut exteræ nations & alieni ipsi adiungerentur.

16 I E H O V A in tribulatione.) Posset hoc exponi de hypocritis, qui nunquam ad Deum confugiunt, nisi malis & ærumnis coacti. Sed cum fideles quoque flagellis eruditat Dominus, quemadmodū prius docevit Prophetā, malo simpliciter haec ad ipos referre, ut non solū agnoscatur meritum plebit à Deo, sed etiā ex castigationis fructu duleat malorum acerbitas, deinde ut instructiones reddantur in timore Dei, magisque ac magis in dies promoueant. Itaque in persona Ecclesiæ loquitur Isaías, ut quoties pīi legerent hanc sententiam, agnoscerent se in miseriis & ærumnis propiores esse Deo, quamcum cūm prosperis rebus fruebantur, quibus semper ferē (quæ est prauitas naturæ nostræ) nūnū efferrimur atque in solecismis. Idcirco nos cōstringi plagiæ, ac domari necessitate est. Atque haec cogitatio aperitatem pœnarum mitigabit, nec ab iis tantopere abhorrebitus, si eas nobis fructuolas esse intelligamus. vñ, significat Murnur. Non est igitur accipienda haec dictio pro articulata oratione, sed pro ea quæ index est animi constituti magnis doloribus: ut qui summo cruce angunur, vix effari aut animi sui sensa exprimere possunt. Itaque veram, omnissimum simulationis vacuam invocationem significat: cui tunc demum homines studebunt, cum grauius afflitti gemitus summi doloris testes proferent. Rebus enim prosperis homines velut plenis buccis loquuntur: aduersis deicti, vix hictere audent, animoque magis quam lingua affectus uos declarant. Hinc gemitus illi incenrables, de quibus loquitur Paulus. Haec igitur de pīis pronunciat Isaías, ad eōque restringi debet haec doctrina. Impiū enim, quanvis aliquas lamentationes extorqueat dolor, magis obdurescunt, de eorūque perverieationes redduntur.

Rom. 8, 26 17 & 18. sc̄ VT p̄gnans.) Hic duo præcipue notanda sunt, primū comparat fideles parturientibus, quæ extrems dolores sustinere scimus. idque dicit erumpere ipsorum cruciatus in apertos & violentos clamores. Vnde colligimus non solū de tristitia Prophetā loqui, que ex molestiis vel incommodis externis oritur, sed potius respicere ad horribiles cruciatus quibus longè vehementius & atrocius torquentur piorum animi, dum iratum sibi Deum sentiunt, & conscientiis suis arguuntur. Nullus est corporis dolor tam acerbus, qui cum eo cōparari possit. & hoc disertè exprimitur particula Coram te. Deinde modum similitudinis exedit: quia vbi nullus est malorum exitus, deterior sit piorum conditio, quam parturientum. Hx enim doloribus tandem suis

si uis liberata, exultant gaudio cùm partum conspicunt, omniū mque dolorum obliuiscuntur. prius verò ait nullū esse finem pariendo, quia semper nouæ ærumnæ ac misteria imminent. & cùm partum instare putant, nihil præter angores edunt. Hoc enim significat per VENTVM: nempe nullam doloris liberationem aut allationem appareat. Atque ite ipse exponit continuo pòst, NEC ENIM FACTA NOBIS SUNT SALVATES, id est, nulla nobis apparet salus. 1291-1292, id est, nō eccliderunt. **b**eniam Cadere significat. Alii exponunt Habitare. Si eo lenti accipere libet, talis erit sententia, Non habitabunt Iudei, id est, non redibunt in terram tuam: incolæ qui cā occupant, non peribunt. Si verò sequamur vulgarem interpretationem, hoc ad impios referendum erit. Incolæ orbis nos vexant, neque cadunt: iis omnia propterè euemunt. Quandiu enim florent impi, necesse est filios Dei mitem esse, simileque reddi parturientibus. atque haec conditio nobis placidè subeundi, si nobis optabile est in Dei grege censi. Haec quidem communis omnium iors est, vt varias atque etiam infinitas ærumnas ferant. Vnde illud veretur proutrum, Beatum cīsc nō natus, aut natū statim è vita. Sed videmus pios extremis supra alios astri angoni, bus, grauissimique ærumnis exerceri. Sic enim vult Dominus ipitorum fidein probare, vt eupiditatis bus suis valere iussis, abdicat óque mundo, ipsi seruant. Cùm itaque Dominus pecularem de iis solitudinem gerat, necesse est vt eos castiget, interim dum impios exultare & lascivire sinit. Hie etiam monemur non vnam tolum aut alteram calamitatem perférerandi esse: vt ne potemus nos defunctorum esse, vbi aliquas ærumnas pertulerimus: quia temper ad nouas paratos esse oportet. Sic castigare foos incipit Dominus, vt non statim definat. Edemus ventum, vbi partum instare putabimus, recrudefcent mala, nōque noui tubinde dolores corripiunt. Defungendum igitur hac militia, quandiu nos in ea exercere volet. Proinde sequemur interpretationem magis vñitatem, NON CORRERUNT. Vt enim Dominus tuos exhalat, cùm eis patescat salutem suam atque vñicitur impios, sic ipsis gemendi occasio affertur quandiu hostes tuos in sublimè euētōs, summāque imperia tenentes vidēt. Quid si Dominus ita olim exercuit Ecclesiā suam, nō est quid mirum idem nobis hode quoque viuēnire. IN COLAS ORBIS, profanos & alienos à pietate homines intelligit, nam reliquum orbe opponit Iudea, quam prius ex t' d'z xlw terram nominavit, cuique incolas separati designat.

19 VENT mortui tui.) Pergit in eadem consolatione Isaías, sermonemque suum ad Deum convertitur: in quo ostendit nihil omnino melius esse quā animos in Deo colligere, quoties cum temptationibus certandū est, nihil enim magis periculatum, quā in nostris cogitationibus vagari nōque indulgere, cùm nihil aliud quā nos iurum & deorum agitare, nōque in errorē impellere possint. Ergo nihil omnino tutius, quā nos ad Deum recipere, in quo tolo animi nostri conquietere possunt. Altoqui multa occurrit quā fidem nostram labefactabunt. Summa autē est, quia fideles custodit Deus quānus mortuis sine similes, viēturos tamen in ipsa morte, vel ab interitu resurrecturos. Sed queri potest de quo tempore loquuntur Isaías: multi enim de ultima resurrectione interpretantur hunc locum Iudea ad regnum Messiae referunt: sed in hoc falluntur, quid statim primo Messia ingredi hoc impleri putant. falluntur etiam Christiani, quid ad iudicium extremum restringunt. Nam Propheta totum Christi regnum ab initio ad finem vñique comprehendit: cùm ipsis viuēndi mundum hunc transfiliat, vt paulò pòst videbimus. Iam vt totam Prophetæ mentem melius assequamur, primò expendere conuenit non generaliter, sed ipsis Dei mortuis vitam promitti: loquitur autem de fidelibus quin Domino moriuntur, & quos ipsis manu sua protegit. Scimus Deum esse Deum viuorum & non mortuorū. ergo si Deitum, haud dubie viuimus. Sed interea nos à mortuis nihil disferre oportet. Vita enim nostra abiecdita est, nec adhuc ea cernimus quā speramus. Itaque loquitur simpliciter de mortuis, id est, de conditione fidelium, quin mortis umbra iacent propter varias ærumnas, quā ipsis aliud ferendæ sunt. vnde apparet ad ultimam resurrectionem hoc restringendum non esse. Nam è contrario reprobos etiam dum viuunt mortuos esse: quia paternum Dei sauro, in quo posita est vita, non gustat, ideoque in bruto suo stupore evanescunt. Fideles verò, cùm ad Deum confugiant, vitam in mediis ærumnis, atque adeò in ipsa morte obtinent: sed quoniam diem illum resurrectionis propositum habent, propriè viuere non dicuntur, vtque ad illum diem, quo omnis doloris & corruptionis immunes vitam in solidum obtinebunt. Et sicut Paulus recte admonet, præ posterum fore ordinem Matt. 22: 32 si vita fruerentur donec Christus, qui fons est vñte eorū, apparuerit. Ideoque diximus Isaiam uniuersum Christi regnum comprehendere, nam eti huius consolationis fructum percipere incipiunt us cùm in Ecclesiam cooptamur, non prius tamen eo in totum potiemur, quā aduenierit ultimus ille dies resurrectionis, quo omnia perfectissimè instaurabuntur: qui etiam ea ratione vocatur Dies restitutionis. Hoc ad leniens piorum dolores vnicum remedium est, oculos in exitum Act. 3: 24 cōficeri, quo Deus ipsis à reprobis discernit. Sicut mors naturaliter omnibus Adæ filiis interitus est, ita miseris omnibus obnoxii sunt in mundo, præludia sunt mortis. Ideoque vita eorum nihil aliud est quā mortalitas. Sed quia Christi beneficium aboletur maledictio Dei tam in cordio, quā in fine mortis, merito quieūque insiti sunt in Christi corpus dicūtur moriendo vivere: quia mala omnia illis adiumenta sunt in bonū. Vnde fit ut semper ex abyssis mortis vñtores Rom. 8: 24

emergant, donec in solidum capiti suo vniuantur. Quare ut censcamur inter Dei mortuos, quoia vita fideliter custodit, supra naturam aliisque nos oportet. Hoc idem melius exprimitur per nomen θάνατον, aut Cadaveris, ac si dicere. Non obstat Duci potentiae diuturnam putredinem qua videntur coniuncti, quo minus integri resurgent. Quantum ad phrasim attinet, vertunt alii, Cum cadaver meo. Alii reiolutunt, Qui sunt cadaver meum. Alii iubaudunt particulam similitudinis, Sicut cadaver meum. Sed quia opinio concuenit sensus si nihil addendo vel mutando simpliciter tenemus quod verba sonant, malo apposuitur accipere. Saltem nomen hoc data opera interatur, ut te toti Ecclesia societ Prophetam: atque ita Dei mortuis se annumeret in spem resurrectionis.

Quod autem iuri peculiariter meminit, maiorem confirmationem affert hinc doctrinam. Eadem enim se

- Psal. 116.10* ex animo loqui testatur, atque hanc confessionem fructum fidei esse ostendit: iuxta illud, Credidi,
2 Cor. 4.13 properea loquutus sum. Posse enim aliqui profani homines concessionari de misericordia Dei
Nun 23. & vita eterna, qui tamen nihil animo de us peritura habent, nam & Balala sciebat se veralor-
19.24. quin nec tacita vultus ex vaticinis suis fructu pere piebat. Alter hic loquitur Propheta, proficitur
13. enim sic ex eorum numero esse, qui vitam ad: ptum iunt: atque ita significat se libenter ferre omnes
 ærumnas & calamitas, quibus Dominus ipsum mortificat, scilicet que perferte malle, quam florere
 cum impis. Hoc modo testatur se non loqui de rebus ignotis, aut que nihil ad eam pertinente: sed
 quas experientia ipsa didicerit tantumque te inducit prædictum esse ostendit, ut libenter se iis cada-
 uribus annumeret, quae in vitam restitutorum mihi confidit: atque ideo malit cadaver esse & censeri,
 modis cœnatur membrum Ecclesie, quam extia ipsam vigere. atque hinc plus efficaciam habet
 doctrina. Eam autem superiori illi sententiae opponit quadixit de impiis, N O N V I V E N T. Est
Ioh 5.29 enim ipsi sublata ipses resurgent. Si quis obsecrat resurrectionem non nisi tantum, sed reprobis
Act. 24.15 quo que communem fore, facili est soluio, nec enim de resurrectione solum tractat Isaías, sed de
 felicitate quoque priuilegiis. Resurgent quidem improbi, sed ad interitum temporentur. itaque e-
 git, alii eis futura resurreccio est, cum nisi salutaris & gloriola futura sit. IN COLAS PVLVERIS
 fideles vocat, qui iub eruce & ærumnis humiliantur: quique in ipsa vita mortalem pre oculis assidue
 habent. Fiuuntur quidem beneficis Dei in vita: sed hac metaphora miseram eorum conditionem
2. Cor. 4.16 significat Isaías, quod imaginem mortis gerant. nam ex eternum hominem mortificari, & tandem
 concidere oportet, donec protius interimatur, ut interior renouari possit. Nos igitur libenter in
 puluere incere, atque humiliari oportet, si huius consolationis participes esse velimus. Itaque mor-
Ex 19.15 c.1, atque Ex 19.15 a. reb: iubet, quod ab eorum conditione velimenter alterum
 esse videtur: nam apud eos nihil praeter triste silentium est. Manifestum igitur discrimen notat in-
 ter electos Dei, quos sepulchri corruptio & habitatio pulueris non orbabit, cœlesti virtute quo-
 minus expergentur: & reprobos, qui à Deo viræ fonte & Christo separati viudo tabescunt, do-
 nec toti à morte exorbeantur. Iam R O R E M herbarum illis promittens, concinna & eleganti similiudine hanc doctrinam illustrat. videmus enim herbas, ac præsertim pratorum, hyeme exar-
 escere, ita ut penitus mortuæ videantur: nec enim aliter ex superficie iudicari potest: subitus autem
 radices latent, quæ cùm ineunte vere rorem eb:berunt, vigorem suum emittunt: ita ut herba ante-
 tea sicca & arida, reuirescat. Hoc modo pristinum vigorcm recipiet populus, postquam vberē
 illo gratia Dei rore fuerit irrigatus, tameti prius omnino contabuisse atque emarcuisse videtur.
 Porro hæ similitudines ducunt à rebus passim cognitis, non parum efficaciam ad persuadendum
 libent. Si rore irrigata herbæ reuirescunt, cur non ipsi gratia Dei irrigati reuirescemus? cur non
1. Cor. 15.36 corpora nostra, quanvis emortua & putrida reuincentur? nonne maior est nostri cura Deo, quam
 herbarum? & Spiritus maior quam roris efficacia? Simili argumēto vtitur Paulus ad Corinthios,
 cùm tractat de resurrectione: sed quia similitudinem suam in aliis vīum accommodat, fatius esse
 arbitror nunc ab ea abstinere, ne eum locum cum isto confundamus. Satis enim est, si simplicem
 Prophetæ sensum tenamus. In fine versū vbi reddidi, Terra mortuos cœsieret, vertunt alii in se-
 cunda perlora, Terram gigantium prosterne: vel in terra prosterne gigantes, quam interpretationem non improbo, eum id verba significare possint: sed prior contextui magis conuenient videtur, quanvis ad summam doctrinæ parum intersit. Hæ enim referenda sunt ad eam consolatio-
 nem de qua prius loqui sumus.

20 VENI popule mi.) Hoc versu filios Dei ad penitentiam hortatur, ut se se constineant, &
 moderante ferat ærumnas & calamitas, atque iniuncti stent aduersus se suas tempestates, quibus per-
 iterunt esse videbantur. Quæ adhortatio valde necessaria fuit, nam calamitosus populi status, qualis
 postea sequutus est, in speciem valde alienus erat ab illa promissione. Propheta igitur perturbatum
 populum, & anxiū quod se recipiat, tanquam in mo apprehensa, ducit in recessum, ut illic plae-
 cide latetur, donec procellæ & tempestates ledentur. Porro suum populum nominans, non ex sua
 sed ex Dī persona loquitur. Per REC ESSVS, intelligit pacatum & tranquillum animi statum:
 vbi colligimus nos ipsos, ac munimus certa fiduciā, Dominūque placidè expectamus, quæ admo-
Abac. 2.1 dum Abacuc denuntiatis calamitatibus quæ instabunt: Iudicis, ait, in speculum suam, id est, in tu-
 tum locum ascendere vbi patienter & quietè exp̄ctet. Idem iubet hoc loco Isaías, ut pīi, dum se
 variis agitationibus concuti sentiant, quibus sustinendi essent impares, in cubiculo vel recondito
 loco.

locu seie continet. Sed quia non sufficeret semel munitos esse contra seuos temptatum impetus, iubet etiam ostia claudere quod ad constantiam referuntur: acsi p̄cipiteret diligenter eavendum, ne villa rimula diabolo ad nos patet. Facile enim periret, atque in animos nostros penetrabat, si aditus ei vel minimus p̄ibeatur. Ceterum latitare vel abscondi iubens, significat tuos sumum fore asylum fideliis, si se colligant, atque patienter Dominum expectent. Nam eis vinitius ac strenue certandum nobis est, quia tamē Dei virtus te exiret in nostra infirmitate, nihil melius est quam humiliter confidere tub Dei alas, ut trepidi plena tuncuram aferat. Denū quia p̄cipites fumus natura, atque impatiens ab ripimur, cūm p̄tiens Dominum auxilium non sentimus: ideo dicit momentaneas esse has procellas. Nobis quidem assidue cum eternis conflitandum est, p̄e finis villus quandiu viuimus sperari debet, atque eo fit, ut eternina nostro iudicio sint admodum diuturnæ. Sed si conteramus ad illam eternitatem, in qua gaudius immortibus perficietur, vix exiguum quoddam momentum erit, quemadmodum etiam Paulus momentaneam afflictionem, quas hic patimur, leuitate ad pondus illud eternæ glorie quod expectamus, minime comparandam esse ostendit. Vbi adiungit, Donec tranteat, omnem dubitationem vult eximerit,idelibus: acsi liberum paulo post exitum promitteret. Indignationem simpliciter interpretor Calamitatem qua ex ira Domini proficisciatur. Alii ad hostes referunt: quod ego minime quidem improbo: sed prior sensus mihi magis placet. Videmus enim Prophetas iudicio inculcare, nihil nobis euenire malorum nisi ex manu Dei: qui non temere canobis infligit, sed nostris ictibus & flagitiis provocatus. Hinc monemur iram Deinon fore perpetuam aduersitatem Ecclesiam ipsius: sed hem tandem, ut procellis & tempestatisbus, aforo, atque eo fit ut fides eam aequo et animo sustineat. Vnde alibi dicitur, Irani Domini portabo. Sciant enim te in iustitate ab eo castigabit. Domini num porr̄, ut nuper attigi, loquentem introducit, quod plus exhortatio ipsius habeat auctoritatem.

21 QVONIAM ECE) Grauissima est piis tentatio, cūm impios furorem suum impune excretere, nec reprimi à Deo videntur. putant enim se ab eo esse destitutos. Huic ergo tentationi occurrunt Ieremia, atque ostendit Dominum, tamē si disimulauerit ad tempus, matuē ad opem fecundam accinctum fore, & vlciscendas que populo suo illatae fuerint iniurias. Ac per vocem Egredii, Deum ita manum suis porrigentem deleribit, acsi prius latuit set: quod p̄i eius opem non intarent. Haec enim ratione ipsum egredi ait, ac prodire in publicum ad ferendas, ut ppetias iudicium que exceduntur, acsi ante velut primatus domi sedisset. nisi forte allusio sit ad Sanctorium, quæ loquendi ratio patrum obvia est in Prophetis. Quanvis profanis gentibus contemptus sit Arca federis in obscuro loco reposita, prætentam virtutis & gratia experientia fidelios nō frustra nec inutiliter Deum in illo sacratio inuocari. Interim manet tamen illa ratio, quanvis increduli Templum velut ignobile aliquod tugurium deridant, Deum tamen inde p̄uditur suu tempore, ut per totum orbem appareat per puli sui vindex. Atque hic sensus aptior est, quam si L.O. ev M Dei interpretetur Calum, ex quo egredietur: nam plus quiddam exprimeret voluit Ieremia. Cum enim calos nominant Prophetæ maiestatem Dei & gloriam nobis proponunt: hic verò ad sensus nostros respicit, cūm tecum Deum nobis auxilium ferre percipimus, qui antea latere & quiete videbatur. Particula demonstrativa & participio temporis præsentis virus est certitudinis causa: deinde ne fidelibus molestem sit tolerantia frenare suos affectus vique ad illius aduentū. Edēm pertinet quod addit, Ad visitandum iniquitatem: quia natura Dei, qui mundi iudex est, consentaneum non eset inultam peccandi licentiam dare impiis. In verbo autem Visitandi sat is nota est metaphora: quia quantis per iudicia sua differt ac suspendit, eum nihil videre, aut oculos a ueris habere existimamus. Pondus etiam subest in voce Super ipsum: sicuti sp̄e dicitur, Impios suis insidiosi fibi laqueos tendere vel fodere foucam. Sensus ergo est, noxas omnes reddituras in capita authorum. Postremò hoc quoque valde emphaticum est, quod TERRA DIS COOPERI ET &c. Nūc sanguis innoxius dum fuditur & calcatur ab impiis, haeritur à terra, quæ cum velut suu suo excipit: interea mors piorum obliuione perpetua inducit ac deleri videtur, ut etiam in conspectu Dei nunquam veniat. Hoc quidem homines putant: sed Dominus longè aliter pronuntiat. Significat enim cædes illas aliquando reuelatum iri, ut in rationem veniant. SANGVINE S igitur terræ vocat, quos terra hauisit: quemadmodum Genesis 4. dicitur terra aperuisse os iuum, cūm sanguis Abel effusus est. Illic enim Dominus exaggerat atrocitatem eriminis, quod terra eos sanguine polluta sit: proinde ostendit quām preiosissima & quantitate sibi curæ sit mors piorum, quam tandem minime inultam esse paratur. Armabitur terra ipsa ad vlciscendas cædes & fæuitias quas pī à tyrannis & veritatis hostibus pati sunt: nec villa effusa est gutta sanguinis, cuius eis ratio reddenda non sit. Est igitur reuocanda in memoriam, assidueque ob oculos ponenda hac consolatio, cūm impii nos cædunt, rident a que subflannant, omnēque genus contumelie & fæuitia in nos exercet. Tandem enim patefacit Deus quām non irritus sit clamor innoxii sanguinis: quia nunquam fuorum obliuisci potest.

Lac. 18.7

Genes. 4. 11
Psal. 16.15

Psal. 9.6;
C. 57.7

Lac. 18.7

Genes. 4. 11
Psal. 16.15

Lac. 18.7

Genes.

- I**N die illa visitabit Iehoua gladio suo duro, & magno & fortis, super Leviathan serpentem penetrantem, & super Leuiathan serpentem flexuofum, & occidet draconem qui est in mari.
- II**In die illa vincet & ruboris canite.
- III**Ego Iehoua custodio eam, singulis momentis irrigabo eam: ne visitet eam (hostis), noctu & interdiu custodiam ipsam.
- IV**Furor non est mihi: *Quis me committat?* cum vepre & spina? Gradiar hostiliter per eam, incendam penitus.
- V**An apprehendet robur meum, ut faciat mecum pacem: mecum, inquam, pacem faciat?
- VI**In posterum radices mittet Iacob: pullulabit, & florebit Israel, & implebuntur facies orbis fructu.
- VII**An iuxta plagam percutientis eum percussit eum? an iuxta cædem cædentiū eius cæsus est?
- VIII**In mensura in emissione eius disceptabis cum ea: etiam cum flauerit vento suo violēto in die Euri.
- IX**Itaque hoc modo expiabitur iniquitas Iacob: & hic omnis fructus, ablatio peccati eius: cùm posuerit cunctos lapides altaris sicut lapides calcis confractos, ut non resurgent luci & imagines.
- X**Civitas tamen munita erit solitaria: locus habitatus erit desertus, ac derelictus quasi solitudo. Ibi pascetur vitulus, & ibi accubabit, & absinet summitates eius.
- XI**Dum arescit missis eius "frangent eam, mulieres venientes accedent eam: quia non est populus intelligens: propriea non miserebitur eius factor eius, & factor eius non erit illi propitius.
- XII**Accidet tamen in die illa, ut excutiat Iehoua ab aluco fluminis ad fluuim AEgypti: & vos congregabimini unus ad unum, filii Israel.
- XIII**Accidet etiam die illa, ut clangatur tuba magna: & venient qui perierant in terra Asur, & dissipati erant in terra AEgypti: & adorabunt Iehouam in monte sancto, in Ierusalem.

I N C A P V T X X V I I .

NDIE ILLA.) Hic Propheta in genere loquitur de iudicio Dci, atque ita uniuersum regnum Satanæ comprehendit. Nam cùm prius loquutus esset de ultione Dei exercenda aduersus tyrannos & impios qui sanguinem innoxium fuderint, nunc ulterius progreditur in promulgādo huius vindictæ & editio. Nomē LEVIATHAN varie interpretantur: verum in genere simpliciter significat vel terpentem magnū, vel balenas & marino spicces, qui ingenti magnitudine ad monstrum accedunt. Et si autem conuenit hæc descriptio AEgypti Regi: sub vna tamen specie alios quoque Ecclesiæ hostes completi voluit. Nec verò mihi dubium est, quin allegoricè de Satana, totòque eius regno tractet, cum sub portentosis cuiusdam animalis figura describens: & interea perstringens obliquas artes, quibus se ad nocendum insinuat, hoc autem modo multis dubitationibus occurrere voluit, quibus tubinde agitamus, cùm Deus pronuntiat se nobis ad futurum, atque ex aduerso Satanæ vires, astum, & fraudes experimur. Est enim miris artibus instructus ad nocendum, horrendamque truculentiam exercet in filios Dei. Verum hæc omnia ostendit impedimento non fore, quomodo hoc regnum Dominus destruet atque evertat. Certum est quidem hic non tam agi de Satana in se, quam de organis ipsis, quibus videlicet exercet regnum suum, & Ecclesiæ Dei molestus est. Hoc igitur regnum, tametsi infinitis astutis instrutum sit, mirabilique polleat virtute, tamen à Domino destructur. Quod vt perfudeat Propheta, ex aduerso opponit gladium Domini durum & fortē, quo facile hostem tam robustum quam fraudulentum conficit. Observandum

^{aut vepre}^{spina.}^{vel seca-}^{bunt.}

uandum igitur, nobis assidue cum Sarana, quasi immanni quadam bellua, negotium esse; mundum vero nobis instar esse maris, in quo vagamur. in eisdemque nos variæ belluae, que nautam nostram evettere, nonque demergere conantur: nec quequam est tubidum quod ad nos tutandos obfistet, ne possit, nisi Dominus opem ferat. proinde haec descriptione Propheta exprimit & voluit, quantum pericula ab hostibus adest potenteribus, tamque furiolis & insidiolis imminentia. Nam ad extrema statim redigeremur, actumque esset de nobis omnino, nisi Deus opponeret, a quo occurreret cum inexpugnabili sua potentia, quia non nisi eius gladio extiale hoc Sarana regnum deleri potest. Sed notandum quod initio versus dicit, IN D I E I L L A . significat enim permitti Satanæ ut aliquatum temporis stabilitat & tuncatur regnum suum, sed tandem futurum ut intereat sicut etiam Paulus docet, Deus breui conteret Satanam iub pedibus vestris. Quia promulgatione iubimidat nondum impletum esse militare tempus, & fortiter pugnandum esse, donec sternatur ille hostis, qui ceteras vietas, bellum reparare non desinit. Quare astud eum ipso confitendum, & tu stimendi violenti impetu quibus in nos incurrit, sed ne defangemur, recipiendo est in isti diem quo vires eius omnes frangentur. Epipheta quibus Levanthan insignt, partim in dolos & astutias, partim in apertam designant, interea significant prædictum inexpugnabili virtute. Nam cum **נָרָה** Veltum significet, metaphoræ vis penetrandi notatur hæc vox vel propter virulentos moribus, vel proprieatatem, Secundum nominem deducitur à verbo **בִּרְאַת**, quod Peruertere significat: vnde transferitur ad obliquos & contortos flexus.

Rem. 16.2.20

2 IN die illa.) Nunc docet hoc totum in Ecclesiæ salutem fore: quia suis consulto dominus, quos in fidem & tutelam suam recepit. vt ergo restituar ut Ecclesia, Satan, totumque eius regnum in nihilum redigentur. Atque hæc pertinent omnes ultiones quas de hostibus suis sumit Deus, ut te Ecclesiæ confidere ostendat, tametsi verò hic Ecclesiæ non exprimat Propheta: tamen ostendit te eam hac congratulatione cœpallare. Imò hæc figura magis emphatica est, quam si dixerit loquatus esset de populo Israel: quia quum tota vincere præstantia partim ex situ & plantatione oritur, partim ab aliudia cultura pendeat, si Ecclesia Dei vius est, colligimus eam non excellere nisi & gratuito favore Dei, & continuo beneficio: ite tenore. Eadem etiam similitudine exprimit singularis erga ipsam Veramor: qua de re fusi capite s. disservimus. Porro vocat **v i n c e n t i a n a r v o r i s**, quasi præstantissimam, nam per vim rubrum in Scripturis (si quis a hos locos expendat) præstantia significatur. Tunc igitur hoc Canticum in Ecclesia cam polie dicet, quoniam interea futurum erat, vt misericordia dissipetur, horridaque & inculta iaceret, pc stia verò talem instauracionem fore prædictit, vt fructu vberissimo repleatur, ex qua emerget amplissima materia canendi.

Spir. 5.1

3 E G O I E H O V A .) Hic Dominus suam in colenda & custodienda vinea curam & sedulitatem praedicat: ac si diceret nihil esse omittere quod ad munus prouidi & industri patris familias pertinet, nec solum quid facturus sit testatur, quando laetitia & gratulationis tempus aduenient, sed beneficia recitar, quibus pridem assueverant Iudei, vi spes illis in futurum tempus crescat. Interim subaudienda est tacita antithesis modi temporis, quo viuis est Deus curam ipsius abiecit, vt tunc nihil differat à deserto. Hæc igitur ratio est eur vinea Domini direpta & vastata sit: nepe, quod Dominus eam deteruit, atque hostium prædicta expoluit. Vnde colligimus nullum fore statum nostrum simulante à nobis recessit Dominus: quod si adit, omnia bene habebunt. Duas postea commemorat diligentia: sue partes, quod ad singula momenta eam irriget: deinde sepiat contra latronem & pecorum incursum, aliaque noxas. Duo enim hæc potissimum in conlatura vinea requiruntur, cultura seculicet, & custodia. Irrigandi verbo comprehendit quicquid ad culturam necessarium est: ac præmittit se nihil prætermillerum quod ad eam iuandam pertinet. Debet autem accedere & custodia: nihil enim profuerit magno labore vineam coluisse, si latrones aut pecora in eam irrumpant. Dominus ergo custodiam adhucbiturum præmituit, ne villam novam patiatur: vt commode fructus maturicant, scilicet que tempore colligantur. Quanvis et ergo multa aduersa ingruant, atque hostes & furiosæ bestiæ magnō impetu vineam inuadant, pronuntiat Deus se esse intermedium, vt illætam & incolumem ab omni iactura tuncatur. Quia vero certum huic Canto diem præfigit, meminerimus si quādo à suis partibus esset, non protinus ipsam abiciendam esse. Itaque si nos ad tēpē vexari & diripi linat, tamē se curam nostri minime abieciisse tandem ostenderet.

4 F U R O R non est mili.) Hic verius continet eximiā consolationem, quia exprimit incredibilem amoris affectum, quo populum suum quāvis improbi ac peruersi ingenii prosequitur. Induit enim Deus, ut videbimus, perdonam patris grauiter offendit, qui ita filio iratetur, ut tamen magis cōdoleat: & sponte ad misericordia propensit: quia præualeat dilectionis ardor. Denique ostendit non posse electos suos ita sibi odio esse quin dum eos grauissimis penitias afficit, paterna tamen benevolentia prosequatur. Scriptura autem nobis Deum variè describit. Interdu enim ira ardentē terribilēque eius aspectū proponit: interdu vero nihil præter mansuetudinē & clementiā præse ferentē, idque tam variè, quod bonitas eius capaces non omnes simus. Ideo peruersi eum peruersi, cum sanctis vero sancte agere cogitur: quemadmodum à Davide Psalmo 18. descriptum **Psal. 18. 26**.

5. 11.

cia nostra adigimus. Hic autem Propheta non promiscue de quibuslibet, sed tanquam de Ecclesia loquitur, cuius sceleris eti Deus castigat, virtutemque corrigit, non tamen exuit patris affectum. Ita dum in lignarum, vulnus tamen saluam manere. Ad eam igitur haec intentio iestrinenda est, ut sit relatio inter Deum & populum ipsius electum: cui se alium quam patrem probare non potest, cum in reprobos hostiliter excandescat. Itaque videmus quanta hic consolatio afferatur. nam si intelligimus nos a Deo vocatos esse, statuere hie propriè illum nobis non ira, ac ne posse quidem, quod nos affectu tam stabili ac firmo complexus sit, ut eum exire nunquam possit. Certum quidem est prolixe tunc fusile Deo exoliis in populo illo: sed adoptionis tua respectu dilectum sibi fusile pronuntiat. Iam quod mollior & tenerior fuit Dei affectus, eo minus excusabiles fuerunt qui que tua prauitate provocarunt: eius iram. nec dubium est quin haec eireunstantia crimen aggrauet, quod ingenium quodammodo mutare cogitum eorum malitia. Nam de mansuetudine sua praefatus, ex abrupto clamat, QVIS COMMITTET ME cum vepre & spinam? vel (vt aliud vertitur) Quis me ponet vepri & spinam? Quanquam non male etiam quadraret legere, Quis mihi vepre opponat ut cum eo congregari velut spinam? Nec enim inter duas istas voces copula interceditur. Quanquam libenter primum tenetum retineo, quod Deus sibi cum tribulis vel spinis negotium esse optet, quas irae tuae flammam. berere consumat. Si quis malit hic coarguit dubitationes que nobis taceat ex incredulitate obrepunt, cum Deum aduersum nos ira inflammatum concipimus: acsi diceret, Erratis quod me vepri & spinam comparatis: id est, Affingitis mihi alperam & rigidam naturam: fruatur suo sensu, quem tamen alienum esse à Prophetico arbitror. Quod etiam putans alii Deum induere personam hominis esse ad iracundiani accentus: acsi diceret, Nolo amplius tam faelis esse, ea que indulgentia uti qua solitus sum, magis coactum videtur quam ut longa refutatione indigeat. Verum quidem est, cum Deus clemens & misericors sit natura, nec quicquam magis ab ipso alienum sit quam sensitiva aut severitas, eam velut mutuari aliunde. Sed illa quam attuli interpretatione per se ad alias repellendas sufficiet: Deum scilicet dolenter conqueri sibi non potius cum spinis quam cum vite sua esse certamen: quia dum reputat hereditatem suam esse, pareat cogitur. Quod deinde sequitur, IUSTITIA RGRADIA & COMBURAM, expositionem meam confirmat. combustio enim ad vepres & spinas pertinet: quibuscum si negotio sibi esset, innuit fe cas omnes exsturum: ideo autem mitius agere, quod ipsius vincit Hinc colligimus quod non excandescit in nos Dominus, hoc non meritissim hominum, sed gratuita ipsius electioni tribuendum esse. Satis enim ostendit his verbis, QVIS DABIT? si iustam causam habere nobiscum prehendi, atque etiam hostiliter nos perpendi, nisi misericordia erga Ecclesiam suam retinetur. Essemus enim ut spinæ & vepres atque similes impis, nisi nos Dominus ab eis secereret, ne cum iis vna interiremus. Si particulam in prælio, quam reddidi per aduerbum Hostiliter, edocere libeat eum verbo. Quis me committet, hoc quoque modo sensus non male constabit.

SAN APPREHENDET.) ut sepe disuncta particula est: ideoque hunc locum exponunt, acsi bis hac particula vteretur. Aut apprehendat vires meas, aut pacem mecum ineat: id est, Nisi mecum in gratiam redeat, vires meas sentiet magnis suo malo. Alii paulò fecerunt, Qui apprehendet robur meum: id est, cohibebit. Sed interpretationem hanc omitto, quia videtur nimis coacta: redeo ad illam que magis recepta est. Existimat autem Deum minari ludens, ut omnes rationes & vias tentent, quibus in viam reuocari possint. necesse enim est ut Deus variis nos modis solliciteret, quod eius indulgentia & bonitate abuti soleamus, id est, quod sepius denuntias nobis prenam nostræ ingratitudinis: quemadmodum hic facere videtur Isaia. Nisi bonitatem meam amplecti & resipi, pascere velint, quod mecum redcant in gratiam, experientur vires meas quas haecenus cohibus. Quanquam posset etiam diversus sensus forte à quæ commodus elicit, acsi hortetur Deus populum ad agnitionem virtutis suæ quæ ad querendam reconciliationem eum adducat. unde enim tam craifa securitas, ut non terreamur ira Dei, nisi quia de eius potentia non satis honorificè sentimus. Ceterum, malo pro interrogatione accipere, ut etiam aliis sepe hoc significatu occurrit: An apprehendet robur meum, ut mecum pacem ineat? acsi pater sollicitus & anxius de filio suo, gemens quereretur, An non sibi hic nebulo beneficii patientur? nec enim video qua ratione debebam ipsum tractare. securitatem ferre non potest: bonitate verò mea abutit. quid faciam? abdicabo illum, nisi resipiscat: ac tum sentiet quanta erit illa potestas patria, qua cum haecenus conseruati. cum indulgeret sibi non patiatur, eum summo iure tractari necesse est. An non igitur apprehendet tandem quanta sit mea virtus, ut mecum in gratiam redeat? Hoc autem melius intelligemus, si consideremus fontem omnium malorum esse, quod diuinæ bonitatis sensu non tangamur. nam si nobis veniret in mentem quanta à Deo beneficia accepimus, facilè à sceleribus & flagitiis reuocaremur, & cum eo in gratiam redire cuperemus. Hic videmus quam sollicitus sit de salute nostra Pater celestis, qui potentiam & bonitatem suam à nobis apprehendi vult, ut experiamur quid valeat, ciuique magis ac magis participes esse possimus. nec enim minus familiariter nobiscum agere veller, quam cum suis libertis, nisi cum malitia nostra prohibemus. Cum igitur indulgentiae eius paternæ capaces non sumus, necesse est ut robur suum & maiestate ostendat: ut ea perterriti, & sensu

sensu iudicij commoti, supplices ipsum deprecemur, pacemque & veniam vltro petamus. Hoc autem est ybi vere ad ipsum covertitur, quod enim nobis ipsi placemus, virtutique nostris adulatur, ei duplce necesse est. Quod si pacem incamus cum ipso, bellum ex aduerso cum Satana & peccato tuncipidum est. Quantopere verò reconciliari nobiscum expetat Deus, clarus ex repetitione patet: se propesum & facilem esse ad dandam veniam uno verbo docere poterat. Ergo b.s inculcans, ut F A C I A T M E C V M P A C E M, vltro se & quidē feruentis desiderio, ad defendas omnes offensas accurrere exprimit.

6 IN posterum.) Nunc te ipsa comprobat illum amorem de quo ante loquutus es. Quod ut melius intelligamus, veteris illius populi status considerari debet: nam haeceditas Dei erat, non meritis ipsius, sed beneficio adoptionis. Et autem sic meritò iraci poterat Dominus, ut ipius in perderet omnino, ac delerer. A tanto rigore abstinuit, quod negotium tibi esset cum vinea & hereditate tua. Hoc enim tantum spectabat, ut populus reatum suum agnosceret, atque in gradā rediret. Itaque superiori sententia hanc priusmissionem adiunxit, ne populus potentia illa, qua iudicia Dei, plagias & flagella proponit, nimium territus deficeret. Hic enim iudicij Deterior nos in desperationem concire posset, nisi spem aliquam restitutionis conceperemus. Ideo dicit, I A C O B E M I T T E T I T E R Y M R A D I C E S. Tametsi extenuabo Ecclesiam meam, atque ad summam paucitatem redigam, tamen in pristinum & forentem statum restituatur, ita ut vinculum orbem impleat, magis enim ac magis augebitur, ybi semel redierit in gloriam. Elegans autem est haec radicum translatio, quoniam ira Domini quodammodo refecamur, ut videamur perempti proflus ac mortui: sed quantumcunque Dominus Ecclesiam suam affligat, radices nunquam intermixantur, verum intermixantur, ac fructum tandem suum emitunt. Quod carum radicum fructu orbe terrarum impletum iri dicit, hoc Christi aduentu factum est: quo per Euangelium collectus est & multiplicatus populus Dei: atque Israhel cum Gentibus coaluit in unum corpus, ut dictum enim quod prius inter ipsos erat, tolleretur. Euangelium autem, & quicquid ex eo fructus manuit, a Iudans 10.4.22 produisse scimus. Ephes 2.14

7 AN iuxta percussioneim.) Confirmat superiorem sententiam, ac demonstrat certa & perspicua testimonia bonitatis & misericordiae Dei extare in ipsis flagellis: quia sic Dominus populum suum castigat, ut rigorem temperando tempere aliquem misericordiae inclinat locum. Variè etiam exponitur hic veritas, sic enim nonnulli interpretantur, An ego percussi Israel quemadmodum fecissent hostes? Allirii enim nullo modo pepercissent à quibus extremam crudelitatem expertus est. Ego vero mihi in ira mea moderatus sum, nec ita percussi acsi ipsum perdere voluisse: in quo me hostem non esse fatus probauit. Verum alia exppositio mihi magis placet, quae etiam vulgo recepta est: ut hic differentia inter fidèles ac reprobos statu intelligamus. Vtrosque enim promiscue ponit Dominus: sed diverso modo. Nam vltice sit reprobos, frax laxat ita iuxta quod nihil aliud habeat propositum, quam ut ipsos perdat. Nam vata ira Dei, caque exilio destinata Rom. 9.22 sunt: nec ullum bonitatis Dei gustum habent. Dum vero pios castigat, iram suam moderatur, aliiisque & diuersum proflus habent. Eos enim vult reducere in viam, sibi que adiungere, quod melius in posterum us prospectum sit. Quare tamē potest, eur his propheta relatu oportet, inquietus. Percutientis eum? Respondeo id factum esse, quod Iudeo Dominus impiorum ministerio oportet in nobis castigandis: quod nos magis deniciat atque humiliores reddat. Hoc autem gravissimam Iudeo nobis tentationem afferit, cum scilicet nos impiorum tyrannde premi sinit Dominus. dubitamus enim an ipsis faucat, nos autem velut exosof destituta auxilio suo. Ut huic dubitationi occurrat, ut se quidem permittere, ut impii populum suum affligant, & liberè ad aliquod terpus graffentur: sed eos tandem prenas daturos sive impietatis longè acerbiores iis quas ipsi prius infixerint. Si quis tamen priorem interpretationem sequi malit, non repugno: nempe, Dominū hostiliter nobiscum acturum non esse. unde etiam illa sententia, Melius esse in manus Dei, quam in manus hominum incidere. quia Dominus paci sui nunquam obliuisci potest, quo pollicitus est, 2.Sam.24.14, 1.Cher.21. fe humaniter & paterno modo cum Ecclesia acturum.

8 IN menitura.) Comprobatio secunda est diuinæ misericordiae erga electos omnes, quos in hunc finem castigat, ne percat: pœnaque quas eis infligit mitigando, sic infirmitatis eorum rationem habet, ut nunquam eos supra modū grauari patiatur. Quod attinet ad vocabulū MENSURÆ, interpres omnes consentiunt eo moderationē significari, esset enim nobis alioqui intolerabilis Dominii manus, caque in nihilum redigeremur: sed eam suspendit: & fidelis est, ut ait Paulus, ut nō patiatur nos tentari ultra quam ferre possumus. Sic & Ieremias penit à Domino, ut eum in iudicio Iere.10.24 castiger, id est, moderat: ferulas scilicet infirmitati cius accommodans. In secunda autem voce huius versiculi interpres non consentiunt. Alii enim dicunt נְבָשָׁה, id est, Committing eos inter se bellis intestinis, alii Deum vulturum sceleris ipsorum eo gladio quem eduxerunt ipsi. Deoque in manum præbuerunt. Sed cum neutram earum probare possumus, eas in medio relinquimus. Probabilior mihi videtur eorum interpretatio qui dicunt, IN E M I S S I O N I B U S eius, id est, in plantis: ut significet Dominum non in externas solū res, sed in eorum personas animaduertere. Scimus enim t. iii.

varias esse Domini castigationes. leniores autem & moderatores sunt quibus externa tātūm bona, quæ Fortunæ appellant, nobis adimit. Sic igitur à Deo puniri fideles ait, vt non tam eorū personas affligat, quam ea quæ ad vietum necessaria sunt admittat frumentum, vinum, oleum, & reliqua eius generis quæ terra producit. nō enim Emittere & Producere significat. Sed est mihi alia exppositio quæ proprius ad Prophetæ mentem accedit. IN EMISSIONE disceptare cum Ecclesia Deum, quia eti ramos, adeo juc truncum ipsum abicindit, non tamen penetrat ira eius vñque ad radices, vt rufus pullus temper enim vigor aliquis haret in radicibus, quas nunquam interire finit. Atque id cum superioribus congruit, vbi promisit fore vt Israel fructus a deo sit. Exponit ergo quod prius dixit, IN MENSURA: nempe, vt radicem ipsam non euellat. Refecat enim Dominus quod extrinsecus appareret, vt ramos & folia: integrum verò radicem tueret & conservaret. At è diuerso reprobos euclit radicetus, atque ita præscindit, vt nullo modo resurgere possint. Vbi alii vertunt F L A V I T vento suo, clarissim reuoltere vñsum est, Iametsi flauerit. Persequitur enim metaphoram qua ad herbas & plantas alluferat. Hæ autem flante vento aliquo rigidiore, exarreventur: led in superficie tanum: semper enim radix talua est. Ita quanvis Dominus magno impetu in fideles irruit, omnémque speciem & formam delectat, vt perempti omnino videantur, tamen vi-gorem intus aliquem cōseruant se. Diem E V R I nominans Prophe: a retexit ad situm Iudeæ, cui Orientalem hunc ventum infestum fuisse colligere licet ex aliis locis. Scimus autem vnam quanque regionem suo vento infestari: aliis enim Aquilo, aliis Auster, aliis Eurus aut Subsolanus magna afferit incommoda: ita vt legetes prosterat, vel adurat, vel corruptat omnes fruges, decutiat arbores, nec quicquam ferè integrum in agris relinquat. Per Eurum hic Subtolanu designari putant, qui multis regionibus admodum noxius est.

9. Q V A M O B R E M hoc modo.) Postquam de castigatione populi loquutus est, incipit clarioribus verbis exprimere, Dominum sic populo tuo contuleris his flagellis, vt aliquem ex his frumentis sentiat. Huius quidē rei prius meminerat, sed eam oīcupertius exponit, Quicquid castigationum infligeret Deus, ad purganda populi vitia facturum, vt ita reconcilietur Deo. Quæritur, An peccata nostra expientur: ut ferulis quibus à Deo castigatur? nam si ita est, sequitur etiam quod Papistæ tradunt: Pro peccatis nostris Deo latisfaciendum esse. Siquidem hæc duo inter se coniunctæ sunt: Si Deus penas sumit pro delictis nostris ad ipsa eluenda: vbi deinceps penæ, latisfactiones succedere in illarum vicem. Facilius tamen est huius difficultatis solutio, si consideremus hic non tristitia Propheta, an operibus nostris promereamur remissionem peccatorum: vel, an peccata quas Deus nobis infligit, sint eorum veluti complications. Simpliciter enim docet castigationes esse remedia, quibus Deus morbis nostris medetur: quod eius bonitate & patientia abutu soleamus. Nos igitur ad agnitionem peccatorum nostrorum & patientiam vt adgit neceſſe est: atque ita penæ quas irrogat castigandis vitiis nostris remedia sunt: quod iis quodammodo cupiditates nostræ, ve-

tp. il. 66. 10, luti igne, excoquantur: cui etiam eas Scriptura s̄epe comparat. latisfactiones verò esse nullo modo posseunt: led in iis homines ad poenitentiam præparantur. Hinc igitur docet pios nullam habere caulam eur fremant aduerius flagella Dei: ac potius agnoscere debere se hoc modo ad salutem promoueri, quia non alter gratiam Dei agnoscerent. Si quis breuem distinctionem malit, postulum dicere vno verbo: mediata quidem flagellis peccata nostra expiari, sed non immediate: quoniam adducunt nos ad poenitentiam, quæ ad obtinendam peccatorum remissionem nos suo ordine adducit. Vbi dicide vertimus, HIC OMNIS FRVCTVS ABLATIO, aliqui in genituio legūt, Ablationis: led magis probo si in nominatio legamus. h̄s̄epe pro Multo & magno accipitur. Intelligit ergo copiosum fructum, qui castigationes sequetur. In summa, vult nobis ab utilitate flagella Dei commendare, vt ea placidè & moderatè ferant piū, cùm iis se purgari atque ad salutem cōparari intelligent. Et continuo pōst clarius Propheta sc̄e exponit de abrogandis superstitionibus loquens nam quandiu secundis rebus Israel fruebatur, de resipiscientia non cogitabat. sic enim nati sunt homines, vt prosperitate infolecāt, magis que ac magis obduretur. Ostendit igitur quomodocum castigando populum suum, simul peccatum eius eluat Deus: quia cùm ante sibi in malis indulgerent, ma: orēmque peccandi licentiam arriperent ex eius bonitate & ignoscencia, nūne se merito penas dedisse intelligēt, vitāmque & mores mutabunt. Hic autem Iasias vñā speciem pro omnibus per synecdochen profonit, vt sub parte totū intelligamus. Idololatriæ & superstitionum correctionem in summa notat. Nec enim Altare nominat quod tacrum erat Deo, sed quod idolis suis statuerant. Cūm igitur confraicti fuerint eius lapides, cœteraque & diruta idola, ita vt nullum superstitionis indicium appearat, simul iniquitas eius tolletur. Hinc primū notandum est, non esse veniam à Domino sperandum nisi simul à vitiis nostris resipicamus. quisquis enim sibi indulget, Deum quem prouocare non cessat iratum habeat neceſſe est: tunc demū auferunt iniquitas nostra, cùm vero poenitentia sensu tacti sumus. Secundū, obseruandum est, poenitentiam, tametsi in exterior sit cordis affectus, fructus tamen suos coram hominibus proferre. Frustra enim profitemur nos timere Deum, nisi externis etiam operibus id testemur, radix enim à suis fructibus separari nequit. Tertiō, colligendum hic mentionem idololatriæ potissimum fieri, quod sit fons malorum omnium. Quandiu enim viget purus Dei cultus & sincera reli-

gio, simul locus est officiis charitatis, quæ ex ea necessariò sequuntur: quum verò Deum reliquimus, simul nos in omne virtutum genus prolabi finit. Atque hæc ratio est, cur Idololatriæ nomine nec tæra etiam flagitia comprehendat. adhæc, videmus non statuunt & imagines damnari, sed quicquid excogitauerat Iudæi præter Legis præscriptum: vnde sequitur ficitios omnes cultus ab eo repudiari. Postremo quum addit, ut non resurgant, quâm detestabilis fit Deo idololatria admonet, cuius memoriam vult penitus deleri, ne posthac ullum eius vestigium appareat. Interca plus quiddam exprimere voluit Propheta, nempe talem debere esse penitentia nostram, ut in ea constanter perieucremus. Nec enim veram fusile penitentiam dicemus, si quis subito affectu commotus, superstitiones aboleuerit, ac deinde tensim ipsas renatur ac pullulare finiat: id quod multis accidere videamus, qui intitulid quidem ipse quadam zeli ardenter, sed deinde refrigescunt. Hie autem eiūmodi constantiam deterbit Propheta, ut in finem usque puritatem collant qui semel renuntiarunt toribus & inquinamentis.

10 Tamen etiuitas.) Copulæ sicut pro cautali vulgo accipiunt, quidam pro Alioqui, vel Aliâs. Duplex igitur erit ienitius, nam si interpretamur Quoniā, Prophetæ reddet rationem superioris sententie, sed contextus id non patitur: absurdumque omnino est. Plus igitur coloris habent, qui pro Aliâs vel Alioqui accipiunt: nam appositiæ coniungi posset ista cōminatio, Nisi ieiupicis, videte quid vobis insit, ciuitas munita similiis erit deserto, sed nimis coacta mili videtur ista expostio. malo igitur accipere pro Nihilominus, vel Tamen. Significat enim Prophetæ Ieroſolymam & alias Iudææ vrbes dirui nihilominus oportere: etiam si Dominus populo suo parcere velit, fieri non posse quin ipsa pereat, quæ admonitio valde necessaria fuit. Non enim fratres effient animis, cum ciuitatem illam sanctam euersem, templumque dirutum vidissentis verò prædictis intelligebant Deo non defuturas rationes quibus Ecclesiæ conferuaret: tæque ista consolatione sustentabant. Itaque huic grauissime tentationi occurrere voluit Prophetæ, vnde etiam docemur, numquam depondendum esse animum, quanvis extrema omnia patiamur, atque summo iure Dominus nobiscum agat. Etsi autem extenditur hæc comminatio ad totam Iudeam, tamen Ieroſolymam, quæ caput gentis erat, præcipue notari mili probabile est. Quod de virtutis illie pascendis adiungit, hæc figura satis virata est Prophetis, quoties de vrbis alieuius vastatione loquuntur: similenum adiungunt locum illam patetum fore. In quo consideranda est ratio iudicii Dei, quod Iudei qui terram profanauerant suis sceleribus, substituat virulos & bruta peccora. Nam sicut ab ipso adoptati erant in filios, merito feso tam benigno Patri addicere debuerant. Quum autem excessio iugulacioniuerint, digna fuit hac mercede ipsorum ingratitudo, ut terram occuparent meliores incolæ, non ex genere humano, sed brutis animalibus. Quod de Summitatibus addit, ad augendam vastitatem pertinet, ac si diceret tantam fore copiam herbarum, ut vituli non nisi teneras partes decerpant. ἡτοι, etiam Ramum significat: sed quid ramorū sit propriæ allurgere in altu, ego pro Similitate hæc accipio. Videri etiam posset alludere ad speciem vrbis: cui quum excelsæ & splendide ante essent domus, his diecetis, nihil in ea præter herbas & frondes eminebit, quarum comas vituli abundantia faturi fastidijs comedent.

11 Dux areset messis eius.) Nonnulli existimant Prophetam respicere ad similitudinem vineæ, qua initio capitulæ vius erat. ideo vertunt Palmites. Et certè vox ιωρ, ambigua est. Sed quum similitudo messis inclusus conueniat, quam etiam ιωρ significat, ego sic accipere malo. nec tamen verro, Quum aruerit messis, sed. Quid areset. Areicere autem hoc loco nihil aliud est quam Accedere ad maturitatem. Antequam matura sit messis terra, ceteretur. ac si diceret, Auferet tibi Dominus fructum quem tibi iam paratum atque in manu esse existimabis. VENTURAS MULIERES dicens, significat validis hostibus minimè opus fore Deo ad iudicium suum exequendum: tantum mulierib[us] manus virorum esse. In quo indignitatem pœnæ amplificat. denuntiat enim fore ut ad calamitatem accedat etiam contumelia: quia turpis est magisque pudendum à mulieribus quæ imbelles sunt ipsioliari, quam à viris. Tandem subiicit causam tantæ calamitatis. Hoc enim prima facie nimis durum videri posset, quod Dominus populu quem elegit, tam misere vexari ac dissipari sinat, nec ei auxilium ferat. nam id ab eius elementia & paterno amore quo suos amplectitur, alienum est. Sed Prophetæ ostendit iustum fuisse Deo cauani, cur tam seuerè animaduerteret in Iudeos: quia intelligentia sanâque mente priuati fuerint. nec verò abs refontem malorum omnium fuisse ignorantiam docet. Nam quum vera sapientia sit timor Dei, meritò exagitatis & amientia damnantur à Spiritu sancto, quicunque neglegto Deo, peruersum carnis fæc impetum sequuntur. Neque tanen eiūmodi ignorantia est quæ nos excusat, aut à malitia reatu eximat, nam qui peccant, sibi etiam male consciunt, tametsi cupiditate sua exceperint. conjuncta igitur cum malitia ignorantia est ad eiūmodi, ut à virtuoso mentis affectu proficiatur. Hinc fit ut Hebrei peccata omnia generaliter Ignorantias appellant, hinc etiam illud Mosis, Utinam saperent & intellexerent. Arque id facilè vnuquisque percipiet, si cogiter quantum ad nos turbando valeant præi affectus. Luce enim doctrinæ priuati & destituti intelligentia à Diabolo velut in furorem impellimur, ut neque manum Dei reformidemus, & pro nihilo ducamus sacram eius Verbum. Tamen rursus augendi terroris causa, spem venię adimit: quod ad corpus populi referunt neque enim Proph. i. 7 & Psal. ii. 10

Ephes. 2.10 si reliquæ seruatæ sunt, ideo tenuire destruit ira Dei in promiscuam turbam. Hic autem Propheta Deum vocat Fictorē & Creatorem Israel, non co modo quo Creator cœli & terræ vocatur: sed quo Ecclesiam suam formauit Spiritu regenerationis, quemadmodum etiam Paulus nos *in misericordia nostra* hoc tensu esse dicit: sicut iam alio loco declarauimus. Hoc autem expressit Itaias, ut ingratiū dñm populi exaggeret, atque ostendat quām meritas pœnas luant, quum à Deo formati & conservari dedecore ipsiū & ignominia afficerent.

12 Et accidet.) Mitigat asperitatem proximæ sententie, erat enim horribile iudicium Dei: quod populus omni ipse misericordia & gratia destitueretur. Vigitur, sicut nuper, pro aduersitatibus particula accipi debet. Et tamen accidet in die illa. Porro metaphoricè loquitur Propheta. comparat enim collectionem Ecclesie excusione tritici, qua grana à palcis separantur. Ratio metaphoræ est, quod populus in exilio illo sic obrutus esset, vt nihil plus apparceret quām grana quæ sub paleis latent, atque hic & illuc disperguntur. Quod ergo in illa confusa mixtura absconditum erat, Dominum quasi vanno excutere oportuit: vi merito hæc collectio trituræ comparetur. Quā dicit a b. ALVEO fluminis ad fluuim, intelligit Euphratem & Nilum: quod populus partim in Chaldaea, vel Assyriam, partim in Ægyptum expulsus esset. Multi enim profugerant in Ægyptum quā alii Babylonem captivi ducerentur. Itaq; praedicti futuri, vi Dominus hinc atque illinc tuos colligat: nec tantum à Chaldaea, totaque Mesopotamia, sed etiam ab Ægypto. Vbi reddidi vñ vñ s. AD. VN V M, illi vertunt, Singulis locis: sed illa exposicio nimis coacta est. hæc quam posui, mihi videtur simplicior: quanquam duplex sensus esse potest. vel, Colligam vos ad vñm: vel, Non turmatim, nec magno in numero, sed singulos aggregans singulis: vi fieri solet cum homines vagabundi & palantes colliguntur. nec enim subito omnes conueniunt inter se, sed paulatim alii ad alios accidunt. Sic Iudei disperisi atque dissipati erant, vt in vnum colligi ipsos & coalescere difficile esset. Itaque hanc dissipationem impedimento non fore ostendit: quoniam in florentem statum restituerentur: quod postea impletum est. Collecti enim & reducti sunt Iudei, non eorum aut currum multitudine, non hominum viribus, neque gladiis aut armis, quemadmodum ait Oseeas, sed sola Domini manu.

Oecl. 1.7

13 ACCIDENT etiam.) Explicatio est proximi versus. metaphoricè autem loquitur, atque ostendit tantum fore potentia Deo, vt facile populum suum reducat. Quemadmodum enim Reges clangore tubæ magnos colligunt exercitus, ita Domino promptū fore docet colligere populum suum: apud quem Propheta non minus efficaciter habuit, quām tuba qua milites conuocantur. PER D I T O S vocat, quod miserè dissipati essent, nec procul ab exitio abesse viderentur sine villa spe restitutionis. Neque enim hostes stante sua Monarchia vñquā pauci fuissent captiuos suos redire, nec alio consilio eos traxerant in longinquum exilium, nisi vt sensim aboleretur Israelis non men.

Ier. 28.10 Quod de Ægypto adiungit, continet illius venia documentum: eos scilicet qui in Ægyptum profugerant, tametsi hac gratia indigni essent, collectum iri. Hi enim duplice nomine offendebant Deum, vt fatis declarat Ieremias cap. 28. primam, quod obstinati fuissent & rebelles:

II. deinde, quod revelationi parere noluisserent. Debebant enim potius iugum Babyloniorum subire, quām confugere in Ægyptum contra mandatum Dei. Finis tandem redemptio notatur, vt in patriam ab exilio reuersi, Deum liberatorem de integrō purè ritèque colant Nam per Montem, templum & sacrificia designat. Hoe quidem sub Dario impletum est, sed dubiū non est quin Propheta hoc vaticinium longius extendere voluerit: quia restitutio illa velut obscuræ quadam adūtratio fuit liberationis quam per Christum consequuntur: cuius aduentu non tantum in Assyria aut Ægypto, sed in extremis partibus orbis, tubæ spiritualis, nempe Euangeli, clangor auditus est: tunc collectus est populus Dei, vt confluenter ad montem Sion, id est, in Ecclesiā. Scimus enim hāc loquendi formam vistitam esse Prophetis, dum verum Dei cultum & consensum in religione & pietate significare volunt. Accommodabat enim se se mori populi vistato, quod melius intelligeretur, atque etiam ex Sion Euangelium fluxisse scimus. Sed hac de re plura capite 2.

Supra 2.2.

3

C A P V T X X V I I I .



AE corona superbie temulentorum Ephraim: quia decor gloriae eius erit flos deciduus, quæ est super caput vallis pinguium, oppressorum à vino.

2 Ecce durus & fortis Dominus, sicut inundatio grandinis, turbo subiunctus: sicut impetus aquarum vehementum, inundantium, decuiens in manu ad terram.

3 Pedibus conculabitur corona superbie temulentorum Ephraim.

4 Eterit flos deciduus decor gloriae eius, quæ est super caput vallis pinguium, quasi frumentus

Etus præcox ante æstiuos: quem qui viderit, aspiciens cū dum adhuc in manu est, deuorat.

5 In illa die erit Iehouæ exercituum in coronam glorie, & diadema decoris reliquis populi sui.

6 Et in spiritum iudicij sedenti super tribunal, & in fortitudinem propulsantibus prelium ad portam.

7 At isti quoque præ vino errarunt, præ sacerdotia hallucinati sunt. Sacerdos & Prophetæ errarunt præ sacerdotiis, absorpti sunt à vino: hallucinati sunt præ sacerdotiis, errarunt in visione, impegerunt in iudicio.

8 Quoniam omnes mensæ plene sunt vomitu stercoreo, ut locus non vacet.

9 Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet doctrinam? abductos à lacte, abstrectos ab uberibus?

10 Quoniam præceptum ad præceptum, præceptum ad præceptum: instructio ad instructionem, instructio ad instructionem: paululum ibi, paululum ibi.

11 Quoniam balbis labiis, & lingua exotica loquitur ad populum istum.

12 Quoniam illis dixit, Hæc est requies: requiescere facite laetum, & hoc refrigerium: & noluerunt audire.

13 Erit igitur illis verbum Iehouæ regula ad regulam, regula ad regulam: instructio ad instructionem, instructio ad instructionem: paululum ibi, paululum ibi: propterea ibunt: & corruent retrosum, conterentur, irretinentur & capientur.

14 Propterea audire verbum Iehouæ, viri illusores, qui dominiamini populo huic, qui est in Ierusalem.

15 Quia dixi his: Percussumus fædus cum morte, & cum inferno fecimus pactum: flagellum inundans cum transierit, non veniet ad nos: quia possumus mendacium refutare nostrum, & sub vanitate sumus absconditi.

16 Quare sic dicit Dominus Iehouæ: Ecce ego ponam in Sion lapidem, lapidem probatum, angulum pretiosum, fundatum solidum. Qui credit non fætinabit.

17 Et ponam iudicium ad regulam, & iustitiam ad "mensuram. Euerget grande fiduciam mendacii, & latibulam aquæ inundabunt.

18 Et abolebitur pactum vestrum cum morte: visio vestra cum inferno non stabit, flagellum inundans cum transierit, tunc eritis ei in conculationem.

19 Ex quo transierit, rapiet vos utique manæ quotidie, transibit interdiu & noctu. Et erit ut terror duntaxat intelligere faciat auditum.

20 Quoniam contractus erit leitus, ut non sufficiat: angusta erit stragula colligendo.

21 Quoniam sicut in monte Perazim slabu Iehouæ: & sicut in valle Gibeon "irascetur ad faciendum opus suum, alicuius opus suum: ad designandum facinus suum, alienum facinus suum.

22 Nunc itaque ne sitis illusores: ne forte constringantur vincula vestra. Quoniam consumptionem & finitionem audiui à Domino Iehouæ exercituum super viuercsan terram.

23 Auscultate, & audite vocem meam: aduertite & audite sermonem meum.

24 An quotidie arat arator, ut seminet? aperit & confringit glebas agris sui?

25 Amnon cum æquaverit faciem eius, tunc sperget viciam, seret cynimum: & pones triticum in mensura, hordeum demensum, & speltam suo modo?

"vel com-

motio:

"vel tu-

multua-

bitur:

26 Docet eum rectitudinem Deus suis, & instituit eum.

27 Certè non triturabitur vicia tabula dentata, nec rota plaustri super cyminū circumferetur: quia baculo excutitur vicia, & cyminum virga.

28 Triticum licet tritiretur, non in perpetuū triturat ipsum, nec rotam plaustri sui perpetuō strepere facit, ne dentibus suis conte rat ipsum.

29 Etiam hoc a Ichou ex exercituum egressum est, qui mirificus est consilio, & magnificus opere.

I N C A P V T X X V I I I .

ECORONAE superbie.) Nunc aliud argumentum & diversum à superiori ingreditur Isaías. hæc enim concio à proxima disiungenda est. Ostendit irā Domini Israeli primū, deinde Iudeis impendere. nam probabile est integro adhuc & stante regno Israei Prophetam hæc prædictam certò affirmari non posse, nisi quod certa ratio dicitur, nondum profligatas tunc sunt decem tribus. Itaque hunc ordinem tenet Propheta. Primum, haud longè ab eis ab Israele vindictam Dei, quod varia sceleris & corruptiōe omne genus illis regnarent, turgebant enim fastu & arrogancia: demeriti erant in iuslautiis, & ad omnem intemperiem diffuxerant. hinc proruperant vix ad crassum Dei contemptum: ut fieri solet, quum homines sibi nimium indulgent. Dei enim facile oblitus currit. Deinde ostendit Deum quodammodo iram suam cohibere, quod parcat Tribui Iuda. quia quum abducti sunt decem Tribus cum dinidia parte Tribus Benjamin, Iudei intacti atque integrati adhuc manerunt. Hanc Dei misericordiam commendat Isaías, quod Deus Ecclesiastiam suam interire noluerit, atque reliquias quasdam seruaverit. Ceterum iplos quoque Iudeos ita depravatos & corruptos esse ostendit, ut nullū huic misericordiæ Dei locū relinquant. & quum non minor impietas apud ipsos quam in Israele vigeret, necesse fore ut vicerim Dei manum ipsi quoque sentiant. Atque diligenter obseruantur est hic ordo, quoniam multi in expositione huius loci hallucinantur: quod Propheta Israeli nomen dixerit non exprefserit, quod iub Ephraim decem Tribus comprehendendi fatis notum est. Quod ad verba spectat, quia particula יְהוָה, plurimum est exercitans, nolii à communī interpretum sententia discedere, præteritum quum palam hic minetur Propheta, si quis ramen vertere malit, Heus corona, non repugno. Copula ו in causalem resoluti debet. Quia filius eius decidebat est. Gloriam enim & decorem Israeli coparat flori deciduo, quem admodum postea dicetur. In summa, maledicit opulentiae Israelitearum. nam per Coronam superbie nihil aliud intelligit quam prauam confidentiam qua ipsi turgebant. Ea aut ex abundancia rerum & copia nasciebatur. Hæc enim virtus perpetuō ferè coniuncta sunt: quia affluentia & satietas ferocitatem & arrogantiam parunt, nam effimerit rebus secundis, nec iis moderatè vti sci mus. Inclebant autem regionem vberem & fertilem. Nam ob causam etiam Amos vocat eos Vaccas pinguis, que montem Samariæ incolunt. Sua igitur opulentia clati, & Deum & homines contemnibant. Ideo T E M P L E T O S iplos vocat Propheta, quod prosperis rebus inebriati, nihil aduersi revereretur, sive extra omnem aleam positos, ac ne Deo quidem ipsi subditos esse existimarent.

QVIA flos.) Non dubito quin alludat ad coniuiales coronas, quæ tunc in usu erant: ut etiā hodie multis in locis vntuntur. Crapulæ autem & ebrietati indulgebant Israelite, nec dubium quin terra fecunditas intemperantia ipsorum occasionem præbuerit. Iam quum florem DECIDVM vocat: similitudinem suam profequitur, eleganter alludens ad flores qui subito marcerunt. Gloriam porrò illam dicit esse super verticem vallis pinguum, quia pascua sua sub pedibus spectabat, quorum vbertas eorum superbiam magis inflabat. Alii vertunt, Vnguentorum; sed non satis cōuenit affluentiam enim & saruitatem significat, quibus pietatis obliuio, & contemptus Dei inducuntur. Et per nomen C A P I T I S , alludit ad situm regionis, quod Israelite magna ex parte valles opimas incoherent. ei autem astringit coronam, que totum regnum circundet: quod floraret rerum omnium copia. Significat enim opulentiam, ex qua nata est loco: dura, securitas, confidentia, intemperantia, & ferocitas. Quæ doctrina ad nos etiam pertinet. horum enim exemplo monemur rebus prosperis moderatè videntur: alioquin os in felicissimos fore, quoniam Dominus omnibus nostris opibus & copiis maledicet.

2 & 3 Eccladurus &c.) Hoc ad Assyrios referri potest, ac si dicaret eos præstò fore ad Dei arbitriū, ut sub auspiciis eius militent, simulac vocati erunt. Quāquam malo sine substantiō accipere, ut signis: sicut aut Baculum, aut quamvis aliam rationem, quæ Dominus iplos tam elato fastu ducet. Éamque inundationi cōparat, aut turbini, quo & hie bæ & flores prosterminatur, omnīq; terra decor abraditur. In quo profequitur similitudinem floris décidui, quā initio adduxerat. nihil enim gravi imbre aut turbine, floribus magis infestum esse potest. Vt utrum demonstra-

tua particula non quoniām impīi nullis minis mouentur. Ostendit ergo se non loqui de rebus ambiguis, nec temere diuinare, sed ea prædicere quæ statim ventura sunt. Vbi reddidi, In manu, Hieronymus verit, Terram spatiotam, quod vei bis repugnat, ali pro Fortitudine accipit, ut sit violenta deiectione. Verum simplex mihi videtur esse tenus: sic Istrachitarum gloriam & magnificientiam prostratum ira, aeli quis ebrium manu impelleret. Versu tertio tandem tententia confirmat.

4 Et erit.) Eadem ferè vei ba repetit, quia scimus quād difficile sit mihi humiliora, qui propteris rebus excusat sunt, quorum oculos felicitas non tecus ac pinguedo obducit. Quēadmodum enim Dionysius fecundus hebetudinem contraxit, ut subinde impingeret, quod intemperatus se ingurgitaret communis: ita delicias & voluptribus hebetantur hominum mentes, ut nec Deum nec te amplius norint. Sipius ergo idem inuecat mentibus quasi stupore attonitis, ut intelligerent quod alioquin incredibile videbatur. Hoc verò illustrat altera similitudine pulchra admodum & propria, nam fructus quidem præcœcos magis commendantur, quod alios præcedant, spemque afferant reliqui prouentus: sed exiguum tempus durat, neque teruari possunt. Eos enim subiō devorant aut mulieres grandiæ, aut pueri, aut viri minus alioquin in victu temperantes. Talem Istrachitarum felicitatem fore dicit, quia propteritas qua florebant non diutina erit, sed momento deglutiatur. Quod autem de regno Israhel pioneriauit Iasias, ad totum quoque mundum pertinet. Efficient enim homines ingratitudinem iua, ut quicquid beneficia in eos contulit Dominus, ad matutinam peruenire nequeat, nam abutimur eius bonis, eaque peruersitate nostra corrumplimus. Hinc sit ut præcœcos & momentanei fructus reddantur, quinos perpetuò aleie potuissent.

5 In die illa.) Postquam de regno Israhel loquutus est, transit ad Tribum Iuda: atque ostendit in hac iuera Dei vindicta, misericordia tamen locum fore. Et quanvis decem Tribus perfidior, Dominum tamen conseruantur alias reliquias, quas sibi consecrabit: ita ut illæ corona gloria & decoris diadema sit: ad eum, nunquam ita deformari Ecclesiā, quin Dominus eam deco re & magnificientia exornet. Quanquam non ad omnes Iudeos promiscue exēdo hoc vaticinū, sed ad electos qui mirabiliter ab interitu crepant. Etsi enim residuum populi vocat Tribum veniam & dimidiam respectu aliarum decem, in progessum tamen videbimus in ipsa quoque Tribu Iuda statui disserimen, nec in ium est Propheta in eodem populo varijs loqui, dum nunc ad corruptum vitii corporis, nunc ad electos sermonem dirigit. Certè decem Tribuum respectu, quæ à Dei cultu & fidei unitate deliciuerant, merito Iudeos nominat residuum populi: sed dum eos sine cōparatione respiciunt, & quales intus sint considerat, non minus iuste in eorum corruptelas inuechit. Scio aliter exponi ab aliis, quod statim sequatur, et in vino, &c. atque hanc sententiam cū initio capitū iungendam pui: Interea forsitan Iudeis parcer Dominus. Qui verò parceret? nihil enim sunt aliis meliores, quem ergo in eadem sint culpa, similibus etiam penitentiis necessitate est. At qui non animaduertunt Prophetā in eo specimen proponere singularis gratiae Dei, quod non eodem simul tempore vindictam exercuit contra totum Abrahæ genus, sed certius regno Israhel, inducias permisit Iudeos si forte paulatim respicerent. deinde eadem opera amplificare ingratitudinem populi ex circumstantia quam posuerat: quod scilicet oportuisset eos exemplo fratrum suorum doceri, nam calamitas Istrachis ipso experegescere, atque ad resipientian stimulare debuerat. Ea autem non mouebantur, ut redherentur meliores. Quanvis ergo indigni essent tantis beneficiis, Dominus tamen inter ipsos Ecclesiā suam conseruare voluit: hac enim ratione Tribum Iuda, & dimidia partem Tribus Beniamin ab illa clade eripuit. Iam quia Tribus Iuda exigua erat: Gentis portio, idcōque superbris Istrachitis deinceps, Propheta satius in uno Deo opulentius & gloria fore allerit, quo terrenos omnes defecctus supplet. Atque hinc docet quoniam vera salutis nostræ ratio sit: nempe, si in Deo felicitatem nostram constituimus. Nam simulatque ad mundū delabimur flores marcidos colligimus, qui statim decidunt atque euaneantur. Atque hæc vesania passim, & plus & quo inter nos regnat, quod extra Deum, id est, sine ipsa beatitudine beati esse volumus. Præterea ostendit Iasias nullas calamitates, quantumcumque graues, obstatre posse quomodo Deus Ecclesiā suam exornet. Vbi enim omnia ad interitum vergere videbuntur, Deus nihilominus corona gloria suis futurus est. Notatu etiam dignum est quod tunc demum nouum deus Ecclesiā promisit Iasias, ubi attenuata fuerit multitudo, ne funesta illa clade quæ instabat, animum despondeant fideles.

6 Et in spiritum.) Rationem demonstrat qua Dominus reliquias illas nouo deo re ornabit. Nam exemplaveræ politæ proponit, qua ponitissimum populi conseruantur, ea autem duabus præterim rebus constitutæ: nempe, consilio & fortitudine. Consilio enim & prudentia res domi ad ministrari debent: foris autem aduersus hostes robore & copiis opus est. Cū itaque duobus his & præsidis regna & res publicæ tueantur ac retineant statum suum, spiritum prudentiæ & fortitudinis populo suo promittit, utrumque verò concedi à Deo, nec alunde expectandum esse simul ostendit. Nec verò Magistratus in ciuitate præesse & ius suum cuique reddere, nec belli duces propulsare hostes poterunt, nisi à Domino regantur.

7 At isti quoque.) Redit ad profanos Dei contemptores, qui titulo tenus Iudei erant, ac

amplificat eorum ingratitudinem: quia tam si ira Dei insigne documentum praeculmis habebat, quum viderent fratres suos duriter castigatos esse, quum preterea Dei clementiam erga se experiri essent: tamen neque illo teueritatis exemplo, neque bonitatis diuinis sensu in viam reduci potuerunt, nec villa in re meliores redditus sunt quamvis Dominus eis pepercisset. **D E V I N O & S I C E R A** hic metaphoricè loquitur. nec enim accipio de communis ebrietate, in qua initio capituli inuenimus est: quin potius ebrios similes fuisse dicit, quod sensu rectaque intelligentia carerent. Si quis in vocibus **VINI & SIEVERAE** subaudiat notam similitudinis clarius erit tenus. Fas eorū quidem assidua crapula quasi brutescere homines: nec dubito quin ebrietas & luxus in cibo & potu ludicri quoque mentes iufocauerint: sed si rotundum contextum expendimus, facile erit videre amentiam metaphorice dānari. **VBI ADDITIS ACERDOS** quoque & **PROPHETA ERARVNT**, logius progreditur in eadem amplificatione: nec plebeios tanquam homines ebrios fuisse dicit, sed sacerdotibus ipsos, qui aliud prælucere, & viam monstrare debuerant, sunt enim velut fal terræ, quemadmodum ait Christus. Quod si infatuentur, quid accidet plebeis? si oculus cœcus est, quid reliquis partibus corporis euenerit? Hoc autem omnium grauitatum est, quod eos non in crastinib[us] tantum vitæ flagitiis, sed in visione & iudicio dilinqueret dicit. Vnde colligendum est, quām deploratus fucrit Ecclesia Iudaicæ status. Atque hic, velut in speculo, possumus vita nostra contemplari. Est quidem portenti simile, post tot flagella, velut adh[er]bit a Deo purgationibus, Ecclesiam tota latenter corruptelis: sed ea est prauitas nostra, ut certemus cum eius plagiis, & quanvis subinde excindat, assiduamque operam purgandis virtutis nostris adhibeat, omnia remedia nō tam inutilia reddimus, sed nouos etiam morbos accerimus. Mirum igitur hodie videlicet non debet, postquam Ecclesia tota plagiis & tormentis castigata est, homines præfatoce apparere, atque etiam deteriores esse redditos, quum id populo veteri accidisse testitur Ilias. Iam quod hanc tam feedam & fecit genit[us] impietatem Dominus bonitate sua superauit, Ecclesiāque suam nihilominus seruavit, id arcana eius virtute præter omnium expectationem factum est. nihil enim apud nos proficeret, si visitati remedium vteretur. Hinc etiam apparet quām stulta & puerilis sit Papistarum iactantia, quī semper Ecclesiam in ore habent, & Sacerdotum, Episcoporum, Pontificum nomina obtendunt, eorumque autoritate aduerius verbum Dei muniti esse volunt: acsi ordo ille nunquam labi aut errare posset, inclusum, videlicet, certebris suis Spiritum sanctum te tenere purant, & repäsentare Ecclesiam, que nunquam destitutur a Deo. Sed videmus quid de Sacerdotibus prouertitur Propheta, quorum ordo & speciosior fuit & illustrior. Si vix quam Ecclesia fuit, tunc certe apud Iudeos fuit: & testimonium habuit ordo ille ex verbo Dei, quo isti carent. Eostamen non motibus tantum corruptos fuisse, sed ratione & iudicio aberalisse ostendit, Prophetaque, quos seimus Sacerdotibus ob eorum ignauiam extra ordinem fuisse diuinitus additos, in sacro tamen illo docendi munere & reuelationibus fuisse cacos. Quare nihil futilius, quām titulari officii prætextu ab erandi periculo eximere, qui Deo posthabito[n]e, nec modò abiecta pietatis cura, sed etiam calcato puto dore suam tyranidem quolibet modo defendunt.

Q VONIAM omnes mentis.) Pergit in eadem metaphora, & quasi in tabula depingit quod accidere solet hominibus crapule dediri: quia pudoris oblitus, non modò more pecudum feste proiciunt, sed nihil refugunt turpitudinis. Est certe hoc fœdum & detestabile spetaculum, mentis videre aaspersa vomitu: ideo haec figura exprimit Ilias fœtidam esse totam populi vitam. Nec enim dubium est quin Propheta voluerit uno verbo significare, nihil integrum aut sincerum apud Iudeos restare. Si quis ad mentes eorum accedit, nihil posse repetiri præter fœdam ebrietatem: si quis vitam eorum contemplatur, nullam eius partem a virtutis & tæceribus puram aut vacuam esse. Doctrinam vero ipsam adeo corruptam esse, vt fœteat quasi fœdata vomitu & stercore. In allegoria. vt quidam faciunt, nolo subtilius philoophari.

Q V B M docebit.) Hic Propheta per admirationem ostendit insanabilem esse populū morbum, nec restare quicquam Deo quod ipitorum causa efficiat, quum rationes omnes frustra tentant. Certè vbi errantes in viam reuocat, & inconsideratè vagantes non definit subinde monere, hoc singulare remedium est: quod si profectu caret, actum est de eoru[m] salute, qui nullam medi ci opem admittunt. Conqueritur ergo Propheta excludi quodammodo Deum populi recordia, ne sanandis eius virtutis operam impendat: ideoque similes facit Iudeos pueris infantibus, vel qui adhuc balburire incipiunt, quibus docendis luditur opera. Merito quidem hortatur Petrus fideles, vt quasi infantes nuper geniti, ad lae puræ doctrinæ fugendum accedant: quia nemo docile se prepebit, nisi qui exuerit duritatem, quæ omnibus ingenita est. Sed nunc aliud infantia genus damnat Propheta, vbi homines in virtutis suis obstupefacti, nihil magis attendunt ad cælestem doctrinam quān si nulla intelligentia prædicti essent. Itaque perperam nonnulli cum illo Petri loco Propheta tenentiam coniungunt, ac si Deum induceret quæcunq[ue] sibi discipulos, qui deposito omni fastu similes sicut pueris nuper ablactatis, quia potius exclama: Propheta, frustra, & nō sine ludibrio sparagi doctrinam inter stolidos & fatuos, qui pueri sunt non malitia: sed sensu, vt loquitur Paulus. atq[ue] ex contextu meliusliquebit: quia percipiendæ doctrinæ idonei non erant, non posse Deum accusari nimis

mii rigoris, si eos abiiciat, neque amplius dignetur inutilem operam feriendis corum auribus consumere.

10 Q VONIAM præceptum.) Hinc satis apparet Dominum conqueri quod siustra laborem suum instituendo huic in docili populo impedit, perinde ac si quis infantes doceret, quibus iepius elementa inculcanda & repetenda sunt, protinus tamen oblitus cunctur: atque ubi totum diem in vinalitera edocenda magister contum puerit, it cum sequenti die, ac deinceps repetendus erit idem labor, & quantus nihil industrie aut diligentiae reliquum faciat, tamen nihil magis promouebit. Qui fastidium cauentes verbahie mutant, incepta copia affectatione obscurat Prophetæ ientum, & termomis etiam leporem euentunt: quum isdem verbis utens, repetitionem variam & assidue, redi que plenam significare voluerit. Est enim, vt iam dictum est, similitudo dæta à pueris, quibus multa ingetere magistrorum audent, quod minime sint capaces: sed paucas veluti guttulas instillant, ita secundū ac tertio, atque iepius idem repetunt, eadēmque præcepta inculcant. Denique semper elementarii sunt discipuli, donec ratione & iudicio prædicti sint. Et facet per mimisim verba hæc recita, Paulolum hic paululum ibi. Nomen ip̄m male, meo iudicio, nonnulli interpretantur Lineam, quasi ad tardam adificationem, quæ per lineas paulatim assurgit, alludores Prophetæ duramini & procul remota esset hæc similitudo, quum de pueribus rudimentis hic agatur. Fatorum quidem ita fuisse posicū lupiter ca. 18. vbi virtus Lineatum, & alius pluribus locis: sed circūstantia nunc divergunt ientum exigunt sicuti etiam Pialmo 19. nisi quod illic tolerabilius esset nomen Linæ, vel dimensionis. Quanquam non nego metaphoræ è pro instructione vel regula accipi. Nam quia in adhuc ipsi vocatur perpendiculari vel norma, sicuti paulò post eodem capite videbimus; ideo non mirum est ad alias præceptiones transferri. Psal. 19. 8.

11 Q VONIA M balbis labinis.) Quod iubaudiuit quidam perinde esse acsi quispiam loquuntur, superfluum est. Ego itaque ad Deum rescribo, quem Prophetæ dicit insipido populo barbarem esse factum. Hæc autem obiurgatio debuit eos acriter pungere, quod sua culpa Deum, qui linguas omnium formauit, quasi balbum redderent. Non dum enim illis minatur, sed iocordia eorum impunit, quod sibi reddiderint confusum ionitum celestis doctriñæ, quia sponte cœtiendō, nihil inde proficient. Quod ergo te infatuarunt, vt non audiant loquentem Deum, portet et comparat Prophetæ.

12 Q VONIA M illis dixit.) Quod alii etiam peripherastice exponunt, Si quis illis dicat, Hæc est requies, nolunt audire, si rigidum est: nec sermonem contextit vt decebat. Ponis eautam assignat Prophetæ cur Deus Iudeus sit barbarus: nempe, quod eis decessent aures, iurdis enim verba siebant frustra Dominus eis requiem ostendebat. Hæc autem surditas ex cœtumacia proficiebatur: quia doctrinam peruvicaciter & proterue recipuebant. Hæc autem bis inexcusabilis fuit pravitas, requies, quæ naturaliter omnium votis expetitur, sibi oblata reiicere. Hæc impietas iam per se non erat ferenda, obsurdecerat ad sermonem Dei loquentis: exterum, deterior fuit ingratitudo, bonum sumnopere optabile data opera reiicere. Ideo fructum demonstrat, quem ex fiduci obedientia colligere poterant, & quo se propria mahtia fraudarunt. Hæc igitur ignorantia & cœcitas illis exprobatur, quoniam oritur ab eorum contumacia, dum luce oblatâ, maligne oculos auertunt, & caligare quam illuminari malunt. Vnde sequitur, simulac Deus verbum suum proponit, incredulos sponte sibi acceſſere misericordiam inquietudinem: quia omnes ad beatam quietem inuitat: & scopum palam ostendit, ad quem si dirigimus vitæ nostræ cursum, vera nos felicitas manet, vt nemo audit celesti doctrinæ, nisi sciens & volens aberrare queat. Hinc colligimus quām amabilis esse nobis debet celesti doctrina, quæ inestimabile bonum nobis affert, vt tranquillis membris fruamur vera felicitate. Clamant omnes nihil esse melius quām reperire ubi consistant: interim dum quies proponitur, negligunt multi: maior pars etiam refutat, ac si data opera misericordiam anxietaem & trepidationem continuam omnes appeterent. Nec est cur obmurmuret quisquam se intentia labi: quia nihil clarius, aut apertius Dei doctrina, vt frusta quecumq; executionis obtendant homines. Denique nihil magis absurdum quām culpam in Deum reiicere, quasi obfure loquuntur, aut confusè docent. Iam vero sicuti hic testatur Deus certam reiquestem se Verbo suo monstrare ea ex opposito admonet omnes incedulos iustam ferre mercédem suæ prauitatem, dum eos exigat continua inquietudo. Quod statim sequitur, REFLIGITE LASSE V, aliqui sic exponunt, Deum vt nobis proprius sit requirere officia charitatis, cæque per synedochen hic comprehendit. Sed mihi videtur Prophetæ aliud velle, quietem scilicet à Deo mōstrari, qua laſtudo nostra sublevatur, vnde magis cœvincitur nostra ingratitudo, si ne ipsa quidem necessitas, quæ acerrimus est stimulus, nos ad querendum remedium sollicitat. Ac eodem ferè pertinet hoc Prophetæ dictum, quod illud Christi: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Denique significat Italias hanc optionem dari Iudeis, An refici & recreari, an oneri succumbere & obrui malint. Vnde cōfirmatur quod nuper attigi, Deum sci-licet non frustra hortari, vt ad se veniant qui tranquillitate indigent, sicuti alibi videbimus, Non infra 45, frusta dixi domui Jacob, Quærite me. Quare ubi edocti erimus eis Verbo, nisi per nos ste- 19.

ter, tute licebit in ea qua illuc monstratur doctrina acquiescere. Nec enim vult nos inani curiositate fatigare, ut homines multa sibi tormenta & erueiat vanis studiis sepe accerunt. Ceterum quando hanc quietem laisis destinatam esse ostendit, qui sub ipso onere ingemunt, doceant saltem nos anxiores quibus vexamur, ad verbum Dei configere, ut pacem obtineamus. Atque ita experiemur haud dubie certum hunc esse verbi Dei vium, sedare omnes turbulentos affectus, & placare dubias ac trepidas mentes. quicunque alibi quietem querunt & extra Verbi metas cursitant, semper torqueri, aut miserere vacillare necesse est: quia extra Deum sapere & sine ipso felices esse volunt. Quod Papistis accidere videmus, qui repudiata pace hac Dei, tota vita se miserere cruciantur. Sic enim eos circumagit & versat Satan, ut horrenda inquietudine turbentur, nec vsquam inueniatur consistendi locum.

13 ERIT IGITUR ILLIS.) Quanquam eadem verba reperit Prophetus, sensus tam non nihil diversus est: quia iam voluntarii illius stuporis, de quo loquutus est, peccatum denuntiat: quod scilicet Deus sic artionitos reddet, ut in totum priuentur fructu salutaris doctrinæ, nec quicquam præter inanem sonitum percipiant. Denique ex superioribus concludit, quia profectu cauerat verbum Dei, Iudeos in gratitudinis suæ daruros peccatum: non quod auferatur illis Verbum, sed quia recto iudicio & intelligentia priuatim in clara eriam luce executant. Sic Deus reprobos dñi immorigerisunt, magis ac magis exæcat & obdurat. Paulus hunc locum citat, quem reprehedit Corinthios stulta affectationis, quoniam apud eos ambitio sic inualuerat, ut potissimum admirarentur eos qui lingua peregrina loquebantur: quemadmodum vulgus hominum ad res ignotas & iniolitas obstupecit. Qui Pauli locus perperam intellectus est, quod hæc Prophetæ verba nō sat expensi fecerant. Hæc autem Paulus aptissimè proposito suo accommodat. Nam stulta & præpostera admiratione Corinthios duci ostendit, atque perperam affectare ea ex quibus nullum frumentum percipiebant: denique similes esse pueris, non malitia, sed intelligentia & sententia sibi vltro maledictionem accersere, quam hie Propheta a communarunt: eisque accidere ut verbum Dei sit præceptum ad præceptum: nee plus ex eo doctrinæ percipiatur, quam si quis ignota ipsis lingua obstreperet. Hæc autem extrema dementia est, vana scilicet affectatione cæcitatem sibi & ingenii habitudinem accersere, quam Dominus peruicibus & obstinatis denuntiat. Hanc igitur Prophetæ sententiam Paulus ipse explicat atque aperiorem reddit, nam indignos esse ostendit qui vilos progressus faciant in doctrina salutis, qui ea abutuntur. Similem ferè locum vidimus capite octauo, vñ. Prophetæ doctrinam suam ob signatis literis comparabat. Postea etiam libro clauso similem effidicet. Hoc autem accidit, vbi Dominus ob ingratiudinem, iudicium fanâmque mentem adimit hominibus, ut videntes non videant, & audientes non audiant: atque iustissima ipsius vltio est. Quod diligenter obseruandum est. Nam si penumero præclarè nobiscum agi existimamus, nobis que admodum placemus, quod Verbum minimè desit. Sed quid nobis proderit, nisi mentes nostras illuminet, animosque nostros regat? Nam è gravius nobis iudicemus, quâobrem duplice gratia nobis opus est. Primum, ut affulget Deus nobis per Verbum suum: deinde, ut mentes nostras aperiat, & corda in obsequium parat. Alioqui nihilo magis Euangeli splendore iuavimur quam cæcifulgore Solis. Hac igitur poena admonemur non esse abutendum verbo Dei, sed intendendum rectâ in scopum, quem nobis Dominus in eo proponit. Tandem in fine versus exitium eorum describit, qui ad hunc splendorem Verbi cæciuntur: nihil enim aliud iis restare, nisi vt se temere proiecant, quoniâ à via discesserunt. Ergo ruere ipsos & concidere necesse est. Casum autem non leuem fore significat: quoniam ipsum sequetur contritio. Iam in verbo Irretiendi vñrpat aliam metaphoram: paratos scilicet esse laqueos omnibus incredulis, quibus implirici ad iteritum trahantur. Similem huic sententiam prius habuimus cap. 8. atque iidem ferè expressam verbis: nam eadem de re illuc Prophetæ concionatur: nempe, de cæcitione populi, qui iram Dei cötumacia sua prouocarat. Ostendit autem exitium semper instare iis qui extra verbum Dei aberrant, aut enim reperient offendicula in quibus impingunt aut laqueos quibus irretiuntur. denique fieri non poterit, quin male iis cedar, qui viam à Deo monstratam non tenent: quoniam vel aperiunt & conterentur, vel occultis infidiis scipios in fraudem inducent.

14 PROPTERA audite.) Amplificat obiurgationem suam, simulque consolationem admiserit, qua piorum animos erigit. Sic enim impius extremum interitum denuntiat, ut materiam consolationis relinquat fidelibus, eorum salutem Deo affirmans charâ & pretiosam esse. Ceterum per **I L L U S O R E S**, intelligit frauduléto & captiosos homines, qui putat se cœuillis astutæ suo iudicium Dei posse effugere. nā vñ, Cauillare & Illudere significat. Alloquitur autem nō vulgares homines, sed duces & gubernatores, qui cum populu regerent, ingenio & solertia alios antecellere sibi videbatur sed acutæ suæ verbæ: ebant in veritatem qua fucū Deo ipsi facerent, id est qd nō sine salia Ironia vocat Illusores: acsi dicaret, Puratis vobis latit esse astutæ ad illudendum Deū: sed nequaquam illudetis! Præcipui ergo & grauissimum omnium certamē Prophetæ fuit cum primoribus. nā eti omnes ordinis corruptissimi erat, hi tamen falsa persuasione sapientia inflati, cæteris erat peruicatores. Atq; id ferè omnibus seculis vñ venit, ut vulgus, tametsi barbaro impetu ferociat, nō laboret rata impietate,

Pietate, quanta proceres, vel audie, vel alii veriuti homines qui ingenio & prudentia alios a ccelo
lere sibi videtur. Potissimum igitur aduersus ingematos hostes istos armis Verbi ministri, mili-
li enim perniciosiores esse possunt nam & per se nocent, & alios ad similem contemptum & im-
pietatem induunt, ac sepe existimatione & gloria nominis sui minus perp. excessus vulgariter los per-
stringunt. Hoc quidem horrendum atque prodigium est, quum Ecclesia gubernat orbe cuncta
tum ipse excaecati sunt, sed etiam alios excaecant atque ad Dei contemptum ammanni pia neque do-
ctrinam rident & caulis suis proficident, denique iesu viriles ingenii conferunt ad religionem euangelie
dam, sed aduersus eos colliguntur animi Propheta exemplo, ne in hoc certamine transgantur,
aut deficiamus. Quia autem ratione tractandi sunt huiusmodi homines, iesus quoque ostendit. Nec
enim multum operae consumere debemus in iudicio Dei Criminis a societas hinc augetur, quod occupent i-
ustum Dei Sanctuarium, & electum populum Dei iustitiam, bus insificant.

IS Q V I A D I X I S T I S.) Rationem subiungit Propheta cur ille sores vocirint in tempore, quia
omnem Dei timorem exuerant. Modum etiam dicuntibus. Quod impunita enim in omnibus viris &
teceribus sibi promitterent, eoque audactiores redderantur, & quasi maiorem ad male agendum
licentia nocti, rubebat abique vello metu quoque est ferebat libido. Hoc enim per F A C T U M
mortem & sepulchro iurum significat. Nam omnes iustas omnime Dei flagela, perinde tecum
que ridendo, si extra omne dictimen posset esse arbitriabantur & nomine tuum, idem significat
quod prius per **נָאֶה**, nam geminatio est eiudem intentio. Vitis enim nomine signatur, et id
quod vulgo dicimus, *Avar intelligence*. Nisi quod videtur tacita iubeficis auctoribus in evisiones
propheticas, & fallacem astiam soleitiam, in qua sibi plaudunt teleschi veteratores. Ceterum est au-
tem astutos istos homines nunquam eodem prorupisse iactant, ut haec verba efficiant, nimis enim
puerile ac ridiculum sonset, deinde dubium non est, quin tametsi despicerent Deum, monitione
que omnes apernarentur, tamen apud populum existimationem aliquam retinere vellent, neque vnu-
quam falsi essent, et praesidium locare in viliitate, sed Propheta corum affectus & studia, non quid
obtenderent, spectauit, nec igitur ipsius, et ceterumque animos, non verba, considerant, quisquis enim
sibi & vitis suis applaudit, & tecum contemnit minas Dei, propterea ut sic paetum iunisse cum morte:
quam tametsi denuntiet Dominus, minimè tamen reformidat. Itaque Propheta reprehendit in ge-
nere fecuritatem carnis, qua homines sibi oblinacionem iudicii Dei inducunt ac sponte se fallunt, ac si
manum Dei effugere possent. Sed praecipue Lueianos & natutos homines aggreditur, qui tuum
sapere non nisi in profano Dei contemptu locant: & quod magis obregunt tuum deducunt, et ceterum
tuis traducuntur Propheta, quasi ex profundo recessu protrahentes in lucem eorum studias, ac di-
ceret, En acumen, solertia & astus sapientum huius mundi, qui quam cladibus & armis vindi-
quaque parcent, et tamen latere & in tuto esse arbitrantur, digniori profecto qui ex mediocri fa-
tuam querant, quem negligant Dei talium, denique ipsum despiciant, ac iubilant, et suas quidem
artes, astutias & fraudes speciosis nominibus regunt, nec mendacia esse putant: sed eas Propheta
suis appellat nominibus. Quantum ad **F L A G E L L U M I N V I N D A N S**, duas similes metaphoras hic
Propheta comprehendit. Comparat enim clades & tristinas quibus castigat Deus nudi teclera,
flagello, deinde eas ita vehementes & rapidas esse, ut sint instar diluvii. Aductus cas, quatuorcumque
que graves & aperas fuerint, et mendacio & vanitate munitos esse arbitrantur impudentes: homi-
nes, et ceterum, tamen si per totum orbem longe latentes exundent, effugere posse cōsidunt. Iudicia
Dei & calamitates, quibus obnoxii sunt homines, intuentur: sed cum Dei manum & prouidentiam
non attendant, ac que imputent fortunam omnia quae accidunt, ideo praesidia sibi & minime quae
runt quibus ciuiusmodi flagella a se repellant.

IS Q V I A R E S I C D I C I T.) Nunc pios consolatur Isaia: impius vero exitum, quale meriti
erant, denuntiat. Priore autem loco consolationem affert, quod prius auctus illis hominibus ludibrio
esset, et nos etiam hodie similitatem nostram videmus ab impiis rideri, notisque habeti profa-
natici, quod tam aduersus rebus & tam gravibus erumus, nihil omnibus bene nobis futurum ipe-
remus. Aduersus hanc intencionem reprobatorum Propheta animos priorum erigit & iustificat, ut te-
cure prebeat ac pro nihilo docant eorum ludibriis & subiannitiones, et ceterumque suam minimè in-
nanciam aut irritam fore cōsidat. Demonstratio ecce ad certitudinem facit, ac si dixisset. Tametsi
verba mea despiciant impium fidemque iis derogent, tamen id quod pollicitus sum praestabo. Prono-
mē etiam ego emphaticum est, ut vaticino certa constet fides. Quod ad verbā attinet, genitius
יְהוָה, qui vice ep̄ hei cōiungitur cum Lapidē, tam actiue quam pulsū accipi potest: vel pro Lapi-
de ad quem totum edificium probatur, vel exiguitus quasi ad suā regulam: vel pro Lapidē probato.
Prior autem nulli nichil comē videatur, & certè vīslingua Hebraicā hoc postulat, ut ponens
actiū interpretetur Lapidē igitur probat, et vel probatorem vocat ab effectu, quoniam ad hunc
Lapide totum edificium formari & aptari debet, alioquin libat ipsum & corruere necesse est ANG V-
L V M V O C A T, quod totum edificium mo'ēm iustineat, quo nomine etiam P̄sal. 118. vocatur, et cetero ro-
bor ipsius & virtutē cōnenit, et dem iesu **R V N D A M E N T U M**, & quidem, ut ita loquar, fundamē ale P̄sal. 118. 23
vocat, paulatim ad eius commendationē magis progrediens, nec enim vulgarē aut vnum ē magis.

tis qui ædificio seruiunt esse ostendit, sed ex iunctum & quo solo totum ædificii pondus nitatur. Sic ergo lapis est, vt totum angulum occupet: sic est angulus, vt tota domus in eo sit fundata. Nam si
1. Cor. 3.11. cuti aliud fundamentum iaci non potest: ita totam Ecclesiam, & singulas eius partes eo solo nisi ac
Rom. 9.33. fuleri oportet. Posterioris membrum verius hortauit aliū vertutem, Credes non festinat ergo tamen in futuro accipere malo, tum quia ad con- extū optimè quadrat hic sententia, tum quod Pauli autho-
Cor. 10.11. ritate probatur. Fateor quidem Apostolos Græcorum interpretationem sequentur esse, & hac v-
1. Pet. 2.6. os libertate, vt contenti rem indicat, verba ipsa non referrent, sed nunquam de sententia mutā-
Rom. 9.33. runt: quin potius rectam applicationem ipse stantes, verum ac proprium sententia ostendunt. Quo-
Rom. 9.33. ties ergo ex veteri Testamento locum aliquem producent, hinc & visus ab ipsis diligenter retinetur.
Rom. 9.33. Paulus vero hoc vaticinium citans, ex Græca lectione transfert, Qui credit non pudeat, ac certè
Rom. 5.1. hue iudicat Propheta, eorum qui credunt, pacatum & tranquillum animum fore, vt nihil amplius
2. Cor. 21.42. desiderent, nec vagentur incerti, nec properent ad alia remedia quae endas et co vincio plenissimè
Act. 4.11. sint contenti. Dura autem non est translatio quum verbo Festinandi noratur feruor, aut trepidatio. Denique Propheta consilium est laudare fidem ab hoc incomparabili fructu, quoniam in ea
Rom. 9.33. nobis placida sit & quieta statio. Unde tequitur nos assidue angeli & inquieto animo esse oportere,
1. Pet. 2.6. priusquam ea prædictuimus. Vnus enim est portus, in quo tutu acquiescere licet: nempe veritas
Rom. 5.1. Domini: que sola nos pacatos & tranquillos reddet. Atque hunc fidei sui cūm describit alibi id
Rom. 5.1. Paulus: dum nos fidei iustificatos, pacem apud Deum obtinere dicet. Huc portò Lapidem Aposto-
2. Cor. 21.42. li & Evangeliste Christum esse ostendunt, quia tunc verè stabilitas & fundata est Ecclesia cùm mū-
Act. 4.11. do exhibitus est. Primum, in eo promissiones suam firmitatem habent: deinde, talus hominum in
Rom. 9.33. ipsum solum recumbit, proinde si tollatur Christus, concidet Ecclesia ac corruerit. Resigetur ipsis
1. Pet. 2.6. ostédit haec haud dubie ad Christum referri oportere, sine quo nulla est talutis stabilitas: id è quoque
Eph. 4.15. in singula momenta impendente ruinæ. Accedit Evangelistari & Apostoloi authoritas: immo Spiri-
*tus ore ipsorum id aperte docet. Sed re propius exempla rationem perispicere melius licet, qua
t. Cor. 3.11. haec Christo accommodantur. Primum, non abs te Deum illas loquentem inducit, cuius propriū
Supr. 8.14. opus est fundare Ecclesiam, sicuti iam alibi visum est, ruitusque dicet. Atque haec sententia iatis fre-
quenter in Psalmis occurrit. Nā si omnes mortales operā tuam edō cōferant, non poterunt vel mi-
nimū lapidē erigere. Solus igitur Deus est qui fundat & ædificat Ecclesiā ita, tametsi ad eam rem
hominū opera & ministerio vtatur. Nūc à quo nobis datus est Christus, nisi à Patre? Haec igitur
efficit ac præstabilitate ecclesiæ Pater, atque Christum nobis unicum salutis fundamentū statuit. Sed an-
non prius positus erat hic lapis? nōne hoc fundamēto semper subnixa fuit Ecclesia? fateor certè:
sed ipse tantum: quia Christus nondū parefactus erat, neque expleuerat officium Redēptoris. Ideo
Propheta quasi de re futura loquitur: vt certò persuasi sint fideles, Ecclesiam quam videbant non
in oddo nutrare & labacere, sed grauitate concyclam & feciè dirutu disolu in ruinas, noua tamen ful-
tura stabile fote, ybi in lapidem manu Dei positum recubet. Dicit autem In Sion, quia illine Christum
predire oportuit, quod non parum facit ad fidei nostræ confirmationē, cùm ex loco qui
tanto prius ēpore ad id destinatus erat, videmus ipsum p̄ odiisse. Ceterum, hodie ubique est nōs
Sion, quū in fines orbis terrarum propagata sit Ecclesia. Est autē Christ⁹ verè Lapis probationis:
quoniam totum ædificium ad ipsum exigi necesse est: nec possumus strūctura Ecclesiæ, nisi illi coa-
premunt. Unde & Paulus crederet nos iubet in eo qui Caput est, ex quo totū corpus cōiungi ac cō-
necti oportet. Tota enim fides nostra Christo accōmodanda est, vt nobis instar regulæ sit. Est etiā
Lapis angularis, cōque non vna quadam pars ædificii, sed tota eius moles, fundamenūque ipsum
naturit. Nemo enim, vt ait Paulus, fundamētu aliud præter Christum Iesum statuere potest. Ita-
que Dominus Ecclesiæ suæ instauratio in ore Itaie promittens, nos ad fundamentum reuocat.
Talis enim dissipatio erat, vt similius esset ruinæ: cius autem instaurandæ ratio non aliter quām per
Christum iniri potuit. Ceterum, quod Christus dicitur etiam Lapis offensionis, hoc ei accidentale
est: nam ingratorum hominum vitio accidit, vt cūm ipsum repūnunt, alium omnino experiantur
quām ipsis futurus erat. Sed de hac re capite octauo dictum est.
17 ET PONAM IV DICIVM) Quia talis erat Ecclesiæ dissipatio, vt vix sperare auderet fi-
deles meliorem statum, rationē in manu Dei promptam esse docet, qua Ecclesiæ de integrō refor-
met. Sicut autem ædificii nuper meministi, ita nunc altera similitudine docet minimē timendū esse,
quoniam Deus inceptum ædificii opus tandem absolutum, oblique interim eoru fastum & arrogantiā
perstringit qui censerit volebant Ecclesiæ columnæ, quam tamen funditus euerterant quātum in
se erat. Nam quā luce fidei propè extingita, & adultera oratione Dei culu horrēda esset in populo defor-
mitas, nihil orminus gloriabantur regali Sacerdotio: sicuti hodie Papistas videmus similem iactan-
tiā absque pudore efflare: quoniam tamen funesta cōfusio totam Ecclesiæ formam apud eos peris-
se clamaret. Hoc cōsilio definit Propheta qualis furura sit Ecclesiæ reformatio. Ponam 17 & n̄p̄w
magis probabile est ad idem referri, quēadmodum certius ex secundo Regum vigesimoprimo ca-
2. Reg. 21. p̄ire colligitur: Ponam super Ierusalem funiculum vel regulam Samarię, & menituram domus A-
13. chib. Quanquam non inficior quin ad p̄ underum examen alludat. Sit tamen vtraque similitudo
ab ædificiis sumpta, in quibus architecti & fabri ad regulā omnia examinant, vt justa inter omnes
partes*

 de etiam colligi potest, quam stulta & inanis sit Papistarum iactantia, qui quum Episcopale no-
 men, aliisque ciuitatis aut Doctorum, aut Pastorum, aut Apostolicæ sedis titulos obiecerint, ob-
 structa esse omnium ora putant. Pollent forte alia scientia quam Iudei, vnde vero eam hauserunt?
 prosectorum à Deo esse prætent. At videmus Prophetam non loqui de Chaldaeorum aut Ä-
 gypciiorum sapientibus, sed de ordine sacerdotali quem Deus constituerat, de Doctoribus ac pre-
 cipuis ducibus & antesignanis electi populi & vicaria Ecclesiæ: denique de summo illo Pontifice,
 qui typum Christi gererat, quicquid enim eminebat in populo & præcellens erat, hoc sapientum
 nomine comprehendit.

15. VAE latitantibus.) Infurgit Propheta iterum aduersis impios illos & profanos Dei con-
 temptores, quos ante vocauit **διάβολον**, qui sibi non alter sapere videntur, nisi Deo versutè illudant.
 Nam illis religio quasi stulta est simplicitas, & in suam calliditatem quasi in labyrinthum se ab-
 dunt: vnde & monitiones & minas, atque omnem denique pietatis doctrinam ludibriis habent.
 Ex hoc enim verius satis appetit, iam tune pestem illam, quæ postea latius erupit, grassatam fuisse
 in mundo, vt hypocrita latuenter in sinu suo Deum ridentes Prophetias despicerent. In eos ergo
 inuictitur Propheta, & **εἰρήνην** vocat, quasi sibi foderent abscessus & latibula, quibus Deum fat-
 lere possent. Particula quæ sequitur, **A D ABSCONDENDVM CONSILIVM**, nobis est vi-
 ce explicationis. Sunt qui initium huius verbi ita interpretantur, acsi Propheta nimiam curiosi-
 tatem damnaret, qua arcana Dei iudea nimis audacter nonnulli perieruntur. Verum inter-
 pretatio illa stare non potest, atque satis ostendit ipse Propheta de quibus intelligat: at texens eo-
 rum ludibriis qui teatius se & occultius dehincquerre putabant, quam ut possent deprehendi: nee a-
 liud significat ab i consilio consilii quam tergiuerisandi audacia, qua velut obiectis nebulis lucem
 obscurant impi ne palam si in interior eorum prauitas. hinc tam secura interrogatio, **Q V I S VI-
 D E T N O S?** Nam c' si profitebantur esse Dei cultores, cauillando tam non modò se Proph-
 etas refellere sed Dei iudicium euertere putabant, non aperte id quidem: nam & impii specie aliquæ
 religiosis retinere volent, quod melius fallant, sed in animo nullum numen agnoscunt, nisi quod libi ipsi finxerunt. Hanc igitur vafriciem, in qua sibi placent impi & blandiuntur, latibulo vel integrum
 s' cōparat Ianas. Velo enim se correctos putant, vt ne Deus quidem ipse eorum nequit
 an māduertere ac deprehendere possit. Hoc virtio quum præcipue laborent magnates, eos potis-
 simū **2** Propheta perstringi puto, nec enim sibi satis acutu vel cordati videntur, nisi contemnante
 Deum;

Deum, & despiciant eius doctrinam: denique tantum credant quatum ipsis collibuerit. nec enim penitus abincere audet, imo aliquam religionem multi cogunt et retinere: sed eatus id faciunt, quatenus suis communis fertur: putatis nec vilo veri Deitatem tanguntur. Hæc impietas hodie plus satis teste prodidit, ac praetertim ex quo Euangeliū patet factum est. Nam sub Papatu facile homines cum Deo transfigebant, quoniam Papa Deum fixerat, qui te pro curuque ingenio transformaret. varia etiique rationes erant, quibus peccata sua ablueret: cultus multiplex, si quisbus nomen suum placaret. Quo fit ut nemini nostrum videri debeat tunc impietatem non apparuisse, quæ teb eiunimodis inuolucris latebat. his vero deum sibi detracit, quales antea furent homines aperte prodierunt. Inter ea non minus in celo nostro communis est morbus, quem in tua gente delectat Ita. Homines enim Deum etiame posse existimant, cum opposuerint astutias tuas, quasi nuda & aperta eius oculis non sint omnia: aut quicquam cum fallere auctoritate possit. Ideo cetero dicit esse IN T E N F R I S opera ipsorum, ad referens ad inanem fiduciam qua inebitantur impii. Tametsi veritatem in luce, amena deo sunt hebetes, vt eam non cernendo Dei contemptum effugere concenatur. Imo impunitatem sibi ourem promittunt, atque ita center sibi indulgent, ac si vindictaque essent adulterii Deum obiecti ac muniri, quod etiam pertinet illud, Q. V. 15. VIDEAT NOS? non quod ita per hoc pronuntiare auderent impii, sicut dictum est, sed quod ita in animis suis loquerentur, vel ita tentirent. Id quod securitas eorum & vana confidentia ostendebat. Sie enim ad omnem nequit im prostitutum erant, si que omnia monita aspernabantur, ac si nullum inquam futurum esset iudicium Dei. Erat igitur Propheta negotium cum impiis, qui cùm specie & nomine aliquam Dei non nec profiterentur, re ipsa eum negabant, & acerrimi erant hostes pietatis domini. Id autem nihil aliud est, quam Deum negare esse iudicem, ipiusque est de tua & tribunali dicere. Deus enim agnosci non potest sine doctrina: vbi hæc exploditur aut recessit, similis ipsius explodi atque ei ei necesse est.

16 VESTRA conuersio.) Variè exponitur hic versus. Et certè nonnulli habent difficultatis ob duas particulas οὐ, & να. οὐ saepe interrogatiuè capitulare aliquando affirmant ē. Ideo nonnulli accipiunt pro Vere. Dictionem. ην nonnulli accipiunt pro Subuersione, ac si diceret, Subuersio vestra in ista luius repu abitur. Alii pro Versione, id est, pro confusione qua animo agitantur. Magis autem recepta hæc lectio est, pro Subuersione accipi, ut interiu ac si diceret, et gompho plus negotiorum habitus in vobis verè dabis, quām sigilli in versando luto. Vos enim instar luius etsi, quia vos manu mea formauit. Carterum, quoniam Propheta videtur opponere istas duas particulas οὐ & να, ego in contraria tentem, magis in clinico, tametsi illam inter pretationem non improbo, quæ vilenum aliquo doctrinam continet. Sic igitur accipio. An vestrum vertere, id est, consilia qua animo agitatis in ista luius etsi fulgurini erunt? An non perinde est, ac si vas diceret figulo, Me non formatus. Miranda est vestra superbia, nam perinde agitis, ac si creassetis vobis, atque omnia in manu vestra posita haberetis, ne mei iuris erat statuere quicquid mihi vitum est. Hoc iuris atque authoritatis dum audebit ad vos trahere, nimium ignari etsi conditionis vestre, nec vos homines esse cognoscitis. Hæc interpretationu varia mihil de Propheta tenu irimur: cui nō aliud propositum est, quām ut doctrinam superioris versus confirmet. nam adhuc inuehitur adulterii homines clatos, qui tantum sibi tribuant, vt imperium Dei ferre non possint, & falta de se perfusione in buti omnes exhortationes contēnunt, ac si ipsi dii essent. Sic enī negant ē à Deo esse formatos. Quicquid enim sibi arrogant homines, id Deo cripunt, cùm que ipsoliant tuo honore. Tancum in prior membro nonnulli variaret sententia. Nam qui οὐ affirmatiuè accipiunt, hunc elicium sentimus, Certè ita vos perdam ac si filius formatam àte ollam confringet. Sed quia Propheta negotium erat cum superiis hominibus, quia latreras captabat quibus Deum fallerent, interrogatiuè potius accipio. An tanti etsi artifices, vt cerebri vestri revolutiones hoc vel illud formarent, sicuti filius rotam vertendo vasa suo arbitrio componit? Liberum sit cuique iudicium. ego id sequor quod probabilius mihi videtur.

17 NON NE adhuc.) Nunc affirmat Dominus se impiis ipsis, quales sint demonstratum est, ac si diceret, Torpetis nunc in vestra superbia, id est ego vos breui expergesfaciam. Homines enim sibi indulgent, quoad violentam tentiant inanum Dei. Securitati igitur tam supine Propheta iudicium eius denuntiat, ac sub LIBANI i quidem & CARMELI nominibus conuersacionem orbis & rerum immutationem exprimere voluit. Sed quem in finem, ambigitur, ac multum inter se dissident, interpres quia enī nō Libani arborib⁹ & tylis erat vestitus, Carmel frugiferos & beres habebat agros. Putat multi Carmelo Iudæos conferri, quia sterile erat Christianos autē Libano, quia ingentem frugum copiam producent Plausibilis quidem sententia, sicuti placere solent eos argui: sed locus similis quem videtur in fine capituli 32. docet. Prophetam hæc comparatiuè augere gratiam Dei: quia vbi rustus incipiet benedicere populo suo, immēta bonorum omniā vberitas Carmelo famā admet. E Libano igitur Carmelum ī effectum denuntiat, id est, è nemoroso loco cultū & segetib⁹ constitutum: ex agris vero cultis tamā fructuum copiam collectū iri, vt si status eorum, qualis nunc est, ad futurum conferatur, in fructuosi ac deserti ceteri possint. atque

Ver. 15

hęc loquēdi forma plenius capite 32. explicabitur. Alii Carmel appellatiū accipiūt: sed malo prōpriē accipiēte. In culto se nō detinēt os cēteri post illos feraces agros signifcat, p̄q noua & intolita fecunditate. Alii allegorice exponunt: & L. banum accipiūt pro superbis, Cai melum pro plebeis & abieciis, quod arguitur quidam & iubilus esse videtur: sed ego simpliciorem illum senium sequi malo. Ceterū ne dicitur: p̄qā minis ad gratię p̄dicationem transīt, & testatur, vbi paulis per tolerando erucem fibri impoli, an obliquecum fidēi tuae probauerint, subitam renouationem instare, quæ ipsos exhibaret. In erea tamen impios ab hac ipse excludens, significat ultionem proximam esse, vi lecuri sunt, sibi que pacem aut inducias pollicentur, nam cū dixerint pax & secūritas, vt ait Paulus, tunc repentinus accedit interitus.

18 Et audient in die illa.) Ecclesiam Dei, vt dictum est, inter illas elades nihilominus superstitione fore promittit. quantus enim infinitis tempestatibus quatatur mundus, sursumque & deorsum volator, etiam terrae misericordia, piorum tamē gregem conseruabit Dominus, & Ecclesiam suam quasi ex media morte exitabit. Atque hinc non vulgariter confirmari debet piorū fides. Hoc enim ut signe Dei miraculū est, in tot tantis que imperiorū & monarchiarum ruinis, quæ hic atque illi ecedunt, piorum semem conseruan, inter quos eadem religio, idem cultus Dei, eadem fides & talis ratio permaneat. Sed hic pugnat, ut loqui videtur Italias, nam prius tantum in populo Dei stuporem fore prædictum, vt nemo intelligeret: hic vero futurum, vt etiam turdi intellegent, & viderent cœxi. Significat ergo prius Ecclesiam castigari & purgari oportet, ad quæ non vulgi iri quadam & visitata ratione, sed tamē intolita, vt protinus interficere videatur. Ideo dicit, IN TILLA DIB, id est, postquam poenas sumpserit de impiis, & purgarit Ecclesiam suam, non modò locupletabit terram frugum copias, sed faciem eius renouans simul restituet auditum furdis, & visum cœcis, vt doctrinam eius percipient. nullæ enim sunt hominibus aures, nulli oculi, quandiu tam horrenda vltio graffatur: omnium animi turbantur atque obstupescit harent, nec quicquam percipiunt. Sedatis demum plagis & miseris. Dominus oculos suis aperiet, vt eius bonitatem & misericordiam inuerti & ampli. & posset. Hec enim vera instaurande Ecclesiae ratio est, cūm cœcis lumen reddat, & auditum furdit, quod etiam Christum non corporibustant, sed animis quoq; ipsis teceli videamus. Hoc etiam ipsi nostro tempore experti sumus, dum ex ignorantie tenebris, quibus oblipti eramus, cœpti & veræ luci restituti sumus: atque oculi ad eam contemplandam, aures ad eam percipiendam redditæ sunt, quæ prius obstructæ & oculi erant. Eas enim Dominus perfudit, vt nos in obliquecum suum redigeret. Benedicatio quidem quam in renouatione terræ propotuit, iam aliquid erat reconciliationis specimen: sed illuminatio de qua nunc agitur, longè præcellit, sine qua non modò percurent omnia Dei beneficia, sed etiam in exitium nostrum vertuntur. Merito autem opus tam præclarum ac singulare sibi vni vendicat Deus, quia nihil minus sperandum est, quam ut proprio Marte cœcivimus, & furdit auditum recuperent. Nam hoc peculiariter solis electis promitti palam est, quia maior pars in suis tenebris semper iactuit.

19 Tunc repeatent humiles in Ichoualæ i. iam.) Ego sic vero hunc locu: vbi alii interpretantur, Adiiciet latitiae: quoniam Propheta non continua: sed nouam potius latitiam exprimit. ac si dicceret, Tame: si moest, sint ac tristes, tamen argumētum latitiae dabo, vt iterum gaudio perfundatur. Loquitur autem de humilibus virde notandum est nos afflictionibus ad percipiendam gratiā Dei præparari: nos enim deinceps Dominus & affligit, vt postea erigit. Cūm igitur plectit suos Dominus non debemus animis concid, re, sed reuocandæ sunt in memoriam hæ tentientiæ, vt semper meliora speremus, ac staruamus ipsum post tristes ærumnas & elades, latitia tandem Ecclesiam suam affecturum. Quanquam iterum colligimus quod nuper attigi, non promiscue communem esse omnibus illuminationis gratiam: quia ethi communiter omnes fuerunt castigati, non tamen omnium animos subegit afflictio, vt verè spiritu essent pauperes vel mansueti.

20 Quidam in nihilum.) Planius declarat id quod iam diximus superiore versu: nēpe instauratio Ecclesie, in eo confistere, vt Dominus erigat prostratos, & pauperū misercatur. Sed prius necessaria est illa Ecclesie purgatio de qua iam loquiti sumus, quandiu enim Dominus iudicium suum non exequitur aduersus impios, atque permixti sunt bonis mali, ita vt primas etiam partes in Ecclesia teneant, seada & corrupta sunt omnia, neque colitur Deus nec timetur, imò sub pedibus caleatur pietas. His igitur sub artis aut compressis, suo nitoru restitutur Ecclesie, miseriisque & ærumnis liberati pī, latitia exultant. Primum violentos nominat Ιωάννης, cuius vocis varijs sunt interpretationes, sed videtur mihi Propheta distinguere inter eos qui palam scelerati sunt absque pudore, & eos qui speciem quandam probitatis præ se ferunt, nec tamen sunt aliis meliores: quum intus Deum ubiannent. Nisi forte eisdem duobus epithetis notet, quod prædonum more inter homines rapiant, opprimant, trahant, omnimque sibi licentiam usurpent: interea nullo Dei meturentur, quia religio illis pro fabula est. Complebitur autem & alia scelerata, cūm addit, EOS QVI PROPERANT AD INIQUITATEM. Non loquitur autē de Chaldeis aut Assyriis, sed

sed deis qui piorum numero haberi volebant, & in semine Abrahæ gloriabantur.

21 F A C T U N T E S hominem peccare.) Cum quibus sit negotium Prophetæ, antea diximus, nemp̄ cum hypocritis vel prophanis contemptoribus qui omnes Prophetatum obiurgationes & minas nihil dicebant, quicque Deū fingere volebantur arbitrari. hi cūm hec tādā oīam sibi dari euperent ut liberē in deitatis & flagitistis veritatem, æḡre admodum forebant vehementes Prophætrum reprehensiones: nec æquo se animo cohiberi sinebant, quam obrem obliemabant diligenter & auecupabant eorum dicta, vt aliquid intercipere aut detorquere possent. Nec enim mihi dubiu quoniam perstringat impō homines, qui conuerterātur de libertate Prophetarum, & obiurgationum vchementia: acti populi & magnates & dacerdotes inlettari voluerūt: nam hinc calumnias & falsæ criminationes, quales etiamnum prius Dei fatus intenduntur. Hinc ancipites & captioꝝ questioꝝ, quibus velut laquei & retia expanduntur, vi iustum aut in diuersum vita vocare, aut in fraudem aliquam impellere possint. Quod & Chr̄sto ipsiā Pharisæis & Sadduceis accidisse videm⁹. nam generaliter ac Mat. 21. 23 cipere de calumnis, ab i. que artibus, quibus homines callidi impenitos circunueniunt, non patitor posterioris membrum versus, quod ex. geticē additum est: quia illuc iam apertus impias 1cb. 8. 6 machinatioꝝ datur Propheta quibus impiis ab omnib⁹ censura & reprehensione eximere conantur. Quia vero in portis agebant publicos conuentus, iudicia ex. recabant, & magna erat frequentia, illic publice omnes argubant Prophetæ: ac ne iudicibus quidem ipsis parebant. tunc enim dominabantur impi & icelerati homines, quos moneri & ieuſius reprehēdi oportuit. Ii cūnōmoniti resipiscere debuissent, deteriores redderuntur, atque exandecerat aduersus Prophetas, cūque nō fidias stuebant. Nam oderunt, vt inquit Amos, coriptionem in porta, & loquentem iusta abominati sunt. Hoc cūm ad omnes pertinet, tum præcipue ad iudeos & eos qui reipublicæ gubernacula tenent, qui indignius mul̄ ò & iniquius fecerunt eiūmodi reprehensiones: volunt enim ab aliorum numero eximi, & optimi omnium habeti, etiam si nequissimi faciunt. In verbo jnsp̄ discentiunt interpres: quia quidam accipiunt pro Increpare, ali⁹ vertunt Probris afficeret, quasi coruni protociam accuteret Propheta qui vt procul abigat obiurgatores, ad conuictum proſilunt. Sed quod sequitur sum, lectors vi spero magis probabunt. Dicit etiam E V E R T I V S T V M D E N I H I Z O, id est vbi nulla est cauta. Obliquise. enīm artibus & fallaciis moluntur facere, vt qui iusti sunt omnibus odio & execrationi sint, pessimūque omnia confundantur. verum vbi sic mundo illuerint, tandem petibunt. Hanc enim consolationem assert Dominus non passurum se impunè graſſari impios, tamē ad tēpus laſciuant & exiuent, quin ipſos tandem cohibeat. Sed patientia opus est, vt complementum harum promissionum expectemus.

22 P R O P T E R A sic dicit Ichoua.) Conclusio est superioris sententiæ, nam populū consolatur, ne in misero illo & infelici statu quo affligendus erat, animum decipondeat. Notandum enim est ad quod tempus ista referri debent, cūm scilicet abdueto in territatem populo, cœrto templo, tabula is sacrificiis, omnis religio concidisse, nec vlla spes liberationis esse videatur. Hoc igitur vanicio fidelium animos sustentari oportuit: vi f. & naufragio, hęc tamen superellet tabula, qua firmiter apprehensa in portum vehi possent. Nobis quoque hoc exemplo hę promissiones artipendæ etiam desperatisimis in rebus, ac toto animo in his conquecen dum est. Alloquitur autem DOMINUS IACOB. in quo notandum est, perpetuam esse vim doctrinæ Dei, atque ita efficacem, vt vires suas exerat, quandiu existimat populus qui ipsum timet ac colit. Ex. autem perpetuò nonnulli, quos sibi refugit Dominus, nec temen piorum interire sinit. Cūm loquutus sit Dominus, si fidem habemus doctrinæ, fructum eius haud dubiè percipiemus. Ut firma est eius veritas ita si in ipso recumbimus, consolatione nunquam destituerim⁹. nec verò frustra additum est Deum qui nunc propitium filii Iacob se fore docet, cundē esse redemptorem Abrahæ. Populum enim ad ipsum Ecclesiæ iniunctum revocat, vt intueatur potestitia Dei, que totamque insignibus documentis patefacta olim fuerat, vt nul' us debeat post hac esse dubitationem locutus. Etenim si Abrahæ nomine gloriabantur, cogitare debebant unde primū Dominus ipsum eripuisse, nemp̄, à seruitute idolorum, que tum ipsum tum Patres ipsi Gen. ii. 3 sius coluerant. Sed & sepe al. à ipsum redemit: quum periclitaretur in Egypto ob vxorem Gen. 12. 1 suam: item in Guera: item quum subegit Reges præterea quum etiam effuso proles data est. Iofu. 24. 2 Nam eti⁹ Propheta adoptionem Dei præcipue designet, cūm cum Dominus ē domo patris Gen. 12. 17 abire iussit, tamen redemptionis nomine omnia simul beneficia comprehēdit. Abraham enim Gen. 20. 14 non semel redemp̄um hoc est, è summis periculis & vita dicimine creprum fuisse videmus. Gen. 14. 16 & Quid si Domin⁹ ex vno Abraham & quidem solitario suicitavit Ecclesiā, quam postea 21. 2. 5 conseruaret, nonne in posterum eam tuebitur etiam cūm homines ipsam interiſſe putabunt? Quid cūm aduenit Christus, quām misericordis patro fuit? quot & quanti adversarii obſistebāt? Inuit. tamen omnibus excitatur & stabilitur est eius regnum. floruit Ecclesia, omnib⁹que admirationi fuit. Ergo nemini dubium esse debet, quin vires suas quoties opus fuerit exerat Dominus, Ecclesiāque suam vindicet ab hostibus & instaureret. Iam quum pudet. etum tri-

negat, innuit s^epē accidere tempus, quo vultum pⁱū p^rō pudore coguntur dei^{re}cere, quemadmo^{dum} tēlatur illud Ieremias, P^onām os meū in terram. Item Micheas, Tempus est, ut sapientes in puluerem abniciant os tuū . nam cūm ad eō seuerē Dominus castigat populum tuū, necesse est bonos p^udefici. Significat autem Propheta id non fore perpetuum. Non est igitur desperandum ad eis rebus: etiam si omni probrorum genere nobis illudcant impū homines, Dominus tandem nos à pudore & ignominia vindicabit. Quanquam simil admonet Propheta non ipse dare hanc gratiam ad superbos vel p^ractos qui Dei flagellis rigidam ceruicem opponunt: sed tantum ad humiles, quos pudor suū incurvā, ut tristes moeſu que incedat. Potest autem quā cur dicat, N O N P U D E F I E T I A C O B: iam dudum enim mortuus erat: atque videri posset eum tribuere mortuis ienū, ut rerum nostrarum consciē esse possint. unde etiam Papist^e mortuos, eorum quā agimus spectatores esse volunt. Sed hīc protopopeia est, quā tēpē occurrit in Scripturis. Quo etiam lensu dicit Ieremias, Vox in Rama audita est Rachel plorans filios, nec vōlūt consolacionem admittere, quia nulli sunt. Cladem enim Tribus Benjamin sub luctu Rachel quā arāna fuerat depingit. Introducit enim Iacob velut podo re affectū obteclera & flagitia posterorum. Nam vt teste Solomone, gloria patris est filius prudens, ita insipiens matrī mōrōrem & tristitiam affert. matres enim quānus indulgentiores sunt, tamen filiorum peccatis erubetunt. Quid igitur patribus accider, quorum amor erga filios ut minus habet stultæ indulgentiæ, atque hoc p^rincipiū spectat ut bene sint morati, recte que vitam instituant: ita probris corum & flagitiis gravius vtruntur? Hic verò Propheta populū acris pungere & percellere voluit, dum Patriarcham ei suū proponit, qui tot tantūque beneficiis à Deo ornatus, nūc à posteris dedecore afficitur: ita ut si corām afflūset, maximum ab ipsis pudorem sustinere coactus esset. Populi ergo ingratitudinem p^restringit, qui p^atrem infamabat, cui honori esse debuisset.

23 Q VONIAM vbi videlicit) Particula 19 proprio & nativo sensu hīc accipitur, nempe pro causa, iure reddit enim rationem cur tolletur ignominia Israhel: quia filii extabunt, & qui p^{er}riisse videbantur, erunt superstites. Iam O P V S M A N V V M suarum vocando, dubium mihi non est quin hīc exprimat opus mirabile redēptionis. Efficit enim velut nouos homines, quos adoptat p^rofilios, & libi adiungit, sicut Psalmus 1ca, Et populus qui creatus fuerit laudabit Dominum: vbi similiter narratur Ecclesiæ renouatio. Nec enim de generali creatione quā ad omnes pertinet, hoc intelligitur, sicuti iam aliās t^epīus dicitum est. reuocat autem nos ad agnitionem potentie suæ: ne salutem Ecclesiæ ex p^ræsentī rerum statu & slimemus. Atque hīc notandæ sunt variae antitheses: prima, inter deformitatem Ecclesiæ & eximiam eius formā, inter pudorem & gloriam: altera, inter populum Dei, & alias nationes: tercias, inter opus manū Dei, & opera hominum (ola enim Dei manū Ecclesia restitui potest:) quarta inter florentem statum, & dilapidationem qui prius miserè deiecta erat. Nam M E D I V M s v i vocat instauracionem perfectam, qua sic coaleget atque vñā iungeret populus, vt non extrems solūm partes, sed in una ipsa ac p^rincipia occupet. Postremō finem redēptionis notat, quod nō omē suū sanctificabitur. Ideo creati sumus omnes ut Dei bonitas inter nos celebretur. Sed quia maior pars humani generis ab origine sua defecit, elegit Deus Ecclesiam in qua personent ac residēceant laudes suę, sicut dicitur in Psalmo, Te expectat laus in Sion. Iam quia interdum multū ex ipso grege degenerant, fidelibus qui diuinitus ieruati erant, has partes assignat Propheta. Ceterū, quia hypocrita, vt ante vñam est, labiis venerantur Deum, animo autem valde alieni sunt, laudum p^recōniūs timore adiunxit: significans nihil reputari nostras laudes nisi verē & ex animo sumus Deo addicāti, totāqe vita nostra testetur Dei nomen non sicut à nobis p^redictari.

24 T V N c dissentē errantes spiritu.) Iterum repetit promissionem illam quam prius attingerat. Quandiu enim ignorantia & cœcitate perstrīctæ sunt hominum mentes, etiam si affluat omne benedictionum genus, eos tamen semper interitus circundat & obſidet. Illuc igitur Verbo suo, cūm Ecclesiæ instauracionem p^rat Dominus, atque intelligentiē lumine tuū illustrat, qui prius in tenebris vagi errabant. Hoc autem facit arcano Spiritus instinctu: quia parum effet externo verbo doceri, nisi intus quoque animo nostros eruditet. In secunda parte quidam s V S V R R O N E S, alii errores vertunt. Verū significat eos qui prius obſtreperant Propheticis, nec eorum monita cōquo animo ferebant, morigeros & obſequentes fore. Ideo reddere placuit M V R M V R A T O R E S. Hinc perspicimus quām admirabilis sit misericordia Dei, qui plusquam indignos homines reducit in viam, tantu mque bonorum participes facit. Atque hoc nob̄ tecum diligenter reputemus. Quotus enim quisque est qui non aliquando obmurmurauerit aduersus Deum, verāmque doctrinam contempserit? in dō nisi obſtreperos moleceret Deus, & placidē adduceret ad obsequium, totum ferē humanum genus in suāmenta periret.



AE filiis" contumacibus, dicit Ichoua, vt capiant consilium, & nō cx " vel, per-
me: vt" operiant arcum, & nou ex spiritu meo: ut peccation ad-
dant peccato.

2 Proficiuntur ut descendant in Aegyptum, & os mecum non in-
terrogauerunt, roborantes se robore Pharaonis, & sperantes in um-
bra Aegypti.

3 Erit autem vobis fortitudo Pharaonis in pudorem, & fiducia in umbra Aegypti in
ignominiam.

4 Fuerint enim Principes eius in Zoa, & Legati eius in Hanes venerunt.

5 Omnes pudescunt in populo qui eis non proderit, neque auxilio erit, neque commodum
afferet, sed erit in pudore atque etiam in opprobriu.

6 Onus momentum Aegypti. In terra afflictionis & angustie. Leo, & leo maior ab
illis. Vipera & præstler volas, dum portabant super humerum pullorum duutias suas: &
super gibbos camelorum thesauros suos ad populum qui non proderit.

7 Certè Aegypti vanitas, & frustra auxiliabuntur. Propterea clamavi ad illam: Ro-
bur illorum quiescere.

8 Nunc vade: & scribe hanc visionem in tabula coram ipsis, & in libro insculpe eam:
ut sit in diuinum nouissimum, in perpetuum usque in secula.

9 Quod populus hic rebellis sit, filii mendaces, filii qui recusant audire Legem Ichouæ.

10 Qui dicunt videntibus, ne videatis: & proficiens, ne proficiatis nobis recta:
loquimini nobis blanditiis: videte errores.

11 Recedite à via, declinate à semita: facite ut à facie nostra faceat Sanctus Israhel.

12 Propterea sic dicit Sanctus Israhel. Quia respulisti verbum hoc, & confisiisti in vio-
lentia & prauitate, & unmixi es in eam:

13 Ideo erit vobis iniurias haec quasi ruptura cadens, tumor in alto muro, cuius repe-
te & sabato venit fractura.

14 Et contritus eius quasi contritus rasis figurorum, quod absque misericordia communi-
natur: nec in eius fractura inuenitur testa ad ignem è foco ferendum, vel aquam è puto
hauriendam.

15 Quoniam sic dixit Dominus Ichoua Sanctus Israhel: In quiete & quiete salui eri-
tis: in tranquillitate & fiducia erit fortitudo vestra, sed nolivitis.

16 Et dixistis, Non: sed equis effugiemus. Propterea fugietis. Super celerem conser-
demus. Propterea celeriores erunt qui vos persequentur.

17 Mille vnius à facie incipitationis vnius, à facie incipitationis quinque, fugientis: do-
nec relieti fueritis sicut malus nauis in vertice montis, & sicut vexillum in colle.

18 Propterea expectabit vos Ichoua, ut misereatur vestri: & propterea exaltabitur,
ut propitius sit vobis: quia Deus iudicij Ichoua. Beati omnes qui expectant eum.

19 Certè populus in Sion habitabit in Ierusalem, flendo non flebis: misericordia misere-
bitur tui: ad vocem clamoris tui simulac audierit, respondebit tibi.

20 Vbi dederit vobis Dominus panem angoris, & aquam afflictionis: non arceritis
amplius pluviat tua: & oculi tua videbunt pluviat tuam.

21 Tum aures tue audient verbum a tergo tuo, dicendo: Hec via, ambulate in ea, si-
ne ad dextram sive ad sinistram eatis.

- 22 Tum profanabis te Etorium sculptilium argenti tui, & operimentum conflatis
auro tui, separabisque ex tanquam panum monstruo infectum: dicesque illi, "Egredere.
23 Tum dabit pluiam semini tuo, cum semina ucris terram: & panem prouentus ter-
re: ex erit uber & pinguis, & pascetur pecora tua in die illo in amplis pascuis.
24 Boues etiam tui, & pulli asinorum colentes terram, pabulum purum comedet, quod
in pala ventilatum erit & in vano.
25 Et accidet, ut super omnem montem excelsum, & super omnem collinem elevationem
sint riu, riu aquariorum in die cedes in igne cum turre corruerint.
26 Et erit lux Lune sicut lux Solis, & lux Solis septuplo maior, quasi lux septem dierum,
in die quo alligerent Ichoue fracturam populi sui, & perfosioē plague eius sanauerit.
27 Ecce nomen Ichoue venit ex loco remoto, ardens facies eius, & graue onus: labia eius
plena sunt indignatione: & lingua eius quasi ignis deuorans:
28 Et spiritus eius quasi torrens uulnus, usque ad collum diuidet: ad ventilandas gen-
tes in cribro inutili, & frumentum errare faciens in maxillis populorum.
29 Canticum erit vobis quemadmodū in nocte domi celebratur dies festus: & letitiae
cordis quasi eius qui ad titlam incedit, ut veniat ad mortem Ichoue, ad Fortem Israe lis.
30 Et audiri faciet Ichoue potentiam vocis suæ, & desensionem brachii sua videri fa-
ciet, cum furore vultus & flamma ignis vorantis, dissipacione, inundatione, & lapide
grandinis.
31 Sancta à voce Ichoue conteretur Assur, qui virga percussit.
32 Et erit in omni transitu baculus fundatus, quem infliget Ichoue super eum cum tym-
panis & citharis, & praelitis elevationis pugnabit contra eam.
33 Quoniam ordinata est ab hesterno Topher: etiam Regi preparata est: quia in pro-
fundum posuit & dilatauit. Pyram eius ignis, & ligna multa: flatus Ichoue quasi torrens
sulphuris succedit eam.

IN C A P V T X X X:



VAE FILIS. Inuehitur Propheta in Iudeos, quod impares sustinendæ moli, quæ ab Atlyris aliique hostibus uergebantur, ad opem Aegypti confugerunt. Posset autem hec obiurgatio videri a quo durior, si tantum hoc reputetur licere miseris & pauperculis hominibus, preterim ubi iniustè premuntur, cuius à malis auxilium petere: quia hoc natura ingenitum est ut se se vltro citroque cuncti mortales iuare stu-
deant. Verum ubi ventum fuerit ad ipsos fontes, reperiemus non vulgare fusile nec tolerabile po-
Exo. 13.17 puli crime. Primum nō leue delictum est, sed scelera contumacia, neglectio atque etiam spredo Dei
Dent. 27.16 imperio libidini sue obiequi. Atqui severè vetuerat Deus societatem vel foedus eum Aegyptiis i-
nire. Prohibitionis autem dux potissimum erat ea, ut vna generalis, quæ scilicet ad aliarum quo-
que nationum societas & foedera pertinebat. Nolebat enim Dominus populum suum supersticio-
Exo. 23.32, nibus Gétium corrupti, fit autem, necio quomodo, ut eorum vitis paulatim imbuamur, qui
⁊ 34.15 buicem societatem & cōsuetudinem habemus. atque ut natura vtiiorum amulii potius quam vir-
Dent. 7.2 tutum sumus, facilè aliucscimus corruptelis: denique brevi tempore ab aliis obiepit con-
tagio. Quod etiam Galli nostræ à plerique nationibus viu venit: quarum vita dum nimis epidie-
ad imitationem arripit, ingenti colluvie referita est. Imò prepostera hæc in caprædis subtiliis cupi-
citas Turcis ianuā aperit in Asiam, & deinde Europā illi patet fecit. & cùm ita illis in cibo & po-
ture relata fuerit frugalitas, tota illa pars armis eorum domita, fordetatūm & inquinamēta contra-
xit. Id quod etiā nobis Galli à plerique nationibus viu venit. Altera huic populo specialis & pro-
pria fuit ratio, nam quum Iudeos ex Aegypto liberaliter Dominus, ac tam insignis beneficij me-
Exo. 13.18, mores esse veller, ne qua ipsi cum Aegyptiis intercederet societas prohibuit. Quod si foedere cū
⁊ 14 Aegyptiis iuncti fuissent, facilè memoria eius beneficij deleri poterat. nec enim tam liberè eam ip-
sis, ut institutum erat, celebrare licuisse. Nimis autem indignum erat, iactura gloriæ Dei amicitia
coli cum profana & impia gente. Iā quum simul testatum esse veller Deus populo suo, te vnum fa-
tis superque sufficere ad tuendā eius salutem: tanti fieri debuit illa promissio ut libenter ab aliis
auxiliis

auxiliis interdiearent. Atque hoc fuit ~~at~~ sociissimum crimen, vnde que sibi conciliando profanas gentes legi^{mo} suo honore Deum fraudare. Nam si contenti faciens vincia Dei turbula, non ita currit alacritate in Aegyptū. Satagendo itaque & tumultuādo coniuncti sunt ut ex infideleitatis Nee dubius est quintuam vehementiam Prophetā in illud sacrilegium direxerit, q. d̄ ruitus ad cap. andā gentium subfida, laudem plenā virtutis Deo abrogabat. Vnde etiam alibi fernore in illum furiosis amotibus ac que enim nefandis libidinibus Spiritus comparat. Nam quod id Aegyptus iuxta sent Ezechiel perinde esse docet, acsi melior fides in imperio non modò post adulterios feratur, sed cum equis & asinis conceubitur expectat. Nec verò simpliciter damnat hīc omnis fœderia quia cum idolatria incuntur, sed prohibitionem ip̄tētā: ac præterim causa ab Aegyptiorum occidente ipsos Lex arcet, præcipue verò ob prohibitions causam tantopere excandeat: quia nō sine gratia Dei contumelias trepidē in Aegyptum eurrabant. Hac ratione **P E R V E R S O S** vocat & **C O N T U M A C E S**, de qua voce dictum est capite primo. Intelligit autem vel præceptis malitia^{Continua-} homines qui scientes & volentes deficient à Deo, vel obstinatione quasi fetidos ut nihil testet in- tegri vel sinceri. Initio autem virium illud perstringit, quod posthabito Dei verbo proprius consi- lus addicti esent. Quod quidam **נָבָעַ** exponunt Fundere fusionem: quanq; autem non pugnat c. in Prophetā mente, rectius tamen in eo iudicio aliis Operant operem non quicquid ego in iusti ecclau- tus, quia de arcans & clandestinis consilis agitur quibus astutè volebant Prohetas fallēdo quasi Dei oculos effugere. Cratulum est quod alii reddunt, Ut te regant operemno. Quanq; enim protectionis caula Aegyptios quererant: potius tamen ad illam de qua dixi vafricē alludit. Eodem redit utraque exppositio. Tribus autem loquendi formis idem ferē inculcat: quod tegant consilia sua aliena videlicet à Deo: quod os Domini non interrogent: quod non patientur le eius Spiritu gubernari. Nam qui proprio senti aguntur, ad astutias dñe cœidunt, quibus teguntur incredulitas & rebellio. & quia propositum illis est Dei verbo non parere, neque etiam Spiritum implorant. Vnde conficer ut inceperit illa & detestabilis cōnexio. Necesse est autem consilia & instituta quibus non pretest Dominus, misericordia & extialiter cadere. Portò nulla est sapientia, nisi ex eius ore petatur. quod si os ipsius interrogemus, id est, contulamus Verbum, Spiritu quoque eius regemus, à quo omnis prudētia & sapientia est. Hac autem duo simul coniungi notandum est, Verbum & Spi- ritus Dei: aduersus fanaticos homines qui ad oracula & arcanas revelationes aspirant sine Verbo, neglecta enim & præterita via, ad Dēū comēdunt: quo nihil aliud agunt, quam quod volunt, ut vul- go dicimus, sine aliis euoluerint. Hoc primo loco fixūmaneat, Quicquid aggredimui in tota vita vel tentamus ab ijs: Dei verbo, erroneū esse ac preposterū: quia nos ab eius ore totos pēdere decet. Et tane si nobis incurrat, quāta cōsiliū inbecillitate vel potius inopia labore totum humānū genus, faibimur nimirū despere quicunque sibi prudentiae tantū arrogant ut ne Dei quidē os interrogare dignentur. Si quis obinciat, scripturis non omnia contineri, nec responsa dari sigillatim eorum quibus egemus: respondeo, quae ad vitā nostrā regendā pertinent, omnia in iis abunde cōunteri. Si igitur hoc nobis propositū sit, ut Verbo regi nos finamus, atque ex eo semper queramus regu- lā vitā, Deus nūquam hēsistare nos patierit, quin ex iū nobis in omnibus negotiis & difficulti- bus ostendar. Interdum fortassis expectandum erit diutius, sed tandem extricabit nos Dominus atque exoluēt, si modò ipsi morem gerere parati simus. Tametsi igitur impliciti simus atque labore- mus in conquirendis, ut autem, mediis, tamen hēc cogitatio nos temper retinere debet, ne quid ag- grediamur, nisi quod Deo gratum & acceptum esse intelligim⁹. Dānatur ergo hīc eorum audacia, qui tentant illicitas vias, catque sibi prosperē cessuras putant, quum per fas & nefas omnia molū- tur, ut falsi sint: quāsi inuitio Dō. Hoc autem ab incredulitate & dñfidentia oriri certum est, quod Deum sibi nō sufficere existimant, nisi accedant aliena, quanvis verita, auxilia. Hinc illicita fede- ra, hinc fraudes & fallacie, quibus rem suam melius gestum iri confidunt homines, quam si sim- plieiter & candide ali cum aliis versentur. Atque innumerā extant in omnibus vitā humana partibus huiuscēdē incredulitas exempla. Perituros enim se putar homines, si contenti benedictione Dei, fideliciter atque innocentia agant omnia. Atqui cogitandum erat nos destitui à Dō, reici ac maledici, quoties ad vetitas rationes & illitteras vias decurrimus. Omnia igitur instituta, consilia, conatus auspiciari debemus ex Dei voluntate. Semper animaduertendum est nobis quid ve- tet aur permittat, ut tori in obiectum addicti eius præceptis deinde nos ciuidem Spiritui regen- dos committamus. Alioquin infelicitissimè nobis cedet nostra temeritas. **A D I F I C E** dicit **P E C- C A T V M P E C C A T O**: quia nihil aliud in iambis illis præsidis agebant Iudei, quibus se probè munito existimabant, quam ut iterum offendenter in eundem lapidem, scelusque quod iam fatis grave erat, ingeminarent. Auge ut enim a longe grauior sit evipa, quam illicitis rationibus iram Dei effugere conamur. Verum hēc ratio præcipue in Iudeis animaduertenda erat, quod cum As- syrios illexissent in Iudeam (eos enim aduersus Israelem & Syrum in auxilium vocarant) eisdem volebat in Aegyptiorum ope devellere. Vehementer enim ab Assyriis premebantur Iudei, mercatis 2. Reg. 16.7 que ab iis poenas dabat in se infideleitatis: quod potius ad hominum quam ad Dei opem configit. 2. Reg. 17.4; sent: quod permulcere populus accidisse videmus, qui Turcam in auxilium vocarunt. Tantum ergo et 18.21 aberat ut Iudeos sui facti pœnitentet, seque iustas poenas dare agnosceret, ut etiam malum malo ad-

Jerem 5.3
Ezech 23.3

derent, ac si seclus seclere elui posset. Ideo feterius ipsi cōmittitur. Grauiore enim & acerbiorē pœnā digni tūm hominēs, qui in prauitate sūi perierant, & fūrōsō impetu iūi aduersus Deū, nec vilis monitionib⁹ aut castigationib⁹ in viam reuocari iūfūnt.

2 V T descendant in AEgyptum.) Cū detensum hunc damnet Propheta prius dictum est. Quia autem aperta crāsā, que contumacia crimen exaggerab⁹, simil repēt quōd non interrogaō ore Deū, amō prohibente ipso id facerent. Reuocat etiam iterum ad fontem mali, dum id 10 boris conquirēndi causa factum esse dicit, quōd fiduciā in viribus Aegyptiorum locarent. Hinc eſfrāns illa cupiditas fedēris inēundi Ostendebant autem hoc modo apud se parvi esse virtutem Dei, nec magnopere ipili confidere: a que aperte incredulitatem suam prodebat. Obiici poterat, homines ministros esse Dei: eosū opera, quoties opus est, singulos leḡ timē vti posse. Reip̄ odeo, sic hominum opera & ministerio vtendum, vt à lolo Deo pendeamus. Sed in iudeis alia pecularis ratio fuit. Sciebant enim vetiūm esse à Deo, ne Aegyptios in auxilium vocarent. Hoc quum faſerent, tam detrahēbant Deo quantum Pharaoni & copiis eius tribuebant. Ita Pharaonē in hic Deo non abs re oppont Ita. Opponuntur enim creatura Deo, ac veluti ex adverbio in certam statuantur, quando aduersus Deū efferruntur, vel quoties ins abutuntur homines, sive animos ac fiduciam illuc adniciant, sive appetant plusquam permittitur.

3 IN pudorem) Nunc ostendit qualis eventus impios manet, qui spreto Deo cūque Verbo, confita tequātūr quæ ipſi tecū maximē probauerint: nēpe, exitiale ipsi fore quicquid aggrediſſi fuerint, nec tanūm spē sua frustratum iūi denuntiat, sed etiam fibi magno labore perniciē & extiūm querēre: ex quo nihil præter mōrem & ignominiam contrahant. Hoc enim impiis omnibus accidere necesse est, vt tametsi ad tempus voti potiri videantur, & teundāres ad eosū volunta em fluant, tamen omnia tandem ipsi extiota sint. Atque hoc iustum est temerari p̄st̄m, vbi metas. Vt ei transfluent, nec enim vtile enīquām esse potest, quod prauis & illicitis artibus est conſequuntur. ROBVR PHARAONIS per concessionem vocat, acsi dicere, Existimatis multum in Pharaone esse præsidū: verū d'ecori vobis & ignominiae cedet. VMBRA Aegypti qua vos concedunt in p̄tabāis, vos pudore suffundet. Ergo ad eorum sententiam vtrumque referuntur, & quia nō plus est quām pudor, postea amplificandi causa etiam additur.

4 F E R V N T Principes eius in Zōan) Non solūni expeditam fuisse Aegyptiorum opē dicit, cōque in auxilium vocatos, sed plus quiddam exprimit: nēpe, magnis laborib⁹ & iūmprib⁹ Iudeos id consequturos esse. Difficilia enim ac lōgā timentia & cōcipienda fuerunt. & magnē molestiē subeundā, immunes etiam iūmp̄s iūfūnt, vt in extremas, quas hic non: nōnat, cōvictates Aegypti donis onusti peruercent. Misiunt autem in hanc legationem non vulgares aut plebeii homines, sed Pr̄incipes & magnates. Ideoque aīprior est oburgatio, quōd feruīter captauerint feedus Aegyptiacum, & supplices vagati sint per varias partes. Tenenda etiam est memoria antithesis quam prius annotauimus. Haud longē quārendus erat Deus, haud magni erant iūfūpiendi labores, nec faciendi iūmp̄s ad ipsū inuocandum. Inuitabat ipſe sua promulgatione. Hæc requies mea: nec fūstra se illic inuocari cestus userat. At milīri conēpto Deo tēle torquere, & in extremos terrā finis excurrere, quām oblati oportent auxilio frui maluerunt.

5 O M N E pudeſſen) Confirmat imperiō tententiam, quoniam difficile admodū est persuadere nūp̄s exitiale ipsi fore que quid abīque verbo Dei iūfūperint. Deus autē quōd grauius ipsos puniat, propter aliando iūfūcēdūm p̄abet, v̄magis ac magis hallucinatur, ſequētū ipsos pr̄cipit. Iusto enim Dei iudicio accidit vt his illecebris eos capret Satan, atque in nassas suas impellat. Atqui tandem accidit vt non tantūm expectato auxilio p̄iuentur, sed etiam graues dent peinas & audacieſ ſux & infidelitatis Minatur autem nō modō fallaces Aegyptios fore, ſicuti iūp̄s ſe quos laetarunt vanis promiſis, vel deterunt in ipia necessitate, vel etiam perfidē euerunt: sed vt maximē conentur fidem daam p̄aſtare fore tamen mutiles. Nam vt strenue le nobis impendant homines, quia tamen eventus lunt in manu Dei, nihil proderunt nisi ipso beneſcente. Erat hoc difficile creditū quoniam lo jūrus est Propheta, in gente adeō potenti nihil esse opis: sed omnino hoc nobis fixum esse debet, quicquid vtilitatis in mundo nobis affulget, esse euāndū nō ſiquatenus Deo proprio & fuente in vīum nostrū accommodator.

6 O N V S iumentorum Austri.) Postquam inēctus est aduersus consultationes Iudeorū de petendo auxilio ab Aegyptiis, magnificos eorum iūmp̄s iūfūdet, & graues molestias quas ea ratione iūfūnebant, quā ſic maximo emebant exitium ſuum: & eandem quam prius maledictionē denuntiāt, quōd inālūpīcād pr̄ter Dei verbum iatagerent. AVSTRÆ mentionem facit, quōd iuter facerent per meridionalē plagam, ad quam repectū Iudeæ ſua erat Aegyptus. IVMENTA ergo vocat ab irnere, cāque in contumeliam hominū compellat, quōd fruſtra ipſi verba ſierent, atque obſurdētēt ad omnes exhortationes. Ideo denuntiat futurū, vt ad iumenta ipsa huius vaticinī efficiūs perueniar, tamen ſi id homines animo non comprehendēant. Ergo cū ſiſtu ſuo mina diſcretū populus, opportunē ſe ad equos & camelos conuerit Propheta: & quāuis ratione careant, ienfūros tamē non fruſtra loquuntūm esse Deum: & quā ſibi prospēra omnia fini-

geret populus in Aegypto, ipsiis quoque brutis animalibus molestiæ & afflictionis terram fore affecterit. Erat labori omni iter ac difficile, nec tamen quicquam laboris recusabant ut satis facerent infano desiderio. Imò sic eos demetauerat feruor ut nulla eos latitudine tardaret ad hanc meocommoda specialem Dei vindictam minatur Iaia, ut occurrant leones & leuæ bestiæ, LEVNCVLVS & LEO. Hoc quidem non fuit insolens aut nouum iis qui à Iudea in Aegyptum iter faciebant: sed hic aliquid extraordinarium denuntiat, & magis periculorum ad molestias & labores, ad tumultus quos facient, reglestis instinetu accedent etiam infasti occurrit, atque infestissimus tandem eorum exitus erit. Hæc doctrina nobis accommodanda est, qui simili ferè virtu laboramus: nam in periculis cœfugimus ad illuc ita remedia, à quæ nobis profutura existimamus, quanvis à Deo improbentur. Idem igitur nos experiri, atque in hæc damna incidere necesse est, nihil incredulitate nostram atque improbitatem verbo Dei coerceamus. Animaduertenda quoque & obteruanda hæc nostra intima est, qua lie abripimur ut nulli parcanus tumultui, nullum laboreni refugiamus, dum nimis feruenter stultæ cupidati & desiderio nostro obsecruntur. Hoc vel maximè experti sumus in Patria, ubi quo dum captiuus tenebamur, huc arque illic eurstantes, atque peregrinationibus lōginquis & difficultib⁹ ad variis diu nos fatigantes: interim quām maximas molestias, leues & faciles esse putabamus: nunc quin obtemperandū Deo, quum leue Christi rugum tuberculatum est, nihil tolerantiae in nobis reperitur.

7 C E R T E Aegypti.) Hic versus continet explicationem sententiae superioris. Idem enim repetit, ac denuntiat, Aegyptios Iudeos, post quam variis molestiis magis iisque eos sumptibus exhausti, nihil profuturos esse. Inane erit ipsis robur Aegypti, etiam si sterius ipsis auxilietur: omninetque vires suas conferat. Ita Iudeos ipsi sua frustabitur, leue ipsis fallent cum magna molestia, hic vel pro cautali particula capit, vel affirmat, quædam modum etiam reddidi. Postea ostendit Iudeos nihil habere executacionis, quod ita tumultuose confugiant in Aegyptum: atque vlti ò despere ipsos, quod moniti non resipiscant, omnique venia indignos esse. Hoc autem ad Deum ipsum referit, quod clamauerit ad Ierusalem: quia conqueritur te clare monendo & testificando operam tuæ similiter etiam denotat non frustra hortatum fuisse ut quieteret, sed ut obuiā net nox & calamibus quas prævidebat. Vnde vero ista inquietudo, nisi quia verbis Domini fidem habere nolunt? In summa, ostendit eos mera contumacia impelli, ut in Aegyptum confugiant, poterant enim quiescendo salutem consilere. **C I A M A N D I** verbo significat ne tantum monuisse verbis, sed etiam eastigasse: vnde maiorem eorum contumaciam atque obstinationem fuisse appetat. **Q VIE S C E R B** hic pro Minere, & domi se continere accipit, tam si postea ostenderet eos quietis animis esse debuisse. Hinc autem tumultus & fatagendi ardor, quod animis perturbati & confernati essent, nec Dei præsidium sufficere arbitrarentur, nisi Aegyptios quoque fibi adiungerent. Sic enim infidelitas eorum ioliter animos, qui non tatis honoris deferrunt potentiam Dei, ut trepidando pacem nos quam inueniant.

8 N V N C V A D E) Postquam Iudeos conuicit manifeste incredulitatis, eam perpetuis monumentis testata: am atque ob signatam esse vult: ut posteri intelligat quām præfactus & contumaciter hæc populus, & quām iure in eum Dominus animaduerterit. Diximus hunc morē fuisse Prophætis ut summam concionum suarum delcriptam valvis templi affigerent: quæ postea quam abunde patuerat omnibus ac lecta erat, à ministris sublata in archivis templi seruabatur, atque hinc Prophetarum liber collectus & confessus est. Sed quum aliquod vaticinii insigne & præ alias memorabile fuit, tunc Dominus ipsum literis crassioribus describi iubebat, ut populu ad lectionem aliceret, atque attentiorcm redderet. Hoc fieri nunc iubet Dominus, ut significet nihil hæc esse vulgare: diligenter hæc scribenda esse omnia, sum: atque attentionem desiderare: nec tantum esse legendæ, sed ita memoria hominum insculpenda, ut nullo æuo deleri possint. Nec vero dubium est quin Iaia sibi hoc vaticinio magnâ inuidiam apud omnes ordines crearit, quod eos non tantum apud ius ætatis homines, sed etiam apud posteros traducere, atque ignominia afficeret vellit. Nihil enim est quod indignius ferant homines, quām scelerata sua celebrari, ac memoria hominū hæceret: hoc indignum & nefandum esse putant, hoc omnium grauissime detestantur. Sed Prophetam parere Deo necesse fuit, tam si incurreret in odia hominum & discrimen vita subiret. In quo non tanta eius consticta est, quod nihil reformidauerit, ut parceret Deo, & vocacioni sua non deficeret. Odia, inuidias, strepitus, nimis, saltas comminationes, & prætentissima pericula contexit, ut libere & intrepidè officio suo fungeretur. Quod etiam ipsis exæplo nobis agendum est, si Deum vocant audire & te qui velimus. Addit, **C O R A M E I S**: aliū vertunt, Cum ipsis: sed melius conuenit, Coram: quia palam Iudeos irritare debuit, quibus hoc vaticinium in tabula descriptum proponebat. Vnde colligendum est, impios, tametsi nullam reprehensionem ferre possint, atque infaniant: seuerè tamen & coram arguendos esse: quanvis nihil proficiant apud ipsos minæ & reprehensiones, tamen ceteris exemplo erunt, quum perpetua infamia notabuntur. atque implebitur quod alibi scriptum est, Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo, vngula adamantina, exaratum in cordibus eorum. Nec enim est quod se elapsos putent, quum Prophetias contépserint, si que au- **Ierem. 17.2** res obstruxerint, nam & hominibus & Angelis conspicua erit eoru nequitia. Ceterum quia nun-

quam sponte eos seclerum suorum piget vel pudet, monumentū infamiae confici iubet Deus, quod in hominū oculis semper veretur. Quemadmodū ergo tolabant victoria & res præclaræ tabulis æncis inculpita probriū quod tergueriendo ludū tegebant, utbet Deus in publicas tabulas defigi. Fuit enim hoc extraordinariū, vt nuper attigi, quod tōlēni editio Prophetā tuos gētēles tradūcere iussus est. Ideoque sequitur, IN E X T R E M U M D I E M , vel quod per continuam statum seriē detestabiles reddantur, vel quia iudicis aduentu verē patet feclera impiorum, quum ipse consenderit tribunal suum, ubi ique aperti fuerint, nam quæ prius velut tenebris oculū: a & inuoluta erant, dengentur. Hic diligenter obteruandum prophetias non vnius statū seculi hominibus scriptas fuisse. His enim filiis posterisque omnes instrui debuerunt, vt sibi non esse imitādos patres inteligerent. Nolite obdurare corda vestra, sicut fecerunt patres vestri, &c. nam & hoc prophetæ Psal. 95.8 conuenit, quod de vniuersa Scriptura à Paulo dicitur: Vilem esse ipsam ad monendum, consolandum, instiuentum. Hoc autem omnibus seculis conuenit, atque necessarium est. Repudiandæ igitur fanaticorum & impiorum imaginationes, qui illis seculis hanc doctrinam propriam fuisse dicunt: his verò negant, facilius ab auribus piorum evitandi blasphemias: quia mortuo Isaia doctrinam eius vigore trœuūque afftere oportet.

9 Q U O N I A M populus iste rebellis.) Particula causalis exegeticam hīc valet: quia exponit Prophetā quid Dominus testatum posteris esse velit, nempe deperatam esse huīus populi malitiā, quia le nulla doctrina frānari iustineat. Porrò quām grauter tam vulgi quām procerum animos vulnerauerit hoc elogium, ex magnificis eorum iactantius colligere licet. quia gloriabantur fanētū & eleūtē esse Abrahāz semē, quasi Dei adoptio etatissimis quibūque secleribus tegendis velum esset. Atqui eorum flagitia proferti nihilominus in lucem & publicari Deus iubet. Porrò eos accusans quōd renuant AV D I R E L E G E M D E I , fontem malorum omnium notat, nēpē Verbi contemptum, in quo se Dei ipsis contemptus, & impietas prodit. Nugant enim qui se Deū colere fingunt, quum sint eis Veibō immorgeri. Crimen etiam aggrauat Iaia, quōd medicinā doctrinā tanandis suis morbis oblata repudient, haec de cāutā RE B E L L E S & indomitos vocat vel exasperantes, quām M E N D A C E S vel perfidos: quia aperte deficitūnt à Deo quicunque eius Veibō se tubiicere detractāt, acsi tolerabile ipsis non esset eius imperiū: ac simul demonstrant vani: ati ac Satane præstigiis se esse deditos, vt nulla sinceritas placeat.

10 Q y i dicunt videntibus.) Hic clarus deserbit, ac veluti depingit contemptum Verbi, & prōcruiam cuius antea meminerat, nec enim ludibriū solum doctrinā habent impī, sed furiose repellunt, imò opprellam penitus ipsam ac detestari vellent. Idque exprimere voluit Iaia, Nō tollū aures oculos, ienissque omnes avertunt à doctrina, sed etiam destrui cuperent, atque tolli. nā impietatem hic furore necessariō sequitur, vt ex:inctum velint quod tolerare nequeunt. Eos enim vis & effacia Verbi aucti & exasperat, vt tanquam immanes belluæ ferociam & truculentiam suam promant, libenter quidem eluderent: sed velint nolint, Deum loquentem audire, eūque maij statim reformatre coguntur. Hanc amarulentiam sequitur odium Prophetarū, insidie, terrores, persecutions, exilia, cruciatus, mortes, quibus doctrinam cum doctoribus summouerit ac deletri posse existimat. cupiunt enim homines sibi potius narrari somnia & futilis nugas, quām fidē liter doceri. Nec verò Prophetā impiorum verba refert quasi palam his vocibus videntur sed ē vt erat, & animū ipsis demonstret, nec enim ipsi negotiū fuit cum hominibus tam stolidis, vt impietatem suam ex professione detergerent. Vaferimi erant hypocritæ, qui cultum Dei iactabant, sequē immerito traduci à Prophetis querebantur. Iis Prophetalaruam detrahit, quae seū occulabāt: & quales sint detegit, quum veritati locum dare nollent. Vnde enim murmura in Prophetas, nisi quōd Deum loquentem ferre non poterāt: VIDENTES nominabārū Prophetæ, quōd ipsis revealaret Dominus quā postea ahi patefacerent. Erant enim velut in superiorē loco constituti, vt eminus & quasi è specula cernerent quid aut prosperi aut aduersi imminet. Populus nihil aduersi sibi nuntiari volebat: propterea infestus erat Prophetis, quōd dum vitia eius accusarent & acriter pungerent, simul propinquæ Dei vindictæ testes erāt. Huc pertinent ciuiusmodi verba: NOLITE VIDENTE, NOLITE PROSPICERE RECTA: non quōd ita loquerentur, vt iam dictum est, sed quōd ita affecti essent, & moderationem requirent in Prophetis, nec tam acerbas eorum obiurgationes & quo animo ferre possent. Nec enim quisquā adeō impudens fuisset, vt dicceret se feduci velle, & veritatem auerſari, quum eam summo studio querere & profiterentur: sicuti etiam hodie iactant omnes aduersari nostri: sed negabant Verbum Dei esse quod ab Iaia, aliiisque Prophetis nuntiabatur, quemadmodum aperte dixerunt Ieremij ipsum esse mendacem: atque etiam gra-

Ierem. 43.2 vius minabantur, Non prophetabis in nomine Domini, ne moriaris per manum nostram. Intolerabilis ergo ipsis erat veritas, à qua cūm discederent, nihil præter mendacium poterat superesse. Atque ita sibi vlt̄o mendacia & imposturas acceſebant. Sed fontem ipsum ostendit, eos blandicias experere dicens, adulatores enim etiam toto plausu excepere parati fuissent, libenterque passi fuissent sibi in Dei nomine aures mulceri. Atque hæc ratio est, cur imposturis nō modō exposi tū sit mundus, sed eas cupidè accepserat, quia indulgentia soueri sua vitia ferē omnes cupiunt. At-

quā

qui fieri non potest, quin ierui Dei vbi fideliter partes suas exequi student, seueri sint reprehensiones: unde sequitur luforum esse ac puerile cauillum, bi imp̄i Dei te libenter fore dicitipulos simulant, modò à rigore abstineat: perinde ac si pacientur ut in eorum gratiam mutata natura cipiunt abneget, sicut etiam Michæas non alios Prophetas dicit Iudeas fuisse gratos, nisi qui vaucinabantur de vino & sicera.

I I R E C E D I T E A V I A .) Hęc summa est, cūm repudiantur Prophetas, reici quoque Dominum ac repudiari, nec iam vnum ipsi dari locum. Hoc disimilant imp̄i, quod tantam nequitiam fateri ipsos pudet: sed nihil prōficiunt Deus enim audiri vult per eos quibus mandata dedit, vt voluntatem suam nobis declararent & administrarent doctrinam Verbi. Si igitur a diēdo est Deus, si qua ipsi reverentia exhibenda est, id amplectendo eius Verbo ostenderet debemus, vt prophetus & Euāngelio continetur. Idque ad commendationem Verbi diligenter norandum est: nam qui illud repudiant, perinde faciunt acsi Deum esse negarēt. Rursum indicatur hic causa tātae impietatis quae erimen duplicat: nempe, quod Deus nō parcat vitis nostris, nec indulget. Boni enim & periti medici officio fungit. appetunt homines blāditias, nec ferre posunt a quo animo vt Deus ip̄is minetur. Hinc sit vt Verbum odiosum sit hominibus atque explodatur. Hinc furiosa incitatio in Prophetas, quorum obiurgationes & minas ferre nequeunt, neque enim causa est curie Dei imperio subducant homines, nisi quia in flexuosis erroribus placentes à recta via abhorrent. Quare duo hęc scītē coniungit Prophetas, fastidium cælestis doctrinae & odium rectitudinis.

I 2 P R O P T E R E A F I C D I C I T .) Subiungit pœnam impietatis. Denuntiat enim illis haud impune fore, quod Deum loquentem audire noluerint atque corum contemptum magis exprimit verbo NAVIS RANDI. V R B V M I S T V D vocat, demonstratio vñs: quoniam homines libenter sibi aliquod Verbum fingerent suis moribus accommodatum: sed Deo loquenti audientiam facere nolunt, deinde tuavis invitatio Dei & exhortatio ad placidā quietem, opponitur turbulentis eorū studiis, si cuti sequitur: C O N F I S T E S T I S I N V I O L E N T I A , p v y , Hebreis rapinam & usurpationem alienorum bonorum significat: aliqui Opes male partas vertunt, qui Calumniam interpretantur, mentem Prophetas non latius exprimunt. Ego autem non refero ad opes malis artibus quæstas, sed potius ad proteruiam, qua populus ille infeliciter bat Nomen P R A V I T A T I S quod adiungitur, ad iudiciora restringi non placet, patet enim latius meo iudicio: atque his duobus verbis audaciām impiorum exprimere voluit, qua furiose & pertulante aduersus Deum insurgebant, cūm sibi bidine nūi tempus in ventum auderent. Atque vt Poetę fingunt gigantes bellum gerisse cum Deo, ita repugnabat isti Deo minanti, leque existimabāt audacia & ferocia sua manū cius facile depuluros.

I 3 H A E C I N I Q U I T A S Q V A S I R V P T V R A .) Hęc est pœnae denuntiatio, & aptissima similitudine rem ipsian exprimit Ilias. Impios enim comparat dñs filio muro, aut ventrem facienti. Quemadmodum autem tum or muri ruinam minatur, quoniam aliter considerare nō potest quām si omnes inter se partes cohererant: ita impis arrogantia & insolentia proximæ corum ruine significatio, certissimumque testimonium est: quia quod magis inflati sunt, abique soliditate turgentes sponte se prouenient, nec fieri aliter potest quin mole paulò pōst fuāruant. Insurgite, inquit, & infeliciter aduersus Deum: is audaciam & insolentiam vestram, quia non nisi flatuolus est tumor, breui evaret. Hinc monemur, nihil omnino melius esse, quām si nos totos subiiciamus Deo, atque ita colligamus omnes tenus nostros, vt devici etiā strictrāque mancamus sub eius imperio. Nam qui excussa omni humilitate tele attollūt, multos flatus colligendo seipsoſ dissipant. Dominus quidem impios tumetere ad tempus, siāque ampullas proiicere sinit, vt tandem sibi tumore suo & inanicatione, ruinam exitūmque parent.

I 4 E T E R I T C O M M I N T O .) Cūm ecedit murus, adhuc tamen ruinæ vestigia quādā apparent, lapidesque ipsi in vñsum accommodari possunt, aliqua etiam instauratio fieri potest. Hic vero Prophetas sic eos perituros denuntiat qui cōtumaciter aduersus Deum inflati fuerint, vt instaurari nequeant, si tque inutile omnino quod restabit. Ideoque similitudinem adducit valis fulgurini, cuius testē contrātē nullo modo refici aut reparari queunt. Hęc cōminations nos admodum cōmouere debent, vt verbum Dei reverenter amplectamur: cūm in eius contemptores tam graues pœnas constitutas esse intelligimus. Funditus enim delendos arque perdendos esse significat, omnēmque admittit spem instauracionis, neque immitterit: quia videmus vt Dei contemptores bis & ter prostrati, crūtas tamen attollere non desinat: quia nihil difficultius est quām animos eorum peruersa fiducia exinaniri.

I 5 Q V O N I A M S I C D I X I T D O M I N V S .) Designat hęc speciem contemptus Dei. Nam cūm in genere monentur hypocritæ, minus affecti solent, ideo Prophetas generali doctrinæ species aliquas subiungunt, quas peculiariter destinant ad mores eorum quibuscum ipsis est negotium, vt ad certum aliquem leopum colliment. Poterant enim tergiuerari atque obtendere, Cur nos tantæ impietatis accusas, quasi verbum Domini reciciamus? Obiueitur ergo ipsis hęc species, quæ & premat conscientias & retundat vanas cauillationes, Annon erat Verbum Domini, In ipso & silentio erit fortitudo vestra? cur non aequivocis Deo? cur tumultum mouistis? Itaque hęc ipsoſ conuictos tenet Prophetas, vt tergiuerari sine summa impudentia non posint, vel id facti-

ri sunt abīque profectū. SANCTVM ISRAELIS vocat quō magis ipsis exprobret ingratitudinē suam vīt intelligent quantum sibi in Deo p̄fīdium futurū erat. Deus enim custos ipsorum & qua-
si tutor esse volebat. Eo neglecto, ad Aegyptiorum open raptabat eos sua diffidentia. quæ summa
fuit & intoleranda perueritas. Acerbam igitur expostulationem continet hic titulus, quod Deo
appropinquanti idūtū clauerint. nō nulli recipiēntū vertunt: alii Quietem, quos potius
sequor. Existimō enim Prophē am̄ tūpius populo incūlcare voluisse, Dominum nihil aliud ab eo
exigere quām vt penas in eo conquecāt: nec superuacua est temēta repetitio sub duplii voce.
Dataenī opera Quietem & Requiem congereret volūt, vt populi diffidentiam & incredulitatem
magis argueret. Hęc porr̄d ien̄entia constat duobus membris. Mandato & Promissione. Lubet
nīm populum quiete esse animo deinde certam ei salutem promittit. Huic promissioni populus
fidem non habens, ita neque mandato obtemperat. Deo enim quomodo morem gereret, cui non
credit & eius promissis non inmittitur? Nihil ergo mirum est pace ipsoſ & trāquillitate priuari. Ea
enī sine fide constare nequit. Fides autem sine promissionibus esse non potest: quibus demum
apprehensis, animi inquieti & turbulenti sedantur. Sola igitur infidelitas generat ista perturbationē
nīm. Vnde eam merito reprehendit Prophēta, totūq̄que mali fontem esse ostendit. Tamē si vero
non sit eadem omnino cum Iudeis nostra conditio, tamē nos quietis animis suam opem expecta-
re. Deus ubet: ne tumulū uemur, aut anxietate perturbemur, etiāq; promissis diffidamus. Hęc doctrīna
omnibus piis communis esse debet. nihil enim aliud molitur Satan, quām vt eos perturbet, ar-
que ē statu deiciat. Sic iampridem admonuerat Mōses, Vos taecbitis, Dominus autem pro vobis
Exo. 14.14. pugnabit: non quod ipsis dormire vel otiosos detidere veller, sed hanc in ipsis animorum pacem
requirebat. Hae si prædicti sumus, experiemur nobis in ea latus esse p̄fīdū: si minus, levitatis no-
stræ & temeritatis poena daturi sumus.

16. *se dixistis.*) Ostendit quomodo salutem Domini placidē expectare noluerint: nam ad Aegyptios
configurare maluerint. Est autem hic pulcherrima *περιέργασις*, qua eorum verba confi-
dentia plena in eos ipsoſ reflectat. Nam **F U G E R E** p̄ Eudere primo loco ponit: eccl̄do pro Fu-
gam capellere. Aiebant Iudei melius esse si in tempore præuentirent discūlū quod proximē im-
minebat: optimē igitur consultum fore, si Aegyptiorum auxilio vterentur. Vos certē, inquit Iāias,
fugietis, non vt perfugio sit locus, sed vt detis terga vōique equites velociores persequantur. Nunc
etiam magis peripciūm est quale vitium hic notet Iāias. Et præcīsa negatione significat quām
peruicaciter abnuerint se obtemperaturos consilio quod cīs dabatur à Prophētiis, & sibi alio mo-
do consilere malebant. Ita neglecto Deo, inanem salutis speciē, quam sibi opinione finixerant, p̄-
ferebant. Avertendū igitur sunt mentes nostræ à p̄fīentium rerum & extēni auxiliū confūctū, vt
in Dū penitus defigantur. nam tunc demum ipſi fidimus, cū externa sumus ope defūcti. Licet
quidem vīt subfīdio rerum p̄fīentium: fed ita peruersi sumus, vt derelicto Deo, his penitus abuta-
mōr. Ceterū obseruandum quoque est, quām infelix sit exitus eorum qui externis auxiliis magis
quām Deo fidunt. Omnia enim ipsis aduersa & eorū opinioni contraria accidere necesse est. His
enī, vt videmus, pro perfugio fuga ignominia plena & tamen inutilis capessenda est. Initio forte
prosperatius euentus appetit, sed vt deinde commutatione rei grauior atque tristior exitus sen-
tiatur. Nec verō negat Iāias auxilium ipsis affuturum ex Aegyptio: sed denūtias nouas fore Domi-
no rationes, quibus ciuitati auxilia euertat: ita vt manū ipsis effugere nō possint. Nam etsi cō-
spirent viuētū homines, nihil tamen aduersus Deum & eius decreta efficient.

17. *M I L L E (quasi) vīsus.*) Quoniam Iudei ob suam multitudinē confidebant suis viribus, vt ho-
mines solent cū aliquā potentia prædicti sunt: ideo Prophēta quicquid habet intus p̄fīdū, nibi-
lo plus quā externa auxilia profuturū ipsis denūtias. quia Dominus animū ipsis franget atque adi-
met, ne copiis suis vīt possint. Quid enim arma & ingēs hominū multitudō? quid iuuāt arcēs & pro-
pugnacula, vībī fracti animi & cōsternati sunt. Ergo nō aliter fortes & robusti esse possumus, quām
si nos Dominus muniat Spīritu suo & cōfirmet. Hęc autē sententia occurrit etiam sūpīus in Legē,
Deut. 28.62. Futurū scilicet vt cū auersi essent à Deo, ingēs eorū numerus à paucissimis hostibus fugaretur.
Verūm hoc inter Legem & Prophētas diuerūt est, quōd ei q̄z Mōses in genere significauit, hī
in vīsum accōmodant: quemadmodū alibi diximus. Proinde hic dīo notanda iunt. primū, tantum
nobis fore animi, quantum Dominus dederit: nam protinus exanimātur, nisi nos sua virtute susti-
neat. deinde: iusta Dei vītione effici vt terreamur ab hominib⁹, cū à nobis impetrare nō potue-
rit vt ipiū timeamus: cūm Dei sermonem & monita contempserimus, vt hominū vocibus & mi-
nis territi coneidamus. Sed hoc quoque tertio addi debet, haud magno apparatu Domino opus el-
le, quo nos castigē: nam si vel digitū ūolum aduerūm nos tollat, perimus. Exigu & pauci homi-
nes iūsſicēt ad nos perdendos, etiam si instrūctissimi, magnōque in numero sumus. deinde non an-
tē finēm clādībus fore denūtias, donec redacta sint ad extēmā necessitatē, atque in horrenda va-
stitate terre, rara quēdā signa misericordia Dei perserūt. Quod dicit, *Q V A S I M A L V S I N V E-*
R T I C E M O N T I S, duobus modis exponi potest. Nonnulli similitudinē cōfīsī arboribus deducētā putāt:
nam dum cōdūt ūylua, relinquātū proceræ arbores, quæ ad vīum naualem aptari possunt. fed nō,
accipi etiam pro Scopulo vel Promotorio probabile est, cui impactū naues adhæreſunt: ac deinde

in iis malis, naufragii signum, conspicitur. Subiicitur alia similitudo à trophæis sumpta, quæ proficiatis hostibus eriguntur. Denique tantæ patientiæ fore significat, ut quod iustabit maximæ sui rupiæ vestigia. acsi diceret, lingens hæc multitudine vestra oculos vestros perstrigere, ut accidet rata dissipatio atque immunitio, vt nullæ populi facie retineatis. Hic monemus quâns sumus nos ac modestè gerere debeamus, et si magnæ nobis fuerint opes & copiae, nā si esteranur animos, taci le tuperi biam nostram contundet Dominus, seddetque nos fœminis ac pueris, mulliores, vt ne ho-
stis quidem vnuis conpectum iustinere possimus, tuncque robur nostrum inflatur mutuus liquebat.

18 PROPTERE A expectabat) Nunc consolacionem subnent Propheta, nam haec enim hi min-
natus est, vt pri feret omnes indeperatione contagi possent. Lors igitur animos sublevare, atque in
spem nichil erigere voluntari in mediis hinc muerit, Dei misericordia amplexi, animas tuas eius
Verbo alicant. Hanc expectationem opponit nimis festina ratione quā initio capitulū invenit est, nā
populum illic reprehendit, quod festinaret ac tumultuaretur, cūmque infidelitatis damnauit. nunc
verò contrà exprophrat Dominum pro illata sibi cōtumeliam par pati non relaxari, nec ita propera-
turum ad ipsos puniendos. Alii exponunt, Expectare iubet, id faciat. Verum ille sensus quæā tali mihi
conuenientior videtur. Vt planior fiat, hæc sententia, fundamento hoc statuendum est. Deum si-
bi moderari in exigēdis peccatis, quia ad elementū propensus est: quod per nomen iudicium intel-
ligit. nec enim tolunt animaduersiones, sed etiam moderationem significat, quæ in castigando adhi-
betur, quæ ad modū habetur Icer. ro. Castiga me Domine, led in iudicio, non in ira tua, ne forte con-
terat me. Itē, ca. 30. Non consumant te, led castigabo in iudicio. Ita Seueritati iudicium opponitur,
cūm Dominus animaduertendo in fidèles modum adhibet, ne ipso consumat qui, scilicet per eorum fa-
luis rationē habet. Ideoque, vt inquit Abacuc, in medio iūre misericordia tua recordatur. Non est *Iudea* 10. 24
igitur similius nobis, non tumultuatur, nec festinat, alioquin singulis momentis pereuadū nobis esset;
sed placide expectat. Nec Iesus est confirmatio quā addit Dei gloriæ speciem exercere dū ignotis
populo tuo. Pro eo quod potius, EX AL TABITVR Y. T SIT VOBIS PROPITIVS, aliis virtutib;
Dum vobis fuerit propitius. Ego vero priorem interpretationem melius conuenire puto, cui enī
respondet particula b. Dominus videtur iacere aut dormire, quandiu populum tuū impiorum iniu-
riis premi finit. Atque hic est cōmuniſ Scripturæ loquendus, Sedere ipsum, aut orationem iacere,
cūm Ecclesiā suam non defendit. Quiescere ergo videbatur, cūm siā Chaldaicis laxasset ad op-
primendos Iudeos. Ait igitur Propheta, Conflurget iterum Dominus, & consecedet tribunal, quorū
sumuntur vobis propitius. Quod pronuntiat BEATOSESC QVI EXPECTANTE VNI, infertur ex
proxima sententia, vbi vocant Deum iudicii. Quā itaque sibi ita reperat, hinc horatur eos ad to-
lerantiam & expectationem, atque vtitur participio verbi quo prius vltus erat. Ipsi vero disidentiæ
virtutio laborabant, mira quæ inquietudine & mentis perturbatione agitabantur, eos enim misericordia ve-
xabat ita incredulitas, ita vt Deum pacato animo expectare non possent. Vt medeatur huic virtutio,
EXPECTARE ipso, id est, sperare iubet. Spes autem nihil aliud est quam fidei perseverantia: dū
seculis placide sustinuimus donec impleat Dominus quod promisit. Dum vero beatos fore pronun-
tiat qui plū patienter expectabunt, & diuerso miseros & infelices esse significat, ac tandem peri-
turos, qui impatiens abripi se sinunt, neque à sceleribus & impietate sua respicunt, nulla enim
sine ipso in Deum salus aut felicitas esse potest.

19 CERTE populus) Confirmat superiorem sententiam, quod populus quidem affligetur, sed
revertetur tandem in Sion. Hoc autē post decastrationem vrbis & totius regionis incredibile eiat.
totus enim populus interisse videbatur. Promittit tamen Propheta superstitiæ fore Ecclesiā. In ci-
pitā monte Sion in quo templum situm erat, atque futurum dicit vt illic adhuc inuocetur Domi-
nus. Addit etiam IN IERUSALEM, quo amplificandam & propagandam Ecclesiā esse signi-
ficat, rurūque instauranda quæ prius vastata erant. Interea admonet iterum populosam fore Iero-
soliyam: quia ibi sacrarū Deus sibi elegerat. Quod autē proximè sequitur, FLENDONON FLE-
BIS, significat hunc mororem non fore continuū. Oportuit enim Ecclesiā, id est, ipsos omnes in
tam misericordia statu, ingentis misereore affici, sed hos luctus finē habituros dicit, quo enī
sensus dicitur in Psalmo, Qui seminant in lacrimis, in exultatione metent. Dominus quidem nos *Psal 126. 5*
magis angoribus constringi sinis: sed tandem exhilarat, & gaudii materiam afferit, dum, instaurat
Ecclesiā suam. Hæc enim vera piorum lætitia est. Ceterum, quia vbi sensus vindictæ Dei
occupat, difficile est quicquam solatii accipere: in illius misericordia consolationis materia
proponit, quia timendum non est quin ipso placato statim redeat lata serenitas. Atqui, vt iam ci-
tauimus ex Propheta Abacuc, in ira sua misericordia recordatur Dominus nec vnguam ita lauit *Abac. 3. 2*
in ipsos, quin moderetur & temperet iūtus, modūmque plagis adhibeat. Simul vero Propheta mo-
dum impetranda gratia ostendit: nempe, A D VOCEM CLAMORIS TVI, quod fideles exeret
ad precandi studium & ad anxios gemitus sollicitus, nam si nulla sit resipicentia, si veniam à Deo
non petimus, ipsius misericordia omnino indigni sumus. Ergo si volumus colligi Ecclesiā, &
vindicari ab interitu specie quadam resurrectionis, clamemus ad Dominum vt gemitus nostros &
suspiria exaudiat, quod si nullo dolore stimulemur ad precandum, non est quod ullam ab coleua-
tionem expectemus. RESPONDIRE, nihil aliud hic significat, quam sui benevolentia & au-
xili documentum date, nec enim voce responderet Dominus, sed effici. Ne tamen existimemus

cum statim obtemperare votis nostris, quæ sive importuna atque intempestiva sunt Aderit certè cùm expediat ut vobis Dominus.) Pergit in eodem argumento, & confirmat pios ne deficiant, quia paenitentia ex ipso melioris exitus nascitur. Ideoque ad futuram castigationem eos comparati: quia ad tēpū eos vigebit ita Deus, sed mox promittit eis, ubi calamitas, & stas & ærumnas perpepsi fuerint, & tunc exiunt in ista, e qua tunc iugore iuum Deus cohibebit, & tunc accipio pro Vbi vel Postquam ac dicere. Quomodo pertulenter istas grummas, & tunc benefaciet vobis Dominus. ut sit. ù enim statum in melius communabit. Quod m̄is quidam pro Doctorate accipiunt, non quadrat. Et si enim praeceptus nostra cum Deo reconciliationis fructus est fidis habere doctores, quia tamen etiam sum vulgas fame & media magis tactum fuerat, ad hanc ruditatem verba attemporans Iahas, ut b. vietus copia gustum paternitatis gratiae præberet. A N I S & A Q U A E nomine significat extreman penuria & inopia rerum omnium: deinde a F L I C T I O N I S & T R A B V I L A T I O N I S vocat. Eius penurie loco, beatitudine & affluentiā misericordia dicitur, que p l u v i a e nomine significat. Causam enim exprimit pro effectu: ac si dicere: Terra fructus afferet copiosos: iudicis poe illius terrae respectu propriè dictum est, quæ non aliunde fecundata est, ut am quād ē cœlo expectabat. Nec enim fluvii aut fontibus, sed pluviis in iugabatur. Annona ergo quam sterilitate ademerit aut immiserit Dominus, reddituram asserit, quia ex pluvia copia larga libertas proveniet. Cum igitur in nos animaduertet Dominus, his timentias & promissis animos nostros sustentemus.

21 T V M aures tuae.) Fuit quidem illud non spernendum quod vbera frugum prouentus promisit, sed haec præcipua lenitatis & gaudii materia est: nempe, cum sanam & puram doctrinam nobis restituit Deus, nec enim villa est tristitia penuria, quæ nos adeo terrere & turbare debet, ut Verbi. & certè quād præstator est anima corpore, tanq; magis pertinet cenda hęc famis, quæ admodum etiam moneret alius Propheta. Hoc ergo Isaías pro summō beneficio Iudæis pollicetur, ut paciantur Vtib; bo, cuius inopia prius graviter premebanter Iacob. & Pseudoprophetæ Verbum & maiore quidem supercilio quād pri doctores, opimios & directores haberi & dici voluit: sed abducunt in ei rotein, utque in extium tandem præcipitant. Verbum autem quo recta via monstratur à solo Deo est, sed parum efficeret apud nos, nisi simul promitteret se nobis daturum aures. nā alioquin fudos compellaret, ne quisquam præter somni audiremus. Quod ergo se a T E R G O M O nitorem fore prouocat, qd vsque extendi debet quod non frustra nobis verba fundi patienter, sed mentes nostras & animos intus per cellet, ut in veram obedientiam formentur, nec enim sumus natura dociles, nōque ab eius Sp̄itu reformati omnino necesse est. Enphantice ergo verbum a v d i e n d i ponitur. Deum vero hic pædagogo comparat, qui pueros libi ante oculos statuit, ut eos melius formet atque regat. In quo mirum Dei erga nos affectum & tollititudinem exprimit, quæ nō iat; habet nobis præceps, nō etiam intuitu tuonos gubernet. Ceterum admonet Propheta extra errandi periculum esse qui Deum sequuntur ducem. Nam hortandi verbo, A M B V L A T I O N E, additur pergēd: aleritas, ne hystano, ut fieri solet, iter moretur: sed quod adiungit de DEXTRA V E L S I N I S T R A, absurdum videri posset, nam cū Moses viam populo mōstrauit quia incederet,

Deu 5.32, simile exceptis, ne ad dextram aut sinistrā declinarent. Recta enim via est, nec villa diuerticula quæ renduntur. Quid ergo sibi voluit Propheta? Respondēo, hic alio sensu Dextræ aut Sinistre facere mentionē. Intelligit enim omnis generis consilia quæ nobis incunda sunt. Ea autem sunt varia, ut diversa cujus sunt genera vivendi, & multiplices cuique difficultates occurrit, utque ex rebus ipsiis capienda sunt deliberationes. Dextræ ergo & sinistram vocat omnes humanae vitez actiones, qualecunque sunt: ut quicquid aggrediemur, dirigantur Deo duce, semperque ab ipso, sive ad dextram siue ad sinistram eundum sit, instituta nostra auctoripemur. Atque hinc eximia ad nos consolatio reddit, quod Dominus saepe incepit nostris, gressuque nostros diriget in qualunque partes flecentur, si modò nos à via quam monstrat non deflexerimus.

22 T V M profanabit) Hinc apparet quād non irrita futura sit cælestis directio: quia erroribus valere iatis ad Deum pure colendum animos adiungit. & distinet externam profanationem sinceras pietatis exprimit, qua pslam facient fictitiis idolis te renunciasse. Nam cū simulachria & statua instrumenta sint idolatriæ & superstitionis, ea exhortescunt & abominantur qui verè ad Deum conuersi sunt, & quantum in te est ipsa profanari: quemadmodum Iehu fecisse legimus, qui profanauit altaria Baal, atque ex eius templo elocauit. Eius & similiūm exēpli pīl Principes & Magistratus sequi debent, si vrum pœnitentie fūc documentum dare velint. Pœnitentia quidē in corde sita est, & Deum testem habet, sed à fructibus demonstratur. Eorum speciem hic vnam pro omnibus commemoaurit Iahas: nam in genere testimonium verè pœnitentie notat, quo significat homines se abominari omnia quæ pugnant cū cultu Dei. Nec vero dola profanari dicit, quæ alioqui faciat: qui enim fieri esse potest id quod Deo contumeliam est, atque homines immunditia sua contaminantur: sed quomodo homines falsa opinione sanctitudinem iis aliquam affingant, ideo dicit profanari ipsa, ac veleri res contemptissimas & spuriissimas contemni ac relici oportere. Porro & ARGENTUM ac AVRUM in scvlptilibus nominis, significat nullo detrimento aut damno impediri fideles, quomodo idolorū cultum detestentur. Multi enim retinentur his cogitationibus, quomodo idola penitus abiiciant, quod vidant sibi aurum aut argentum, aut aliud

quidpiam deperire, atque ita idola retinere, quam minimum iacturæ sustinere malunt. Irrititos enim ipsos tenet avaritia, ut peccare iponte, & inquinamētis illis ite cōipurare malint, quam hoc aut illud amittere. At omnia cultui Dei posthabenda erant. Parvi faciliū autem, abiectiēdē gēmā, & quidvis pretiosum fētēre debet potius quam talibus flagitis nos inquinari putamur. Nihil demique cātē astimationis esse potest, quod nō vileteat et que nihil apud nos sitē debeat, cūm de cœtendo Saranē regno, & restituendo cultu Dei agitur. atque in eō vere demonstramus, an a-nimis nostris amor Dei & religionis infideat: vbi nos ierita per certa nostrā incitā decessatio ad omnes tordes abiiciendas impedit.

23 & 24. Tū uadabit (Deus) pluuiam. Itēnā à fructu docet quam optabile sit ad Dū cōuerti. si quidem hic resipicentis fructus est, quid conuersos in gratiam recipit, cōque p̄f. qui ut tua benedictio, ut nihil ipsi desit, sed potius omni beneficio genere cumulantur. Quidammodū enim tristitia & calamitates proficitur ab ira Dei, quem in celibus nostris provocamus, sic ubi pīcarus est, omnia nobis prosperē cedunt, omneque genus benefice. & ex hī beter. sicut etiam Lex plenius testatur. De pluia quidem paulo ante loquutus era, ex qua ipsiādus era liberalis vi-
etus: quia non tenerat ordinem à terrenis & caducis bonis incipiens, ideo nunc doctrinā, quā spirituale est alimentum, iubescit quād ad corripūbilis vīg vitū pertinent. Nā pīetas quānū promissiones habeat tam præsentis quam futurę vitā, priorē tamen loco in cœlū aperiāt. Hinc etiā 1.Cor. 3. 7
discamus, frusta laborare homines colendis agris, nūlī Dominus pluuiam ē ex eo mutat. Irrigant ab ipso labores nostros, sique incrementum dari necesse est: alioqui inane erunt. Pluuiam autem nō alhunde expectamus, quām ex benedictione Dei cui, si vberem fructū colligimus, acceptum ferri debet. Hīc præterea collige nihil nobis defūrū, atque vberim os laborum nostrorū sīt & us paratos esse, si ad Deum conuertimur: & quid sāpe in dignis & laboramus in opia, id vitio nostro fieri, quid Dei benedictionē malitia nostra repellimus. Ne ergo vilis alii cautiſ sterilitates & famas, quām culpa nostra asligemus. nulla enim tanta hominum multitudo esse potest, quin terra iis aliendis & sustentandis tunciat: sed eius finium virtus & felicitibus nostris præcludimus, qui nobis alioqui pateret, omnīque generis fructus abunde promeret, vt vitam felicem & prosperā degremus. Neque parū facit ad amplificationē gratiā Dei, quid addit etiā FECORA. Nam sī in mu-
tas etiam pecudes effundit beneficētā suā, quād magis in homines quos ad imaginē tuam crea-
uit. Mirum verò non est sī bruta animalia, quā in usum hominū creata sunt, vñā cum suis dominis eiurū perforant: & vbi hominibus propitius est Deus ad ipia quoque pertueriat benevolentia ac-
cellio, quod idē proximo versu repetit & cōfirmat, P A L E A M P I N G V E M & M V N D A M B O B V S
& A S I N I S promittens. Atque hāc sententia ex Lege sumpta est, cām quibenter sāpis usurpat
Prophetæ, vt discamus in pecudum quoque macie & defectu iram Dei compicere, cōque arden-
tius expetere cum ipso reconciliationem, vt domos nostas repleat cius liberalitas.
Deut. 28. 15
Psal. 36. 7.
Gen. 1. 27

25. Et accidet.) Cūm Prophetæ regnum Christi describunt, similitudines à communī homi-
num vita mutuari solent, nec enim aliter veram felicitatem filiorū Dei exprimere possunt, quām si velut imaginem proponant carūm rerum quā sub aspectū nostrū cadunt, & quibus homi-
nes beatum & felicem statū estimant. Hāc igitur summa est, Beatos fore qui Deo parent, & Chri-
sto Regi ſe ſummittunt. Hāc autē ſelicitas ex copia & abundantia rerum externarū estimanda non est: quarum penuria ſāpe laborant pii, neque tamen eō minus beati sunt. Sed allegoricē ſunt iſtæ locationes, quibus Prophetæ ſe ſed ad ruditatem nostram acomodat, vt iis quā ſenſibus nostris percepientur, maiora & præstantiora, quām quā ingenii nostris cōprehendi possint, intelligamus.
RIVULOS porrò & fluentia in montibus fore dicens, amplificat adhuc affluentiam illarū & co-
piā quā tuos locupletabit Dominus. Nullā ſeant aquæ in cæcuminibus montiū, quibus nihil ſic-
cius aut aridius eſt, valles quidem irriguæ ſunt & affluunt aquis: ſed rarissimum, vt aqua in
fastigiis montiū ſeatur. Hoc tamē promittit Dominus, licet fieri nullo modo poſſe videatur: ſed
hac loquendi forma nos ſub regno Christi omni ex parte beatos fore denuntiat, nec ullum fore lo-
cum, in quo omnis generis bona non ſuppedit: nihil tā ſterile, quod ſeāndū ſit, benignitate nō
reddat, vt vbiq̄ ſealiter agere licet, quā profectō re ipa experirentur, ſi plenē nobis imperaret
Christus. Conspicua enim vnde quā nobis fore et eius benedictio, ſi morem ei ex animo atque in ſolidum gereremus: omnia fluenter ex animi ſententia, atque vniuersus orbis & quicquid in eō eſt,
commodis nostris interuret: ſed quoniam longē absumus ab eiusmodi obedientia, gūſtum tan-
tummodo tenuem eorum bonorum habemus, atque catenū ipſis fruimur, quatenus in nouitate
vitæ profecimus. Per diem occisionis alterum diuinī favoris ſignū notatur, quid ſuos Deus
tutus ab hostiū violentiā ſecū ſique præstabat: & hoc modo fidē priori vaticinio conciliat Pro-
phetæ: quin alioqui difficile creditū fuifet, mācipiis & exilibus ita bene fore. Hic ergo de cāde im-
piorum loquitur, acſi dicere, Non tantum vobis benefaciēt Dominus, ſed hostes eum vestros
profligabit. Omnes ferē existimat Prophetam hic loqui de clade quā impio Regi Sénacheribil-
lata eſt, cūm Ierosolymā obſideret: ſed quā propius expēdo, malo referre ad excidiū Babylonis. ta-
metu enim multitudine ingens delecta eſt fūto & profligato Sénacherib, populus tamē nondum li-
mata eſt, cādū 37. 35. &
y. iii,

beratus fuit. Hinc monemur dei perandum non esse, etiam si hostes numero, praesidiis, copiis, munitionibus praevalent: Dominus enim facile profligare ipsos, & Ecclesiam leuiare potest: etiam si ad tempus iniungere ipsos & pro libidine omnia agere pacatur, ne terreamur eorum potetia aut rabi, neque ob paucitatem nostram animis cecidamus, nam neque iuis copius, neque propugnacu- lis, nec furore aut intolentia consequentur, ut manum Domini effugiant.

26 ET eric lumen.) Non satis fuit Prophetæ vulgare foederalis statum descripsisse, nisi ex- traordinarium aliquid adiungeret. Dominum enim natura ordinem in hac beneficentia & libera- litate iuperatur dicit. Numquam verò accidit ut augeretur splendor Solis, nisi quom iub Iotau Sol^{Iof. 10.12.13} stetit, ut spatiu daretur ad periequendos hostes: & quom in gratiam Ezechiae, retroactum est ho- ^{2. Reg. 20.11} rologium, id est de his nunc sermo non est. Imo nō tractat Prophetæ de prorogando Solis cursu supra Intra. 38. nostrum horizontem, sed de augendo incepit plenum eius fulgore. Docet enim qualis futura sit con- ditione piorum sub regno Christi: nam Dominus aliqui malos non minus quam bonos Sole suo il- lustratis verò agitur de felicitate que impiis communis esse nō potest, alia est liberalitas que pro- mucue in omnes excutit, alia que piis est propria & pecularis, sicut dicitur in Piat. Magna multi- tudine bonitatis quam abscondisti tibi, abuste. De hac loquitur Ieremia, atque vt etiam exprimat, à rebus non similitudines mutuantur: Iaque tanto Dei splendore illustrandoz elie pios significat, vt si coaceruarentur septem Soles, corū splendor longè minor isto sit futurus. Porro ne malorum, quibus paulo post obrutus fuit populus grauitas fidem abrogaret hunc dictum, inicitur etiam altera pro- missio, Deum forte instar medici ad sanandas tuorum plagas, vnde tequitur castigandum populum, & plagis quodammodo ad pacientiani præparandum tuisse: in modo sic conteni ac comminuī ope- ruit, vt in nihil propemodum redigeretur. PER C V S S I O N E M ideo addidit, vt non leue fore habeat contritionem significet, similis enim fuit corpori multis plagiis confessio ac confessio. Si quando i- gitur durius à Domino tractari videbimus, haec vaticina memoria repetamus, Dominus alligabit vulnera nostra, quæ aliqui lethalia esse videbuntur. Quod si roget aliquis, cur Dominus tam ferere castigatio suos, recipiendo, parum proficere ipsum erga nos, quum minus agit, vita nostra radice inhaeret, ipsiisque medullis infixa sunt, nec nisi aperiore & penetrabiliori scalpro evelluntur:

27 E C C E nomen Domini.) Exitum minatur Assyriis, qui tunc præcipui Ecclesia hostes fuerunt: Omnes quidem propemodum vicini molesti erant Iudeis, sed quum Assyrii opibus præua- lerent: & potentia, ideo solos ferre illos commemorant Prophetæ cum agitur de hostibus & deinde Babylonios qui monarchia ad te traxerant, quanquam, vt alibi videbimus, per synedochen Chal- daeorum per Assyrios notatur. Porro sub DEI NOME ipsum Deum hanc dubie significat: sed v- titur haec periphrasis, quod Assyrii, etenimque populi deos aureos & argenteos colerent, atque Iudeos ludibrii haberent, acsi coluisserint inane nomen Dei, nec eum villo simulacro, vllave effigie aut specie representarent: quemadmodum etiam aduerterit ipsos quidam scripsit:

Qui pars nubes, & celi numen adorant.

Ira semper à visibili aspectu impiorum & profani homines Deum temerat: contrà Prophetæ ad nomē il- Exo 34.6 lud Dei prius reuocat: Deus ille qui se nomine suo vobis patet, quem non palparis, neque cernis- sis, is veniet, vestralique iniurias vlesetur E LONGI N Q V O. Hoc etiam addit per concessionem, nam quum impi manum Dei non sentiunt, eum longè abesse putant piorū fiduciam, vt inanem, rident. Ideo Propheta ex impiorum opinione loquens, ostendit Deum, quem longè abesse existimabant, aduentur umiam iam aduenire, atque propinquū esse. Hoc enim significat particula nra, quæ op- ponitur dictioni p̄t̄. hoc etiam modo fideles iubet transcendere omnia obstacula, vt ipse sua ad illud quod promisit auxilium perueniant. Iam vt sciatur nomen Dei non frustra neque absque ef- fectu celebrari in Iudea, formidabilem eius potentiam describit, nempe quā ad profligandos Ec- cleiam hostes conuerteret. Nam fideles suos compellans, vt eos ad fidem animet benignum te præberet, humanum patientem, tardum ad iram, elementem: impiis verò nihil præter horrores & metu pro- ponit. Et quemadmodum impi ad Dei mentionem perhorreant: ita pii bonitatis ciuis sensuille- ati, conquefecunt in ipso, nec turbantur eiūmodi terroribus. Quo docemur perstandū assidue in timore Dei, ne talē ipsum experiamur, qualē à Prophetæ hic descriptum cernimus G R A V E E I V S O N V S. id est, Dominus secum afferet horrendas clades, quas impi ferre non poterunt. Onera enim vocat pœnas, quæ impiis infliguntur. LABIORVM & LINGVÆ nomine idem significat. Sed cur potius ea quā manus nominant? quoniam impi rident omnes minas, quæ proferuntur ex verbo Dei, & pro fabula dicunt quicquid à Prophetis nuntiatur. Iuo igitur damno tentient non exire inanem sonitum ex sacro Dei ore, nec vacuum esse tonitru ad serienda tantum aures, sed quanta sit vis eius. Verbi quoq; contempnerunt, tandem experientur.

28 ET spiritus eius.) Pergit in ea denuntiatione quam cœperat: futurum scilicet, vt castigetur quidem Ecclesia, sed ita vt Assyrii penitus intercant. Eos enim Spiritu Dei in abyssum mergendos esse ostendit, vel potius Spiritum ipsum similem esse profundum torrenti qui ipsos absorbeat. Aliam Flavum interpretantur: vt sit allusio ad procellam aut impetuosum ventum. Vtitur deinde similitudine C R I B R I, quæ fatus frequens est Scripturis. Cribro autem exagitatum Assyrios dicit, vt eos excutiat atque abiciat. Ideoque adneit epithetum VANITATIS: id est, inutili-

non ferandi causa, sed perdendi. nam alioquin suos quoque Dominus cibibrare solet, ut in horreū tanquam pura grana colligat. Tertia similitudo est F R A E N I, quo subinde superbiā impiorum Matt. 5:12 & proterviam coeret: denique us iudicem scit ostendit. Suos quidem Dominus etiam fieri nō cohibere & donare solet, ut in obsequiū redigat. Impios vero sic comptinuit, ut praecepites in exitium impellat. Hoc enim significat, cūm art, RARE faciens, quemadmodum feci, occidentes eque hic atque illic à tolleribus agitari solent, & quod magis calcitrant, eò vehementius impelluntur, ac tandem ut sic constringuntur impii, ut in tranquillum ruant, quemadmodum etiam præclarę à Davide Psal. 32:4 determinat. Hę portio similitudines cō pertinet, ut intelligamus nō esse Psal. 32:9 Domino illudendum. Nam etiā ad tempus dissimuler, experiemur tandem verum esse quod dicitur 10 Propheta: nō empe, solum eius flatum ad profetūnendos impios instar torrentis futurum esse, quo subito demergentur. Deinde cū non admonet gentes cibis omenti vestimentas esse, timendum, ne si in nobis prater palcam nihil reperiatur Dominus, in sterquilinium abreciamur. Postremo notanda est differentia, quae est inter filios Dei & reprobus: ut roque enim castigat Dominus, sed diueris modis. Illa enim ut purgantur ac feruentur, hi ut agantur præcepites ac perdantur.

29 E T ETI VOBIS CANTICUM.) Hie testatur quidquid penitentia minatus est Assyriis cessum in Ecclesiā latulēt, quia Deus iniurias suis illatas non minus ferere volebatur, quam si ipse latuit esset. In quo immensum erga tuos amorem & benevolentiam testatur, dum in eum gratiam dignatur arma inducere. Vnde colligendū est minimas omnes quae pāsim occurruunt in Scripturis, ad consolationem priorum pertinente. Ceterū, CANTICU M hoc sacrum fore dicit, & SOLENNITATIS SANCTAE comparat, ut fideles ad gratitudinem hortetur, ut que doceat eorum latitudinem ad Deum dirigendam esse. nec enim latitatis est gaudere, nisi gaudium nostrum rectè in Deum spēt, illeque nobis semper vincere proponatur: alioqui vanum ac profanum, non latitare nec Deo gratium gaudium futurum est. Porro quidam à los occatu incipiebant luctare, idēo que statim à vicepera festum celebrabant, NOCTURNVM vocat canticum. Atque hunc cuius generis futura sibi hæc Ierititia, magis exprimit, Non tipud abut profanorum hominum more, sed in Deum mentes attollent ac dīligent, quem bonorum omnium authorem esse agnoscunt. PER MONTEM intelligit templum quod in monte suum erat. FORTEM ISRAEL is vocat, quoniam ipsius ope & auxilio redempti fuerant & stabant incolumes. vnde admonet non aliter talios fore in futurum, nisi ipse in uno Deo locata. Et certe si audire fortitudinis nostræ ipsi ali, quam induimus persuasionem, titulus hic Deo eripitur: quo non ali verē & sincerē ornant quam deiecit & humiles, qui exinaniti sunt omni proprietate utis fiducia.

30 AVDIRE faciet.) Confirmat quod prius dixit de iudicio Dei in Assyrios. Idque figuratè describit, sicuti mos & ipsi & alii Prophictis latitatis est. Cum dissimulat Deus, nec statim volebatur impios, illi aut iacere, aut minus potentē esse arbitrari, atque accepitib⁹ & anxiis cogitationibus distrahitur, quod si aliquod ipsius iudicium apparet, tamen pro ingenito nobis stupore vel magis pro ingratitudine, larvas nobis obincimus quae Dei gloriam oblivient. Nam vel imaginamur fortunam, vel hominum consilia, industria & vires: Deo vero nunquam, nisi coacti, acceptum quidquid ferimus. Ideo non satis fuit Prophetæ semel vindictam Dei in Assyrios nuntiasse, nisi enā graphicè depingeret, atque velenitius inulearet. Talemigit hostium interitum fore significat, ut homines cogantur audire vocem Dei, id est, agnoscere iudicium ipsius, & fateri ab eo profectam esse: hanc cladem, ac si palam locutus esset. Itaque summa est, rem adeo peripueam fore, ut nemo sit qui non intelligat ab ore, id est, decreto Dei, hanc cladem profetare. Incipit autem à VOCE DEI, ut sciamus quidquid geritur in terra eius imperio gubernari. Quanquam simul commendat vim eius doctrinæ, cui populum inniti necesse erat ut suo tempore effectus palam fieret, Quia vero consilium Dei & vocem matutinæ subsequitur opus, additur B R A C H I I detencio. Hę duo semper inter se coniungi debet, nec enim Deum hominibus similem imaginari fas est, qui subito aggreditur aliquod quod mancum & inchoatum relinquit. Quicquid decrevit etiam exequitur, nec unquam ab ore manus eius fertungi potest. Atque è dicto nihil exequitur temere, sed antea decretum fuisse oportuit, ut peccata omnes quas irrogat, totidem sint recti iudicij documenta. In fine verius figuris illustrat vindictam illam, ut eius gravitate animosius fidem suam in sublime attollant Iudei: quia hinc non parum ad eos solitarii redibat, quanvis duriter premerentur, instare hostibus suis magis formidabile iudicium. Neque vero est cur somniemus Assyrios fulmine percutios esse, ut faciunt Rabbini, nimis enim fruola est ipsorum conjectura. Quin magis Prophetæ visitatum morem sequitur, atque his similitudinibus determinat iudicium Dei: quoniam tardi nimium ad ipsum comprehendendum, atque hebetes omnino sumus. Mouemur autem incendis, fulminibus, inundationibus diluviis, quod prodigium aliquid praef'erant, illeque magis afficiuntur, propterea similitudinem absus dueunt Prophetæ, ut aduersus impios vtrigem & horribilem Dei manum homines apprehendant.

31 SANE à voce Domini.) Hoc subiunxit duas ob causas, primū, ut ostenderet eur conterendus sit Assyrius, nam cūm inhumanus & crudelis fuerit erga alios, & quum est illi rependiēdem mensura qua mensus est. Hoc enim Dei iudicium aduersus tyrannos ordinarium est, ut alio-

Cap. 33.1 loco dicet Propheta, Vx qui prædaris, quoniam præda eris. deinde, quod tanta videretur Assyrii po. enia, ut concideret non posset. Vt cuncte igitur onus ex parte munitus esset, non tantum ad se zuendum, sed etiam ad inuadendos alios, tamen sola Dei vox conterendum esse dicit. Vnde agnoscimus quām inanis sit impiorum fiducia, qui præsidus suis & armis nituntur, Deūmque securè contemnunt, ac si iudicio ipsius obnoxii non essent. At Dominus ad iplos perdendos alius armis opus non erit, quām vox tua: nam vel solo nūti iplos prosternet. Nec dubium est quin fideles à terrenis mediis retrahere velit Propheta, ne inquirant quomodo: si dūmca promissione Dei cōtentī sint: qui simulac verbum protulit, sibi abunde sufficit ad exquendū.

32 Et erit in omni transitu.) Significat Assyrios frustra omnia tentaturos, vt munus Dei effugiant nam quoconque ie contulcent, sive progredi, sive regredi vclint, eos manus Dei perle-
quertur. In BACULO FUNDATO habent eorum opinionem sequor, qui duæ similitudinem putant ab iis quibus tam graues insiguntur plagiæ, vt diu vibices & vestigia hærent, ac si fūtis aut baculus infixus atque infotius eset. Nisi quis accipere malit, perinde affixam esse Assyrio plagiæ, vt fundatum in terram defixum est, quod enim fundatum non est, moueri loco & trans-
ferti potest. Plagam itam ita profundè defixam fore ostēdit, vt neq; excusi neq; depelli queat.
sicuti incumbit moles ira Dei reprobis, quæ ad finem vsque obrutus tenet: & ne subterfugiendo quidquam te proficere posse ipercit, omnem locum dicendo, negat ullum fore recessum. Sic enim retio in debet locutio, Quocunque transferit baculus, illuc tenaciter hæredit. IN T Y M P A N I S,
incipit bellum eventum non fore significat, vt cum & quomarte pugnatur, certam enim victoriā futuram esse: quia simular prodire vult Deus ad pugnandum, promptam erit manu victoria est. Tympana enim: & citharae, expandit & tubat manus, levitatem significant, qua exultant cum plau-
su victores, & pæna canunt. Quod in genere feminino adiungit, Contra eam, nō, nonnulli ad exer-
citu referunt: id manus haud de bī è aliquid significare voluit: nempe caput regni, id est, Baby-
lonem, quæ opponitur Ierusalem: quam etiam prius simili relatio designauit. Ex his colligen-
dum est, impios tandem perdendos esse, tametsi effugia multa habere videantur, quocunque enim se vertant, quamcumque viam ineant, baculus Domini iplos persequetur, immo tergo affixus manebit: manum eius nunquam evadent, nec plagas à se repellent. Nos etiam castigamur Dei manus,
sed plaga perpetua nō sunt. Leniuntur dolores nostri & mitigantur, dolor etiam noster in gauditu
vertitur. Præterea sic Dominus aduersus reprobos bellum gerit, vt resistere ipsi nequeant, nec
quiequam suis conatus lucifacere. Conferit quidem cum ipsis manum, sed tanquam victor,
permittit etiam sibi ipsis aliquid, sed eorum insolentiam reprimit, cum primū visum est. Nos i-
gitur si sub eius vexillo militemus, ne dubitemus de victoria, nam eo duce ab omni periculo secu-
ri, superiores haud dubiè cuademus.

33 Q VONIAM ordinata.) Progreditur Isaías in denuntianda vltione Dei, atque impios nō temporariam solum cladem, sed æternum quoque interitum manere dicit. Is enim gehennā præ-
paratam esse, nec tantum plebeii, sed Regi quoque ipsis & magnatibus. Per T O P H E T H Gehennam haud dubiè intelligi: non quod locum aliquem somniare oporteat, in quem impi post mor-
tem tanquam in carcere inclusi, quæ meriti sunt tormenta perferant: sed conditionem iporum miseram, extremitatemque cruciatus significat. In libro Regum accipitur pro coloco, vbi Iudei filii suos immolabant idolo Moloch cuius etiam Ieremias mentionem facit: isque locus à Iosia ob-
execrandam superstitionem deletus ac profanatus est. Nec verò mihi dubiuin est, quin Prophe-
ta ilius loci nomē ad impiū pœnas & cruciatus trâferre voluerint, vt sola eius commemo-
ratio piis horrem incuteret, atque ita idolatria maiori in detestatione apud omnes foret. quæ
eadem etymologiae voci Gehennæ communis est: quia vallis Hennon ob nefanda sacrilegia pro
ipsis inferis accepta fuit. Quia autem vbi impiis bene esse, omnium quæ prosperè succedere videm⁹,
impunitos fore arbitramur, ex opposito reclamat Propheta: Ab hesterno, id est, iam olim ab ini-
tio mundi constitutus Dominus, quibus pœnas in iplos animaduerturus sit. Decretum illud quan-
quam nobis adhuc occultū est, certum tanè esse debet, nec irritum fieri potest. Ne ergo impiorū
fortem ab externa specie & stimemus: expectemus Dominum, qui opportunè iustum iudicium suū
exequetur. Inter ea ne simus præcipites, neque vltionis oblitum Deum putemus. Statuerat enim
quid esset facturus, ante quā nobis in mente venire potuisse: nec tam citò impiorū perniciem ex-
perire possumus, quin iā Dominus cogitationes nostras & desideria præuenierit inaximo inter-
vallo, nam ab initio pœnas & supplicia aduersus iplos constituit. Nonnulli similem locum esse pu-
tan⁹ cum illo Apostoli: Christus, heri, hodie, & in secula. Ego verò hic Hesternū simpliciter
oppono cogitationibus nostris, ne existemus nos tanta sapientia præditos esse, vt Deum ante-
teriori possimus, quia nihil repentinum est in consilis Dei: id est, iam dudum omnia sunt apud ipsum
fixa & ordinata. Loquitur autē de pœnis futuri seculi, vt antea dictum est, quas, præter ærumnas
quib⁹ hic torquē: ut impi sustinebunt. In quo mirum est tam crassos atque hebetes fuisse Saddu-
ceos, vt pœnas & præmia huius vitæ terminis circuncriberent, ac si iudicium Dei extra hunc
mundū non extenderetur. Neque enim quæ deinde addiuntur loquitiones temporalibus pœnis
quadrarent; & nomen ipsum Topheth metaphoricè acceptū non nisi in extremā Dei maledictio-

Job. 16.20

2 reg. 23.10
Iere. 19.6

Hebr. 13.8

Matt. 22.23

¶ A. 23.8

nem⁹

nem competenteret. Iam ne R E G E S quidem ipsis, quos ob maiestatem & potentiam prærogativa quadam frui debere ex. stituerat, ab hoc supplicio eximi docet Perstringi hominum oculos coru magnitudine nihil praesid o ipsis futurum est, quemus in eis Dominus promeritis animadverat. Mactationem coru dicu fore IN PRO F V N D O, ut eos cuadre aut emerge non posse intelligamus. LATAM quoque Ghennam vocat, vt tetamus quamlibet multos, et aliu na omnes contiprēt, simul perituros quia non fatigabitur Dominus punitendo: & taris amplius habebit locum in quem omnes hostes nos includat. PYRA EIVS IGNIS. Metaphorice loquitur de existio reproborum, quod tatis aliqui mente complecti non possimus, quemadmodum nec beatam & immortalem vitam percipimus, nisi sub figuris qui bida m ingenuo nostro accommodatis adumbretur. vnde appetat quam incepti & ridiculi sint Sophisti qui de illius ignis natura & qualitate subtilius discerunt, arque in eo explicando varie sententiae convergent. Explodenda sunt crassae huiusmodi imaginationes, cum figurata Prophetam loqui intelligamus, sicut & a holo videbimus i-

Cap. 66.24

CAP V T XXXI.

AE descendantibus in Aegyptum ad auxilium: & qua equis immittuntur: & qui curribus confidunt, quia multi sunt: & equitibus, quia præcudidi: & non respergunt ad Sanctum Israhel, nec Ichouam inquisirunt.

Atqui ipse quoque sapiens est. Itaque adducet malum, nec verba sua facit irrita: insurget, inquam, contra domum malignorum, & contra auxilium opificium vanitatis.

Et certè Aegyptius homo est, non Deus: & qui corum caro, & non spiritus. Itaque similius extenderit Ichoua manum suam, ruet auxiliator, & cadet adiutus: omnesque similius deficient.

Quoni. in sic dixit Ichoua ad me: Ut leo rugit & catus leonis ad prædam suam: contra quem si conuocetur cætus pastorum, à clamore corum non commouebitur, neque ob eorum tumultum humiliabitur: sic descendet Ichoua exercituum ad præliandum pro monte Sion, & pro colle eius.

Sic aues que volant, ita proteget Ichoua exercituum Ierusalem, protegens liberabit, transiens se uabit.

Recuertuini ut profundam fecistis deflectionem, filij Israhel.

Quoniam in die illa abiiciet homo idola argenti sui, & idola auris sui, quæ fecerunt vobis iniurias vestras, peccatum.

Tum cadet Assur per gladium, non viri: & gladius non hominis deuorabit eum, & fugasibi consulet à facie gladij, & uiuens eius in liquefactionem erunt.

In arcem suam pre formidine transibit, & pauebunt Principes eius à vexillo, dicit Ichoua: cui ignis est in Sion, & cui fornax in Ierusalem.

"vel qui-
gnisilli
est.

IN C A P V T XXXI.

ADESCENTIBVS.) Iterū reuerterit ad id quod tractauerat initio capitū proximi, nam adhuc inuenitur aduersus Iudeos, quibus tolle & visitatum erat in periculis Aegyptios portis quam ad Deum unum eonfugere. Diximus prius cur id Deo tantopere distipeceret. In tunica dupla ratio est cur Propheta tam leviter hoc crimen reprehendat. prius um, quia fieri non potest ut talutis nostræ fiduciam simul in creaturis & in Deo locemus: nam oculos nostros ab eo auerti necesse est, simulatores in illas circumferuntur. deinde, veterat nominatim Deus, ne fœdus cum Aegyptiis inirent. Acceptabat igitur ad peruersam fiduciam contumacia, acsi in uno ac ipso Deo taluti sue confundere voulissent. Hunc igitur mali fonte intueri oportet, si penitus Prophe: e metem tenere velimus. Erat & peculiaris quædā ratio, quā prius notauimus, cur Dominus Iudeos cum Aegyptiis nihil habe-

re commercii vellet: ne scilicet peruersa illa coniunctio deleter memoriam redemptionis ex Aegypto: & ne corrumperentur Aegyptiorum superstitionibus & impio idolorum cultu. Nihil tam apud ipsos valuerunt hec rationes: nec quicquam efficit prohibitio Dei, quominus subinde ad eorum auxilia decurreret, atque ipsorum ope, veluti clypeo, aduersus manum Dei munitos se esse existimarent. Quo fit ut non abs te Propheta aduersus tantam amictum acutus inuenatur. Iam descendens in Aegyptum quia verius fuerat, non leui reprehensione erat dignus: sed crimen fui magis intolerabile, praua inducia transferre Dei gloriam ad homines mortales. Et quod certius exprimat Deum hoc modo spoliari tuo iure, non tantum eos accusat quod innixi fuerint Aegyptis, sed obiicit etiam ex opposito, quod non nos recipieant ad Sanctum Israel, unde clarius appareat ratio cui ista Iudeorum perfidia tantopere inlesteatur Iaias, nec enim aliquo improbat Dominus si quis legitimis remedis vratur, quemadmodum pane vescimur & aliis cibis, quae in vitum nostrum destinatae sunt. Ita si quis accerterat sibi in periculis auxilia qua verita non sunt, sed virtute & legitima, modò ne quid Dei potentia abrogaret, is certè reprehendit non porest: sed hoc damnandum atque detestandum est, si ita defixi sumus in externis auxiliis, ut Dominum interea non queramus. deinde eius promissis diffisi appetamus illuc media. RESPICENDI verbum satis visitatum est Scripturis, cum hæc fiducia significatur: quoniam oculos eò solemus conicere, unde auxilium expectamus. In summa, docemur tibi, salutis fiduciam non alibi quam in Deo solo locandam esse: ut eius promissionibus fieri, quicquid opabile est ab ipso audacter petamus. Omnibus certè rebus, quas in vitum nostrum destinavit, legitimè uti concedit, sed ita ut mentes nostras in ipsum rectè defixas esse oporteat. Iam SANCTVM ISRAEL I VOCANDO, malitiam & ingratisitudinem populi exagerat, quod in Dei fidem & tutelam receptus deinceps tali patrono & talutis fux praeside post suas illecebras feratur, & statim nomen Dei adiungens, significat neque potentia, neque bonitate & paterno suore Dei potuisse retineri in officio. Iam quum hodie quoque non minus comiter nos ad ieiunum, grauem ei facimus iniuriam, si reipeteamus alio, neque in ipso solo acquiescere velimus. quicquid autem à Deo mentes nostras auertet ac deflectet, id nobis instar Aegypti futurum est.

2 Atque ipse quoque sapiens est.) Deum sapientem nominans, non ornat eum perpetuo epipheto, sed perstingit eorum astutiam, quos videbat plus æquo sapere. Paulò antè dixit Cap. 29.15 eos sibi cauernas fodere, dum occultis consilis & clandestinis artibus effugere ac fallere Dei oculos se putabant. nunc saltè hanc amentiam deridens, Deo quoque viei sum suam sapientiam esse asserti: oblique eos insinuâs, quod os Deo neferenti posse oblini cōfidat: ac si dicret, Quorum tandem pertinet vestrum istud sapere? an Deum infatuabit? Imò vestram vanitatem coargues, Tert. 5.19 re ipsa ostendet se deprehendere sapientes in astutia sua. Iam hinc communem doctrinam elicere 1. Cor. 3.19 conuenit, nihil proficere quicunque tuba vafrie & clandestinis artibus delitescunt, nisi quod magis provocant iram Dei. Mala conscientia refugit temperi iudicium Dei, latebras querit quibus se occultet, varias communiscentur impii rationes, ut sibi caueant & se muniant aduersus Deum: sequere sapientes & circunspicere possunt, etiam si minibus duxantulariuis contendit sint: alii autem excusat sua magnitudinem, Deum & minas eius contemnunt. Ideo Propheta sapientem quoque Deum esse assertens, amaro aculeo eos pungit, ne tantum sibi astutæ arrogant, qua eum velut prestigiis obnoxium deludant. Iam quia indigni erant quibuscum litigaret, tensuros denuntiat Deo in promptu esse suas rationes, quibus tergiuerantes illaqueat. Primo non putabant Deum esse fatis prouidū, quia pro communi mūdi viu non cōsidererent eorū securitati inter tot discrimina, deinde minas oēs pro vanis terriculumatis ducebant, ac si quoquis modo sibi eauere liberū foret, hinc & fatigandi seruor & machinādī audacia. Ergo Deu tantæ iniuræ vindicē fore denūtiat, & expeditè esse modum ut quod minatus est exequatur. nullis hominum machinis, artibus, aut astutia everti posse ipsius Verbum. ARTIFICES VANITATIS appellat, quod inani præsidio se aduersus Dei manū muniri appeteret, nepe illico auxilio Aegyptiorum. Antea tacite nomen sapientum illis concedere visus est, Dei sapientiam opponens. nunc fumo discusso, aperte eorum infamiam ac probrum detegit. Vnde docemur nihil esse nichil, quam abnegato proprio sensu, nos totos subiicere Deo, quia in toto cauendi sollicitudine, qua ie macerant increduli, nihil firmum: imò ira Dei fallacibus carnis artificiis, quasi data opera provocatur.

3 Et certè Aegyptius homo.) Nihil hic nisi vulgare & quod omni dubitatione caret, in mediis afficeret videtur Iaias quis enim in quam existimat Aegyptios Dei loco statuendos, non homines esse? Hoc quidem nihil controverteret habet, atq; omnes palam fatentur: sed cum ad rem veniendum est, hebescunt prorius, vel haerent incerti de eo quod prius tenere ac certò seire videbantur, ita se exollunt, tanquamque sibi tribuant, vi iam se homines esse non putent, neque cogitent Deo parendum esse. Ideo Scriptura tories monet non esse fidendum hominibus, quibus nihil vanius esse potest: Maledictus qui confidit in homine, & innititur brachio earnis. Videmus tamen & principes & plebeios homines ita deli berare secum ac statuere, ac si in centesimum annum effecturi essent quicquid animo conceperunt, atque eccliam, maria, terras sibi subiicere, omninaque arbitratu suo regere & moderari possent. Cum hanc in hominibus superbia & arrogan-

tiam cernimus, non est quod miremur Prophetam exclamare Aegyptios non esse Deum, sed homines. Is enim tribuebant Iudei quod Deo tribuendum erat, tutelam videlicet & conseruam iōnē Ecclie, quam Deus sibi iohi vendicat, neque patitur ad alii transferri. Oblique igitur perstringit contemptum Dei & peruersam fiduciam qua efferebantur ac turgebant. Hic notatur quantum sit inter Deum & homines discrimen. Homines enim nihil per se valent, nisi quantum Dominus concilient. Si de hominis natura & praeexcellentiā disputandum esset, egregias dotes quas à Deo accepit, recentere possemus: tēc ēiū Deo opponitur, in nihil omnino redigi debet. Nihil enim homini tribui potest, quod Deo non admiratur. Atque hæc ratio est, cur male nobis conueniat cum Papilius, cùm de causa talius, de libero arbitrio, de dignitate operum & meritis disputamus. Nam cùm in hac causa Deus homini opponna ur, necesse ēt quicquid conceditur homini, admī Deo: sic autem partitionur inter hominem & Deum, ut alteram Deo, alteram homini partem attribuant: nos verò in egrā & solidam talium causam Deo assignandam esse dicimus, nec absque nefando sacrilegio quicquam aliō t' antiferrī posse. Denique in huiusmodi antithesi, si eamus nihil homini quod dignum sit laude relinquī posse. CARNIS nomine imbecillitatem & fragilitatem significat: quid enim caro p̄t corruptionē habeat? De EQ̄S loquuntur cōpetit in Aegyptios quoque eadē vel si nūlī mīrūtūtās acī dixisset illos cum suis omnibus auxiliis nihil habere stabiliſ vel diutinū. Tamēs enim anima non minus quam corpore constabant Aegypti, oportūt tamē quatenus terrenā erant creature, & in caducō tugurio habitabant, cogi eos in ordinē: acī dixisset non cælesti vel i p̄ rituali virtute esse p̄dītos, sicut etiam dicitur in Psalmo, No lite confidere in principib⁹, quia exhibit spiritus eorum, & reuertentur in terram suam. Quantum ad equos sp̄ctat, magis propriè sic vocantur: nihil tamen mirum est homines quoque, vt seiant quām sīt euāndi, relegari ad putredinē. Potrō ex comminatione quæ additur, collige vniuersalē doctrinam: nempe hanc impietatem minimē inultam fore. nec enim patietur Dominus impunē ad creaturas transferri honorem suum, aut fiduciam in boniūm auxiliis requieſcere, quæ in ipso solo locanda erat. Minatur ergo tam̄ us qui auxilium ferent & fālē fiducia occasionem p̄ebēnt, quām us qui eorum auxilio vīctūt, atque in eo talutem suā constituēt. Quod si peruersam hanc fiduciam tolerare non potest Dominus, ubi de temporaria tantūm salute agitur, quanto minus tolerandi sunt qui pro æternā salutē eonec̄tūt, varia iuo arbitratuſ ſubſidia: a comminileuntur, atque ita hominum vires efferrunt, vt eis locum & ſedē Dei affigent?

4 Q U O N I A M sic dixit.) Hunc verum ideo addit Propheta, ne Dominus necessarii nos prefidus deſtituerē videatur, nam si prohibens ne fiducia noſtra reſideat in creaturis, nihil promittet auxilio, posſemus conqueri quali despirationis offeret materialis, non conſolationis: ſicut paulo antē vīdimus, iudeo homines magis fedulō quām par erat ſibi cauere, quia inconfideratos ſe fore p̄ūtāt, ſi contentivno Deo, abſtineat à veitīs mediis. Omnē ergo excusationem tollit, cūm promittit ſe fidum nobis tutorem fore, quis enim p̄textus ſuperēſſe potest, ſi ſalutē quām ipōte nobis offert ſpernamus? Perinde igitur est acī diceret, Adeſt Dominus, atque ad futurus eſt: vēta ne ab Aegyptiis auxilium petatis. Vtitur autem aptissima ſimilitudine, tum vi facultatem ſibi ad nos tuendos ſupp̄teret, tum ſtūdium non deefſe ostendat, L E O N I ſēlē comparans, potentissimo animali & p̄dē audīſſimo. Inſiſit tamen in ſecunda parte, quod longē audiūt nos ad ſe rapiat, atque eripiat conſeruerē & tucat aduersus omnia incommoda. interim tamē notatur vis & potētia, cui nec arma vlla, neque copia obſtēre poſſunt. Ceterū ſimilitudines non poſſunt omni ex parte propoſito congruere, neque nec ſe eſt, ſed ad cauām que traſtātur aptati debent. Cūm itaque Dōminum adeo ſtudiotum & amantem noſtri intelligimus, nōnne plū quam amētes eſſe oportet, ſi eo neglecto alia ſubſidia accēſimūs, quæ non tantūm inania, ſed etiam exitio ſa nobis futura ſunt?

5 S I C V T aues.) Altera eſt ſimilitudo, qua oſtendit Propheta quantam noſtri euram gerat Dominus, & quām fedulō intentus ſit ad nos foſcendos. Eſt autem ab aliis ſumpta, quas mira pro conſeruandis pullos ſolicitudo tenet nam ſe propemodum macie conſiſtunt, nec vīlū periculum reformidant, vt pullos ſuos tueri & conſeruare poſſint. Eadem ſimilitudine vīlus eſt Moſes, dum ingratiudinem populi exprobrans, Dōminum aquilā comparat ridum ſtruēti, atque expā denti alas ſuas, pullosque ſub iis deferenti. Christus etiam Ieroſolymā exprobrat, Quoties volū dēut. 32.12 congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos, & noluiti? Summa autem huius loci eſt, Dōminum ſatis potenter fore ad conſeruandum populum ſuum, quæ vīcē amat atque potissimum eurā habet. Nam quod Moſes Deum facile narrat, Iāias ſemper faſtūrum pro mitit: quia nunquam defert quos ſe mel fauore complexus eſt. Itaq; ne de vnius tantūm ſeculi hominibus quī, quam hoc dici putaret, nominatim exprimit Dōminum expaſſi alis protecturum Ierusalem. Nec abſre addit COLENS I O N , quod in eo ſitum eſſet templum, in quo Deus volebat inuocari. vbi ergo purus eſt Dei cultus, certam fore ſalutē ſciamus: nec enim fruſtra inuocari potest. Simus ei in populum ipiē vīcīſſim nobis in Dōminū erit.

6 R E V E R T I M I N I V T.) Variè exponitur hic verſus, ſie enim exponunt Hebrai, Reuertiſſimi ad Dōminū, quoniam multiplicatissim defectiōnes. Sed ſimpliſor mihi videtur hic ſenſus,

Reuerterimus secundum quod profundam fecisti defectionem. Nam **מִיחָא** mihi accipi videtur pro **רַשְׁעָה**. Significat autem atrocitatem perfidie non obstat quominus redditus illis ad Deum patet, si resipicant, tamen si in profundi simam interpretatem demersi sint, Deum tamen veniam ipsi daturum. Interim tamen hoc stimulo ad terium mero rem & scelerum odium pungit, ne perfidiorie & leuite, ut **תֵּפֶח** fieri solet, ad dimidiem penitentiam alpircet. Iubet ergo attente resipicere quam gravi reina te projecterint ad ipsos inferos, ut sibi pro malorum atrocitate dispiceant. Primum obliterandum est. Prophetam crimen populi non extenuare: eos enim quia ad Dominum reuocandi sunt, tenui peccati tu grauter percelli necesse est, nam procubunt ab obtinenda venia qui sibi in virtutis blandiuntur. Nihil ergo melius quam si atrocitas mali detegatur, ubi medicina adhibenda est. Interea ne animi ad delerationem ioculcentur, proposita Dei misericordia erigendi atque subleuandi sunt, nihil enim aliud molitur Satan, quam ut nobis ipsum veniae vniuersam precludat. Ideo admonet Deum, tamen si ad inferos vide ipsi se de metuere malitia sua, paratum fore ad ignoscendum, nec enim frustra nos Dominus ad penitentiam invitauit: sed veniam simul offert, vnde etiam Scriptura huiusmodi exhortationibus promissiones gratias simul adiungit, ut quoties ad penitentiam invitamus, simul veniae ipsum nobis propositam esse intelligamus. Vbi virtus, **PROFOUNDAM FECISTIS**, verbum **פָּרָא**, quod significat Profundum esse, ali exponunt Multiplicare: ut sit translatio lumpita ab aceruis. Quemadmodum cumula sis peccata vestra, ita nunc reuertimini. Sed prior expositus mihi magis placet. **דְּלֹדֶל**, Defectionem significat. Ali Praeuitatem hic exponunt, sed melius conuenit nomen defectionis. Itaque invitauit ipsos Prophetas, ut ad Dominum redeant. **FILIOS ISRAEL** vocat, non honoris causa, sed exprobrazione ingratisitudinem suam. Erant enim filii degeneres, qui a fide & obedientia patrum defecerant. hic ergo titulus continet obliquam exprobrationem. Interea significat, Dominum federis quod cum Patri bus inierat, minime oblitum esse, tamen si ab eo ita se perfidia alienassent. Testatur enim fore ut agnoscat eos pro filiis Israel, atque praestet ea quae promiterat Abraham certaque Patribus, si ad ipsum ex animo conuensi fuerint.

7 QVONIAM in die illa.) Periclituit id quod proximo versu incepit. Hoc tamen est discriminis: quod priore versu ad penitentiam hortatus est, nunc autem fructus penitentie ostendit, quam docendi rationem Scripturis visitatam esse dicimus. Nam cum intus per se lateat penitentia, atque radicem in corde habeat, deinceps ab effectu & operibus demonstranda est, quemadmodum arbor insitam bonitatem ostendit ex fructibus. Itaque penitentiam ab operibus defingat. Quod autem de **IDOLIS** tantum loquitur, synecdoche est admodum frequens Scripturis, nec enim dubium quin de tota hominis conversione concionari voluerit: sed quia longum fuisse omnes species enumerare, sub una reliquias etiam comprehendit. Initium autem penitentiae est ut cor mutetur: inde ad exteros fructus, id est, ad opera venientium. Notandum est praecepit confilium Prophetarum, cur de penitentia concionetur: quia scilicet Dominus propinquam salutem promiserat. Eius ut sint capaces, ad penitentiam ipsos adhortatur. Vnde notandum est, nos obsecrare Deo malitia nostra, cum scelerati esse pergimus, atque ita impedit eius gratia quominus nobis opem ferat. Ut ergo locus pateat auxilio Dei, hoc a nobis postulat ut resipiscamus. **1 DOLA**

CAP. 2.20 ARGENTI & auri, ut an è vitium est, nominat: quia serio peccati sui dolore tanguntur quicunque vere resipiscunt, ut nequeant vestigia superstititionum suarum, in quibus dedecus Dei sumum impressum est, sine summo horre iniungere. Ea ergo detectantur, neque aut argenti iacturant verentur, ut conversionem suam & fidem testata faciant. Nullis enim sumptibus parcit qui verè superstitionibus renuntiavit, ut purum Deiculum profiteatur. Idque significare voluit Propheta, cum aurum & argentum potius quam ligna & lapides nominauit. Fœlix autem est iactura vel pretiosissima cuiuslibet rei, cum ab inquinamentis tam nefaris & sceleris repurgatur. Ea qui retinent, tamen si Christianos se proficentur, tamen ostendunt se superstitionum reliquias implicitos: vnde appareat corū animos nondū verè & ad liquendum reformatos esse. Hie nulla audiendæ sunt excusationes, quales sepius audiuntur ab hypocritis qui plane idolorum cultui nequeunt renuntiare, Quid faceré: vnde viueré: ciò hos prouentus, aurum hoc, quoniam ex idolatria manat, res coram Deo detectandas esse, vita aliunde sustinenda est. Faceant, inquit eiusmodi inepti, quoniam vbi vera est animi conuersio, statim abiicitur id quod sine dedecore aut ignominia Dei retineri non potest. **QVAE FECERVNT MANVS VESTRAE. Vrget eos Propheta, ut peccatum suum melius agnoscant. Homines enim cum accusantur, alio culpam deriuare solent, ne libenter in se recipiunt aut agnoscunt in leproso: quemadmodum vulgus hominū libenter accusat sacrificios, sed nemo est qui velit agnoscere reatum suum. Reuecat igitur ipsos Prophetas ad suas manus, vertanti criminis authores, ipsis suis fabricauerint, vnde colligendum est repudiari à Deo quicquid ex nobis communis inimicorum, nec posse conferri probum cultum, cuius ipsi sumus autores. **RECCATVM** appellatiū accipio: acsi dicret, Quoties in spicis idola, crimen vestrum inspicite, agnoscite signa perfidie & defctionis, quod si vere ad Deum estis conuersi: id re ipsa, id est, abieciatis idolis & superstitionibus valere iussi ostendite, hic enim verus erit fructus conuersationis.**

Tunc

8 T V N C C A D E T.) Copulam, melius resoluemus in aduerbiū temporis: Tunc caderet As-
sur: id est, Vbi conuersi fueritis ad Dominum, & veram penitentiam testabitur vita vestra, tunc
hostis corrueat, nam sicuti excitatus fuerat a Domino Assyrus ad yliscenda Iudeorum scelerā,
ac pr̄escerim idololatriā, ita p̄mittit fore ut cōcidat, vbi peccare & idola colere desierint. Hinc
admonet obstinationē nostrā in causa ēlē ut Dominus mala malis adiungat, atque plagi singe-
minet, nōque magis ac magis persequatur, nam subinde nouam materiā fuggerimus, que vin-
dictā eius in nos magis magisque inflāmet. Ergo si mitigari flagella Dei, si definire hostes ac
corruere velimus, studeamus resipiscere cum eo in gratiā redire: quia mox finē faciet affligēdi,
atque hostibus nocēdi vim & potestatem eripiet. Vbi dicitur **G L A D I O N O N V I R I**, significat
Propheta liberacionē Ecclesiē propriū Dei opus ēlē, ut intelligant Iudei, quanuis nihil opis
ex terza appareat, Deo intrinsecam suam virtutē sufficere ad eos redimendos. Si ergo frangun-
tur hostes, si furor eorū compescitur, sciamus hoc a Domino proficeret. Impiorum quidem vim
atque impetum retūdit variis modis, verū solū manu sua Ecclesiā liberat, nam sic per huma-
na media agit Dominus, ut mirabiliter atque inusitatissimis rationib⁹ suos conseruet, quod ab initio
mundi obseruare licuit, atque nunc etiā nili oculi nobis defint, cōtemptri facile licet. Nec ve-
rō id oblit⁹, quoniam ministros ad liberandum Ecclesiā adhibeat Dominus, sed ita adhibet, ut
manus ipsius in eo pr̄escerim relictum. Hoc Isaiā e vaticinio impletū ēlē scimus, cūm deletus
est exercitus Assyriorū, & Sennacherib in fuga se dedit, nec enim viri manu deletus ēlē, sed cō-
spicuum fecit Dominus virtutē suam, ut eum solū Ecclesiē sue liberatore ēlē appareret. Quod
autem Ierosolymam ab obsidione tunc liberauit Deus, in eo spiritualem redemptions lūb
quadam imagine adumbrauit. Solus ergo spirituales hostes conficiet. Frustra alia auxilia aut te-
media accersemus, aut innitemur noītre virtuti, quę nulla est. At nūm Deo duce & op̄e ferente
victores euademus. **I V V E N E S E I V S.** significat tantam fore Domini potentiam in Aſſyriis ut
iuueniam animi, qui ferocius aliqui ēlē solent, emolleſcant penitus atque liqueſcāt instar cerā.
nam iuuenes quō minus experienti & habent quām senes, eō magis feruent, atque audacieiores
sunt. Dominus talem ferociam fūcile cōprimet, vbi volet suos ab hostiū manibus liberare. Hac
de causa Isaias iuuenes potissimum nominavit: acsi dixisset vel florem, vel robur.

2. Reg. 19.
35. ♂
infra, 37. 36

9 I N A R C E M S V A M P R A E F O R M I D I N E.) Nunc loquitur de ipso Sennacherib,
quod ex parte factus ēlē recipiet turpi & ignominiosa fuga in **A R C E M S V A M** Nineuē, quasi in
nidū suum. Addit **D V C E S E I V S**, quorū manus est reliquos milites animare, adēc fore trepidos
ut manus conferere aut conflictū expectare non audeant, refugiant vexillū. Tandē pronuntiat
in hoc promulgando edictū se Dei pr̄ econem ēlē, ne de euentu suo mora disceptent vel ambi-
gant Iudei, vel postea huius tanti beneficii obliuiscātū, ac ipsum Fortunā acceptū ferāt. In fi-
ne verbi si legere placeat, ut alii reddunt, Cuius ignis ēst in Sion, sensus erit, Deo suppette-
re ignē virtutem ad hostes vorandoꝝ. Puto tamen relatiūm **V V S** redundare: vel in nominatioꝝ
vertendum ēlē, quia scitè vocatur Deus ignis respectu Assyrii, quem consumet. Quod **I G N E M**
nominat, sunt qui ad sacrificia referunt: sed parum firma & nimis coacta mihi videtur eiusmodi
interpretatio. Ego non dubito quin dicat vel Domino ignem ēlē ad consumendum Assyrium,
vel Deū ipsum ēlē instar ignis, ut tacitè Assyriū stipule cōpareat: atque hunc ignē in **S I O N E T**
I E R V S A E L E M accendi & tor̄eri dicit, id est, in medio populi sui, ut significet impios non impu-
nē persequi Ecclesiā Dei: quia sentient ipsum aliquando iudicē, & experientur adesse suis, quos
omni auxilio defūtiūs ēlē existimabant. Summa est, vindictam aduersus impios qui Ecclesiā
molesti ēlē nō desierunt, paratam ēlē, nec tantū sui, sed & suorum vindicem Dominū fore.
Fruamur ergo ista consolatione, & quanuis nudi, & ad quodlibet discrimen expositi videamur,
Dominum tamen aduersariis nostris ignem fore certò persuasi sumus.

2. Reg. 19.
36

C A P V T X X X I I .

- 1**  Cœ in iustitia regnabit Rex: & Principes in iudicio præerunt.
2 Et erit ille vir velut latibulum à vento: receptus ab imbre: rūi a-
quarum in terra arida: umbra magnæ rupis in terra laboriosa.
3 Tunc non oblincentur oculi videntium, & aures audientium auscul-
tabunt.
4 Et cor stultorum intentum erit ad scientiam, & lingua balborum expedita erit ad lo-
quendum diserte.
5 Non vocabitur amplius sordidus liberalis: neque parcus dicetur largus.
6 Quoniam sordidus loquetur sordes, & cor eius machinabitur iniquitatem, ad desi-

gnandam prauitatem, ut proferat subfaminationem contra Ichouam, exinaniat animam famelicam, & potum sifienti subtrahat.

"Vel, mēsi-
re sunt ma-
lx. 7 Auari" arma sunt mala: ipse prauitates excogitat, ut circumueniat simplices verbis mendacibus, & loquatur contra pauperem in iudicio.

- 8 At liberalis liberalia agitabit, & liberaliter agendo progreditur.
- 9 Mulieres quiete surgite: audite vocē meā filiae confidentes, auscultate sermonē meū.
- 10 Dies super annum expaueſcetis confidentes: quia deficit vendemia, & collectio nō ve-
- 11 Contremiscite quiete, trepidate cōfidentes, spoliate, mudate, accingite lūbos. (nict.
- 12 Super vbera plangentes, super agros desideratos super vitam frugiferam.
- 13 Super terram populi mei ascendet ſpina & vepris etiam super omnes domos letitiae in vrbe exultationis.
- 14 Quoniam palatum defertum, strepitus vrbis relēctus, turris & propugnaculum re-digentur in speluncas in perpetuum, ubi gaudeant om̄igri, & p̄ſcantur greges.
- 15 Donec super nos effundat̄ Spiritus ex alto, & ponatur defertum in agrum cultum, & ager cultus in ſtarſylue reputetur.
- 16 Et habitabit in deferto iudicium, & iustitia in agro culto ſedebit.
- 17 Et erit opus iustitiae, pax: effēctus, inquit, iustitiae, ſecuritas & quies in perpetuum.
- 18 Et ſedebit populus meus in tabernaculo pacis, & in mansionib⁹ ſecuris, & in re-frigeriū quietis.
- 19 Et grande in ſyluam deſcenſu diuertet, & in loco humili conſidet ciuitas.
- 20 Beati vos qui ſeritis ſuper omnes aquas, qui immittitis pedem bouis & aſni.

IN C A P V T XXXII.



2. Reg. 16.
2. 3

CCE IN IUSTITIA.) Significat Deum adhuc propitium fore Ecclesiā ſu-
v, vt eam in integrū reſtituat. haec aut̄ optima eius inſtaurāt̄ ratio eſt, cum recta
inſtituit̄ politia, ac recte & ordine omnia adminiſtrāt̄. Hoc vaticiniū ad E-
zechiā & eius regnū pertinere dubiū non eſt, ſub quo in pristinū nitorē reſti-
tuta eſt ac reformata Ecclesiā: prius enim miferè diſperata erat. Achaz impius &
flagitiosus hypocrita, omnia pro Eccleſia libidine ſua corruerat, omnēque cuerterat politiæ &
religionis ſtatū. Aliū igitur Regem, nēpe Ezechiā, promittit, cuius virtute & iustitia resita euer-
ſe ac peſſundat̄, erigantur. Felicem denique Eccleſiæ ſtatū hīc nobis velut in tabula depingit:
qui cum ſine Christo eſſe non poſſit, haud dubiē haec ad Christū referti debēt, cuius etiam Eze-
chias typū geſſit, atque ipſius regnū adiubrauit. I V S T I T I A E T I V D I C I I meminit vulgari
more Scripturæ, que his nominibus recta administrationē deſignat, nam per Iustitiam & equitas &
moderatione ſignificatur: per Iudiciū, pars illa &equitas qua aſſerūtur boni, & vindicantur ab ini-
uria improborū. Certum eſt quidē boni Principis munus patere latius quam ad iudiciū & iu-
ſitiam: debet enim potiſſimum honorē Dei & religionē tueri: ſed hic Scripturæ moſ viſtatis eſt,
vt ab operibus ſecundę Tabulę totā Legis obſeruationē deſignet, nā ſi abſtinemus ab iniuria: ſi
eos qui ab aliis opprimuntur, quantum in nobis eſt, iuuamus: ſi denique charitatē colim⁹, ſpecimen
dam⁹ timoris Dei, à quo fruct⁹ eiusmodi naſcuntur ac pdeſt. A parte igitur totū deſignauit Pro-
pheta. Iā nō ab te PROCERES etiā adiūgit: quia bonū Principē eſſe nō ſufficeret, niſi miniſtri
& cōſiliarii probi ei adeſſent. Sepe enim ſub bonis Principib⁹ peſſime habuit populus, quēad-
modū legimus de Nerua, ſub quo omnia licebāt, vt deterior ſub ipſo quam ſub Nerone multo-
rū conditio foret: quia diſſoluta vni⁹ ſegnities multis improbis liceti⁹ cauſa erat. Adiūgēdi ſunt
igitur Regi boni gubernatores, qui vice oculorū & manuū fungātur, eūmq; in recta adminiſtra-
tionē iuēt. Hoc niſi ſiat, nunquā adeò bon⁹ Rex promouere poterit, quin tātūdē aut eo plus alii
retardēt. niſi hec ſit in principatu velut in fidib⁹ harmonia, ſalutari ſeruū administratio eſſe nō
poſteſt. Atq; hīc audiēdū eſt cōſiliū Iethro Moſem generū ſuū monētis, vt viros fortes, timētes
Deū, veraces, ac minimē auaros ſibi adiūgeret: atq; tales Tribunos, Cēturonies, Quinquagena-
rios, & Decanos ſtatueret. At hodie lenones & libidinū adminiſtri, paraſiti & aſſeſtatores a Re-
gib⁹ euehūt̄, & his velut iusta aſſeſtationis aut turpis obſequij merces, honorū & dignitatis gra-
d⁹ aſſignāt̄. Nec verò mirū ſi vbiq; terraſu ferē cōuulſas reſpub. euerſos ordines, omniq; recta
adminiſtri

Exod. 18.21

administrationem reiectam ac summoram videmus, quia haec iusta scelerum nostrorum virtutem est: talibus enim rectoribus digni sumus, qui Deum nobis imperare non patimur. Hoc singulare Dei beneficio qui fruentur vel palam rebellis & profani, vel peruersi hypocriti qui Deum à se reiciunt, nec iugum Christi ferre possunt, per quem haec felicitas & labentis Ecclesie instauratio promittitur?

2. **E T E R I T I L L E V I R .)** Quantum momenti positum sit in regimine bene constituto, satis ostendit his verbis, dum vocat hunc Regem LATIBULVM AVENTO, RECEPVTM AB IMPREBRE, neque enim tam preclarè cù genere humano vñquam agitur, vt sponte ab omni iniusta violentia singuli abstineant, ac sine freno cōpositi sint eorum affectus. Quia igitur plerisque sua libido & intemperantia ad iniurias impelli, ac rapit, vltro citrōq; se se afflidiunt turbarent homines, nisi remediū in legibus & iudicis paratu foret: sed quia plerique tyrannice dominando tumultus excitant potius quam sedant, hoc elogio speciali non temerè pius Rex ornatur. Quod si verè dictu fuit de Ezechia, multò magis de Christo, ad quem optimū ac potius vnicum refugium habemus in his procellis, quibus nos agitari neceſſe est quandiu in hoc mundo versamur. Quoties ergo torremur gratiā nūlū, sub eius vmbram nos recipere discamus: quoties nos agitat procelle, atque vndarī in impetu obrui videamur, ad eam vult in tutissimum portum confugere: facile fedat omnes tempestates, & quæ collapsa erunt & dissipata in integrum restituet.

3 & 4. **T V N C N O N O B L I N E N T V R .)** Hinc melius perspicimus sic regnum Ezechiē describi a Prophetā, vt nos duere lōgiū velint. nā hīc tractat de instauratione Ecclesiæ, que per Ezechiā quidem adūbita, sed in Christo verè impleta est. Scimus Ecclesiā nunquā bene habere, nisi intus prætent moderatores iusti ac prudentes. Id aut, nisi regnet Christus, fieri non potest. Ergo Christus & eius regnum nobis hīc vnicē cōmendatur. Opponitur autem haec promissio horrende cōminatiōni, quia superiore capite se excēdatum Iudeos edixerat. Hīc enim contraria pollicetur veram lucem, vt qui prius ceci fuerant illuminentur, surdi vero audire incipiāt, stulti intelligent, balbi loquantur. **V I D E N T E S** aut & **A V D I E N T E S** vocat, qui videre & audire debuissent, cùm iis verbum Dei proponeretur: sed ceci ac surdi esse maluerāt, mentēsq; & animos avterant a doctrina. His oculos, aures, lingua, & intelligentiam redditurum Dominus promittit. Certum est aut nihil hīc premittit, quod ex Dei gratia nō profiscatur nec enim similiter pronuntiat quid facturi sint homines, sed quid facturus sit Deus ipse in hominibus. Hīc enim singularia Dei dona sunt: sicuti è diverso, cùm excēdat, cùm intelligentia adimit & rectum vsem loquendi, cùm ignorantia & barbaricū grassari finit, peccata sunt horrenda quib⁹ ingratitudinem heminum vleſicunt & cōtemptum Verbi. Quæ ergo ipsis merito ademerit Dominus, promittit fore vt tandem populi sui miserritus restituat: idq; beneficio Christi, à quo nobis & lingua ad loquendum, & mens ad intelligendum, & aures ad audiendum restitui oportet, cùm antea hebetes, & horrendo stupore percussi essemus. Sciamus ergo extra Christum nihil esse spiritualia v.t. in mundo: quia visu, auditu, rectaque intelligentia, & recte loquendi vsum hīc priuāt omnes, dorec in unum corpus sub ipso coauerint, vnde sequitur, euergo Christi regno, simul haec beneficia adimi. Observandum etiam hīc beneficia cōmendari quæ p̄ alii eximia atque optanda sunt, nū opes & diuitias, ceteraq; omnia quibus vulgo homines beatā vitā estimant, p̄ alii mīhi facienda sunt. Infelices erim⁹ in abundantia rerū omnium & copia, nisi restituant nobis Dominus spiritualia bona de quib⁹ hīc Propheta cōcionatur. His ergo sublati, Christum simili a nobis abesse, & nos ab eo alienos sciamus: quando nō nisi ab ipso uno quidquid est spiritualium benedictionēm fluit, sicuti docet Paulus 1, ad Ephes. cap. Cūm autem nobis iam longo tempore adēpta hīc bona hodie restituta esse videmus, pudeat nos ingratitudinis nostra, quod eam gloriam, quam decebat, non reddimus Christo: nec intelligentiam, quam dedit ad propagandū eius regnum & promouendū eius cultum, confertimus nam ostendimus planē ipsum in nos regnum minimè obtinere. Porro quia stulti, p̄ recipites & temerarij esse solēt, ideo Feſtinationem Hebr. xi pro stultitia accipiunt, nam prudentes solent esse moderati.

5. **N O N V O C A B I T V R A M P L I V S .)** Significat Propheta sic omnia restitutum iri in suum ordinē, vt virtus non habeat, sicuti antea, pro virtutibus, nam vbi peruersa administrationē est, regnant auarii, in pretio sunt & honore, quia virtus extimatur ab opibus & potentia: pauper vbiq; contemnitū, etiā p̄ ebus sit, frugi, & quantum in se est liberalis. denique perturbata & confusa sunt in ciuilimodo statu omnia. At recta politia ciuismodi fucos & latuos facilē detegit: nam vbi in pretio est virtus, statim virtus deteguntur. Bonis etiam permititur major libertas ad cohibendā eorū proternā qui fas emne & ius sub pedib⁹ antē calcabāt. Porro cūm hīc Propheta de Ecclesiæ statu & reformatione loquatur, quæ spiritualis politia est, altius paulo etiendere sunt mentes, vt ad Christū hīc omnia referamus: cui propriū ac peculiare est, occulta virtus detegere, indolucra tollere & vela, quæ specie virtutum immutant ut pro virtutibus laudētur. Hoc per Evangelium facit, quo in lucē profert quæ prius latebat dedecora, & qualia sunt palam exhibet, ut externa specie nemo, nisi spōte, falli queat. Atq; hīc causa est, cur tam odiosum sit mūdo

Euangelium. nemo enim ex quo animo paritur occultas cogitationes suas & latente turpitudinem in medium proferri. Philosophi quidem preclarè de auaritia & liberalitate disputant, & quantum inter eas discriminis sit quodammodo ostendunt: sed nunquam in animos penetrant, vt eos perscrutentur, ac verè inter auarum & liberalem discernant. hoc solo Christi lumine cœfici potest, vbi per Euangelium illucet, atque intimos recessus cordis humani percontando ad spirituale & interius obsequium nos cogit. Reuocamus ergo hīc ad tribunal Christi, qui detesta hypocrisi solus patefacit an auari, an liberales simus.

6 QVONIAM SORDIDVS SORDES.) Possemus etiam vertere, Impius impia loquetur. נָבָד enim freditatem aut scelus quodlibet significat, quod vulgo dicimus, *Lashētē*. Posset etiam verti, Stultus loqueretur nequitiam, atque ita allusio esset in vocibus נָבָד & נָבָד: sensus autem multum differret. Sed cùm superiori verbi de sordidis loquens hoc vocabulo vsus sit, libentus eam interpretationem sequor. IN pro Impietate accipio, nam de continua peccandi, & iniquè agédi licentia agit, vt ea quæ sequuntur satis ostendunt, quia inuehit aduersus impios, qui se prosternunt in omne scelus, nec villo conscientiae sensi tanguntur: rident omnes monitiones, Deumq; & seruos eius subsannant. Hos etiam pertrahit in lucem Christus, & qua sub integrum est latebant, detegit, cuius propriè, vt diximus, sunt partes Euangelij, gladio penetrare absceditos cordium affectus, vt Dei iudicio respondeant. Idem igitur argumentum persequitur, quod prius tractare cœperat Isaías. Alij secus exponunt: sed parum aptè, vt mihi videtur, putat enim quasi proverbialē esse sententia, atq; in præsenti tēpore accipiunt, Sordidus fordes loquitur. Sed maius aliquid Prophetam significare arbitror: nēpe Christum, sicuti iudex est mundi, ita consensurū tribunal, vt ostēdat qualis vniuersusque animus sit. Nam quādū non exercet officium iudicis, omnia manent confusa, laudantur impij, quod piorum speciem præ se ferant: optimus quisque spernitur. at Christus vitam vniuersuſq; in medium producit, vt appareat nequitia quæ prius

Heb. 4.12

sub aliquo prætextu splēdebat. Ideoque ventilabū dicitur esse in manu eius, quo grana à paleis fecerat. Hoc autē est Euangelium, quo tanquam iudex maleficos adhibet in questionem, atque inquisit scelerā & maleficia extorquet, quod in dies magis ac magis experimur, dū dertegitur impietas quæ sub larua Papatus, & miris superstitionum inuolucris occulta erat. Quis verò vnquā in illis renebris existimat tam horrēta monstra in animis hominū latere, qualia hodie proferuntur? Tantus enim emerit contemptus Dei, vt plerique bellus similliores se quam hominibus esse ostendant. Calumnant interim nos Papistæ, quasi nostra doctrina laxauerimus fræna hominibus, & inuexerimus contemptum Dei, vt sine metu & pudore lasciviant. Audiant verò Isaiam qui respondet, vbi innocuerit Dei veritas, sordides sordida, impios impia & nefaria loquuturos: & certè nō aliter spiritualis iudex esset Christus, nisi arcana mentis cogitationes patet faceret, ac occultissima queq; in medium proferret. Ludibriis aut quæ iaciunt in Deum reprobis, adiungitur crudelitas, quod ANIMAM FAMILICAM DEFRAVENT: vbi Propheta quæ aduersus secundam Tabulā pugnant opera suo ordine recenset. Initii faciunt impij a contēptu Dei deinde ad externa scelerā profiliuntur: crudelitatem omne genus exercent in proximis. hec autē atrocissima & extrema omnium est, viētum animæ famelicæ subripere, & potum sifienti. Solus enim naturæ sensus nos ad misericordiam & *outrādēcār* cōmouet. Vbi verò ita effterati sunt homines vt aliena miseria non tangantur, omnemque humanitatis sensum exuat, bestiis ipsis deterriores esse oportet, quæ quodammodo sui similiū inopie condoleantur.

Luc. 2.35

7 AVARI ARMA SVNT MALA.) Semper retinendum est futurum tempus, quia non disputat quales sint auari, sed patefaciendos sub Christo significat, ne amplius fallant, aut imponant. Loquitur enim de cœlesti luce quæ exoritura erat, vt occultas impietates detegeret, sicuti iā dictū est. Christus ergo ostēdit quales sint auari, & quam pernicioles instruti sint artibus. ḥi si quis Mēsus interpretari malit, non repugno: sed Armoriū nomē melius quadrat & laius patet, nā instrumenta omnis generis cōprehendit. Omnis igitur generis artes, astus & fraudes intelligit, quibus auari simplices homines & incautos in suas nallas impellūt. Sequitur causa redditio, quia machinari nō desinūt aliquid noxa. Certū est hīc describi prauorū hominum mores, qui cōmoda tantū sua & quāstum curant, & semper ad fallendum & circunueniēdum intenti sunt. Hī cum suis fraudibus & technis à Christo in lucem protrahūt. Aliis quoque circumstantiis amplificat indignitatē huius sceleris. Indignus enim & atrocius est circumuenire simplices, qui sibi cauere non possunt, quam astutus & veteratores: deinde fallacibus illecebris sub amicitiæ prætextu: tertio pauperes, quorum inopie potius succurrendum erat: quartò insidias tēdere in medio iudicis. Hoc enim sceleratus est, quam si quis hominem aperta vi adoratur, quandoquidem iudicium debet esse asylum pauperum: quid ergo accidet, si ex eo latrocinium aut spoliarium fiat? Nam via à latronibus obseſſa, & insidiæ aliqua ratione vitati possunt: at iudiciorum fraudes nullo modo. Hę igitur circumstantiæ diligenter notande sunt.

8 AT LIBERALIS.) Diximus antea has Prophete sententias subtiliores esse quam vulgo putat, nec enim loquitur vulgari more, sed de reformatione Ecclesiæ disserit. Hoc igitur ad regē

regeneratos pertinet, in quos regnum obtinet Christus. quia et si voce Euangeli vocentur omnes, pauci tamē illius iugo subiecti patiuntur. Hos verē liberals & beneficos efficit Dominus, ne amplius querant sua cōmoda, sed opem egeno ferre parati sint, non ut temel tantum aut aliquoties id faciat, sed in dies magis ac magis in liberalitate & beneficiā progrederiatur. Vulgo alter exponitur hic locus: nēque quōd liberales rectis officiis fēle promouēt, & magni euadunt: quia Deus ipsos remuneratur, maioribusque beneficis cumulat. Quæ tentatio prima facie arridet: sed potius docet Prophetas liberales nunquam facturos finem largiendi, quoniam maiores facient in dies progressus, eademque agitant consilia, & cōstanter in eo animū tuū obfirmabunt: sicut in Psal. 112. 9 modo dicitur, Dūperis, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum. Hoc autem ideo additum 2. Cor. 9. 9 est, quōd facile sit ad aliud tempus liberalitatem simulari: multi etiam se ex animo liberales putant, cūm aliquid largiti fuerint, sed definunt protinus, atque institutum mutant. Vera autem liberalitas momentanea aut temporaria non est, persecuerant cōstanter qui ea sunt virtute prædicti: non repentina quodam aē leui ardore fēle effundunt, cuius paulo pōst eos pœnitent. Idque exprimere voluit Prophetadictio 10, quæ lurgere & crecere significat. Multa quidem accidūt quæ liberalitatis nostræ cursum abrumpant, miram in hominibus ingratitudinem experimur, vt quicquid damus, malē locatum esse videatur. Multi nimis cupidē ad te rapiunt, & infar hirudinum lugunt alienum sanguinem. Sed meminerimus huius tentatio, & Paulum audiamus monentem, ne bene Gal. 6. 9 agendum defatigemur: nec enim hortatur nos Dominus ad momentanciam liberalitatem, sed quæ toto vitæ nostræ cursu duret.

9 M V L I E R E S.) Hæc prioribus cohærente non videntur. Nam prius de instaurāda Ecclesia loquutus est, nunc autem denuntiat instare iudicium Dei contrā populum, opibus & delitiis securè vacante. Ideo que probabile est Itaiam scorsum hī nouū sermonem ordiri. Quanquam absurdum non erit proximo vaticinio contexere: quia Prophetæ hunc ordinē tenere solent, postquam fidelibus polliciti sunt gratiam Dei, simul sermonem suum ad hypocritas convertunt, vt significent mitericordiam quam piis Dominus promittit, nihil illis profuturam, ac nihilominus pœnas scelerum suorum daturos esse. Quōd autem M V L I E R E S potissimum compellat, Hebrei (vt eorum lingua hæc significatio vistata est) intelligunt vrbes: sed figuratum hī sermonem esse non puto, ac potius retineo simplicitatem verborum. Mulieres autem potius quām viros compellat, vt ostendat quanta futura sit clades, parcitur enim alioqui mulieribus & pueris, quōd imbellies sint, neque sui defendendi potestatem habeant: tam immane verō excidium hoc fore dicit, vt nemini pareatur. Nominatim etiam O T T O S A S nominat, quæ alii delicatores esse solent, hæc cūm divites & opulent̄ sint, aliquo modo sibi consolant, sive eripiunt quæ calamitatibus, etiam cūm vulgus extrema quæque patitur, sed iis præcipue significat Itaias surgendum æ tremendum esse. Hanc verō perturbationem opponit quieti & delitiis quibus in otio fructabantur. S V R E R E enim iubet, vt intelligent haud iam quiete tempus esse: Dominum ipsas ex orio & torpore suo excitaturum. Vbi sequitur, A V D I T E V O C E M M E A M F I L I A E: Filias similiter interpretatur Rabbini pagos aut minores vrbes: sed ego simplicius, vt iam dixi, accipiendo puto. Ostendit autem unde hic terror, vnde ea vis orietur, quæ eas lurgere ac tremere cogit: nempe ex iudicio Dei, sed Vocis mea minit, vt sciens hanc prophetiam non forcainem: quia bellum ipsi denuntiat iussu Dei. Quām efficax hic sermo, inquit, & quam vim habeat ad vos excitandos, aliquando recipiā sentientis. Porro toties otium, securitatem, & delitias illis exprobrat, non solū quia longè molestius erit quietis alpē experges fieri, sed quia vix fieri potest in hac naturæ humanae corruptela & prauitatem, quin pigris etiam corrahatur mundus ex quiete & rebus prosperis: dcinde sensim delapsus ad foecordiam, falsa imaginatione fēle decipiatur, & procul à se repellat omnes metus: fētus etiam hac confidentia, petulantē in Deum insurget.

10 D I E S super annum.) Significat his verbis calamitatem diuturnam fore. nec enim leue alioqui solitum est in malis, cūm statim prætereunt quæ nobis alioqui non sine tristitia & dolore sustinenda sunt: at cūm nullus finis, nulla dolorum alleuatio, nulla consolatio aut liberationis promissio affertur, quid præter deperationem superesse potest? Denuntiat igitur ipsa: non tantum passuras uno anno, sed & nouas deinceps ærumnas expectandas esse. Porro CONTR E M I S C E N D I verbo pungit obliquè earum torporem, significans tumultuole & cum formidine pertractum iri, quæ ad placidam doctrinam attendere gravata sunt. Porro, quia rebus terrenis & caducis alimentis nimium addicti erant Iudei, ex corum sensu denuntiat vini & tritici penuriam. Si melius à crassis cupiditatibus purgari fuissent, potius minatus esset quæ deplorat in suis Threnis Iere- Thren. 1. 4, mias, sacrificia & festos dies eccliasse, sacros conuentus esse abolitos. sed quia in suis voluntatibus 7. & 2. 7 demersi nondum ita profercant in æstimandis spiritualibus bonis, ad corum redditatem delectans Prophetas, ventres corum magis quām animos compellat. Loquitur autem de agrorum vastitate, quæ necessariā ex illa clade sequuntur erat. Otium enim & securitas ex abundantia & copia nasci solet. Priuabit ergo, inquit, vos Dominus omni vieti, vobisque foecordiam istam executiet, & confidentia materiam tollet. Proinde hic monemur rebus prosperis indormiendum non esse, nec concipiendum esse securitatem, quasi continua nos prosperitas in mundo maneret.

Sed moderatè vtendum beneficiis Dei, nisi subitè excitari, & incauti opprimi, & grauissimè ex inopinata rerum commutatione dolere velimus.

11 **C O N T R E M I S C I T E .**) Repetitio hæc non superflua est, sed amplificat quod prius dixit, nam vbi obtorpuerunt homines, haud facilè Prophetarum voce excitantur: quamobrem assiduis clamoribus atque obiurgationibus opus est. Atque ita minas alias alius addendo, vele aldem iterando, quantus sit stupor declarat vbi semel proptera fortuna homines exēcati sunt. vix enim amplius Deum monenter audire sustinent. Et certè plus hominibus periculi est à prosperis rebus quām ab aduersis, placent enim sibi secundis rebus, ita que fœlicitate inebriantur; propterea acris iudicis instare ad ciuiumodi torporem excutieūdum necesse fuit. Hæc igitur Propheta exhortatio in futurum resolui debet: acsi diceret, Vostandem contremiscitis: nec enim quies hæc vestra perpetua futura est. Interea significat cladem quæ instabuntur nihil aliud quām humis prophetæ testi monium fore, qua scilicet Dominus hæc verba haud inania fuisse re ipsa docebit. **N V D A R I & S A C C O A C C I N G I** iubens, describit speciem lugentium. Quoties enim premebantur rebus aduersis, induiti facco nudabant reliquias corporis partes, luctumque suum & habitu & gestu, omni modo testabantur. Mulieribus ergo, pro delicis & voluptatibus in quibus sece voluntarant, faciem & aha luctus insignia indicit.

12 **S V P E R V B E R A .**) Variè exponitur hic versus. aliqui enim simpliciter intelligent tantam rerum penuriam fore, vt mulieres lac suum perdituræ fin, atque ita pueri in arida vbera ingemiscant, quod quidem videmus accidere vbi ex summa rerum penuria maces cōtrahitur. Verum receptor ac cōuenientior sensus est, vt per V B E R A figuratè agros & vineas intelligamus, quē admodum Prophetæ ipse declarat: nam meritò vberibus matrum comparantur, cūm ex iis victum percipientes lac vel sanguinem terræ fugamus. intelligit ergo alimenta & cibari in futura, quoniam Dominus terra maledicet, vt nullas fruges producat. Ita ingemictè homines ob illam penuriam, tanquam in vbera matris fuīt à qua prius delicate nutriti erat. Hic sensus mihi videtur simplicior, & contextu op. imè quadrat quia exegeticè interpretati conuenit quæ continuo post sequuntur de agris optimis, & vite fructifera.

13 **S V P E R** terram populi mei.) Confirmat proximum versum, & declarat sterilitatis & ineditæ cauām fore, quod V E P R I S ET S P I N A IN T E R R A M A S C E N D E T : id est, inculti, horridi & steriles crunt agri, qui prius ferriles & vberes esse tolebant. Hæc autem stupenda erat rerum conversio, scimus enim regionem illam præ alius frugiferam ac vberem fusile, non tam natura quām benedictione Dei. Dixerat enim, Dabo vobis terram affluentem lacte & melle: hinc a-
Exo 3.8.17 & 13.5, & bundantia & fecunditas. **T E R R A M P O P U L I** sui vocando, anticipat quod illis alioqui excipere promptum fusile, non esse metuendum quin terra diuinitus electa annuos prouertos redderet; quia
33.3 **D e u t . 6.13** tametsi Dei benignitas communiter perueniat ad totum humanum genus: peculiaritatem modo pater ac nutritius erat illius gentis. Incredibile igitur erat terram illam, quim filii Dei esset destinata, spinis & dumetis obtutum iri, atque ita Iudeos asperitus obiurgat Prophetæ, quod non solūm Dei benedictionem exinanierint tua malitia, sed iram eius accerteruerint quæ terrenitatem deformet ac corrumpat. In medio verū particula ¹⁵ iugiter, tametsi nonnulli pro cauālī accipiunt, Quia in dominibus eorum letitia est. Sed non potest stare hic sensus, quoniam ¹⁶ nō est in regime. Amplificare ergo mihi videtur hanc sententiam, ut significare non tantum in extremitate terræ angustis futurani hanc vastitatem, sed etiam in dominibus letitiae, id est, splendidis & magnificis, vbianca iūnīm delitiae vigebant. Cūm hæc diceret Prophetæ, minimè dubium est quin irrisus fuerit ab eius teculi hominibus certè inter illas delicias quibus exēcati erant, minimè audiebatur. Præterea infolecebant ob promissa Dei, nec quicquam sibi defuturum existimabant. Euenerunt tamē omnia quæ prædictis latais. Quo exemplo discamus moderatè vt: rebus propteris, sicque pendeamus à benedictione Dei, vt pura conscientia Verbo ipsius obsecquamur.

14 **Q U O N I A M** palatum.) Hic etiam inclius exprimit regionis illius vastitatem, nam cūm superiori versu domos splendidias nominari, hic etiam palatia & vrbes adiungit, vt nihil omnino, quantumvis magnificum & præclarum, ab ista clade eximi ostendat. Videmus autem, donec in cœlum suscipiant homines, vt proprius splendor illis perstringat oculos: unde sit, vt suauiter in opulentias sua sopiti nihil metuant. Quicquid ergo splendidi, magnifici & excellē erat in Iudea, vrbes, palatia, propugnacula, arces, ea omnia dirutum iti significat, vt in nihilum redigantur. Dicendo in secv. LVN, rursum admetet, vt iam prius, non fore vnius diei hanc cladem, sed quemadmodum diu obstinati fuerant in virtutis suis, ita diurnam fore. nam si ad breue tempus dedissent penas, vt erant præfaci, atque indomiti, statim ad ingenium rediissent.

15 **D O N E C** super nos effundatur. Quoniam Prophetæ de Iudeis tractat, inter quos Dominus statuerat Ecclesiam suam, ideo reliquam ipsi spem salutis fieri oportuit, ne in tantis ærumnis deficeret. Sic enim Dominus aduersus impios, qui falso obtundent eius nomen, sceleris est, vt interim aliquo modo seruet Ecclesiam suam. Hanc igitur promissionem adiungit Prophetæ, vt intelligerent, quoniam acerbè puniat suos, tamen federis sui memorem semper esse. Nunquam enim sic minatur Dominus, quinaliquem consolatiōni locum relinquit, vt rebus etiam deplora-

ploratissimis fidelium animos erigat & iustentet. Carterum, ut ritè solitum quod ipsis assertur g居
stent, attollit eorum tentus ad ipsum vitæ authorem. Et certè videmus ut rebus in melius mutatis,
major pars sece ingurgiter panis & vini copia. vbi autem virget etiures, præterito Deo, et terram im-
plorant. Non abs re igitur Italias spiritum è tubili venturū dicit, qui terram vegetando eius feci-
cunditatem renouet, nec mihi dubium est quin ad illam Daudis tentiam alludat, Emitte spiritu-
tum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terra. Carterum qua signum hoc reconciliati Dei
proponit, simul admonet instauracionem Ecclesiæ manare à sola Dei gratia, postiòque sterilitatem
corrigit, simulacre è cœlo vigorem instaurauerit. Nam vel monito cam exultare potest, qui omnia
creat ex nihilo, ac si prius extitissent. Posterior membrum, vbi DE S E R T V M C A R M E L o cōpa-
rat, variè torquent interpres, sed quemadmodum Cap. 29. attigi, vbi similis erat loquutio, sim-
plerice, meo iudicio, commendat Propheta effectum illius instauracionis nempe quod abundan-
tia rerum omnium & copia testabitur Deum vel è placatum esse populo tuo. Loca enim prius deter-
ta instar Carmeli fore dicit, qui locus feras & vber erat, vnde etiam nomen accepit. Carmelum ve-
rò instar deterti, id est, adeò feracem fore, vt si nunc qualis est, ad eum qui futurus est, conferatur,
instar deterti videri possit. Estenam amplificatio illius intolite vbertatis: Agi nunc steriles &
inculti, feras erunt: culti vero & fertiles, adeò copioüm fructum ferent, vt eorum abundantia ino-
mia sit & sterilitas præ copia que tunc in ipsis futura est, quemadmodum si Sabaudie os agros cum
Siciliis aut Calabritagris comparemus, desertum esse dicemus. Denique inauditam fertilitatem
significat, qua, vbi cum Deo reliquerint in gratiam, ppi fruentur, vt favore ex beneficentia agnoscat.
Carterum de regno Ezechie sic vaticinatur Italias, vt omnia in regnum Christi eum ac com-
plementum conferat, quum ergo ad Christum ventum est, hæc omnia spiritualliter exponi debent,
vt intelligimus nos renouari simulaque Spiritum Dominus è cœlo misit, vt ex deterris agri culti
& fertiles reddamus. Præiuquā enim Dei spiritu afflati sumus, meritò deterris vel terræ aridae com-
paramur, quū nihil præter spinas & vepres proferamus, nec enim tumus apti natura ad fruges pro-
ducendas. Ergo qui steriles & infrigiferi erant, regenerati Spiritu Dei, fructus vberes producere
incipiunt: qui verò indolem aliquam & speciem bonitatis præ se ferebant, eodem spiritu regeniti,
postea tā frugiferi erunt, vt eos antea instar deterti fuisse appareat, quicquid enim habet homines,
velut horrida tylua est, donec à Christo regeneretur. Itaq; dū premitur Ecclesia, & deplorata vide-
tur illius cōditio, attollamus oculos in celum, atque ab illis promissionib; toto animo pēdeamus.

16. E t̄ habitabit iudicium in deserto.) Docet Propheta qualis sit verus Ecclesiæ status:
nempe, vbi iustitia & iudicium locum habent, nec enim homines pecudibus similes esse conuenit,
vt vietis copiam & abundantiam rerum tantummodo querant. Atque hinc sati sapparet non re-
tentos fuisse Legis doctrina Iudeos in eaducis lauritis, vñ terrena solum beneficia ipes eorum
dixisse essent, quemadmodum fanatici quidam opinantur. Hoc enim quod præcipuum erat, atten-
dere iustitia & iudicium vigeret: & proculdubio in eo veram felicitatem statim esse
intellexerunt. Eò igitur nobis quoque porfissimum spēctandum est, ne beatam vitam, vt porci in
hara, panis & vini abundans iam in iur. Hic enim est finis omnium bonorum quæ nobis largitur
Dominus: huc spēctat liberatio nostra, vt ei, quemadmodum inquit Zacharias, in sanctitate & iu-
sti iuriam. Per I V D I C I V M & I V S T I T I A M, vt alibi vitium est, rectitudinis omne genus
comprehendit, nam etsi ad æquitatem, quæ mutuò inter nos colenda est, propriè spēctant dux istæ
voces: quia tamen vñ receptum est ab officiis secunda Tabula etotius Legis obsecrationem de-
scribere, hic Propheta sñc dochicè complectit etiam pietatem & cultū Dei. Ideo autem præ-
cipua officia charitaris, & quæ ad secundam Tabulam pertinet, attingere solent Prophetæ, quo-
niam iis ut plurimum quemadmodum simus erga Deum affecti patet facimus. Nam cùm in D E S E R-
T O, perinde ut in A G R I S C V L T I S domus humilis assignet iustitiae & iudicio, inclusus hinc liquet
paullò ante tantam bonorum exuperariam fuisse promissa, cuius coniecture reputarēt homines,
quos ante viderant optimos agros, fuisse quodammodo steriles.

17 & 18. E t̄ erit opus iustitiae, max.) Nuper pacem exagitauit, ex quatorpore & socordiam
contraverant Iudei: nunc diueriam quietem præmitit, quæ illustrè signum erit amoris Dei, qui in
gratiam receperit, os fideleriuebitur. Notanda igitur est tacita antithesis inter belluinan quietem,
quam reprobri per omne nefas grassando acquirere sibi videntur sua audacia, & in qua etiam tor-
pent: rurius quietem diueriam, quam sibi piè iustitiae viuendo conciliant filii Dei. Ad hæc enim
appetendum hortatur Italias, docetque minime timendum esse quin placato Deo, beata, latrāque
tranquillitas eos maneat. Hoc autem modo illis cōmmendat integratatis studium, quo sibi certa
pacē redimant: quia nulla est ratio melior conciliandi fauoris, nequis molestiam nobis exhibeat,
quam si absentes ab omni maleficio, vt Perrus docet. Carterum altius eos ducit, vt piè iusteque
viuendo sub Dei gratia se conciliat, quando nihil magis præpostorum, quam impios, dum ali-
duè cum Deo bellantur, pacem sibi optare. Vulgarè quidem est votum: quia vix centesimus
quisque reprobriatur, qui non plenis buccis pacem prædictat, dum interea quicquid sibi hostes in
terra concurat: omnes autem turmatim secleribus suis celum terramque perturbant. Hanc verò quietem,
quia perpetua est, cum priore illa comparat, quæ levius & momentanea est. Nunc dum P A X
z. iii.

I. fol. 104.

Sup. 2. 29.

17

18

VOCATUR E F F E C T U S I V S T I T I A E, dicamus quemadmodum bella oriuntur ex ira Dei, quā prauitate nostra prouocamus, ita pacem ex benedictione ipsius proficisci. Quā igitur ad bellum inflammatos hostes & tumultuaria aduentum nos videmus, ne ahud remedium quām resipiscientē quāramus. Dominus enim facilem tumultus sedabit, ubi ad eum fuimus conuersi. Ipse enim est,

Psal. 46.10 ut inquit Psaltes, qui bella sedat vsque in extrema terrę, qui arcus conterit & trūcat hastas, & quadrigas igni exurit. Diximus prius hæc non solum pertinere ad Ezechiam, sed ad Christum referenda esse. Quemadmodum igitur iustitiam spiritualem esse diximus quā in cordibus hominū sedem habet, idem de pace, ius & cibis fructu, nobis dicendum est. Proinde quām audimus hic QVIETAS

18 MANSIONES & REFRIGERIA, meminerimus sententiā Pauli: Iustificati fide pacem habemus apud

Rom. 5.1 Deum. Hanc le discipulis relinqueremus dicens Christus, negat posse dari à mundo. nec mirum, quia,

Job. 14. 27 ut alio loco docebat idem Paulus, Hæc pax omnem exuperat sensum, nec enim amplius hac perceperemus.

Phil. 4.7 Ta iustitia inquietum sumus aut tumultuamur intus nobiscum, sicuti cum ex sensu ira Dei mordent nos punctiones. Mala enim conscientia semper turbulenta est, sēque misera anxietate exagitat. Vexari igitur impios, variisque perturbationibus agitari necesse est: quia vnde exulat iustitia, quies ista locum habere non potest: ubi autem regnat Christus, illuc tantum constat vera pax. Certissima ergo pace fruuntur solidem fideles, quibus non modo sua pietas, sed fiducia misericordia & Dei apud coeleste tribunal responderet. Vnde colligimus nondū illic regnare Christum, ubi inquietant conscientię, & variis dubitationum vndis circumferuntur, sicuti Papistis & reliquis omnibus contingere necesse est, qui in Sacrificio Christi, & expiatione per eum parta fundati non sunt.

19 ET GRANDO.) Prophetis diximus antehac frequenter hunc esse vsum, sub figuris describere regnum Christi, nam similitudines suas à terreno regno mutuāt, quod alioquin inestimabilem bonorum thesaurū asequi pro nostra ruditate vix possemus. Sensus est, Dominus auerteret noxas & incommoda à suis, atque alio conuerteret, quia hic variis tempestibus & procellis obnoxii sumus: pluiae, grandines, imberes, venti, turbines iustinendi, Deum admirabilis suus prouidentia facturum, ut fidelibus nihil nocent, ed quod noxarum omnium impetum alio depellet. Per sylvias autem intelligit loca deuia & deserta, in quibus nulla hominum frequentia est. Hinc monemur, sic nos ab incommodis & periculis immunes esse, quum sub tutela Christi sumus, vt tamen variis procellis & tempestatis capitibus nostris ingruat. Est autem nobis liberator Dominus, qui mala imminentia alio diuertit, aut periclitates eripit. Iam ut iterum pacem de qualoquuntus est confirmet, V R B E S qua in planicie sita erunt, extra metum fore dicit. nam tunc in locis editis & altioribus extruere ciuitates soliti erant, quod difficilior ad ipsas aditus esset. Eam verò tutelam Dei fore dicit in populum suum, ut solitis munitionibus minimè opus sit, quia ciuitas poterit tutò considerare in valibusseriam si excursioni hostium pateat, nihil incommodi sentiet: nam manus Domini ipsam turabitur. Nos ergo praesidiis nostris initi in querenda securitate minimè expedit, ne statim è nido detrahatur: sed quando curam salutis nostræ suscipere dignatur cœlestis Pater, eo patro no & tutore contenti sumus.

20 BEATI VOS.) Ostendit quanta futura sit mutatio, ubi Christus regnare cœperit. Prius enim dixerat tantam fore vastitatem, ut terram sanctam vepres & spinæ contegerent, diruerentur sumptuosa domus, urbēsque & palatia solo æquarētur. Id futurum erat, quum affluius hostium incurrionibus ea regio vastaretur: nunc verò beatos fore dicit, quia frugum omnium prouentu eos saturabit Deus, sed copiam illam quā simpliciter exponi poterat, figuris illustrat, quod IN PALV-
DIBVS SEMINABVNT, & PECORA SVĀ sine timore iacturā immittēt in fegetes. Per AQVAS nonnulli intelligunt terram viderem & feracem. ego verò vitaliter accepiam mouere particula vniuersali ™: nominat quāuis aquas, ac si diceret, Loca quā obruebantur aquis, erunt apta sationis, nec verendum erit, ne aqua fegetes vestras corrumpat. Item solemus ab agris, præcertim consitis, boues & asinos, cæteraque animalia arcere, ne abluant fruges vel eradicent. Hic verò tantam segetum copiam ac densitatem fore dicit, ut boues & asini immittendi sint ad primam herbam de-pacendam: sicuti luxuriantibus segetibus fieri solet. BEATO S VOCAT MORE Hebraico, quod labor eorum inutilis futurus non sit. Si quis excipiat sub Regno Christi nunquam eiusmodi fecunditatem fuisse viam, fateor sanè etiam quum liberalissime suos tractauit Deus, semper tamē apparuisse eius maledictionis signa, quia totum humanum genus involuit lapsus & defectio Adæ. Sed quia fidelibus per Christum redditia est mundi hæreditas, non immerito Prophetæ terram ab eo renovandam asserunt, ut abstensio squalore quem perdidit nitorem recuperet. Hoc verò qui queruntur nondum esse impletum, te ipsos considerent, an omni peccati labe in solidū purgati sint. Quod si adhuc procul absunt à spirituali iustitia, sufficiat pro modo regenerationis gustare Dei benedictionem, cuius non ante speranda est plenitudo, quām ubi sordibus carnis exuti gestabimus perfectam Dei imaginem.

Gen. 3.17

- V**AE qui spoliās, nec fūisti spoliatus: qui iniquè agis, nec iniquè actum
in te fuit. Vbi desieris spoliare, spoliaberis: vbi finē iniquè agendi fe-
ceris, iniquè in te agetur.
- 2 Ichoua miserere nostri, in te sperauimus: cestō, qui fūisti brachium eo-
rum in matutinis, etiam salus nostra in tempore tribulationis.
- 3 A voce tumultus fugerunt populi, ab exaltatione tua dissipat. e sunt gentes.
- 4 Et colligetur præda vestra collectione bruchorum: secundum discursum locustarum
pergens illuc.
- 5 Exaltatus est Ichoua, quia habitat in excelsis. Impletuit Sion iudicio & iustitia.
- 6 Et erit stabilitas temporum tuorum, fortitudo, salutes, sapientia, & scientia, timor
Ichouæ ipse thesaurus eius.
- 7 Ecce manūs eorum vociferabuntur foris, legati pacis amare flēbunt.
- 8 Desolate sunt viæ, cessavit viator, irritum fecit fœdus, spreuit ciuitates, nihil reputa-
uit hominem.
- 9 Luxit, emarcuit terra, pudefactus est Libanus, & succisus: facta est Sarō instar de-
serti: excussus est Basan & Carmelus.
- 10 Nunc surgam, dicit Ichoua, nunc exaltabor, nunc extollar.
- 11 Concipietis quisquilia parvicias stipulas, spiritus vestri ignis deuorabit vos.
- 12 Et erant populi combustiones calcis: inquam spina abscessisse igni exsurgentur.
- 13 Audite qui longè absitis quid fecerim: cognoscite vicini potentiam meam.
- 14 Expauerunt in Sion impii: terror apprehendit hypocritas. Quis ex nobis habitabit cum igne deuorante? Quis ex nobis habitabit cum ardoribus eternis?
- 15 Ambulans in iustitiis, loquens recte, aspernans lucrum ex vi & calunnia, excutiens
manus suas à susceptione muneris: obturans aurum suum, ne audiat sanguines: compri-
mens oculos suos, ne videant malum.
- 16 Hic in excelsis habitabit, propugnacula petrarum asylum eius: huic panis dabitur, &
aqua eius certa (erunt.)
- 17 Regem in decoro suo videbunt oculi tui: videbunt terram procul remotam.
- 18 Cor tuum meditabitur terrorem. vbi scriba? vbi appensor? vbi qui annotat domos in-
signiores?
- 19 Populum trucem non videbis, populum abstrusi labij, ut non intelligas: lingue balbe,
vt non capias.
- 20 Aspice Sionē ciuitatem solennitatum nostrarum: oculi tui videbunt Ierusalem, habita-
culum tranquillum, tentorium quod non transferetur: cuius paxilli non amovebuntur in
seculum, & cuius funes cuncti non rumpentur.
- 21 "Adcē illic fortis nobis Ichoua: locus fluminum, rixorum spatius amplorum, per quem "vel, quia si.
non transfibit nauis remigum, & per quem nauis magnifica non pertransfibit.
- 22 Quia Ichoua index noster, Ichoua legislator noster, Ichoua Rex noster, idcū ser-
uabit nos.
- 23 Laxati sunt funes tui, vt non solidauerint malum suum, neque expanderint velum:
tunc diuisa est præda spoliī multi, claudi quoque diripuerunt prædam.
- 24 Nec dicet habitator, AEgyptus sum: populus habitans in ea solitus est ab iniquitate.

Cap. 32. 15,
C. C.

E QVI SPOLIAS.) Si de Chaldeis interpretari libeat, satis cōmodè fluet sermo. Nam quum liberationem promiserit captiui, nunc tēpestiuē insultat vīctoribus: scūtū singulare cōfirmatione op̄ erat, vt fides incredibili oraculo haberetur. Neque enim verisimile esse poterat, diruta & eversa rāta potentia, breui misericōdī captiui qui animos iā defonderant, liberum fore in patriam reditum. Poterat ergo in illis angustiis decicere & desperare de salute sua, nisi Propheta his monitionibus occurrisset. Prauenit ergo dubitationes, quibus angi atque ad desperationem solicitari poterat, postquā abducti essent à Chaldeis, atque in seruitutem redacti. Nihil enim cernebat eorū quā hīc promittuntur, sed cōtraria & aduersa omnia. Quia tamen omnium ferē cōsentī receptum est exordiū eisē nouā cōcōnisi, & sermonem dirigī ad Sennacherib ciūsq; exercitū, neque mihi etiā displicet Assyriis iniustē omnes vicinos opprimentibus denuntiari vindictā, quā leniret populi dolores ac molestias. Miram igitur terum conuerſionem significat, quā delicitur florē ille Nineus status, tamētē inexpugnabilis esse videatur, vēturos enim hostes Chaldeos qui crudelitatem vīscantur, quā in tot nationes exercuerunt. Quo verò plus vehementē & habeat hic sermo, Assyrios ipsos cōpellat, & EVS QVI PRÆDARIS: nunc vobis impunē graffari licet: nullæ vires vobis resistūt: sed erunt aliquādo qui vos vicissim prædetur, quemadmodum alios prædati cōlīt. Loquitur in singulare, sed collectiū, vt satis vīstatū est. Alij legunt interrogatiū, Annō spoliabēti: putāsne violentiā istā tibi impunē cēlluram esse? erunt aliquando qui tibi paria referant. Sed possumus sequi cōmūnem expositionem, vt amplificet iniquitatē hostium, qui adeō audiētā erant prædēt, vt nemini parcerent, ne innoxii quidē, à quib⁹ nullo modo fuerant laceſſiti. hoc enim extrema & crudelitatis argumētum est. Hanc igitur exposiſiōnē magis amplectōr, vt hoc priore mēbro describar, quales fūt Assyrii, vt prædones scelestos & truculētos esse ostēdat, atq; truculentiā eorum amplificet, quod immititos & innocentes vexent atque populentur: vt cūm tam estānē iniustiā conspicerent Iud. ei, cogitarent iustum esse Deum, nec ista tandem iis impunē fore. VBI D E S I E R I S P R A E D A R I . Secundū huius sententię mēbrum est, quo significat Propheta, ideo prædari nunc Assyrios, quod Deus iis frēna laxauerit: sed aliquādo cohibetur ipſos, ne quid viriū habeant ad nocēdū. Frigeret enim alioqui sensus, si intelligeres, Vbi amplius prædari nollent, sed Propheta altius concēdit: nēpe, venturum tempus cūm finē prædādi faciēt, quia Dominus frānabit ipſos & domabit. Ergo tātūndē valer hoc ac si dixiſſet, Cūm peruerteris ad extremū ēstū. vnde vidēmus tyrāni p̄fixos esse terminos, quos p̄tergredi nequeunt. Graffāntur quādiū in stadio suo currunt: sed in metā tandem, velut in extremo actu, ip̄lis cōſistentū erit. Hac cōſolatione erigamus animos nostros, dum inſolē ſcētes tyranos & protervē in Ecclesiā Dei insultantes vidēmus; quia Dominus tandem eos cōſiſtere coget: & quod fūcīrunt truculētōres, eō grauius iudiciū sustinebūt. Dominus eos momento perdet: hostes enim ip̄lis exībit, a quib⁹ ſtatim delectant, & pēnas ſcelerū ſiorū luant. Hic quoque p̄uidētia Dei in conuerſionibus regnorum agnoscēda est. impī enim temerē & cōco fortū: impetu omnia versari putāt: sed lōge alio nobis cōſiderandū est: Dominus enim vicem quā meriti sunt, ipſis rependet, vt experītār ſe: itiā, quam aductus innoxios exercuerunt, nō inūltā manere. Atque euētu comprobata fuit huius prædictionis veritas: quia non multō p̄st Nineus imperium perdidit à Chaldeis ſubācta. Imō vt nomen etiam perderet, diruta fuit. Qui, verò ſuccellit in eius locū non minor ſpoliatrī Babylō, meritō Propheta alios fore prædones edidit qui eam diripiāt, euerſōque eorum dominatū, que ab aliis rapuerāt Chaldeis, ditipuerunt ip̄li ac p̄.rēdi tūtū ſunt.

I E H O V A M I S E R E R E .) Hanc sententiā addidit Propheta, vt moneret pīos quō in eiusmodi angustiis configiendū sit, etiam quum omni ſpe ſalutis deſtituti videbuntur, nempe ad preces, vt harū promiſiōnū euētū tunc vel maximē exoptent à Deo, quum erūt mīſerrimi, & p̄ualebūt hostiū potentia, qua mīſerē opprimentur. Atq; hic ordo diligenter notandus est, quo p̄pōta Dei promiſiōne, ſtatim ad preces adhortatur. Imō doctrinā ſuē tenore m̄ abrum̄pens, ſubiōt ad preces trāſilit: quia videbat quā difficile eſt Iudeis tā duriter afflītis, ex metu quo ferē exanimati erāt emergete. nā etiū māturet Dominus, vt p̄.rēt ea que p̄misit, tamen ad tēpus diſcert, vt patientiā noſtrā exerceat. Vbi verò expētādūm est, nihil cōſtātī aut tolerātię in nobis reperitur: fraguntur protinus & cōcidunt anni niſtri. Quamobrem ad preces configiendū eſt: his enī ſolis ſuſtētari & renouari poſſunt, dum in Deum respicim⁹ & ſumus int̄ti, quo ſolo duece ex noſtris angustiis emergem⁹. Ex p̄petū ſtātē i patiētē inuictā ſpe & fiducia quod nobis p̄mitit. Fidelem enim ſe tandem p̄.rēbit, neque nos fruſtrabitur. Simul cīam admonet, nō modō generale Dei iudicium aduersus Assyrios reputandū eſt, ſed paternūm Dei fauorem erga electūm populum. acsi diceret, vaſtandoſ eſe illos, non modō vt iustum auaritiae & crudelitatis ſuē mercedem recipiāt, ſed quia hoc modo Deus Ecclesiā ſue ſalutē volet cōſulere. Ceterū dum hortātur ad mīſericordiām petendā, ſumul mīſeros fore nos teſtatur. Secundō vt ſe animente fideles ad impetrāndā fiduciām, teſtantur in Deo quem inuocant ſe ſperaſſe. & certē inanēs ac fruolē ſunt noītrā orationes, niſi in hoc p̄cipio ſuđate ſint. Sit mīſericor-

dia tua Domine super nos, inquit David, quemadmodum speravimus in te. Quia enim temerariū *Psalm. 33.*
nimis esset prodire in conspectū Dei, nisi sua voce accessum ipse patet faceret; sicuti nos benignè *22.*
& humaniter inuitat, ita amplecti eius Verba necessitatem est, quoties ad eum accedimus. deinde ad fidem accedere debet patientia. Ideoq; fide sublati, indigni sumus quos Dominus exaudiat: nec enim ex fide inuocamus. Sola autē fides mater est inuocationis, ut scipi⁹ a multis in locis Scriptura testatur. Ea si falsa, nihil in nobis praeter hypocritam superesse potest, qua nihil detectabili⁹ est *Rom. 10.*
corā Deo. Atque hinc appetat nullum esse Christianū in toto Papatu. nam si praecipua pars
cultus Dei oratione cōstituit, quid autem sit orare nesciūt, iubet enim perpetuo dubitare, immo
fidem priorū temeritatis mīmūlārū, quales sunt Dei cultores? an legitima oratio esse potest, que
exstuat dubitatione, neque certa fiducia promissis Dei annuitur: anno infantissimos se præbent
præclarū illi Rabbini, qui Theologi haberi volūt: Pueri certè nostri illos sciētia & vera pietatis
luce antecedunt. Hinc etiā dīscamus fidem nostram, p̄bari rebus aduersis: quando hoc verum est
fidei examen, si inuita tolerantia aduersus omnia pericula omnēsq; molestias persistamus ac-
quiescentes in Verbo & promissis. Sic enim re ipsa cōprobamus nos ex animo credidisse. Quod
potesta sequitur, E S T O QVI F V I S T I, B R A C H I V M E O R V M I N M A T V T I N I S, E T I A M &c.
alij fecus vertunt acī cōtinua esset precatio. Si manē brachium nostrum & salus nostra in tribu-
latione. Quod autem in tertia persona loquutus fideles, mutationem esse putat, quæ frequenti
in viu est apud Hebreos: sed Prophetam aliud voluisse puto, vehementius enim desiderium ex-
primere voluit, quod ex superioribus beneficiis cōcipientur. Itaque meo iudicio, appositiū infi-
nitū p̄t̄ ista, B R A C H I V M E O R V M M A N E: in qua suppleo, QVI F V I S T I, vt vetera scilicet
beneficia Patribus à Deo collata, in mediū proponant. Tu Domine patrum nostrorū votis an-
nūisti: quād ad te confugerent, opem eis tulisti: nunc quoque sis salus nostra, & succurre nostris
afflictionis. B R A C H I V M & S A L U S in eo differtunt, quod Brachiū accipitur pro virtute quam *Brachism.*
exeruit Dominus ad defensionem Ecclesiæ suæ, idque priusquam affligeretur: Salus vero pro libe-
ratione qua vindicatur Ecclesia, etiā quād pellūdata videtur. Cōmemorat ergo vetula bene-
ficia quib⁹ Partes olim prosequutus erat Dominus, vt ad similem filii misericordiam præstā-
dam flebat: ac si diceret, Avertisti olim Domine pericula impendēta Ecclesiæ tua: floruit ac
prospere habuit fauore tuo frēta: oppressam etiam liberasti: adem quoque nostra causa efficies,
præfertim quia tuum est op̄ ferre extremis rebus ac perditis. Hec particula *¶*, magiū empha-
sia habet ad confirmandā fidem, ne dubitemus Deū, qui manet semper sui similis, nec vñquamā
natura sua degenerat aut varius est in suo consilio, nobis quoque fore liberatores: quando talem
experti sunt fideles. Itaq; aliud ob oculos ponendū est quomodo Deus olim affuerit Patribus,
cōque liberarit, vt nobis quoque minimē defuturum statuere liceat.

3 A VOCE T V M V L T V S. Nunc redit ad superiorem doctrinam, vel potius breui exclama-
tione interposita cā contentit. Nam profligandos esse Assyrios ostenderat, tametsi extra omnem
fortunā & aleā positi videretur: nūc Iudeos veluti in rem præsentem vocat: quoniam immensa
erat illorū potentia, formidabilēs erant omnibus, iniquitati cōfessātur. Ideo stupendam ipso-
rum ruinām, qualis re confecta, ob oculos ponit Isaia. Vtrit plurali numero, p o p u l o s fuisse
inquietus: quoniam variis populis cōstabat regnum Assyriorū, & variis ex nationibus eorū exer-
citus collect⁹ erat. quāuis ergo innumerī essent ac immensū, misere tamen perituros asserit. EX-
A L T A T I O N E M exponunt manifestationem, qua Dominus quid posset magnificē ostendit. Eg-
o vero simplicius expono, quod Dominus qui anteā veluti iacere videbatur, quā impunē sine-
ret Chaldeos graillāt, nūc repente prodierit in mediū. Nec enim dubium est quin superbē de-
ritia ab hostiis fuerit eius cāctatio, ac si fract⁹ & victus esset Deus Israel: at surrexit tandem, &
sed in pro tribunat, atque vltus est scelerata impiorū. Est ergo tacita antithesis inter exaltationem
& speciem illam impotentie, quā p̄ se cerebat Dominus, cūm lineret populum suum affligi &
dispergi. V O C E T V M V L T V S intelligunt quidam Dominum solo strepitu fugaturum hostes: sed
verō ne haec interpretatio sit magis arguta quām solida. Libenter igitur accipio Vocem pro
tumulta qui à Medis & Persis excitandus erat.

4 E T C O L L I G E T V R. Alloquitur hic Assyrios: nisi fortē ad Iudeos referre quis malit, &
nomen Præde actiuē accipere, quanquam prior illa sententia meli⁹ quadrat. Atq; hæc apostrophe non parū vehementer addit vaticinio, dū palā & nominatim superbis hostib⁹ insultat. Du-
biū tamen est, vltimumne Gētis exitium notetur, an clades accepta a Rege Sennacherib, quum
manu Angeli delet⁹ fuit eius exercitus ante mutos Ieroſolymā. Hoc posteri⁹ omnes ferē inter-
pretes sequuntur, quod tamē milii videtur nimis restringūt, quia videtur Propheta ab initio Ca-
pitulū plus aliquid voluisse, vt Chaldeos etiā vltimos Ecclesiæ hostes cōprehendat. Ceterū, illo
omisso, facilē appetit stylum dirigi cōtra Monarchiā Nineueas. B R V C H I S vero cōparat bellico-
sam illam gentem: quia nihil erit viriū ad resistendum, sed expaefacti omnes cōcident animis,
vt collectū per magnas cateras trahātur ad interitū. Est autem aptissima similitudo, qua etiā *Nahum* *3:*
vititur Nahum, licet diuerso aliquantulū sensu. Nā scimus infectum illud valde infestū esse ar- *15.*

boribus, atque admodum noxiū, ut meritò vocari queat terræ calamitas. Sed quia in multitudine ingéti nullæ sunt vires, quibus se tueātur, pueris quoque facile est excutere, & colligere, turmamque interimere qui cōquid obuiā fuerit. idē voracissimis prēdonib⁹ cōuenturū significat: quia et si diu multūmque nocuerint rapiēdo, tandem confecti nullo negocio perdentur. quia effeminati, & ferē exanimis sub manu hostiū cadēt, & Babylonem transferetur op̄i: lenta Nineues ex rapinis collecta. Additur altera similitudo, Chaldeos non siccus ac LOCUSTAS INCURSUM
FACTVROS, vt deuorent totā regionē. Nam vt admodum voraces sunt iste bestiæ, cōtinuo incessu, imò celeriter raptimque saltando corrūpunt cunetas terrę fruges. Quod autē alij ad eosdem Assyrios referunt ac si locustis eos conserferet Propheta, quia facilis erit ipsorum dissipatio, non conuenit: quia locustarū aciem disponit, quæ suo discursu terram longè impletat. & eleganter locustas committit bruchis, tam inexplibilis auaritia: quā multitūdinis respectu.

¶ EXALTATVS EST IEHOVA, QVI A HABITAT.) Fūsius explicat quod nuper attigimus de exaltatione Dei: ac idē quod antē diximus argumentū prosequitur, in excidio tam opulentie monarchię palam fore, quām preciosa sit Deo Ecclesię sua salus, in cuius gratiā, Nineueni vrbū reginam, cuiusque incolas perlūndabit. Est autē h̄c admonitio apprime vīlis, Deū reprobis & profanis ideo non parcere, quia sece corū libidini opponēs, testari vult quantopere electos suos diligat. Atque hāc nō vulgaris consolatio est, maximē elucescere Dei gloriam in Ecclesię salutē. Prīmō dicit Deum in sublime esse euectū, quē putabant impij in populi ruina dielectum esse & prostratum. Porrō, ne quis putaret Deum recuperāsē quod perdiāderat, sicut contingere solet in mundo, vt qui deuicti fuerant, rebus in melius mutatis, iterū colligāt nouas vires, differētē exprimit EX AL T A T V M C O R A hominū oculis Deum esse, quia ipsum deceat eiusmodi eminētia, quādoquidem celos inhabitat. Unde sequitur, Quām plerunque occulte suam virtutē, nūquam tamē priuari iure suo, sed quoties visum est, palam ostēdere suā celsitudinē. Nam cœlorum habitationē (vt scimus) summū imperium denotat, cui subiectur totus orbis. Hoc modo non solū ostendit Deo facile & promptū esse quicquid eūl altitudinis in mundo deincere, sed à perpetua Dei natura ratiocinatur, fieri nō posse quin Deus, vbi despiciuit ab impiis, tandem gloriam suā asserat: quia alioqui seipsum abnegaret. Vbi autē dicit SIONEM IMPLETAM esse iustitiā & iudicio, rursus cōfirmat singularis Dei gratiē testimonīum fore, quū exēpti fuerint Iudei à Chaldaica tyrānide. Oportuit enim tāti boni authorē illis ponit ante oculos: quia videmus quām maligne eius gloriā obscurē nostra ingratitudo. Plenitudo autē I V S T I T I A E & I V D I C I I H U C spe cōstat, quōd Deus liberaliter & plena copia gratiā suam effuderit Ecclesiā restituēdo, quanquam non malē quadrabit refert hoc ad legitimū ordinem, vbi omnia iuste rectē cōposita sunt: quia sine hoc nunquā prosperē habebit Ecclesia, etiā reliqua omnia ex animi voto succedant. Sancto igitur ritē cōposito ordine, nō corruptibili opulētia, fēlicitas nostra ultimanda est.

¶ ET ERIT STABILITAS) Latum adhuc & fēlicē regni statū fore sub Ezechia promittit, præsertim ad insulam & letiferam dissipationem respiciens, quæ vita fuerat sub Achaz. Nam hoste profligato, vix tamē quisquā sperasset posse tam afflictos Iudeos in pristinum ordinē restituī. Quod ad verba spechtat hic quidam transferunt, Erit tēporibus tuis veritas & fortitudo & salutes ac referret Propheta qualis adhuc sub sancto rege futura sit populi fēlicitas: & sub singulis vocibus totidē Dei beneficia enumerari potūt. Alij nomē ηανων accipiunt pro Fide, ac si ēa pro salute & fortitudine fore diceret Propheta. Alij paulo diuersum sententiam elicūt, stabilē fore sub Ezechia fortitudinē, salutē & scientiā. Ego verō dum proprius expendo Propheta verba, malo aliter distinguere, quōd STABILITAS, fortitudo & salus vñate Ezechia in sapiētia & sciētia cōsistit. atque ita optimē fluet quod mox additur, TIMOREM DEI fore theſaurū pīj regis. Nam in pace fideliter & tuō agere omnes quidē appetūt: pīci interea quomodo tā præclaris bonis fruantur, curāt. Imō maior pars cuperet non siccus atq; in haraportorū more saginari: ita dum omnies ad externa bona rapit cēca cupiditas, bonū incōparabile ferē negligit, lux cœlestis doctrinæ. Significat ergo tunc demū stabilitē fore Ecclesiā fēlicitatē, quā illi sapientia & scientia regnabunt fortitudinē perpetuā, quū vigebit ognitio Dei: eternam salutē, quī homines eius sciētia instructi erūt. Atq; hic insignis est admodū loc⁹, vnde discimus nostra ingratitudine claudi ianuā benedictionib⁹ Dei, vbi anthore ipso prēterito, in crassis & terrenis desideriis subsidiimus: atque vt nobis affluat quicquid optari & tingi potest honorū, nihil tamē nobis in salutē cedere, nisi fidei & sciētiae sale cōdiatur. Unde sequitur nō aliter vigere Ecclesiam quām si omnibus eius bonis prælucet Dei cognitiorū verō demū florere vbi dotes omnes quib⁹ ornatur Deo ipsi fert acceptas: vbi autē sublata est cognitio Verbi, verāque Dei sciētia vel extīta vel sepulta, qualibet prosperitas deterior est omnib⁹ ruinis. Itaque STABILITATEM, FORTITUDINEM, SALUTES ad idē refero, tūc firmū fore Ecclesię statū, vbi cōcitate & ignoratiā purgata homines Deū nosce cōperint. Atque hinc perspicimus qualē Papīstę Ecclesiā habeant magnificētia quidē & pōpa illūstrem, sed de est ipsi h̄c sciētia: ergo stabilis aut firma esse nō potest, neque est Ecclesia Dei. Si ergo Dominus nobis hoc beneficiū concesserit, vt vēte inter nos emineat fidei splēdor, spōte aliæ benedictiones accedēt: quod si variæ nos procellæ agitent

agirent & concuīāt, semper sulcēt nos Dei manu. Porrō vbi dicit T E M P O R V M T V O R V S, al-
loquitur Ezechiam, non vt priuatum hominem, id vt totus populi caput, ubi quo tota eis po-
pulum comprehendit. Sed eum Ezechie regnū velut tenuis quædam vmbra regni Christi facit, ut
prius ait: *igitur hæc ad Christum referri debent, in quo vera sapientia & scientia est.* Sunt autem
notandi in tūctū, ad commendationem doctrinæ Dei & Evangelii quibus etiam vñtūr Paulus, aū
ait, Instruētes in eum sapientia & scientia, hoc enim elogio extollit Evangelii dignitatem. Vnde
etiam colligendum est, vbi non cognoscitur Christus, illic homines vera sapientia carecē, etiam si
omni disciplinarum genere instrutissimi fuerint, vana enim est omnis eorum scientia, donec ve-
rè Deum cognoscant. Ceterū Timor Dei videtur exegere esse additū, quod melius exprimeret
Propheta scientiam de qua loquutes es, magistrum esse pietatis ne frigidam vel inactam esse, id
efficaciter penetrare in corda nostra ut nos formet ad timorem Dei. Vnde etiā alibi hic timor ia-
piencia vocatur, mō inūm, id est, summa & caput sapientia. Errant enim qui nomē mō pro ru-
dūtēis vel elemētis accipiunt, quū Solomon caput ac finem intelligat: quia sicut insipidi sunt ho-
mines donec te verbo Dei subseruit, ita ex fide decilitate vel obte, quō manat perfectio sapientiae.
Theſaurū ergo vocatur timor Dei sine quo misera est omnis felicitas, vnde inclusa apparet ratio
contextus: omnes beatæ vite numeros continerit in Deinotria, quam fide conseq̄untur. Ita ut re
gis persona docet hoc inestimabile est bonum, Deum qua decet pietate & reverentia colere. Eos
igitur qui vacui sunt timore Dei, mīeros ac perditos esse cœlestes contrā, beatissimos quicunq;
Dominum timent, etiam si mīeritimi alioqui iudicio hominum habeantur. Loquitur autem de ti-
more qui veram in se obedientiam continet, animoq; nostros reformat. Alius enim est timor quo
etiā afficiuntur impūl, & Deum, vt facinoris iudicē, reformat. Is non tam præclarū laudis elogii
meretur: quia neq; ex vera Dei cognitione manat, neq; ex voluntario eius colēdi studio. Ideo pro
cul distat à sapientia quā prædicta Iaia. Hæc de Ezechia testatus est, sed vt prius diximus, ad tuū
populi corpus pertinebant, vnde colligimus, ista & ptebeus hominib; & Regi cōuenire, sed incho-
magis Christo, qui ip̄ ritu timoris Dei replet⁹ fuit (vt cap. ii. vidimus) vt nos videhicer co inebueret.

7 & 8 E C C E N V N T I I) Incertum est cōmemorēt ne Iaia quā anxiæ trepidauerint Iudei,
& quanto in dñcrimine veritati sint, quō magis illūstret liberatio[n]is gratiam: an verò futuram cala-
mitatem prædixerit, nec tūb ea paulo pōst deficerent piorum animi. & sāne mihi probabile est non
referri ad historiū rei gestæ, id quia in fabar gravis & dura tentatio, muniri animos fiduciam vt
in rebus perditis Dei auxilium patienter expectent. quiequid sit, tristis & luctuosa Ecclesiæ vastatio
hic deterbitur, ne definit fideles in sua quoque anxietate bene sperare: deinde vt è periculo erepti
intelligant id factum esse mirifica Dei virtute. Signum autem deperitionis ponitur quōd legati ad
placandum tyrannū miseri nihil impetrabant. Omnes namq; vias & rationes incunda pacis tenta
uit Ezechias: nihil tamen effecit. Ideo Legati tristes ac moestū redierunt, neq; in via ipsi dissimulare
potuerunt: dolorē sū, quē intus continet difficile erat rebus adeo deploratis. Nec dubiū est quin
significet superbē & contumeliosē pacem repudiatum irā Sennacherib, vt cogātur legati tanquā
oblitus sive dignitatis dolorem suum ac lamentationes vulgo effundere, ac priusquam ad regem iūū
reversi sint, rationēque reddiderit fūt legationis, palam facere non dubitent quale à crudelity-
tanno tulerint retponsum. Alii Legatos pacis interpretantur qui pacem nunciare solebant: sed longē
nimium peccata & frigida mīhi videtur ea interpretatio. Intelligo igitur Legatos pacis, qui missi
erant ad placandum Regem, vt pacem aliquā conditione redimerent. Postea addit, vias fore clauias
vt nulli sint vltro citroque cōmactas: sicuti bello indicto accidere solet. Videtur autē legatos indu-
cere Propheta narrat⁹, cōmercis nullū posthac locū fore: imo nullos exitus fore liberos. Quod
sequitur cōtinuū post, ita tūcile fēdus, quidam sic interpretatur, quasi hypocritæ cōquerantur
Deū promissā non p̄fā stare. Atqui si hoc libeat referre ad Deū, necesse tamen non erit imp̄ns ad-
scribi eiūmodi que relā, quā fideles quoq; in hūc modū interdū cū Deo expostulent: sed seniū ille
nō cōuenit: id ēq; vno cōtēxtrū narratur crudelitas & implacabilis furor Sennacherib, quōd fad⁹
antē cū Ezechia inūt perfidē abruperit. Nā etiā quāllū fore p̄misserat simulac occupāde Iudeę
data fuit occasio, fide violata, etc ad bellū accinxit. Et dē pertinet hīs versis, quōd spreuerit ybres,
nihil duxerit cū cōtēs mortales, significat tanq; fore cīferociā vt nec pudore nec meū cohíbeatur.

9 & 10 L V X I T , E M A R C V I T .) Hic plenius exprimit quām mīliū ac deplorāvū visuri essent
Iudeæ statū, vt ex profunda abyssi nihilomin⁹ eoū fiducia emerget. Loca etiā ipsa in specie tub-
iungit, Libanū, Basan, Carmelū, quæ longē diſta iunt, & quibus extremitati termini Terræ san-
cta cōtinēt, vt ostēdat nihil prouis in ea salui aut integrī reliquū fore. Sic verò cladē hanc de-
scribit vt enīq; loco quod iūū est attribuat. Libano confusione, cūm ei gloria & decor ali⁹ tribu-
atur, quoniam arborib; excelsis & pretiosis cōstitutis erat. Sarō verò plana regio & ferax quā es-
set, deserto simili fore dicit: Basan & Carmelū excussum iri, quoniam frugib; abundabāt. Itaq; al-
ludit ad naturā locorū, calamitatiēq; & miseriā describit, vt amplificet & magis illustre reddat be-
neficium Dei, à quo, tamēsi deplorati essent, liberādi erāt. Hic enī cōspicuā Dei manū intueri heet,
nisi forte placeat rē gestā narrare vt ad gratitudinē eos hortetur. NVNC SVRGAM. Nō paū habet pō
deris particula NVNC: itē repetitio quāf ubiungit, EXALTABOR, euchar in sublime. Tēpus enī notandū
est, quōd hæc referri debet: nempe, cū de Ecclesia actum esse videretur. tunc enim oportuūm Deo
A. i.

ad opem ferendā tempus fore admonet. Estergo hīc contrariorum inter se comparatio. proponit enim fidelibus duras grauitatēs & erumnas, quibus premendi erant & quibus facile erat succubere nisi confortatione aliqua subleuati essent; ac si diceret, Vos ad extrema redigi Dominus patientur: verū vbi deplorati crīs. & frustra remedia omnia tentaueritis, exurget Dominus, ut oblique opem feret. Sic enim affligi nos & redigi ad extrema necesse est, vt Deum vniūcum salutis nostrae authore agnoscamus. Itaque dictio Nunc significat tempus extrema calamitatis. quod certè absurdum videri posset hominibus, sed nobis optima constat ratio cur ita auxiliū suū iupendet Deus: quia vtile est exerceri piorum toleratiā, examinari fidem, domari carnis affectus, stimulari ad precandi studiū, erigi ad ipsam futurā vitā. Ideoque frātū iniecit ne præcipiti feruore, quod illis diuinis præfixum est tempus antīcipent. Repetitio magnam viam habet, & confirmationis causa addita est. Rebus enim deploratis putamus actūm esse: at tunc vel maximē sperandem est: quia Dominus eo tempore potissimum vult potentia sua documentum dare. Ideoque his altitudinis tuae encomiis pro ad magnanimitatem attollit, vt confidenter hostium suorum petulantiae insūlent.

ii & 12 C O N C I P I E T I S Q U I S Q U I L I A S .) Nunc ad hostes Ecclesiæ sermonem suum con vertit, quos dicit frustra stulteque insolet cere: quia vbi magnificē extulerit Deus potentiam suam, intelligent iritos fore suos conatus, nec quicquam effecturos, eriam̄i turmatim in numeri consipient. Ridet enim Dominus furorē eorum, quod omnia putent sibi esse in manu, cū eos protinus, quālibet magno instrūti sint apparatu, vel nutu solo reprimere ac delere possit. Studia autē & co-

Iob. 15.35. Nobis concipere dicuntur & parturire cū aliiquid moluntur: sed horū cōceptum euāndū dis. Homines concipere dicuntur & parturire cū aliiquid moluntur: sed horū cōceptum euāndū

Psal. 7.15. fore significat: partu etiam ināne sequiturum: irrita enim fore omnia quæ suscipient. Non est igitur

Suprà 26. quod terreamur splendido hostium apparatu: quia vteñque Deus illis ad tēpū fatigare, moliri, tu-

17. & infra multuari permitrat, tandem Deus conuerter in quisquias quicquid temerario auctu instituit. Que autē prædicti Ierāias de Sennacherib, sciamus ad omnes piorum & Ecclesiæ hostes pertinere. Quod

59.4. IGNIS SPIRITVS sui vorando pronuntiat, sic exponi solet, Spiritus vester quasi ignis est qui vos deuoret: sed illa similitudo impropria est, inād absurdā: genuina autem interpretatio ipsoe occurrit,

Psal. 7.6.8 Ignis vestro flatu a censu vos deuorbit. Ignem flatu accendere solemus. Ergo quod impii prauis

machinationibus conflucent in eundem illis extitale fore docet, quia ipsos consumet. Atque eadē

ibid. 57.7 hæc sententia est, quam variis figuris toties ineulcat Scriptura: Cadent in foueam quam foderunt,

Laquo seū implicarunt, quem ipsi alii tetenderant, Gladius quem eduxerāt, in eorum viscera adactus est, Arcus eorum reflexus est ad vulneranda ipsorum corda. Impium ergo tyrannū qui vastata Iudeā ingenti exercitu Ierosolymā obsidebat, cæterosque similes Ecclesiæ hostes, exitium sibi accerfere, ac tandem perituros esse ostendit, denique coniunctum iri igne illo, quem ipsi accéderunt. Comparat deinde COSE X V S T I O N I C A L C I S, quia conteretur ipsorum durities sicut ignis lapides emollit, vt paruo negotio comminuantur in puluerem: & certè quod maiore impetu effuent impi ad nocendum, propria audacia seiplos frangunt. Nec minus apta est similitudo altera SPINARVM, quia eis noxiis punctionibus manus hominum à tactu arecent, nullum tamen effigiam quod violentius ardeat & citius absumatur. sicuti eandem diximus esse rationem calcis, quæ tametsi pri-mùdura sit, igne tamen excoquirit. Idem Chalz̄is euenturum dicit, quos Dominus nullo nego-tio delebit, quanlibet initio fint formidabiles, nec probabile sit vlo incendio posse consumi, quo-
ties igitur Ecclesiæ hostes, omnes opes, copias, subsidia omnis generis cumulare videbamus ad nos perdendos & totum orbem inflammandum, sciamus ignem ab ipsis accendi, quo miserè perdētur. Hoc in Sennacherib impletum fuisse scimus. Exitus enim hæc varieitia comprobavit, tametsi in-credibilia omnino viderentur. Cæteris quoque qui cius tyranni facta imitabuntur, idem euētum speramus: atque isto exemplo & aliis innumeris, nos in ærumnis & miseriis nostris cōsolemur, quas certa liberatio & horrenda vltio de hostibus sequutur est.

13 AVDITE LONGINQVI.) Hic prefatur Ierāias, tanquam de re adiudicium sermo-nem facit. Iubet enim attentes esse auditores: quod fieri solet vbi memorabile aliquod argumen-tum & insigne tractatur. Alloquitur autem & vicinos, qui oculati huius rei testes fūrū erant, & re motis mos quoque populos, ad quos fama spargenda erat: ac si diceret, talem fore Dei potentia, vt nō paucis tantū aut viciniis innotescat: sed iis etiam qui magno aberunt locorum interuallo. Itaq; splendidum, & singulariter virtutis Dei specimen fore intelligit, quod terrore agitabuntur impi, qui prius in securitate sua torpebant ac si ab omni molestia vel incommode peticulo effent immunes.

14 EXP AVERVN T IN SION PECCATORES.) Posset tamen quisq; obiciere, non agi-hic de re tanta, vt grandi illa præfatione opus esset, qua excitaret vniuersum orbē, an tanti erat mo-menti, metu percelli impios? Verū si quis diligentius expendat, reperiet non vulgare diuinæ potē-tiæ specimen esse, cū impiis executitur sua vecordia vt volentes nolentes sentiant Deum esse suum Iudicem, præsertim vbi ad Dei contemptum accessit hypocrisis. Nā etsi profanos homines difficile est expergefacere vbi velū corū cordibus obductū est: maior tamē in hypocritis est peruvicacia: qui Deum sibi obstrictum esse imaginantur. itaque videmus quasi amentia fascinatos, vt minas & ter-
tores

rores omnes contemnunt, & rideant iudicia Dei, denique suavitatem iocando eludent omnes prophetas, ut miraculi loco habendum sit, quod ita reluctantes conseruantur. Vnde Ieremia non uniuscuius contra eos excusad est, neque enim dubium est quin degeneres Iudeos perstringat dum exprimit nomen Sionis: quia Sanctuarium vobis a te cedit ac regnum inexpugnabilem tunc reputabat. & certe, ut nuper dixi, maximè omnium eseruntur ac superbiunt, qui obtundunt nomen Dei, & Ecclesie titulo gloriantur. חנפִים, vertunt Hypocritas: sed generalius etiam accipi potest pro perfidis detectibus & omnino perueris. Cum ergo tam fœlesti essent, Deumque ipsum & Prophetas ludibrio haberent, iudicem illis severum atque acerbum fore denuntiavt, sibi in fallacis suis placere determinat. Additur etiam confessio speciem humilitatis praeterea serens, ut clarius ostendat hypocrita qui sponte Verbo non parent, experientia tandem magis sentire quam terribile sit Dei iudicium. Ergo ubi ritus in stridorem dentium virtus est, tunc facies in epiuentum totum suum robur palea esse velquiquilius. Quod ad verba pectat, quidam vertunt, Quis habitabit pro nobis: alii, Ex nobis. Siligimus simpliciter Nobis, sic retulit potest, Quis se opponet igni, aut medium interponet, ne nos contingat flamma? Eodem recidunt aliae quoque interpretationes: sed in hoc variant interpres, quod non nulli haec accipiunt de Assynio Regalii ad Deum referunt: quorum sententia me potius accedere iam ostendi. Nam eti Alsyrius veluti ignis fuit, qui tuo ardore terram exurierat, tamen aliquid longe atrocis exprimere voluit Propheta: in eterne videlicet tormentum, quo exagitantur impuni, contemnit aculeos, qui retundit non possum, inextinguibile scelerum incendium, quo cruciatus omnes superantur: nam quales te gerunt impi, talem erga te Deum experiantur necclesie est. Proprieatis prophetarum respectu Deus IGNIS VENENS vocatur: quemadmodum ex Mose percipere hec, ex quo Propheta (vt si p. dictum est) doctrinam suam mutuantur: quem etiam Apostolus Hebreorum duodecimo sequitur est. Hanc expositionem Propheta ipsi confirmat, docens quanam illius pauoris causa sit. Posset enim obiecti Deo nimis severitas, quasi immodicè eos terrorret: atque benignus & clementis prius esse solet impiorum verberum ipsum & formidabilem experientur. Putant nonnulli Prophetæ fuisse propositum, ut homines abiecerint fiducia prostrati & humiliati contigerent ad Dei gratiam, reos omnes peragere: quasi dicitur, Neminem nisi perfette iustum stare ad tribunal Dei posse: idcirco que esse omnes maledictos. Atqui potius ex coru persona & scitu loquitur, qui ante subfannauerunt omnes minas: nunc cedem trepidè interrogates inducit, Quisnam audebit prodire in Dei conspectum? Nam haec lamentabilis querimonia eius quem nuper attigit pauoris indicit, ubi sua fragilitatis consueti praedole exclamant, Quis Dei praesentia sustinebit? Ceterum quia Deo nihilominus obstreput quanvis ciuismodi voces extorquat ab iniuris, ideo Propheta ut cōpeccat improbos eorum latratus, respondet ex opposito, Deum non esse natura horribile, nec metum afficer hominibus: sed eorum culpa accidere, quia scelerum suorum conscientia, quam Dominus quietam esse non sinit, absterretur.

15 AMBULANS IN IUSTITIA. Nunc ergo melius exprimit quod iam attigimus. Non esse cur nimis rigorè expobrent Deo, qui eius iram provocando clementiam eius procul repellunt. Atque ita reatu suo confictos ad penitentiam hortatur. Ostendit enim bene convenire inter Deum & homines, si iustitia tequi & colere velim: si veri & recti sint & studiosi, si puri sint a corruptiōnibus, & innocenter te gerant, cum proximis: sed cum omni vitiorum genere scatent, cum malitia, calumniis, avaritia, rapinis, aliiisque sceleribus sint dediti, sicut non posse quin Dominus eos prostrernat metu, ipsi se terribile ostendens. In summa, Propheta consilium est os obstruere impiorum blasphemabus, ne in suo exitio Deum insimulat faciat: quandoquidem tota in ipsis culpa residet. Terribiliter conantur damnationē effugere. Atqui affirmat Propheta, Deum suis cultoribus semper esse propicium, & hoc tenet vocari à Mōise ignem, ne contempnatur sit eius misericordia ac poena: interim quisquis vero peccatis affectu ad eum accedit, re ipsa sensurum nihil suauius vel amabilius esse eius praesentia. Cum ergo serena facie Deus prius afflugeat, recta conscientia tranquillam cum eo pacem colligant, vnde sequitur siapte natura non esse formidabilem, sed prauitatem nostra eadem impelli. Præcipue autem ad hypocritas dirigitur haec concio, qui occulto suis factores & nequities obtegunt falsi pietatis velo, Dei que nomine ad maiorem peccandi licentiam abutuntur. Iustitia vero exemplis definitis, et aliis eorum sceleram coartat. Enumerat autem præcipias vita actiones quibus deprehenditur quales simus. Secundum enim Tabulam (vt alii stepe) attingit, quia experimentum capitur versus pietatis, nam ut igne probatur aurum, ita quali erga Deum simus animo cognoscitur ex communione vita, ubi mutuis officiis testudo est nostra probitas. Quod dicit, AMBULANS, nota est via meta phora, quæ trita est Scripturis cum agitur de instituto vita aut continuo curiu. IUSTITIA vero intelligit, non integrā Legis observacionē, sed aequitatem quae secunda Tabula continetur, ne quid altius de iustitia hic philosophandū exsticem⁹, postea detinendit ad præcipias coléda rectitudinis partes. Et quia lingua præcipuum est homini membru quo actiones suas exercet, eam locat in iesu post iustitiam gradu. Nā qui cā cohibet a calumnis & maledicēria à fraude, periuio & mēdaciis, ne proximū suū villa in re offendat, is RECATA LOQUI dicitur. Additur alia species QVI ASPERNATVR, &c. Poterat quidem vno verbo dixisse, Qui pecuniam contentus, sed et alia species QVI ASPERNATVR, A. ii.

Deu. 4. 14

G. 9. 3.

Hebr. 12.

29

Deu. 4.

24, G. 9. 3.

abstinet, inopes & tenues vexat atque opprimit, nec ei quicquam aliud curæ est, quam ut vndique que pecuniam, quo iure, quæve iniuria extorqueat. Longius deinde progrederit: nempe ad corruptelas omnis generis. M V N E R A enim nominans quibus iudices corrumpuntur, ex altera etiā cōpreditur. Nihil enim omnino est, quod ita hominum mētes, rectūmque iudiciū peruerat. Ideo iubet EXCVT E R E M A N V S, ut significet quātoper ab iis abhorre oēs & religiofē abstineret debeat: ne si tam umodo attigerit, vel sola contagione infecti ab æquo & iusto defleuant. miræ enim tunc munera illecebra, ut difficile sit: admodū iudicibus puras ab iis manus & integras feruare. Quid ergo de iis iudicari potest, qui manus semper exporrectas & paratas ad capiendu, immo adūcos vngues ad trahēdū habent? neq; id modō: sed me: etriū instar palā te ad quættū prostituūt: quid minū si cōtra eos Deus intollerabilē vindicta fulmina? Tandem in'egritatis studiū in auribus quoq; requirit. Ac per SANGVINES quidē homicidia & cades in'elligit: sed cōplicetur etiam sceleritas conspirationes omnis generis, ne aures ad eas audiēdas pacā: quid ascēnsum p̄beamus. nec enim vult aures obstrui ad pauperū clamores, dū iniurias ferūt & opprimitur: sed vult nos abhorre et ab impiis cōfiliis, quib⁹ improbi homines contra innoxios perniciē machinātur, ut ne aures quidē ad eorū sermones accēdemus, nēc vlo modo nos sollicitari ad malum pariamur. Postremō eande in oculis puritatē exigit. Deniq; ientus omnes continentos esse docet, ne improbis villā assensu significatiōne p̄beamus, si velimus irā Dei & horribile illud incendiū effugere, de quo antea loquutus est.

16 ILLE IN EXCELSIS.) Ut intelligent Iudix iustas fuisse castigationes quas inflixerat Deus, & cum eo reconciliari studeant, benedictionē eius paratā esse dicit bonis & rectis, quales superiore versu decripsit, nec quicquam periculi imminere, nec pertinet cōfūdū incendium cuius meminit: quia tutissimo in loco statuentur. Impiis contrā & iceleribus, maledictis, rapacibus & fraudulentis qui lingua, manus, aures, oculos à sceleribus & flagitis abstinent non possunt, si Deus asperior sit, nihil esse mirum: neque Deum illis esse iudicem quin simul carnifex sit propria conscientia. Hoc agitur vnicum esse remedium, ne extimescant Dei præsentia, si in voluntario eius timore se contineat.

P̄ EX C E L S A in'eligit tutissimum locum & ab omni periculo immunē, quid nulla hostium vis peruadat: ut etiam continuo p̄st ipse satis declarat domiciliū illis a Fgnans in rupibus munitis. Iusta statiomē addit copiam bonorum: acsi dicteret, puris & integris Dei cultoribus nihil defuturum, quia Deus non modō eos turabit: ut p̄st incolumes ab omni noxa: sed etiam quicquid ad tolerandā vitā pertinet largè suppeditabit. P A N I S enim & A Q Y A nomine, significat omnia qua ad quotidianos vitæ usus necessaria sunt. A Q Y A V E R O F IDELES postea promittit: quia etiā ad tempus abundant impi, postea elurunt: scuti penitū & fame in illis Deus minatur in Lege. Hoc idem ad Dent 28, 23 panē referunt, quia commune est epithetum, acsi dicteret, Viatum fore certum piis omnibus. Leonis enim famehei vagantur: qui verò timent Deum non desti uentur bono. Quia uir nō ualiberalis est Deus, non fatigatur benignè largiendo, & eius copias non exhaustit beneficia. Cæterū, cum variis periculis obnoxia sit hominum vita, nec cibariorū & virtus copia sufficit ad nos tuendos, nisi Dominus nos defendat virtute sua: ideo p̄cipue notandum quod an' ē dixit, turā in quiete locari pios. Dominus enim pastor is officio fungitur, nec tantum alimenta suppeditat, sed etiam ab imperi latronum, hostium, luporum, fuos conferat: in que sub turela & fide tua continet, ne quid adiuvi patiantur. Cū ergo accedit ut hostes nobis infestī sint cogitamus nos meritas de sceleribus nostris peinas dire nōque destitutor auxilio Dei quid eo indigni simus. quicquid enim malorum iustinemus, vitis nostris impurari debet. Interea qui bene tibi consciē sunt, ne putent se à Deo destitutos esse, sed in extremum vitque diem vitā his promissis confidant, quibus Dominus se. utilissimum suis asylum fore promittit. Nemo quidem adeo purus aut integer esse potest, ut sustinere coniectū Dei possit: nam si obliteret Dominus iniuratas nostras, ut inquit David, quis sustinebit? Ergo mediatore nobis opus est cuius in'ercōlione peccata nostra nobis remittantur. neque hanc Scripturā communē doctrinam excludere voluit Propheta, sed impios confernare, quos mala cōscientia extimulare atque in'escari non definit. Quod diligenter notandum est aduerterus Papistarum doctores, qui huiusmodi locis, quibus commendantur opera, ad desti uendā fidei iustitiam abutuntur: acsi expiationem peccatorum, quam per sacrificium Christi consequimur, excludi oportet.

17 REGEM IN DECORE.) Quanuis Propheta per sonam muter, amen hic versus cum superiori coniungi debet: quia alloquitur sinceros Dei cultores, quibus aliud eriam beneficium promittit: nempe quod REGEM IN DECORE SVO VI DE B VNT. quæ promissio valde necessaria fuit ad sustinendos priorum animos rebus ita afflētis. ad. òque desperatis in Iudea. Obiesa enim Ierosolyma, inclusō intra ciuitatē Regē, ne fidis adstantibus consilariis, leui populo tumultuante, omnibus denique ad ruinam spētan: ib⁹, nihil ipsi superesse videbarūt. Atqui regia potestas in familia Daudis singulare erat amoris De p̄gnus. Hinc igitur periculo occurrit Ilias, quia, tamēsi Regem suum sru & squalore oblitum videat: tamen in pristinam dignitatem & maiestatem suam restituerit. Primum notandum est, quam in a stimabile Dei beneficium sit tranquillum habere Republicā statum, & bonos Principes, qui ex fide & xequitate omnia administrent: Deus enim nobis p̄fēcti ipsorum manu cū ergo non postrema si hæc felicitas, Propheta hanc partem omittere noluit, felicem statum promittens Dei cultoribus. Interea obseruandum quoque est, regnum

regnū illud typū fuisse regni Christi, cuius Ezechias imaginem gessit, tenuis enim alioqui esset: hū⁹ promissionis fructus, nisi trāsum ad Christum facerentis, ad quem hæc omnia referri debent. Ne quis me hic allegorias teq[ue] putet, à quibus tum alienus, non sūpl. citer de Christo interpretor: ied quia non alibi quām in Christo reperitur vībratilis illius regni firmata, imago quān[us] per se fecerat Ezechias, nos ad ipsum veluti manu ducit. Mih[ic] ergo placet ab Ezechia ad Christum anagoge, vt quantus futurus sit eius decor, intelligamus. In summa, hīc restitutio[n]ē Ecclesiæ promittit Iudaas. Eius restitutio[n]is duo sunt membra, primum, vt Rex hic de corde suo appareat: deinde, vt tines regni propagentur. Scimus autem ad eō deformatam Christi ipse[re] ē esse, vt coni[cep]tib[us] his sit mundo, quod nihil appareat in eo decoris aut venustatis, sed maiestas tādem ipsius, magnificētia & decus compi cua erunt, floreb[us] eius rēgnū, & longe latēque propagabitur: tamē si nūc omnia occupent imp[er]ii, verò que Dei feruos oppriment, vt vestigium vix ullum habeant in quo pedem totū tigere possint, expectandus tamen firma ipse hic Rex noster, qui illustri & splendido in folio tandem iedebit, popu lūmque tuum misericordē exornabit.

18 COR. TVM.) Iterum quid malorum impendat docentur fideles, ne ex inopinato tam duriter oppresſi succubant nō alii in p[re]terito, ali in futuro vertunt, quoniam haec temp[or]ū com munitio apud Hebreos visitata est. Ego quia puto admoneri populum de propinquis malis potius quām referri quāt[er] antē pertulerat, futurum tēpus: benter retineo, quo etiam vītū Proph. a, MEDITABITVR. Quāt[er]ens autem vbi scriba? p[ro]p[ri]etatis, refert corum voces quī terrore expaue facti, in hunc modū exclamat: Vbi scriba? vbi appen[do]is? vt vehementius ipsorum animos attinet. Si cui abrupta videatur ista series orationis, quād superiore versu de Regis decore concionatus nūc terrores proponit, mihi dubium non est quin Propheta per comparationem beneficū Dei ampliāt[er], vt cū liberari fuerint p[er]i, statu[re] suis conditionem magis & stūment. Obliviosi enim sunt homines, & maligni in estimātis beneficiis Dei: nec quanta fuit eorum miseria reputant, postquā iemel erepti sunt. Eis ergo reuocāda sunt in memorā misera & calamitosa tempora, quibus multa pertule runt, vt magnitudinē beneficū iā Deo p[re]stati melius apprehendant. Observāda quoque alia ratio est cur populum de talī metu commonsheri vīle fuiturū scilicet audito regis splendore vacuitatē ab omni molestia sibi promitteret, sed paratus esset ad subiectandas quālibet a[cc]rūtinas & vexationes. Inter ea tribularius & obiectus tamen intelligeret Deo cur[us] esse regnum Iuda, atque liberatum iri ē māmbustyrannorū. Est autē miserrima haec conditio, quā deicribit Propheta, populū liberi & cō ditionis tyrannide adēd immāni opprēsum esse, vt cencūtur omnes ciuii facultates: domus, prādia, familiæ, ierū desiderabātur. Quād dura sit h[ic]c teruitus, recipiā experientur permulti nostri rēpōrit⁹, quibus hoc olim infuetum erat, dum ad minimum vīque quadrātū expenduntur facultates: nec tan tūn certi reditus, sed etiā ipse quāstus a stimatur: nec pecunia & tantū & posseſsiones, sed etiam no mina censemuntur: dū vētigahū nouē excoigitantur rationes, nō solūn in ciabarā, sed in minimis quāque: adēd vt tyranni magnā ad te rapiant earum terū p[ar]tē, quibus misera plebs carere non potest. nec tamen h[ic]s miseriis hominum insolentia, libido & protervia castigatur. Quid accidet cū libe ria ac iuste[re] erunt? tānōne malorū omnī oblit[us] & beneficii Dei immēmemores, efficiētūs in omni luxū & libidinē ferentur? Non frustra igitur Propheta miseriū illum populi statū ob oculos propo nit, ne inde erēptālaciūtā, sed agnotiā liberatorē tuum: cūmq[ue] toto animo cōpletātur. Locū hunc à Paulo i ad Cor. 1. cap. citari fallō purarūt: quia corrūperet sentiu[m] Prophete, & verba aliō torque 1. Cor. 1. 20 ret. ac tantū decepti in Scribā nomine quod hic p[ro] Drōtore non capit. SCRIBA ENI[US] VOCAT[ur] cū qui capita, familiās, prādia, domos describēbat: deniq[ue] apud quēlibi censū erant. APPEN DIXI INTELLIGIT CUM QUI RECIPIC[AT] CENSU[M]IS ENIM APPENDEBAT PECUNIĀ quāt[er] soluebatur: cuius mō diuinē funguntur hodie Quæstores. Moleſtissimum vērō & odiosissimum genus hominū addit, DESCRIPTORES TVRIVM, id est, adūn insigniorū hi enim inquit ut ac perlustrāt singulorū domos, vt qui locupletiores sint, intelligāt: quād maiorē pecunia exigere possint. His, inquā, velut ca nibus venaticis vītient tyranni ad sectādā numerorū v[er]stigia, vt p[re]ter communia tributa extra ordinariū aliquid exigatur. Aduentū ciuiimodi hominū populo tristissimum esse dubium non est: nec enim desinunt, donec luccū eius & sanguinē vnuertum fuxerint. Si quis Regis ipsius ministros intel ligere malit, quorū partes erāt domos muris vrbis vicinas diruere fruatur suo lensu. Mih[ic] probabile est Propheta de exæctori b[ea]loqui, quos viētores imperii stabiliēdi causa p[ro]ficiūt deuictis genitib[us].

19 POPVLVM trucem.) Alii 1712 Robustū vertunt: ali Impudēcē, led dubium nō est, quin tru culentiā Assyriorum notare velit, quod postea declarat cūm air nullā cūm iis communicationē fore, quoniam diuersa lingua vrebātur. Nihil enim est quo magis homines ad misericordiam flecantur, quām cōmunicatio sermonis, qua miseras suas alii alii exponunt. H[ic]c deest, nulla conciliātorū animorū ratio inīri potest: aliis sunt barbare: plus ab iis obtineri potest, quām si cum feris aut bellis negotium esset. Itaque Propheta miseriū illum populi statū amplificat, vt ē diuerſo ostendat quāt[er] nū fuerit beneficium Dei, eximiū à tanto metu. Sicuti alibi Spiritus gratiam Dei com p[ro]ficit, 81. 6 mendat, quād seruatus fuerit in Ægypto populus, cūm gentis illius lingua non intelligeret.

20 ASPICE SIONEM.) Nonnulli in vocatiō legunt, O Sion: sed p[re]stat in accusatiō le geret. Adducit vērō promissionem quā multum apud p[ro]ios omnes valere debet, de restitutio[n]e Ec-

eccl^{ia}, qua euersa vel collapsa nulla illis optabilis est prosperitas. Sic autem restituendam esse Ecclesiam docet, vt rem quasi prætentem ob oculos ponat, quāuis de re futura loquatur; quod scilicet plus efficac^{ia} habeat hæc oratio, perinde ac si dicere, Iterum Sionem instauratam, & Ierosolymam florarentem videbis. Tametsi diruta & dissipata cernant omnia fidelis, atque detincent de salute ipsius, tranquilla tamen & stabiles in ea habitat^{io} futura est. Porro **V R B E M V O C A S S O L E N N I T A T U M**, ostendit unde potissimum estimanda sit instauratio Sionis, quod scilicet illic conueniret populus ad audiendam Legem, ad confirmandum fœdus Domini, ad inuocationem nominis ipsius, ad sacrificia peragenda. His quum populus careret, dissipatus ac ferè perditus erat, quasi sciuncus à capite suo, atq; omnino destitutus. Ideo nihil tam deplorabat pii cūm Babylone capiuit tenerentur, quam exulando à patria, bonis simul illis priuatis esse. atque hanc præcipuum fusile piorum omnium querimoniam sat is ex plerisque locis appetet. **S I O N E M V E R O C I V I T A T E M** appellat, quod intima est civitas, quæ etiam Daudis vocabatur, amplior erat & alius Ierosolymæ circuitus: nā duplex murus fuit, vt alio loco diximus: sed que plerisque vībibus vsu venit. Hic notandum est, restitucionem Ecclesiæ præcipuum omnium bonorum & vnicè exoptandum: cætera omnia quāvis abundantissima, nihil esse, si hoc vnum desit: cōtrà, miseros nos esse non posse, quandiu Ierosolyma, id est, Ecclesia florebit. Tunc autem restituitur ac floret, quum Deus præsidet nostris conuentibus, & nomine eius aggregati, pli adhæremus. Impii quidem obtendunt Dei nomen, quasi iub cius autip eiis cōueniant, sed inanis est larva, quā animo lögē absint, nec quicquā ipso duce aggrediā ur. Ad hęc fidelib^o qui diu vacillaverāt inter multas trepidationes, dicit securā & tranquillā fore habitationē in Ecclesia Dei. Cuius pacis ramet si gustū aliquem Deus populo dedit sub Ezechia, cōplementum tamen non nisi in Christo fuit exhibitum: non quod filii Dei quietum ab eo tempore domicilium fuerit in mundo, sicuti hodie hæc tranquillitas abscondita est: nam vagi & instabiles huq; atque illuc erramus, var. isque tempestibus & procellis agitamur, innumerinos inuidunt hostes, var. aq; nobis prælia sustinenda sunt, vt vix momento villo quiescamus. Ergo non promittitur eiūmodi tranquillitas quæ carnis ne fratre ienibus apprehendi possit: sed ad int̄imos animi sensus veniendum Spiritu Dei reformatos, vt pace illa fruamur, quæ nullo humano ingenio apprehendi potest. Omnem enim, vt ait Paulus, sensus exuperat. cā haud dubie largietur nobis Dominus, si in Ecclesia maneamus. His porro similitudinibus **T A B E R N A C L I & P A X I L O R V M**, Ecclesiæ conditionem verē determinabit. Porro si: enim vocare virbem bene fundaram, sed tabernaculum dicit: cuius ea est natura vir stetim alio transfigri possit: vt quanvis instabilem atque varijs mutationibus obnoxium Ecclesiæ sit rūm iudicemus, cīam tamē moueri aut labefactari non posse. nam aduerius turbines ac tempestates, aduerius omnes hostium impetus, p̄terre naturam & apprehensionem ingenui nostri perstabit. Hæc duo, quæ videntur inter se pugnare, sola fides coniungit. In tabernaculo quām in munitissimis quibusque arcibus magis firmam stationem esse. Quo etiam clypeo contra tentaciones vtrendum est, quæ aliqui facile fidei nostram diruerent, quoties Ecclesiæ videmus nō modū fluctuare, sed quāli impetuō raptrahē & illuc. Quis enim in illa tu bulenta agt aiōne diceret tutum esse habitaculum? Sed quia suos Deus non vult penitus in terra defixos esse, quod magis pendeant à se vno, tutela quam nobis promittit pro centum & mille fulturis habenda est.

Phil.4.7;

Supra 8.6.

21 **Q VONIAM ILLIC FORTIS**) Duæ particulae εν ισαρά sive duplice affirmationem valent, sed h̄c cauſe reddi: io est: ac commode etiam vertere licet. Quia si. Sed libenter retinaco quod dilucidius est. Propheta autem caulam assignat cur Ecclesia, quæ simili mobilis tentorio videtur, stabilitate superet optimè fundatas vrbes: nempe q̄ia Dominus in medio eius est: quemadmodum etiam dicitur P̄sal.46. propterea non commouebitur. Quod si Ecclesiæ separameris a Deo, statim absque alieno impulsu concidet, constabit enim ex hominibus tantum quibus nihil imbecillius est aut magis caducum. Vbi vero Deus habitar nobiscum, iustinet ac fuicit quod natura infirmū erat, nobisque est in star munitissimæ areis amplissimæ fossæ vallorum & fluminum vībē omni ex parte eingentium. Alludit autem ad situm vībis Ierosolymæ, cui riuiulus tantum exiguis erat, non ampli fluui & rapidi, quales Babyloni & aliis ciuitatibus, nam populum alibi vīna Dei virtute contentum quiescere iūsit, nec largos illos flumos appetere, ac si dicere, inuictum robur nostrum forte, si Deus nobis præsideat: quia eo turore & præsido satis fūper quæ muniti erimus NON TRANSIBIT NAVIS. Hoc incōmodi habent magni amnes, quod adiutū hostiis præbere polsint, vt ad nos proplus quām expiat naubus accedat. Ita s̄p̄issimè nocet, quod admodum iuvare videtur, Domina autē ita PRO FLUVIO futurū dicit ut nullū tale incōmodū metuendū sit, nec hostiis p̄eat adiūtus. Duas verò nauū species enumerat, longas & onerarias, vt hostes modis omnibus prohibiū in ostendat. Ut ille hinc doctrinā colligēda est, Non esse petendam aliud salutis fiduciā quām ab uno Deo, ac frustra cumulari varia prefidia, quæ inania, mō pernicioſa nobis futura fūt, si ipso caream^o.

22 **Q VONIAM Ichoua Index**) Definit iam Prophetæ quomodo Deus residet in Ecclesiæ: nempe, quod illi colitur & agnoscitur vt Index, Legislator & Rex. nam qui Deo parent seque ip̄i tanquam Regi subiecti, experientur ipsum præsidem salutis sūe: qui verò eius nomine fūlō gloriāt, frustra eum sibi affuturum sperant. Tantum nos subiiciamus eius imperio, audiamus eius vocē, & pareamus: ip̄e vicissim se patronū & fidelissimū custodē præstabit. Sed cūm perniciōs eius vocem, ac Verbo sumus immorigeri, minimē profectō mirū est nos in periculis destituti ab ipso ac deseriti.

Psal.137.5.

1.Reg.8.1.

deserit. Hinc etiam notandum est, quæ vera sit Ecclesia Dei, quæ felicitate Legislatorem ipsum ac Regem agnoscit. Qua fronte igitur Papistæ audent iactare Ecclesiam Dei, cum legitimam eius administrationem, qualis per Motum Prophetas, & Christum instituta est, reipuunt, atque eius loco figura & nundinationes feras substatuant? Exercent crudelē tyrannidem in conscientias, crepant que omni libertate qua nos Christus donauit, miserè ducant animas atque in exitium ducent. at qui iolus est Dei conscientias dominari, cum iolus sit Legislator & Iudex, notique iolus Verbo suo *Iac. 4. 12.* regere & moderari debeat. Coniungit autē hic tres voces, *IUDICIS, LEGISLATORIS, REGIS;* quod res sit admodum teria, nec negligenter præteriri debeat. Siergo patiamur nos ab ipsius Verbo regi, non quæmerit nos, atque hæc vincia salutis obtinendæ ratio est.

23 **LAXATI SVNT FVNES.**) Continet sermonem suum ad Assyrios, iub quorum persona omnes eisim Ecclesiæ hostes alloquitur. Postquam enim firmitatem Ecclesiæ promisit quæ nunquam vacillet, perstringit stolidam confidentiam quaurgent inspiraci profundissimis radieibus cœtrum terræ attingerent. Quanvis ergo fundatisimas esse opes suas imaginentur, dum inebriat prospera fortuna, prædicti subitam illi ruinam instare, quia manu Dei non iustinentur. Persequitur autem similitudinem qua iniō vius erat. Dixerat enim Ecclesiam similem esse loco munito & circuato fluui amplissimum, per quos hostibus accessus non pateret, num impiorum statum nauibus comparatio significat eos iolidum fundamentum non habere, tametsi formidabiles te præbeant, ardeant infamia, & ferociter sauvant, nec quicquam eorum furori resistere posse videatur. Tametsi igitur naues eis longæ & onerariae sint, quibus longissimè disiunctas regiones quodammodo coniungunt, terræque & maris imperium obseruent, nihil tamen diuturnum aut firmi apud ipso serit, cuetet Dominus eorum naues, abruptissime funibus & malis, eodem naufragio ipsos involuet. Ne igitur eorum violencia & audacia terremur, sed Domini diem expectemus, quo furorem ipsorum & violentiam in eorum capita conuertet.

24 **ET NON DICET.**) Propheta iterum ad Ecclesiam revertitur, nam quod exitium Assyris minatus est, hoc etiam ad piorum consolationem pertinebat: quandoquidem non alter alia maneret Ecclesia, nisi tot hostium qui vndeque eam infestant iniurias, Deus illum patrocinium opposeret. Ergo ubi breuiter attigit, reprobos omnes qui filii Dei molesti sunt, disruptum iri, meritò argumentum suum prosequitur, Deum nihil omisurum quo piorum talitem promoueat. Cives ergo Ecclesiæ liberos ab incommodis omnibus fore dicit, quia Deo proprio feliciter habebunt. Posterior enim pars verius exegēta est: quia ostendit tunc denū nihil obstatre quæ vigeant inter nos Dei benedictiones, vbi nobis remissa sunt peccata. Vnde etiam colligimus quicquid misericordiarum nobis incumbit, non manare ex alio fonte quam ex peccatis nostris. Alioqui ratio quam reddit, remotior ac minus propria videri posset, sed principium illud statuendum est: quæ cunque nobis Deus infligit mala, tondem esse signa iræ eius. vnde sequitur, reatu tubulato, nihil aliud restare quam ut Deus benignè quicquid opus est largiendo nos paterno sinu foueat. Quare si cupimus à malis eripi, hunc ordinem teneri cōuenit, vt primùm reconciliari Deo queramus. Cauta enim tubulata facile efficit tolleretur. Sed cùm præpostera sint nostra desideria, & tantum de penitentia solliciti conniveamus ad radicem malorum, nullam eorum allegationem nobis afferri mirum non est. Fallunt ergo, qui eum sibi placent in virtutis suis, malorum vacui & immunes esse volunt, quod si nihil aduersi plariantur, tamen miseri esse non desinunt, nec verò tranquilli animo esse poterunt, quandiu ipsis seculorum conscientia perlequerunt. In hoc igitur consistit vera felicitas, si veniam à Deo adepti, quæ cùque ex eius manu percipimus beneficia exanimos sentimus fructus esse paterni eius favoris. Diccamus præterea non aliter posse nos Deo placere, vt nos pro filiis centere dignetur, nisi cum peccata imputare desinit. Sola igitur gratuita reconciliatio Deum nobis placat, & eius beneficiæ viam ad nos sternit. Quod autem noīquam cernitur ista à malis immunitas, id promissioni fidem non abrogat, quia abunde sufficiunt fidelibus hoc in malis solatiū, etiam dum castigantur manus Dei dilectoris nihilominus esse filios. Quatenus enim iegeniti sunt ciui Spiritu, benedictionem gaudere incipiunt quæ integra vigebat ante lapsum Adæ. Quia autem multis peccatis onerantur, assida purgatione indigent. Sed interea peccatas temperat Deus eorum infirmitati indulgens, & eorum salutis se consilere demonstrans, dolorem si non abolet in totum, mitigat tamen ac lenit. Ideo non abs te Propheta à communib[us] misericordiis, quatenus sunt Dei maledictiones, eximit Ecclesiæ. Vnde etiam appetit quā pueris sit distinctione Papistarū de inani culpe remissione: acsi Dei iudicio satisfaciendum esset. Atqui longè aliter docent Prophetæ, quemadmodum ex variis locis colligere promptū est. Quod si hic tantum locus extaret, quid aperius dici potest, quām esclare languores, quia remissa est iniurias? Certe tantumdem hoc valet, acsi dictum esset, cessare peccatum eo quod remissa sit culpa. Verum quidem est, quanvis placatus sit Deus, interdum peccatum infligere fidelibus: nempe vt paterna castigatione melius eos in futurum crudias, non autem vt vindictam exigat, acsi dimidia tantum ex parte reconciliatus foret. Papistæ verò peccatas satisfactorias esse volunt, quarum compensatione quodammodo se redimat peccator, reatumque suum aboleat. Quod ex diametro pugnat cum gratuita venia. Ita concidunt putrida eorum figura tam de satisfactionibus, quām de igne purgatorio. Notatu etiam dignum est quod soli Ecclesiæ

sic ciues hoc priuilegio ornantur: quia extra corpus Christi & piorum societatem nulla cum Deo reconciliatio speranda est. Vnde proficiemur in simbolo nos credere Ecclesiam catholicam, Remissionem peccatorum, quia sicuti non alios complectitur amore suo Deus nisi quos cenfet inter vngeneris filii membra, sic non ultra eius corpus extendit gratiam iustitiae imputationem, vnde sequitur, extraneis qui se ab Ecclesia disiungunt, nihil restare nisi ut in sua maledictione purescant. Quare & dicensio ab Ecclesia aperta est aeternæ talutis abnegatio.

C A P V T X X X I I I I .

- A**ccedit gentes ad audiendum, & populi attendite. Audiat terra, & plenitudo eius: orbis, & cuncta germina eius.
- Quia indignatio est Ichouæ super omnes gentes, & furor super omnem exercitum eorum: vastauit eas, tradidit eas in maculationem.
- Interfecti eorum abiicientur, & è cadaveribus eorum ascendet factor eorum, ac lumenque sicut mortes præsanguine eorum.
- 4 Et tabescunt omnes exercitus cœlorum, & complicabuntur ut liber. Cœli & omnes exercitus eorum defluerunt, sicut defluit folium ex vite, & sicut defluit ex fico.
- 5 Quoniam inebriatus est in calis gladius meus: Ecce super AEdom descendet, super populum, inquam, anathematis mei in iudicium.
- 6 Gladius Ichouæ implexus est sanguine, impinguatus est ab adipe: sanguine, inquam, agnorum & hircorum: adipe renum arictum. Quoniam vicitima Ichouæ in Bozra, & maculatio magna in terra AEdom.
- 7 Et descendunt unicornes cum eis, & iuueni cum tauris: & inebriabitur terra eorum sanguine, & puluis adipe impinguabitur.
- 8 Quoniam dies vltionis Ichouæ, annus retrituationum in causam Sion.
- 9 Et conuertentur flumina eius in picem, & puluis eius in sulphur: eritque terra eius in picem ardenter.
- 10 Noctu & die non exinguetur perpetuò ascendet fumus eius: à generatione in generationem deuastabitur, perpetuus asternatibus nemo transibit per eam.
- 11 Itaque accipiet eam in possessionem pelicanus & vultur: noctua & corius habitabunt in ea: extendetque super eam funiculum vanitatis & lapides perpendicularares vanitatis.
- 12 Nobiles eius sine regno vacant: & cuncti principes eius eruunt nibilum.
- 13 Proferet in palatis eius spinas, & virtutem, & carduum in arcibus eius: eritque habitatculum draconum, & mansio pullis struthionis.
- 14 Et occurrent bestie sylvestres satyric, & stryx ad socium suum vociferabitur: etiam Lamia ibi pernoctabit, inuenietque sub mansione quietam.
- 15 Vlula faciet ibi nidum, & incubabit & excludet, & congregabit in umbra eius: quin etiam vultures ibi congregabuntur, unaqueque cum sociis suis.
- 16 Sciscitamini ex libro Ichouæ, & legit: nunquid virum ex illis fuerit substratum. Nullum sociæ sue decerit: quoniam os eius præcepit, & spiritus eius congregauit eas.
- 17 Et ipse proiecet eis sortem, & manus eius diuisa illis in perpetuum, quasi per funiculum. Ideo habreditur eam in generationem & generationem illic habitabunt.



CCEDITE GENTES.) Haecenus Propheta consolari volebat Dei filios quasi in medio ipsorum concionatus est: nunc ad Gentes convertens sermonem idem argumentum, diversa tamen ratione, prosequitur, nam cum prius ostendit Dominum Cap. 33.5.6 eam populi sui curam gerere, ut eius teruandi rationem inueniat, nunc etiam adiungit quod antea sepe vidimus, sed ad tempus passus fuerit vexari ab improbis, vindicatum tandem fore. Idem igitur argumentum contextit, sed alio genere consolationis: quia debetribit quam grauem tumptus sit Deus vltorē de impiis qui populum suum læcerunt. Quod vero magis excusat ipsos, hoc exordio concilat veluti conuocatus gētes pro officio praēconiis ad Dei tribunal. Sic enim impiorum torporem excuti oportebat, qui in otio & rebus proprieatis minas omnes contemnunt, nec Deum vltorem feclerum tuorum fore existimant. Quanquam in hac vchementia rationem potius habet Ecclesiæ, quoniam alioqui verba apud iurados absque profectu protrahit. Alloquitur autem Idumæos qui haec iudicia fecerūt contempnūt etiamque ideo aduersus ipsos cœlum & terram contestatur, nam iudicium adeo conspicuum & illustre fore dicit, ut non tantum populis omnibus, sed mutis quoque creaturis patet. Atque hic vistatus Prophetis mos est, ad Deut. 32.1. mutas, scilicet, creaturas provocare, cum homines quanvis ratione & intelligentia prædicti stupent, Suprad. 1.2. quemadmodum prius cap. I. vidimus.

2 NAM INDIGNATIO JEHOVAE SUPER OMNES GENTES.) Gentes haec dubie intelligit quæ Iudeis infestæ & simul vicinæ erant, nam cum variis Iudeos populi vndiqueaque cingerent, tot ferè ipsi fuerunt hostes, quorū vicini. Etsi autem aliae erant oīi cause, sicuti æmulatione diueria tamē religio rabiem eorum maximè accendit, qui indignè cerebant tuas superstitiones damnari. Quo maior ratio fuit cur Deus iudicem te & vltorem fore promitteret. Addit, SUPER OMNEM EXERCITVM, quod pauci numero essent Iudei, si quis eos cum reliquis gentibus comparaslet. Quanvis ergo sua multitudine superbirent gentes, & Iudeorum paucitatem despiciunt, saepe tamen Deo fore affirmat eas comminuere ac conterere, ut pusillum gregem tuum, cuius custos est, conseruet. At tamē si de rebus futuris loquatur, tamen præterito vi voluit, ut in rem presentem adduceret, qui rebus adiectis obruti jacebant. Neque enim haec, ut nuper attingi, ob Idumæos prædictis, apud quos nullus erat huius doctinæ locus, sed in gratiam piorum, quos consolari volebat, quod misere ab hostibus vexati essent.

3 INTERFECTI EARVM ABIICIENTVR.) Hac circumstantia ingentem fore cladem docebit, si pauci sint interfecti terra conduntur, vbi vero tanta multitudo in unum contracta est ut superstites ad sepelendum non sufficiant, nulla humandi cura est, idēque cadaverum factore corruptitur aer. Vnde apparet ad sternendos innumeros exercitus Deum iatis valida potentia esse instrutum. Fortè etiam iudicium Dei exaggerate voluit Propheta, quia ad eadem gentium ignominia & dedecus accedet, ut sepulchrī honore & officio careant. Alia quoque figura amplificat magnitudinem stragis, quia DEFLET SANGVIS EX MONTIBVS, acsi liqueficerent ipsi montes: ut cū aquæ ex magnis imbris violenter currēt terrā vñā secū deoluunt. Hoc etiam modo nullū fore perfugium docet, quia per montes ipsos grallabitur non lecus atque in conflitu gladii ſeruita.

4 TABESCENT.) Hyperbolica oratione vitur Iſaias: sicuti alii etiam Prophetis vistitum est: nempe ut horrorem illum iudicium Dei amplificet, tardisque & hebetes animos hominum percelat, frigeret enim alioqui sermo ipsius, paupērque apud homines securos proficeret. Addit igitur SIDERA quoque ipsa in ciuismodi strage tractura nigredinem acis contabescerent, quod magis luctuostiam eadem illam fore ostendar. quemadmodum tenebroso & turbulentō cœlo nubes cōvolui, Sol & stellæ pallescere, & quasi deficere, superaque illa omnia nutare & ruinam moliri videntur: sic eo tempore eisdem eventurum, plena que tristis: mihi luctus omnia fore significat. Hæc autem ad hominum sensum referri debent, cœlum enim loco suo non mouetur, sed cum Dominus ira sua signa proficeret, ita tremur, acsi Dominus cœlum contraheret aut deiceret: non quod tale quicquam cœlo contingat, sed homines securos alloquitur, quos ita compellari oportuit, ne rem leuem aut ridiculam esse existimarent. Tantus vos confundebat pavor, ut cœlum in capita vestra ruere possit videatur. Hæc iusta est fœcordia merces, ut umbram suam metuant impii qui nullo tanguntur Dei timore, & ad strepitum folii cadentis non secus expauentant quanvis si Sol ē cœlo caderet. Simultanea notatur terribilis rerum mutatio quæ sursum & deorsum omnia conturbet.

5 QVONIAM INEBRIATVS EST IN COELO.) Sanguinolentum Domini gladium esse dicit, quemadmodum cœdibus multis editis gladii crux madent, & quod plus ponderis habeat oratio, Dominum loquentem introducit. Sed cur id IN COELO esse dicit? nec enim Deus euocat in cœlum homines, vt penas de ipsius summa: sed iudicia sua mundo & quidem per manū hominum conspicua facit: neceps Propheta hic recipit decretum arcanum Dei, quo constituit & sancti omnia, priusquam exequatur: nec intelligit de actu ipso, sed vaticinii efficaciam commendat, quod immutabili Dei consilio certus effectus constet: vt quanvis sibi indulgeant impii, atque impunè grallentur, Dominum tamen in cœlo questionem de ipsorum sceleribus habere intelligent fideles: & quanvis alta pace fruantur illi, gladium tamen quo cœdendi sunt, iam in conspectu Dei sanguinolentum esse, cum penas de iis sumere constituit: quemadmodum Sodomiam ar-

debat coram Deo, cùm se vino & cibis ingurgitaret, atq; indulget libidinibus suis: ita de reliquis impiis dicendum est, qui dum vacant deliciis, mattatione Dei addicti tenentur. Proinde non est quod hæreamus in præteritum rerum statu, dum impios prospictr; rebus frui, omniā que ex animi voto agere videmus. quanvis nemo sit illis molestus, tamen ab interitu haud longè absunt, cùm infensum sibi & aduersum Deum habent. Statim verò dixerit Idumæos nominar, qui infestierant populo Dei, tametsi necessitudine sanguinis coniuncti, eadēque religionis nota insigniti essent. Erant enim, ut alibi dictum est, posteri Esau, originēque ab Abrahamo ducebant. Ut hodie nullos capitaliores Papistis habemus hostes, qui eodem nobiscū Baptismo insigniti, Christum etiam profertur, nos tamen rabidè intellentur, prorsusque deletos vellent, quod eorum superstitiones & idolorum cultu dampnemus. tales erant Idumæi, idèo que ipsos ex toto hostium numero potissimum delegit.

P O P U L U M A N A T H E M A T I S vocans, quam prorulit sententiam confirmat: quia frustra interitum, cui iam destinati sunt ac deuoti, effugere tentant. Nam hac voce cœlesti decreto iam perditos esse denuntiat: ac si iam segregati & excisi essent è numero viuorum. & ne immorit id Deus fecisse videatur, addit, **I N V I D I C I V M.** nihil enim promptius est hominibus, quam Deum fæciliæ insimulare; ac maior pars ipsius iustum iudicem, præsertim vbi durius castigat, agnoscere ægræ sustinet. Quamobrem æquum eius iudicium esse demonstrat Isaias, vbi nihil crudeliter aut nimis severè admittitur.

G L A D I U S I E H O V A E.) Prosequitur eandem sententiam: sed alia descriptione quæ ad amplificationē non parum facit: vt scilicet impis torporē excutiat, qui omnem doctrinam ridere atque eludere solent: sicuti prius anno auimus. Propterea iudicia Dei ranquam viua pictura describi necesse est, quæ non modò stupidos eorum animos perecellat, sed piros animos sine fidei fiducia, dum intelligunt superba contumaciam huius proficere hostes suos, qui trahantur pecudum instar ad cædē simulac Deo vitum fuerit. Hanc verò comparat **S A C R I F I C I S:** quia vt immolantur viætimæ ad cultum & honorem Dei sic etiam extixum huius populi in gloriam Dei cæsorum sit. Atque hic confirmit quod prius de iudicio dictum est: nam cùm iudicia sua exercet Dominus, illustratur eius gloria: & homines ipsum reverentur ac reformidant. vt meritò impiorum perdito sacrificiis comparetur, quæ ad cultum eius pertineant. Sacrificiorum quidem apectum non adeò tuuacm & jucundum fuisse certum est: bi fœda carnificina, crux maledicta, fumi graueolentia homines absterre poterat. In iis tamen resulgebatur honor Dei: sic etiam hæc stigies apectu deformis fūr, & ad conciliandam gratiam minimè apta: led vt fideles Dei nomen hac in parte sanctificant, attollere subetur in celum oculos: quia Deus tales poenas exequendo altaria sibi enigit maestis sacrificiis. Quia enim illi iniustè Ecclesiæ Dei affligerunt, omnisq; humanitatis oblitio filios Dei crudeliter tractarunt, in eorum sanguine pronuntiata Italias offerri sacrificium boni odoris, Deoque gratissimum, quia iudicium suum exequitur.

A G N O R V M & H I R C O R V M nomine metaphorice designat populum qui maestus erat, & ad diuinas hostiarum species alludens omnes comprehendit: tam plebeios quām magnates: vt significet Dominum ira sumpturam poenas de hostiis, vt nemo, qualiscumque sit, eximatur.

B O Z R a verò primariam urbem & veluti caput gentis nominat, in qua erit præcipua cædes: deinde regionem **A E D O M** subiungit, per quam vniuersam perugabitur etiam hæc clades.

E T D E S C E N D E N T) Cohæret hic versus cum proximo. nihil enim subiicit noui, sed pergit in eadem figura, amplificans quod dixerat de arietibus & lircis: quibus non modò addit iuueniōs, sed etiam feras & tyluestres bestias. Summa est, prætem fore Dei vindictam: vt nulli vel ætati vel ordini parcar, truculentose nam gigantes cum inani tua feritate iugulando obiciat: quemadmodum si quis promisœ sacrificii pararer ex quo quis animalium generc. Neque absurdum vide ri debet, quod agni suis bestiis misericordatur: quia non commendatur agnorum nomine simplicitas vel innocencia: sed per comparacionem ita vocantur tenues & plebeii, quos sua conditio sub aliqua modestia specie continuit. Et si autem Deum ita hostiis passim graffari durum videtur: Sacrificii tamen voce asserit sibi iustitiae laudem. Et certè vbi ad eius examen ventum fuerit, nemo reperietur extra culpam: vt meritò sine exceptione fuditus omnes perdat. Talis exitus reprobos omnes manet, qui sponte consecrare se Deo abnuunt: vt profanus manus immolentur.

P S A L M O S 50,13. pro Robustis accipiunt: malui eos sequi qui Tauros exponunt, quemadmodum etiam Psal. 50. accipiunt: tametsi hic figurat Tauros nominat, eos qui prævalent viribus & potentia.

Q V I A D I E S V L T I O N I S) Hic versus cum prioribus iungi debet. Finem enim notatur Dominus ita severus sit erga Idumæos: nempe, quod vlticei populum suum & causam ipsius tueri velit. Nisi igitur accederet ista causa redditio, superiora obscura esse possent vel frigida. Vaga enim esset quædam notitia, nisi obseruaremus Deum vlticendo impios, restari amorem suum & solicitudinem quam aliudne gerit pro suis conseruandis. Quod autem de Idumæis dictum est, ad vniuersos Ecclesiæ hostes extendi certum est, quandoquidem sub una specie totum genus complexus est Prophetæ: ideoque hac consolatione animos nostros in rebus aduersis erigi, & sustineri iniurias nostras, venturastamen in rationem eoram Deo, qui sibi has partes non frustra vendicat. Neque enim solùm intelligit Prophetæ in eius manu esse poenas exigere de improbis, quoties vltum

vitum fuit, sed ideo regnare in celo, ut omnem iniustiam suo tempore puniat. Sed notandum sunt voces DILEI & ANNIS quibus admonet non dominare in celo Deum, quantum per dissimilat, sed vindicat etiam diffire in tempus opportunum: ut interea fideles animas suas polsideant in patientia, sicut antiquae ipsam pro incomprehensibili tua sapientia moderari.

9. **L T C O N V E R T E N T V R .**) Quæ nunc tubiungit Prophetæ, nihil noui continent, sed vastatem hanc plenius describit. Expouimus prius eur vius istis præteris Prophetæ iudicia Dei proponamus, ut taliæ adducant homines in rem præsentem, cæque agnoscere cogant que oculos ipsorum & mentes efflagrant: aut etiam conspecta & apprehensa statim obluntentur. Sed præterea notandum est, Prophetæ de rebus abstrusis atque alibi conditis loquuntur esse, & quæ vulgo in credibiles videbantur. Nam hec temere à Prophetis facti per multa existimabantur. Oportuit ergo multas adhiberi confirmationes, qualibus & hic & aliis locis vtiatur. Itaque horrendam mutationem significat, quæ vniuersa Idumææ facies deleatur. Ceterum, alludit ad excidium Sodomæ & Gomorrahæ: Gen. 19. 24. Ind. 7

Dei in reprobus, nec frustra ipsum Prophetæ in memoriam reuocant, ut omnes diteant timere iudicium Dei. Atque eodem pertinet quod subiicit:

10. **N O C T V F T I N T E R D I V .**) Certum est Prophetam hyperbolice loqui: verum sic Dominus nobiscum agere cogitur, ex parte faciens stuporis nostri cauam: nec enim aliqui simplicibus verbis afficeremur. Irram ergo Domini aduersus Idumæos perpetuo incendio similem fore dicens, spem illis venire praeditum, quia sicut Deum provocare non cœlarentur, ita inexorabilem tentant: atque hoc reprobationis signum Malachias quoque ponit, quod in genere illa Dei maledictio quasi infixa haeredit. Subaudienda est antithesis, quia filius Dei semper in solitum prius oponitur aliqua mitigatione. Sed hæc longam interpretationem non desiderant: satis est quod Prophetæ mentem & copum tenuimus.

11. **I T A Q V E A C C I P I E N T .**) De his animalibus variæ sunt sententiae: nec de iis inter se consentiunt Hebrei interpres: planum est tamen quod pectet: Prophetæ: nempe, ut determinatum locum & vastam solitudinem determinat. Bestias enim horrendas & monstra deformia haud dubie cōmeniorat, quæ nec versari cum hominibus, nec ipsis vulgo nota esse tollent, quod magis horrendam fore significat hanc vastitatem. Itaque prius membrum latius planum est, sed posterius habet aliquid difficultatis. Malac. 1. 4

Ego vero simpliciter accipio, atque ad Idumæos, ut reliqua superiora, referendum puto. Et quod melius liqueat genuinum hunc cœlo lata sensum, eadem verba apud Malachiæ, qui longo post tempore legitur, primo capite legentur. Est autem locus ille huius vaticinii quasi subscriptio. Si dixerit Adom. Attenuati sumus, reuertemur igitur, & edificabimus solitudines: sic dicit Dominus exercituum, ipsi quidem edificabunt, ego vero dissipabo: & vocabunt eos terminos impietas, & populum in quem iratus est Dominus usque in seculum. Et oculi vestri videbunt, atque dicetis, Magnificetur Dominus super terminos Istrachis. Hæc igitur apertius à Malachia dieuntur, quæ prius obscurè ab Iisaiâ praedicta erant. Ille enim frustra edificaturos Idumæos pronuntiat: hic vero extenueros funiculum inanem, perinde enim est ac si dixisset, Architectos frustra operam sumptuosos ciuitatis instaurans: nam funiculus & perpendicularis vntuntur architecti, quibus omnia dimicuntur. Irritos ergo eorum conatus fore ostendit, qui Idumæam instaurare volent: sic enim perdendos esse significat, ut ab illo exitio exurgere nulla ratione queant: cum tamen alias clades soleat Dominus coniuratione aliqua temperare. Atque hinc utilissima doctrina colligenda est, cum in statu aliquem restituuntur virbes, postquam dissipata fuerint, id singulari Dei beneficio accidere. Inania enim erunt architectorum aut artificum opera, nisi manum præbeat tumaciens fundamentis, tum promovendo opere. Inane etiam opus & inutile futurum est, nisi ad fastigium usque perducatur, & deinde recipiat in tutelam suam. Frustra homines sumptus magnos facient, & omnia tentabunt, nisi præsit ipse atque operi benedicat. Sola igitur Dei benedictione statum aliquem obtinemus: unde etiam manus eius Ierosolymam fundasse dieuntur. Quod autem minatur hoc loco Idumæis Iisaiæ, alibi Psal. 48. 9.

pronuntiat Spiritus de domo Achab, radicatus abolendam quoque ipsam esse significans. C 87. 5,

12. **N O B I L E S E I V S .**) Variæ sunt huius loci interpretationes, quas ideo non refero, quia singulas refellerem longum esset. Hæc inter alias probabilis est, Nobiles eius vocabunt ad regnum, sed frustra: ac si dixisset in deplorato statu neminem repertum in iis qui ipsi præcesserent, & recipuerent eu^{13.} ram suscipere velit. Huiusmodi sententia alibi legitur, immo ferè similem antea vidimus. sed verba Supradic. 6. 7

non respondent. Quum autem sic loquatur Prophetæ, Princeps eius, & non ibi, Regnum vocabut, non dubito quin falso diuersio perstringat gentis illius superbiam, quæ longa pace & opulentia creverat. Quum ergo è suis montibus exclsum fastum spiraret Idumæi: ignominiosè deiectum iri tradit Prophetæ, ut nulla illuc futura sit nobilitas, nullus principatus: quemadmodum euerio regno regiment tollitur, ut promiscua plebs corpori truncu vellacero sit persimilis, nullaque est ordinum distinctio. Ita magnificos illos proceres, qui se tantopere extulerant, per ludibrium dicit fore principes absque principatu: quod ex secundo membro melius patet, ybi exegeticè adjungit, R E D I G E N T

Dos esse in nihilum. Summa est, idem etiam nullo corpore forc persimilem, ne in ea quicquam apparet prater horrendam cōfusione m. A:que hæc ex rema Dei maledictio est quia nihil ferè a bestiis different homines, si poterit careant, nō longè dicit enim coram conditio. Nam bestiæ potunt caere gubernatore, quod in genu tuum non texantur: homine vero nihil crudelius, nisi si anno aliquo coerceretur, quia tua quicunque libido quam feria adcentiam impelleret.

13 E T P R O F E R E T I N P A L A T I I S .) Petgit in eodem arguento. Horrendam enim vastatem describit, quia magnificæ domes & palatia tolo & quantur, vel in eam solitudinem rediguntur ut nulli sint hominibus vici, sed illic ientes, ipsa, vticie, vtcimmo do nateantur, hec enim p[ro]st[er]e indiginitatis habet, quām si in agros & prata verterentur. Sic autem Dominus arrogantium eorum unum p[ro]nunt, qui excellas splendida, que ades & palatia sunt, p[ro]tulsa extruxerunt, vt per seipsum apud posteros extaret memoria. Expulsi enim hominibus, ea domicilia in volucru & feriarum receptacula conuerterit, vt flulta ambitionis monumenta extrent, quæ nominis sui & glorie velut trophyæ fore sperarent. Ita hominum loco succedunt fera bestiæ, quæ eorum referant naturam, qui præclarilla domicilia extruxerunt. Hæc etiam conuertio ordinis istuc signum est iræ Dei, ubi terra, quæ in hominum v[er]is creata est, profugans naturalibus dominis, si los incolas recipere cogitur. Quia certū est tunc iniquitatem purgari, quibus pollu[er]at.

14 & 15 E T O C C V R R E N T .) Hæc animalia, ali Faunos, ali Striges, ali Satyros esse putant, pecia: is apud Hebreos cōstat quid propriè significant: id nichil est cur in us magnopere torquemur, scilicet enim est, si Prophetæ tensum & finem teneamus. Depingit enim formam horrendæ vastitatis, iesi dicret, ita delendam esse Idumæam, vt carcer incolis, atque hominum loco horrendæ in ea bestiarum habitaturæ sint. Hanc iustissimam iesi: certe mercedem reportat eorum ambitio, qui sumptuosa palatia, quasi nominis & famæ monumenta edificantur, sicut iam dictum est. Quanquam hic p[ro]p[ter]a denuntiati impia gentis crudelitati, quæ ad vicinos & fratres opprimendos a dentissimo studio incubuerat. Ceterum quanvis certò assertere non licet. Limasne, vel Striges, an Satyros, & Faunos designier Prophetæ: iatis tamen conuenit inter omnes his vocibus notari animalia faciem hominum gestantia. Videmus etiam quām variis præstigiis illudat Satan, qualia spectra & terrifica monstra appareant, quales tumultus & stupitus audiantur. Sed de his iam cap. 13. tractavimus. Porro vitium quod iam feuerè vltus est Deus in una gente, omnibus ferè commune est. Vix enim extruuntur magnificæ illæ domus, quin multa per vim & iniuriam extorqueantur à tenuioribus, multæ magnæ qui inferantur aliis molestia: ita ut camenta, lapides & ligna coram Deo sanguine reducent. Propterea clamabit, vt inquit Abacuc, lapis de panete, cur & laquear ex tabulato testimonium ferer. Ne ergo miremur horrendas istas mutationes, vbi rapinas & iniustas spoliationes secum trahit ambitio, sed iudicia Domini iusta suscipiamus.

Abac. 2. II

aduersi accidat, clamant merito accidere, culpam omnem habere in nobis, totum mundū dare prenas nostra impietatis atque cō magis insultant, si calamitatem aliquam patiamur. Interim firma fide aduerius impias euuiumdo voces perstandum est, vt ostendamus non cōfide diuinum cultum, quem illi obēdunt, led meras nugas, ac merito iublatas esse: quæcunque finixerit homines, ad cultum Dei non pertinere, Satanæ cōfide præstigias, nec nō extitulans quicquam esse. Per stolidū igitur iniuncta fide aduerius probra omnis generis, quibus Satan pietatis studiū nititur obiciare. Odiorum primo intuitu videtur, multis altari bus eversis vnum duntaxat relinquere, profanare multa templa, vt vnum maneat, led vna hæc defensio Ezechiam facilè aboluit, nihil tentasse nisi ex Dei verbo: fusile igitur vno altari contentum, quia plura erigi Deus veruerat. Statuas omnes diruisse, quia temere erectæ furciant contra Legis doctrinam. Eadem hodie nobis cūsa est aduerius Papistas, quia non alio titulo nos grauant, nisi quid immensa cō remoniarum congerie reiecta, tantum retinemus quod Deus præscripsit. hic verò non est disputandum quid hominibus placeat, sed quid Deo probetur.

2. Reg. 18. 4. **E T D I X I T E L I A C I M .**) Iterum hac circumstantia apparet quā deicto animo fuerit Ezechias, dum hostis sui famulum tam suppliciter rogat per legatos. Deinde quanto fastu inflatus fuerit Rapsaces, dū preces omnes tam ferociter repudiat, atque eo maior est indignitas repulsa, quid rem non adeo magni momenti petebant. Hæc autē eō pertinent, vt Icianus non stetisse per Ezechiam, quo minus furorem hostis placaret: quia Regia dignitatis propemodū oblitus qua potuit modestia lenire eum studuit: ne si quando iniusta violentiæ virginis nos contingat, ecedere piceat nostro iure & humiliter deprecari. Quum verò ita se submiserit Ezechias, quia te imparem videbat Assyrio, hoc ad illustrandam Dei gloriam plurimum valeret, quid populum ferè perditū conteratur. Minus enim illustris fuisset illa liberatio, si ē periculo tantum mediocri ereptus esset: sed cū ab interitu non procul abesset, eō magis conspicua est Dei manus, qui insigni miraculo submovit hostem iam cervicibus impositum, ac delevit. Rogant autem ne coram populo sic loquatur: quia difficile sit populum natura leuem & inconstantem cōtinere, nam facile perurbatur ac trepidat ad minimum terrorem. Ideo Rapsacen optulit non loqui ludicrè, quia ratione aliquam pacis moderationem inire cupiebant. Omnes enim vias tentabat pius ille Rex, quibus rabiem Tyranni illius mitigaret: sed nullo profectu. Nihil igitur à Rapsace obtinenter isti Legati: deterior fit rogatus, magisque (vt superbi homines solent) inflescit.

31. 2. Reg. 19.

E T D I X I T R A P S A C E S .) Hinc ferociam hostis atque impotentiam perspicimus. Vnde etiam apparet regnum Ezechiae prop̄ fuisse desperatum. Hic enim loquitur tanquā vīctor, neque vt Regem alloquitur, sed veluti mācīpicio insultat. Cū ergo tanta superbia Rapsacen elatum videamus, hīc simil in mentem venire debet, penitus oppiessum Ezechiam, omnique fiducia destrutū, vt pro deplorato haberetur. Hinc etiam collige Rapsacen eō misum non esse, vt alias pacis conditiones offerret, sed potius vt acc. paret ipsum in dictationem, arque populo terrorē incuteret: nā ideo Sēnacherib cum manu valida ipsum miserat. Hinc etiam iāt at sibi nihil cōfide negotiū cum Reges, se populum alloqui vt sibi coniulat: arque vt omnes magis terreat, miserierat & ærunnas cōmemorat, in quas se coniicient, si Ezechiae parere velint: futurum vt periculū fame, & stericus tuū comedere, atque lotium bibere cogantur. Operæ pretium ergo facturos, si se dendant in tempore, & curā habeant suæ salutis.

S T E T I T E R G O .) Ostendit Propheta quibus artibus conatus sit Rapsaces animum populi concutere, ac primū refert ipsum Iudaicē loquunt, quanvis hoc deprecarentur Legati. hoc verò perquā indignum fuit, lingua sanctam quæ mysteriis cœlestis Sapientiae dicata erat, profanari, & profutari ad impias blasphemias, nec dubium est quin dura infirmis animis fuerit hæc reflectionis hinc notandum est, nullos esse nocentiores hostes nisi qui communī nobiscum lingua vñatur: idque hodie experimur in multis quilinguam nostram. id est, loquendi morem edicunt, vt in aures imperitorum ac simplicium insinuare posint, quo eos à vera fide abducant. nam Papistis ante triginta annos lingua fuit barbara & aliena prout à stylō Spiritus sancti: vix audiebatur villa vox quæ Christianam pietatem redolcrethodie verò eiusmodi artē didicerunt, vt sermone Scripturis visitato fucare sciant impietates suas, ac si Christianæ loquantur. Itaque videmus Satanam architectum esse istius orationis. Idem enim isti magister atque author est, qui olim Rapsaci fuit. Cū ipsum stetisse dicit, ferociam exprimit & arrogantiā impii hominis: nam gestus ipse indicat quām superbē se gesserit. Prius enim stabat: sed tunc ita se compoluit, vt magis emineret & magis formidabilem se præberet Iudeis. Iterum verò de magnitudine Regis sui præfusus, mandata eius recitat. Hoc enim Satanæ solenne est, hostium potestiam adaugere verbis, & pericula amplificare vt nos animum despondere cogat. nam vbi inani fulgore rerum humanarū perfricti sunt oculi nostri, deficitus. Opponenda estigitur periculis omnibus potentia Dei: quam si semper oculos posfram habeamus, nihil est quod nobis officere posſit. Inflaris buccis & magna arrogantiā iātabunt hostes magnitudinem suam ac vires, tenui atque rufius nostram & paucitatem ridicebunt: sed si Dominus nobiscum est, nihil est quod metuamus.

S I C D I C I T R E X , N E D E C I P I A T .) Regium nomen Domino suo vendicans, Ezechiam

chiam nominat velut priuatum hominem, sine villa tituli adicione. Eum autem impudenter calumniari pergens, vir usuum contra Deum ipsum euomis: quia impotitur am vocat ac decipulas, quod in eis gratia non recumbat. Ezechias, ita que ad eandem fidem horretur. Atque similibus calumnias hodie impetrant a Papistis: qui non alio colore nos hominum mentes facinare audent, & in exitu ducere, ne quod quidam perandunt esse decentem in veo Deo, non est quod miremur, eadem quae in pium Regem dicta fuerunt, nobis quoque obici, cum ab eodem authore & calumnia di magistris & Sathan proficieantur. Quod neq; gat liberari potest Ezechias manu, hoc quidem verum est, nisi quip eiis Dei. Nec hoc sibi atrogabat Ezechias, nec honorem Dei ad te rapiebat: quia in potius ieffabatur & suu & populi salutem in Deo sitam esse, sed colorum aliquem ab hoste ad liberi oportunitatem admodum hodie ab impiis fieri tolerat, cum doctrinam nostram iraducunt. Addi cunctem enim coloris, quibus valde speciosa videri possint quae ab ipsis dicuntur: & quidem fallunt, nisi enim propius expenduntur.

15 ET NE FACIAT VOS FIDERE.) Exhortationem, qua populum animabat Ezechias, referens, quasi frigidum & nugatorum sermonem extenuat. Vnde apparet impios quanvis Dei virtutem praedicent, cum tamen pro nihil ducere. Fisi enim non aperte negat Dei opifulari potest si vellet, sed cum populo Israel infestum & contrarium singularem tamen et dens, Dei potentiam in nihilum redigi: quantum in se est. Consilium enim eius est ita deuicere populi animos, ut cogatur omnes tanquam desperatis, subiecti leges accipere a tyranno victori. Ceterum alio quoque artificio induciam auxiliu Dei illi executi, illecebris commodiōis in vita animos demulcent: hic enim nihil proclunus est quam deficerre a Deo, ubi nos alio trahit utlitas species. Si blandiatur mundus, si alii eiatis, peccatum aeternum facile evaneat, temper enim tenus noctis in praesente rerum fluctu defixi herent. Hoc igitur artificio intrutus, Raptaces admonet, Nolite a ipso incerta pendere: accipite porius quod certum est. Atque haec oratio plurimum ad peritadendum vale, quia nihil magis gratum hominibus, quam si in manu habeant quod putant sibi optabile. Arguit autem patiuntur te suspendi, ut quod longe absit, praesenti fortunae anteterant. Tale agitur est argumentum Raptacis: Ezechias promittit vobis auxilium Dei, sed non appare: ita perdi vos a te incerta: Rex vero meus vobis ea promittit que praesentia sunt, ac certe praestabit. Argumentum hoc validem videri posset: ammduerunt est fallacia: quia sepe eodem astu nos adoravit Satan, atque abdicit fiducia Dei. Vocat nos Dominus ad spem aeternam vitam: et latet (nam speramus ea quae non certimus) promittit fore liberatorem, atque interim languore nos & tu hincere simulata ut frustra sperare videamur, si presentem rerum statum spectemus. Hic nos aggreditur Satan: Quid frustra speras, quis fructus fidei tuus? quid extra mundum expectas? Haec demique quotidiana lucita est. Cum Christus nos in celum vocat, Satan nos in terra retinere conatur. Ergo promissis mordicus iniquendum est, ut contra spem in ipsem crederi confidamus Deo, nec vultus illecebris nos ab eo abducatur. Rm. 8.25.

16 NOLITE AUDIRE.) Dum animos populi ab Ezechia auertere studet, simul eos addelicias reuecat, ut oblitus entur Deum, nec quicquam ab eo expectent. Perinde aesi dicere, Nolite Deo credere, sed potius Regi meo. Ita nobiscum agit Satan, nam obscurans Dei bonitatem iuis nebulis, & larvā falsitate ipsi nobis obiciens, ciam & obliquè tubrepit in locum Dei: vel creaturas supponit, ut nos suis laqueis impliceat. Obnict delicias, & genus aliquid vita facilioris cum hac instantia, Deus procul ostendit: ego vobis exhibeo. Etsi autem mentio fit Ezechias, re ipsa tamen fit comparatio inter Deum & Alsyrium, nam Ezechias ut minister Dei erat, nihil obtendebat falso, nec iactabat manem fiducie, sed promissis veris & certissimis innixus, populo ad querendū Deum fidicis hortator erat: Raptaces vero regem suum ornabat Dei sploris, & interea minister Sarana erat, vt abduceret populum a fiducia Dei in omnem impietatem. **FACERE BENEDICTIO-
NEM** est Transfigurare amicē: aesi dicere, Nolite quequā hostiliter designate, aut tentare bello. Facite deditiōem, obsequia vestra meo Regi offerte. Non tantum audientiam sibi fieri possulat Senacherib, sed etiam populum in nomen tuum iurare, atqui hanc iteruitatem, quae per te odiosa erat, Benedictiōis nomine tegit, quod magis ad te allicit. Iubet autem ipsos tranquillam vitam & alia commoda, quibus ante fruebantur, redimere miseris ista defectione: nempe si relieto Ezechias, ad te egrediantur. Nam deficerre a pio rege, qui a Deo constitutus erat, quique typum gerebat Christi, omnium miserrimum atque infelicissimum erat. nec vero id fieri poterat sine abnegatione Dei ipsius, qui signum illud in Iudea exerexerat ecclēstis gratia. Rm. 4.18.

17 DONEC VENIAM.) Nunc conditionem aliam subiectit longe duriorem priore. Significat enim pacem non aliter iniiri posse cum Sennacherib, quam si populus in exilium migret, quod nihil aliud erat, quam relinquere cultum Dei & degenerare in superstitiōem, iisque ab hereditate diuinis tradita ultra abdicare. sed afflitos, & extremo periculo attomitos compellans ardacter quidem imperat redimendū vitam cauta. Hic clarissimus orationem Raptacis nihil aliud est, quam imaginem tentationum, quibus in dies Sarana fidem nostram oppugnat. nihil enim magis vulgare est Satan, quam nos huius mundi illecebris ac deliciis abstrahere a fiducia Dei. Fidei pacis & tranquillitatis, ea mque omni ratione redimendam esse: felicitatem esse in abundantia rerum & copia. Maximē vero rebus aduersis abutitur ad nos vrgendos, maiorēque licentia ad excutiendū

Dei iugum instigat, sensim quidem & clandestinis obscurisque artibus se insinuat. Postquam verò nos item illexit atque ita illaqueauit, ut præsentia bona pluris quam futura faciamus, hanc cōditionē subiungit, ut prorsus sibi deuinētos & addictos teneat: quā certè vitare non possumus, vbi nos iūs captiōnis ip̄ebus & rerum præsentium gustu irretiōes tenet. Porro quia durū aperitūque erat exiliū nomen: nec facile erat renuntiare patria dulcedinē, ut nullam eos iacturam facere ostendat, si inmigrantे regione sua, eam in quam abducēndis sunt aq̄ē feracem atque vberem esse dicit. Vēlam, c̄elicet, eorum oculis obtendens, ne quid sibi perire existimarent. Interea aitū prætermittit quæ plus ceteris omnibus astimanda erant: cultum Dei, templum, Legem, Regnum, ordinem sancte gubernationis, & reliqua omnia quæ ad ecclēstem hereditatem pertinebant. quæ verò potest sine his esse felicitas? Sedulū ergo dicit intendere unusquisque mentem in bona spiritualia, neque enim abs re omnibus mundi lauitus propter itaque successibus excellentius bonum prædicat. Habitare in domo Dei, ne rerum prætentium ip̄e abduēti, vera felicitate priuemur. Hęc enim Psal. 84. 5. horribilis est pena, qua Dominus in cœlū lūtatem hominum vicitur, quæ piis omnibus pertinet. meicenda est, ne villis æruminis aut calamitatibus vici deficiant.

18 NB FORTÉ DECIPIT VOS.) Aliud est argumentum diuersum à superioribus, quo populū ab Ezechia & fiducia in Deum abducere conatur. Prūsiātabat se Dei ministrum esse, ab omnium ut Iudeam deleret, idēque certam victoriam sibi pollicebatur. nunc verò palam intulat ipsi Deo, nec enim primo congreſu impi contemplum suum & impietatem prodere solent: sed Dominus tandem ipsorum affectus patet, cōique ipsos animi sui virus detegere cogit. Nunc ergo longius erumpit impius Raptaces, leque Deo ipso superiorem fore iāstat. Loquitur autem in persona dominii sui, quod magnas victorias de vario & robustis populis obtemperasset. His fūs deos habebant, sub quorum tutela feruari videbantur. Deos igitur ipsos te vīscle putabat Sennacherib quod viciſſet gentes, quæ in eorum ope recumbentes. Hinc fit vi eo perrumpat audacia, ne Deo viventi comparare teſe dubitet, quin furor abrepitus, vires tuas opponat iphius poterit. Quanuis ergo impi initio dissimiliter contemptum Dei, tamen postea ostendunt se omnia sibi, ac sine Deo arrogare. Verbis quidem simulant se victorias idolis suis tribuerent, et postea, vt inquit Abacuc, sacrificant reti ſuo, & iuſſitum faciunt ſagenæ ſue. quod hodie quoque ab hypocritis fieri videmus. Currunt enim salutari idola sua, per quam victoriam adepti ſunt: sed demē confila ſua, pri denitiam, fortitudinem apparatus iātant, viis planis, non idolis, quicquid accidit ipsos tribueri apparat. Hac ergo tam intolentiam cōactione ostendit mendacium fuisse, quod diecbarit Deum aut hoc ē victoriarum tuarum agnoscere. Porro fieri non potuit quin hęc animum pri Regis mirum in modum torquerent, quom audiret promissum Dei impetrare nomine dannari: quoniam impius iste palam intularet Deo, cūmque cum idolis mitceret. Atque hęc ideo reficitur, ut in lucam parientiam pri Regis, rōque, bi aliquid eiusmodi contingat, ad cui similitudinem conferamus. AN LIBERABUNT. Quod ie opponi diis omnibus, si que superiorem se esse affirmat, tam alienum est à communi tenuī, ut vel impī ipsi abhorreant: si tamen eos premar Domini, si adgit in questio-nen, facile extorquet ciuiusmodi voces. Cum meditata vntū oratione, ſingunt te Dei cultores, id postea Deus quod intus larebat depromere & fateri cogit. Seiamos ergo superfitionem cum tu- perbia perpetuò & omnianam efice, ita vt qui ignorant Deum, aduersus omne numen infūrgere non dubitent, ac ne proteruiam atque insolentiam impiorum mirerentur: quia nihil ad humilitatem nos erudire potest, quam pura cognitio Dei. Nec verò impius iste excusari potest, quasi meritō idols imbecillitatem & vanitatem iuvam exprobret, cuius enim mens & animi propositi in attendi debent, quandoquidem non ridet superfitionem & vanam fiduciam geniū, sed in idolis ipsiis delicit po- tentiam Dei. quemadmodum in Dionysius ille tyrannus cūm deos tuos ridebat, pugnabat cum Deo, cūmque in certamen provocabat: quia diuum numen, quale animo comprehendere poterat, repugnare cōſciētia, incepit bar. Ia de reliquo impī dicendum est, qui filiis religiones, quas Dei esse putabant, Iudibrio habuerunt. Hic quoque obleruandum est aliud blasphemū genus, quo impī maiestas Dei, violatur: nēmpe quod Raptaces Deum misceret cum idolis, cūmque vēl, vnam ē turba constituit, nam quale illud est Deum immortalem, rerūque omnium authorem cum rebus vilissimis, veritatem cum mendacio, gloriam cum ignominia, cœlum cum terra miscere? Mag- gnum, inquit David, est Dominus. & plurima laude dignus, formidabilis p̄r omnibus diis: si quidē Psal. 96. 4. cuncti d̄ ip̄olorum nihil iusta: Dominus cœlos fecit. Coram ipso deus & honor potentia, & magnificētia in sanctuario ſuo.

19 & 20 VBI DITAMATH. Amath Antiochiam Syriam ſuisse p̄iānārpad, eam vrbē ex qua verius Damatē colōmē deducit, fuerunt: SEPHIAR VAIIM, vrbē ſitam in regione Damase- na, quod ſi verum eft, Raptaces veruſta vbiem nomina refert, ex quibus prodierant olim populi complures: deinde non modō famae celebritatē perdiderant, ſed vnaq̄e que erāt proprium no- men: vt tanta reū communatione magis ip̄os cōmoveat. Quicquid ſit, vicinas vrbes potissimum designat, quæ vt propius cognite erant Iudeis, italiis interitu magis eas afficerē poterant. Nec fa- ne dubito, quin hęc loca Synē fuerint & Israhel, acſi diceret. Videat hęc duo regna tubiugata, quibus p̄erant dii eorum tutores: An Deus vester mihi teſiſet? Particulam v̄, interrogati- troque

troque loco accipiunt interpretes, An dij Gentium liberauerunt? & an Deus vester etipiet ergo autem, vt sensus melius fueret, malui secundo loco resoluere. Ut eripiat Deus vester. Nam ciuidē vocis repetitio similitudinem notat. Quanquā videtur subesse ironia: quasi dixisset per libidinū, nempe, Ut dij Gentium liberarunt suos cultores, ita vobis succurret Deus vester. Hęc autem impotum arrogatiā inde oritur, quod non intelligent hominū peccata puniri à Deo, cùm aliquid aduersi patiuntur. ac primum in eo peccat, quod peruersam & prepoteram cōparationem adducunt: illū populū vici: ergo sum melior vel potentior. nec enim agnoscunt se irae Dei executores ad vlcifera scelerā destinatos esse. nam etiā quid à Deo sibi concessum dicant, id simulatē faciunt, nec voluntatē eius aut iustitiā animadiscertunt. Postea altius insurgunt: quia audent se cū ipso Deo conferre: Istos vici quibus praeterit Deus: Deum igitur ipsum vici. Atque hic graphicè depictum cernimus quod dictum fuerat cap. 10. Heus Aſur virga furoris mei: ipse vero non sic ^{Supra 10.5} cogitabit. Illic enim fideles moriebat Deus, quanuicā amentia se extollens Sennacherib, o-⁷ mnem Deitatem obtruere tentat, retinendā tamen esse sententiam hanc, non plus cum posse quam è cælo permisum esset. Nostrū ergo est agnoscere penas infligi à Deo per manū impiorū qui ita Dei velut instrumenta sunt. ab iis igitur auerterē sunt oculi nostri, vt in Deum rectā intueamur, cui meritò penas dāmus. Si proualent impij, ne putemus fractam esse Dei potentiam, sed nos eius ope indignos esse cōsideremus. Armat enim hostes in exitiū nostrū: si virēs & copias suppeditat; impellit ac flectit quoconque libet, nōisque in eorum manus concludit, cùm ab ipso abalienari sunus. Cūm igitur hodie aduersum nos infolexit Turca, quod iamdiu tantam Christianorum multitudinē subegerit, non est quod ideo turbemur, ac si immunita esset Dei potētia, nec sati s virium habet ad nos liberandos: sed reputare debemus, quot modis & Grēci, & Asiatici irā ipsius prouocauerint, dum tot fœda & portentosa libidinū genera regnarunt in illis regionibus: deinde horrende superstitiones atq; impietates gracilatē sunt. severissima ergo castigatione opus fuit ad reprimendā flagitia corū qui falso Dei nomen profitebātur. Hinc Turcē profperitas, hinc horrenda in toto Oriente dissipatio sequuta est. Interim videamus ipsum infolecentē atque: erigentē crītas, religionē nostram ridere, suęq; mirum in modum applaudere: sed magis applaudit sibi, retiq; suo sacrificat, vt iam de aliis impiis dictū est. Conuertendi ergo sunt ^{Hab. 1.16} nimis nostri in iudicia Dei, ne Turcā suis viribus tantū imperium cōsequitum esse existimemus. Sed Dominus ei frāna laxauit, vt impietatem hominū & nequitiam vlcifatur. tandem suo tempore insolentia quoque ipius cohibebit. Etū aut̄ prosperitas signum est benedictionis Dei, ab ea tamen initium facere minime cōuenit, si rectū iudicium de ipso Deo facere libeat: sicuti Turca & Papistē ex viētēis colligunt Deum quodammodo esse sub manu sua. Sed ubi verum Deum cognouerimus, ad testamēti eius gratiam & virtutem suo ordine accedunt beneficia. Iā verò semper cauedem, ut vel tantillum i. obis arrogemus: quia simul ac obrepserit stulta confidētia, statim abripiet nos hic furor, ne Deum quidē nobis parem fore. Inutiō impiis quoq; detestabile erit hoc sacrilegiū: sed ubi nos ita dementat diabolica superbia, vt nos spoliis Dei ornem, facilis est lapsus ad crāsam istā insultationem. Retinuit quidē interea Sennacherib aliquā pietatis formā: quia postea legemus occisum fuisse in tēplo Dei sui, quū illic adoraret, ac voluit proculdubio Deū sibi habere propitiū: sed quēdāmodum hic cum diis Gentīū ipsum terrā & cōfli opificem cōculat, sic occasione data ausus fuisse per, quē se effere cōtra propriū idolum.

^{Cap. 37.38}

21. ET ILLITACVERVNT.) Hoc ideo additū est, vt melius intelligamus quām afflīctę res fuerint in tota Iudea, quā enim virū aut prēfūdij nihil, p̄modū est p̄ Regi, ideo obmittebūt etiā infolecentē hostē. Missi erant Legati ad ipsum leniendū: ubi nihil efficiūt, tacere iubētur, ne ferā illam bestiā irritēt, quę plus fatis ad sc̄iūtā accēsa erat. Quanquā incertū est de Legatisne loquatur, an de populo, in quē probra hęc iaciebat Rapsaces. Et probabile quidē est, potius hoc referri ad murorū custodes, quos tametū acriter pungerēt hostis cōtunelīg, nō tamē ad rixas vel tumultū prouocarunt, quia mōrē gelserūt edictō Regis, vnde etiā colligim⁹ singulāri Dei gratia factū esse, vt in rebus perditis tā cōpositos ad obsequiū animos habuerit. Obiciet quispiā silentiū minime indicēdū fuisse, cūm tales in Deū blasphemie audirentur. nec enim diffīl mulādū est, cūm impij Deo cōtumeliis & probris illudū: tametū vitę discrimē subeūdū sit. saltē testari debemus nos id aquo animo ferre nō posse, quod honori & glorię ipi⁹ aduersatur. Atqui nō ideo tacuisse dicūtur, quod vel annūdī significationē dederint, vel pro nihilo duxerint cōtu melias, quę in Deū iactat, & quāuis vocē nō exprimeret, cruciabāt tamē animos: deinde ad gestus & signa mōroris Legatos ipsos impulerūt. Postea enim p̄ doloris acerbitate discindūt vestes: quo signo se tales blasphemias exhorreūt & deterrari ostēdūt. sed quia sine villo profectū rixati essent Legati ipsi cū Rapsace, ideo placidē ac fine vlla cōtētione redierūt: populus verò, quia tumultuarī vitile nō erat, fatis habuit tacitos gemit⁹ impij hominū petulātū opponere. atq; hęc nō spēnēda est fortitudo, ubi ne hiscēdi quidē potestas datur, nō tamē labascere vel inslecti, sed manere in statione noſtra trāquilllos. Imō hinc mōneimur haud semper litigandū esse cū impiis, ubi lacerat Dei nōmē, & cōtumeliis proscindūt: quoniā in acerba cōtētione, & cōfusis clamoribus veritas nō audietur. Nec tamē propterea ignauia noſtrā indulgēdū: ne putem⁹ nos excusare.

dos esse, si quoties impij aduersus Deum insurgunt, fileamus. Nam silentium nostrum excusatione carebit, nisi aliqua ratione testemur id vehementer nobis displicere, & quantum in nobis est, profiteamur nihil nobis esse acerbius, quam nomen Dei violari. Dandum igitur zeli signum, ne putent impij nobis curae non esse Dei honorem, neque affici cum ab ipsis proscinditur.

22 ET VENIT ELIA C I M.) Iam videmus non ideo tacuisse Eliacim, aliosq; Legatos, quasi vel applaudenter impietati Rapsacis, vel peticuli metu tales blasphemias dissimularent: quandoquidē discedunt vestes suas, atque eo signo telantur quātōpere ipsi displaceant impia illa conūtia. Sobnam excipio, quem pietate vacuū pudor tantum impulit, ut defunctoriē cum aliis tristis habeat habitus suscipiat. Hoc autem moris erat Iudeis, atque ceteris Orientalibus, qui aliquid summopere detestabantur, vestes lacerare: quia ut ardoris multo plus habent illę nationes nobis qui regiones frigidas incolimus, ita gestu, incessu, habitu, externisq; signis vehementiam maiorem prae se ferunt. Hic etiam obseruandum est, eos qui priuatas iniurias dissimulanter tulerant, vbi Deum probro affici audiunt, vestes suas scindere, nam quorū irritabiles sunt animi in priuata iniuria, vbi patientia opus erat, nec commouentur vbi nomen Dei probro affici intelligunt, ostendunt ideo nihil habere zeli aut pietatis.

C A P V T X X X V I I .

- 1  Actum est autem ut hoc audito, Rex Ezechias scinderet vestimenta sua, & sacco opertus veniret in domum Iehouæ.
- 2 Simil misit Eliacim prefectū palati: & Sobi.am cancellariū, & Seniores, Sacerdotes fascis opertos, ad Isaiā filiū Amoz, Prophetam.
- 3 Qui dixerunt illi: Sic dicit Ezechias: Dies angustiae, & increpationis, & blasphemie dies hic. Quia filii venerunt ad partum: neque est vis pariendi.
- 4 Si forte audiet Iehoua Deus tuus verba Rapsace, quem misit Rex Assur dominus eius: ad maledicendum Deo viuenti, & arguendum verbis, que audiuit Iehoua Deus tuus. Tu ergo leuabis orationem pro reliquis que adhuc extant.
- 5 Venerunt serui Regis Ezechie ad Isaiam.
- 6 Et dixit illis Isaias: Sic dicetis domino vestro. Sic dicit Iehoua, Ne timeas a verbis que audisti que mihi exprobrarunt scripsi regis Assur.
- 7 Ecce apponam illi ventrum. Audiet enim rumor meus, & reveretur in terram suam: & faciam ut cadat gladio in terra sua.
- 8 Reuersus autem Rapsace inuenit regem Assur oppugnarem Lobnam. Audiuit enim prefectum a Lachis.
- 9 Audiens autem de Thirbak a rege Actiopic: egressus est, ut pugnet contra te: ex quo audiuit, misit numerios ad Ezechiam, dicens:
- 10 Sic diceris Ezechie regi Iuda: Non te decipiatur Deus tuus, in quo tu confidis, dicens: Non tradetur Ierusalem in manum regis Assur.
- 11 Ecce tu audisti que fecerunt reges Assur in universis terris, quomodo vastauerunt eas: & tu liberaberis?
- 12 An liberauerunt dij Gentium, quos perdiderunt patres mei? Gozam, & Haram, Rezeph, & filios Edem, qui fuerunt in Bithlaſar.
- 13 Vbi rex Amath, rex Arpad, Rex ciuitatis Sepharuajm, Hena & Iua?
- 14 Accepit Ezechias literas e manu numeriorum, & legit eas, & ascendit in domum Iehouæ, & expendit eas coram Iehoua.
- 15 Tum orauit Ezechias ad Deum, dicens:
- 16 Iehoua exercituum, Deus Israel, qui habitas inter Cherubin: tu ipse Deus solus super omnia regna terræ: Tu fecisti celos & terram.
- 17 Inclina Iehoua aurum tuam, & audi: aperi Iehoua oculos tuos & vide: & audi cuncta verba Semacherib, qui misit ad exprobrandum Deo viuo.

- 18 Sanè Ichoua, perdidérunt Reges Assur cunctas terras, terram, inquam, eorum.
- 19 Posuerintque deos eorum in ignem, quoniam non sunt dij, sed opus manuum hominis, lignum & lapis, ideo perdidérunt eos.
- 20 Et nunc Ichoua Deus noster, seruans è manus eius: ut cognoscant omnia regna terræ quod tu Ichoua es solus.
- 21 Tunc misit Iasias filius Amoz ad Ezechiam, dicens: Sic dicit Ichoua Deus Israël: quoniam me precebas es de Sennacherib Rege Assur:
- 22 Hoc est verbum quod loquutus est Ichoua de eo: Spreuit te, subsannauit te, virgo filia Sion: mouit post te caput, filia Ierusalem.
- 23 Quem probris affecisti? & quem contumeliosè aggressus es? Super quem exaltasti vocem tuam, & in sublime extulisti oculos tuos? nempe super sanctum Israëlis.
- 24 In manus cruciorum tuorum exprobasti Dominum, ac dixisti: Ego in multitudine curruum meorum ascendam in excelsum montium ad latere Libani, succidam summum cedrorum eius, cœlitas eius abiecta: tum venia ad summum extremitatis eius, sed sylvam eius capescam. ^{"vel, planitiæ eius."}
- 25 Fodiam, & bibam aquas: exsiccabo plantam pedum meorum cunctos lacus obfisionis.
- 26 Ammon audisti quod a longinquo tempore fecerim eam: à diebus antiquis formauerim ipsam? Nunc vero adducerem eam, ut sit in desolationem, in accios ruinariam, quemadmodum urbes munitas?
- 27 Nam incolae eorum manu fuerunt mutilati, territi & confusi sunt: facti sunt tanquam gramen agri, olus viride, herba et florum, que ante matutinatem exarcessit.
- 28 Sessionem tuam, exitum tuum, & introitum tuum noui, & iracundiam tuam contrame.
- 29 Quoniam iratus es contra me: ideo tumultus tuus ascendit in aures meas. Itaque ponam "hamum meum in narcu tuam, & frumentum meum in labia tua: & reducam te per ^{"vel, circu-} viam quam venisti.
- 30 Hoc autem erit tibi signum: Comedes hoc anno que sponte nascuntur, secundo etiam sponte proueniunt: in tertio vero anno seminabitis & metetis, & plantabitis vineas, & comedetis fructum eorum.
- 31 Et adiicit quod seruatum erit è domo Iuda, quodque residuum erit, radicem iacere deorsum, & fructum proferre sursum.
- 32 Nam è Ierusalem egredientur reliquie, & quod seruatum erit è monte Sion: zelus Ichouæ exercituum hoc faciet.
- 33 Propterea sic dicit Ichoua de rege Assur: non ingreditur urbem hanc, neque projectet illuc sagittas: & non occupabit eam clypco munitus: neque fundet contra eam balistam.
- 34 Per viam quam venit reuertetur, neque ingreditur urbem hanc, dicit Ichoua.
- 35 Et protector ero super hanc urbem, ut seruem eam, propter me & propter David seruum meum.
- 36 Et egressus Angelus Ichouæ, percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque milia: & cum mane surrectum esset, ecce omnes cadaveria mortuorum.
- 37 Tum profectus abiit, & reuersus est Sennacherib rex Assur, & habitauit in Ninive.
- 38 Et accedit quoniam adoraret in templo Nisroch ^{"Deum suum, Adrammelech & Sarre-}, _{"vel, Dei} zer filij eius percusserunt eum gladio, ficeruntque in terram Armenie, & regnauit Es- farradon filius eius pro eo.

Psal. 123.2



T A C C I D I T.) Declarat Propheta vnicā salutis spem reliquam fuisse pio Regi, vt ad Deum iustum vindicem suas querimonias deferret. sicuti dicitur in Psalmo, Non secus ac serui vel ancillæ dū lœduntur, ad tutelâ heri sui vel her. e respiciunt, ita oculos piorum intētos esse ad auxilium Dei. Ergo vbi de Ierofolyma aeternum videtur, Ezechias terrenis præsidiis nudatus, sub Dei protectione se cōfert: atque ita fatetur non aliud extremis angustiis esse reūmedium, vnde etiam clariss effulgit gratia Dei, vt perspicuum esset miraculum, cūm pius Rex cum toto populo ē faucibus leonis istius erexitus est. Notanda igitur hęc circumstātia, vt quām illustre sit opus Dei melius intelligamus. Hic etiam docemur quid agendum sit maximē rebus deploratis, ne scilicet pigri vel lenti simus ad implorandam opem Dei, qui nos ipse ad se inuitat. non est expauescendum, nec despōdendi sunt animi, sed potius necessitatis qua premimur extimulandi ad opem eius querendam; quēadmodū hīc ab Ezechia factū videmus, qui statim se recepit in templum non secus ac in asylium, vt sub Dei umbrā deliteceret cū toto populo. Addit etiam pœnitentię symbola, scissionem vestium & indumentum facci, cōspersionem cinerum, & eiusmodi. hęc enim solennia pœnitentię signa erant, quum graui aliqua calamitate afflicti reos se corā Deo farebantur, veniāque ab ipso flagitabant. Mira verò sancti Regis modestia, quād totū preclaris operibus defunctus, rōq; virtutū p̄fstantia ornatus, se tamen suppliciter coram Deo prosternere non dubitat: rursus magnanimitas & fidei constantia, quād tam grāui tentationis mole nō obruitur, quominus Deum à quo tam duriter percutiū est, vlrō querat. Vix centesimus quisq; reperitur, qui non obmurmuret si paulo seuerius à Deo tractetur, qui non obiiciat per modū exprobrationis sua benefacta, atque expostulet iniquam sibi rependi mercedē. Alij vbi eorum votis non respōdet Deus, cum coledo operā se lūfisse queruntur. Nihil tale in Ezechia animaduertimus, qui rara pietatis sibi conscientia reatus professionem non fugit. Proinde si Deum exorare cupim⁹, & experiri eius gratiam in rebus aduersis, testatam facere conuenit pœnitentiā nostrā, atque ex animo reatum nostrū agnoscere. nec enim fortuitō nobis res aduersa accident, sed his ad pœnitentiam Deus ipse nos exerceat. Verum quidem est, leuis momenti fore saccum & cinerem nisi præcedat interior cordis affectus: quia scimus hypocritas plus satis in c̄eremoniis esse liberales: sed quemadmodū suprā dictū fuit, vbi hęc exercitia referuntur ad verum finem, meritō ea commendat Spiritus sanctus. Et certè fuit hoc rāx pietatis & modestię signum, quād se hoc modo pius Rex cum toto populo ad Dei timorem incitauit: deinde quād voluntariam reatus professionem in squalore & foribus suscepit. scimus enim vt Reges pudeat se demittere.

Dent. 18.15 Malac. 2.7 2 & 3. E T M I S I T E L I A C I M.) Legatio hęc nō tātū huc spectauit, vt Isaia accesseret in societate lūctus, sed vt aliquid solatij peteret ex eius doctrina. Et certè frustra in aerē fundentur preces, nisi suffulta sint Dei verbo. sicuti videamus incredulos plus satis clamosos esse in suis precib⁹, cūm tamen Deū fugiant sp̄retis vel neglectis eius promissionibus. Hęc ergo solidae pietatis probatio fuit in Ezechia, quād se addicēs studio precādi, simul adiūxit spei cōfirmationē, ne tentationi succuberet. Adde quād rationē diuinitus p̄scriptā tenet, vbi Deū per os Prophetę loquentem audire optat. Tametsi enim soli Deo innititur, non tamen repudiat hominis mortalis testimoniū, atque ideo disertē additur Prophetę epithetū nō sine causa: mittit enim ad Isaiaim, vt nouo aliquo vaticinio cōfirmetur: atq; ipsum nominat, non vt priuatū hominē, sed vt Dei seruum, cuius officiū erat pium Regem cōolationē aliqua subleuare. Duo igitur notāda sunt remedia, quibus extremis rebus subleuamur. Primum inuocandus est Deus vt nos liberet: deinde consulendi Prophetę, si modō iis frui licet, vt nobis solatiū aliquod afferat ex verbo Dei. nam eorum officiū est, afflitos erigere promissionibus & cōsolari, quād si defint, tamen ex Verbo satis ampla consolatio suppeditatur. Atque cōsulendi Prophetę isti, qui non sua tantum exortis, sed posteris quoque & omnibus scelulis destinati sunt, nam sicut obierint, libri tamen superstites sunt: viuit eorum doctrina, nec vñquā intermorietur. Nunquā ergo desistūtemur veris remediiis, nisi ea respuamus. In summa tamen, consulendus est semper Deus. Quāti poterit, Annon abundē instructus fuerit Ezechias & promissionibus Dei munitus? non hoc diffidentię signū erat, nouas promissiones petere à Prophetā: Respondeo, non esse imputandū incredulitati aut diffidentię, quād nouā promissionem querit: nam sibi conscientius infirmitatis suę, nouas confirmationes accerſere non vereatur. Semper enim ad diffidentiam nos sollicitat caro, ideōq; minimē contēnda sunt noua subsidia: querēda potius omnis generis adminicula, quibus tentationes varias repellamus. nā omnibus ex partibus nos adoritū Satan, atq; ita circuūllat, vt nisi probē muniri, vix ad eius infidias astūfque vitandos pares futuri simus vñque ad finem. Quāuis igitur edocti simus verbo Dei ipsum nobis adfore rebus aduersis, tamen vbi ad certamen aliquod ardūum ventum est, iterum atq; iterum os Domini interrogare operæ pretium est, & querere nouas confirmationes, quibus fidem nostram roboremus. Nulla quidem nobis dantur hodie similis prophetiæ, sed generales (qua nobis etiā scripta sunt) in vñsum nostrū accōmodare debemus.

Cur

Cur autem miserit legatos Ezechias, non autem ipse ad Iaiam posuius accesserit ratio in promptu est, quod in templo orabat. Nam communem fuisse locutum ex eo appareret, quod Seniores omnes & Consilarii facilius induiti erant. Et probabile est preces Regis editio fuisse publice inditas. Quāquam notandum est Prophetam non quicunque domi, ut delitus vacaret, sed eius absentia volunt Deus examinare fidem pri Regis.

4 Si forte audierit.) Videtur Ezechias dubitare, an Dominus ipsum audire velit. vertunt enim particulam **לְהַלְלָה** Fortassis: & sic scire accipitur in toto Scriptura. Sed notandum est fideles, etiam si certi dicant Dominum sibi affuturum, tamen quia perplexi sunt ob difficultatem rei, in hunc modum loquuntur. Erat quidem Ezechias cura cur dubius esset, si reni ipsam spectemus: sed enim in Verbum oculos conuerit, certior redditur de voluntate Dei, ita ut definit trepidare, quia tamē fieri non potest, quoniam remoras fidelibus iniicit caro, vt non nisi cunctanter & hæsitabunde pergaat, interdum sermonem accommodant ad presentem rerum aspectum. A: que alibi obteruare licet sanctos, vbi etiam de recta loquuntur, in hunc modum loquutos esse. nam Petrus, dum **סִמְעוֹן** Act. 8. 23 hortatur, Si forte, inquit, remittar tibi haec cogitatio cordis tui, nec enim consilii Simoni ut trepidet, & rogando vacillat, vana enim fuisse euimodi invocatio sed grauitatem peccati ipsi ostendit, ut animum eius tenet percussat, & tandem expurgisci cogatur, et ad Deum accedat cum vera pœnitentia. Id ergo, FORTIS, non est dubitantis, sed idem quod vulgo dicimus, **possibile**: quoniam sperare aliquid & promittere nobis audiens. Nec ita loquutus est Ezechias quasi suodus esset Deus ad impiorum voces, vel eum quicquam fugeret: sed quia in eius corde fixum erat principium illud, **psal. 145**: Deum omnibus propinquum esse qui cum vere inuocant, contra desperacionem luſtari institueret, 18 precibus se teat. & quia non sine difficultate prorumpere nititur, dicit, Si forte. Addit quod duas audiendi species hic ponit, quia nodum hunc aliquo ex parte expedire. Apparet quidem primo intuitu aliqua repugnante species in his verbis. Si forte audierit, quia audiuit, sed loquutio apertissima est, quod certò & sine controversia perit status si Ezechias nihil Deo occultum esse: tantum de hoc secundum discepit, velut ne in iudicium vocare Deus blasphemiam impuri canis: quia a pedum vltionem differt ac dissimulat ad tempus, clausis oculis praeterea videtur, denique pro confesso iumentis, omnia Deo conspicua esse & manifesta, tantum anxie querit an Deus te ipsa ostenderet ita **Hebr. 4.13** offendit contumelias Rapiacis, vt diuinus impunitas manere nolit: denique effectualiter audire optat, cum scilicet ea que confusa & distilita erant restituit, cum iudicem se ostendat, tunc enim re ipsa omnia ab eo animaduera & perfecta esse cognoscimus. Hoc modo petit Ezechias, Annon audierit Dominus blasphemias Rapiacis, vt eas vleuiscat, & gloriam tu nominis cura sibi esse ostendat? Deum Iiae nominans, non intelligit ab uno tantum homine Deum coli, neque etiam ex numero piorum se abscondit, sed quia ex doctrina manabant preces, prius Rex voluit ministerium Prophetarum commendare, ac testari verum Dei iterum esse. Aliquando longius pater ista relatio, omnes enim fideles inuocant Deum: Deus vicissim omnes confit in populo suo, sed peculiariter certetur Isaiae & Pauli Deus, quod speciale vocacionem habent. In summa elogium & commemoratione vocacionis Iiae nominatur in his verbis continetur. ET LEVABIS ORATIONEM. Hæc secunda ratio est cur Ezechias Legatos misit ad Iaiam: nempe, vt ipse quoque vnde eum alii precessent, vnde agnoscimus Prophetarum manus esse, non tantum afflictos consolari verbo Domini, sed etiam interponere suas preces pro piorum salute. Ne ergo ministri Verbi & pastores functiones officio putent, quoniam hortati fuerint & docuerint, nisi preces quoque adiungant: (hoc quidem facere omnes decet) sed Ezechias ad Iaiam porfissimum misit, quod easteris praetere exemplo suo deberet. Porro LEVARE ORATIONEM, nihil aliud est quam precari: sed notanda est locutio. Ostendit enim quomodo affectus nostros compositos esse oporteat dum precamur. Scriptura vbique iubet ut animos in celum erigamus: nulla enim alioqui in nobis esset reverentia Dei, deinde tantus est in nobis stupor, vt statim obrepant craefs de Deo imaginationes: vt nisi nos in celum revocaret, eum potius ad pedes querere vellemus. Levare igitur orationem est ita precari, ut animi nostri non torpeant in terra, nec terrenū quicquam aut craefsum de Deo cogitent, sed ei tribuant quod eius misericordia conuenienter etiam ardore in sublime aspirent affectus nostrar. Quo etiam sensu dicitur in Psalmo, Ascendat coram te quasi sufficiens oratio mea, quasi sacrificium vespertinum. Iam quod pro residuo populo, qui superstites erat, concipi preces cupit, haec quoque circumstantia valere potuit ad Dominum flectendum: non quod hominum more flectatur: sed ita nobiscum agit, sequitur imbecillitatem nostram accommodat. Cum ergo res nostras in eas angustias redactæ sunt, ut non procul ab interitu absimilis, proponenda est Deomiseria nostra, vt aliquid consolationis mentes nostræ percipient: quandoquidem miseris & afflictis se recipere Deus affirmat. Et quod propriores exitio videbunt, cù maiore studio & ardentiore petere debemus vt nobis opem ferat: quemadmodum hic deplorato rerum statu, ab Ezechia factum videbunt.

5 & 6 E tunc venerunt.) Quemadmodum prius narravit Prophetus nullum aliud fuisse pio Regi perfugium, quam ut os Dominicū consuleret, ita nunc id non frustra ab eo factum esse docet. audiuit enim consolationem quam optabat. Hoc exemplo moniti, si euras nostras & molestias

in Dei finum exonerando leuamen ab eo queramus, nunquam nos frustrabitur spes nostra: & quāvis non semper exstabunt Propheta in mundo, qualis fuit Itaia, quo tamen expediet modo ipse tē pestiuē occurreret ad opem ferendam. Præfatur autem Itaia te Dei nomine dare responsum, in dī tertē affirmat ipsum esse oraculi authorem: quia & Prophetis temper eaudendum est ne quid proferant à ipsis, & in negotio tam arduo necclaria fuit Dei authoritas. docuit etiam hoc modo Propheta Deum suisse obuium votis pī Regis. Iactant quidem & p̄iedoprophetē nomen Dei, sed fālē: Itaia autē quia verū Spiritus sancti organū fuit, ut obtendit sacram eius nomen a quo misus est, ac primū quidem timere vetans, vel intrepidō, vel saltē tranquillo esse animo Ezechiam iubet. Nam quoties audimus hanc vocem, sciamus eam pacem nobis commendari quam fides parit in animis nostris: quicunque enim Deo confisi exitū malis suis ab eo expectant, patientia sua vīctores emergunt supra omnes metus, vnde etiā in agitatione tranquillitas. Ceterū, quād alacrius pergit pius Rex in sperando latiore exi: v, clatē expirat propriam agi Dei cauam, cuius patrocinī fuscipit: quia pati nequeat impēnū nomen suum ab impiis violari, quin iustus tandem index apparat. Seruorum quoque nomine, indignitatē rei amplificat. Nam etiā Rex ipse italoquutus est, Dominum tamen ab homine mortali contemni, & tam probolē exigitari intolerabile erat. vnde colligere promptum fuit, multò minus à seruis tantam contumeliam paſſurā esse. taque persona conditio atrociorē reddit iniuriam.

Psal. 1.5

7 Ecce apponam illi ventum.) Quod alii verrunt, Ponam in eo Spiritum, perinde ac si de arcano cordis instinetu ageret Propheta, coactū est. Hæc verò metaphora optimè conuenit, in manu Dei esse ventum aut turbinem, qui Sennacherib alio proripiet. Vixitā Scripturæ loquitur cest, impios stipula vel quisquis illis conferre: quia Deus quo cunque visum est eos facile impellit, dī se firmissimos stare putant. Exortus igitur tempestatem in regno Sennacherib, vento aut procedit, lē comparat qua ē Iudea pulsus est, deinde ostendit nihilo plus negotii fore Domino ad propulsandum illum hostem, quām si paleam aut stipulam mouere vellet. Atque idem omnino de tyrannis omnibus, quanvis potentissimis, dicendū est. Quod proximē sequitur, Et audier, exegeticē possumus esse liquet: ideo in causalē particulā resoluere placuit, Nā audier. Hic enim est vetus quo excitato repente propulsus est Sennacherib: quia fama de Ägyptio & Äthiopie audita, in regionem suam redire coactus est. Quod addit gladio prosternendum est in sua terra, perinde valet, ac si dicceret, Nunc laceſſit alios & vexat, fines imperii sui latē extendere conatur: verū ego ipsi hostes in medio terræ sui finū excitabo, à quibus profigetur. Nonnulli exponunt terram Israēl, sed nimis coactū est, loquitur enim de terra ipsius Assyrii: & subest tacita antithesis, Hic qui aliorū vrbes & regna subigebat, suam ipse regionem tueri non poterit, sed in ea delebitur ac peribit.

8 Et reverius. Nunc declarat, vt Rapiace re infecta reverius sit ad Regem suum, non in cūdem locum in quo ipsum reliquerat: intellexit enim ipsum soluisse obsidionem à Lachis, ac migrasse in Ägyptum ad oppugnandam Lobnam. Hanc urbem Pelusium esse putant nonnulli: alii malunt attribuere Iudea. Probabile quidem est, quum de adventu hostium rumor perlatus esset, moūisse castra Ägyptum versus, vt suo occurruerit eos subſistere cogeret. Etsi autem non bello Deus impetum tyranni moratus est, ut aliquid relaxationis Iudeis daret, manu tamen hominum noluit deuinī, sed tanū palam facere, & quālē producere in theatro indomabilē mītū superbiā, quia in magno dicerimine non deſtitit eadēm vomere blasphemias, vt paulo post videbimus.

9 AVDIENS AVTEM.) Quo confilio repente migraverit Assyrius ex Iudea, ex iis quā sequuntur cōiicere licet, nam Ägypti & Äthiopia Reges fedus inter se inierant aduersus Sennacherib, quād eius potentiam nimium augeri viderent, nec finem faceret alias regiones inuadendi, nisi ergo eius violentia in tempore occurrerent, faciliē existimabat sibi quoque ab ipso gracie periculum imminere. Nec enim salutē Iudea confulere volebat: hi Reges cum iure incōmodo, sed sibi ipsi prospiciebant: vt ferē suspiciora est aliis Principibus & populis, ac meritō, sā magna vnius potentia. Itaque faciunt prudenter, quum iunctis viribus ei tempētiū occurrit, singulos enim subigi ac deleri facile esset. Hac ratione hi duo Reges arma communia induerunt, vt vim atque impētū tyranni istius propulsarent. Assyrius verò tam diffīcili bello implicitus, Legatos ad Ezechiam mittit, vt eum terroribus ac minis ad deditiōnēi impellat: vt tyrannos dementiat ambitio, & falsa opinio suā magnitudinis, ideōque verba sua, rumorem nominis sui, atque etiam umbrā suam terrori omnibus fore arbitrantur. Hic diffīcili bello impeditus, cogitat de subigēda Iudea, à qua recedere coactus erat, pudebat ipsum videlicet, in obsidione non persistisse, quod autem præfens efficere non potuit, existimat forsitan absētē se consecuturum. Sed Dominus mirificē opitulatus est iuis qui ab exitio non longē abesse videbantur. Ac primō quidem ad impētū tardandum huic tyranno impēdimenta & difficultates obiecit, è quibus non potuit se tam citō explicare: ac si quis rabidē & furentis bestiā ori frēnum, aut naribus circulum inūceret, quemadmodū etiam Propheta iterū dicturus est. Rabies quidē & fūnitā nō sedatur, sed ita cohibetur, vt nocēre oīs nō possit. Hoc ipsum hodie peripicimus, quām multi crudelēs tyrāni Ecclesiā Dei perditā velle? quib⁹ insidiis hoc machinātur? quām varia inter se cōsilia agitār? quas hic inde vires colligūt? sed ubi aliquid se effecturos putāt, Dominus ipsis excitat repētē hostes: interdū ipsis cī inter se cōmittit, & sequitā

tiam in eos ipsos convertit quā in filios Dei exercere cupiebat. Pergit nihilominus in sua ferūcia, nec moliri hoc vel illud defensione tibi Sennacherib, tametsi iatis habeat negotiorum, Ezechiam facere non definis, & tanquam vile maneipiū ex throno Regio alloquitur, ac veluti iubido impera. quinetiam Deo ipsis iniulta petulanter, & ministri Rapiaceim tuperat proterua. Tametsi enim eadem erat verborum Rapiacis sententia, tamen hic impudentius & velut magis aperto ore Deo concurrit.

10 Non decipiat te Deus tuus.) Quām horrenda est hæ blasphemia: Deum authorem veritatis, iesi frustra lactaret fuos, mēdaci & imposturæ dammare! Quid enim iuperet Deo iubilata veritate, quia nihil magis ipsis proprium est? Deus verò impio homini hanc vocem extortus, qui tamen ante le nomen aliquod reciteri simulabat, nec enim talen impetrare in diutius latere fuit, vt antē dictum est. Quod recitat ex Dei peritonāteruandam esse Ierotolymā, hinc conieciunt nonnulli i reteatam fuisse prophetiam Isaiae Regi Assyriō à proditore Sobnā: atque hæ verba quodāmodo i innuere videntur. Sed nihil opus est talibus coniecturis, tatis enim compertum erat Assyriō, Ezechiam ipsum suam in Deolocare nec ignota erant promissa, que tum ipsis, tum Davidi data fuerat. Hæc requies mea, hic hab: tabo in seculum tecul: non quod ipse opera dedidit cœlestibus oraculis, sed quia celebris passim erat corum fama: & Iudei mitū in modi in his gloriantur, & sibi ipsius iēbant aduersi hostes auxilium & tutelā Dei. His igitur opponit: tyranus hanc blasphemiam, Non decipiat te Deus tuus Atque nra se aduersus Deum efficit, quasi ipsi satī virium non sit ad tutandam Ierotolymam: sibi verò potentia sit: non solum quavis humani, sed etiam diuinā superior. Hoc autem nititur exemplis comprobare: quod viceit: gentes, quibus alii dū p̄erant. & argumentum dicitur à maiorum tuorum potentia, Hi pr̄iualuerunt dūs aliarum nationum; ego verò maioribus meis longè antecello ergo neque Deus Israēl mihi p̄eualabit. Ita imp̄i homines rebus prospers magis ac magis tenebantur solent, vt iam se homines esse obliviscantur, nec tantum diuinam maiestatem sibi arrogent, sed etiā ipsa maiores esse a bitrentur. Imò posthabito recti & iniusti discrimine, solis nocendi viribus cō enī, gloriantur suis & majorum tuorum teleribus, cōque magis sibi applaudunt, quod à latronibus & sceleratis viris progeniti sunt, nam s̄epe inter monarchas vt quicquid est potenterissimus, ita magni latronis dities filii vocati potest. Non dispicit hic tyrannus, iurenc an inuria tot regiones in maiorum tuorum potestatem venerint, nec enim tyranni iuris aut æquitatis rationem habent, cùm ad magnitudinem aspirent: satis c̄t ipsis si quomodo unque, sicut per fas, sicut per nefas, aliis sub rigore tuum morte posse. Ita quequid potest, sicut ut putant. Vulgatum illud tenet, c̄dū adūnter, tueq̄ r̄ides m̄cū adūnter, neque hoc vnius teculi incommodeum est, sed plus tatis hodie quoque experimur.

11 Ecce tu audirebas.) Duplex hic comparatio obietauanda est, nam confert Ezechiam cum aliis regibus ludebat, qui ipsis antecellerunt, quod inferior sit, & tamen à Regibus Assyriis vieti fuerint, contrà vero Sennacherib maiorem ceteris omnibus potentiam adeptus, audacius insolecit. Sequebatur, Ezechiam ei oblistere non posse. Altera comparatio est Regū Assyrii & ipsius Sennacherib cum idolis Gentium. Nam si idola populos quibus praeerant tueri non potuerunt, ergo neque Deus Israēl populū cui p̄aeat seruabit. Hic fidem Ezechiae misericordiationum machinis impulsa fuisse dum legimus, inidem armis instrecti parentes nos ad certandum. Imò dum otium nobis conceditur, studeamus matutinē nos munire, vt cùm in eiusmodi iterim ventum erit, fortis animo obsistamus. Quod si nobis multarum gentium clades obiiciat, Satan, distinguida est nostra conditio: quia etsi paribus obnoxii simus malis, nos tamen certa salutis fiducia manet, qua illi destituantur.

12 & 13 GOZAN.) Huius loci mentio fit 2. Reg. Colligi potest oppidum fuisse Mediæ, quanvis nonnulli libibi sitū esse putari, verū tamen sit quod Ierotolyma, et p̄ceptu fuit Orientale. Charras s̄epe metio fit in Scriptura. Plinius hoc oppidū in Arabia locat: sed magis receptū est ipsum Mesopotamia esse, idq; confirmat Abrahā peregrinatio: quia ex patria Chaldeæ egreditus cō cum parte venit. Charras plurali numero vocat profani Scriptores: vbi etiā Crafsum cū filio fuisse occitum reficerūt.

14 ET ACCEPIT.) Nunc ostendit Propheta quale perfugium in tantis misericordiis habuerit Ezechias, statim nempe concessit in templum, vt coram Domino deplorans calamitatem, cui ipse mederi non poterat, in ipsum suam misericordiam ac curas reiceret. Neque enim fuit hæc cœa vel consolamentatio, sed fletu tuo & querimonii Deum ad openferendā pius Rex flectere voluit. Accius quidem exemplo docemur nihil esse melius vbi anxiē vrgemur, quām nos exonerare in Dei sinu, reliqua tollat omnia, si hoc vnum desit, utilia erunt. Quod literas expandit coram Domino, hoc non facit quasi ipsi ignotum esset quod literis contingebatur: sed ita secum agi Deus permittit pro modulo nostrā infirmitatis, neque enim preces, neque lachrymæ, nec querimonie ea patescant Deo quorum egemus: quandoquidē nouit penitū & misericordiam nostrā, priusq; ab ipso quicquam rogemus. Sed hic potius considerandum quid nobis necessarium sit: nempe vt aduersariū blasphemias sibi notas esse ostendar, nec impunc iis fore qui eas protulerūt. Hac igitur ratione & consilio Ezechias impii tyranniliteras coram Deo explicuit, quod se magis acueret ad precandi studium, zelusque tui ardorem magis accenderet,

Cap. 17.6

Act. 7.2.4

Gen. 11.31

15 & 16 T V M O R A V I T.) Quia Satana organum fuerat Sennacherib ad concutiendam Ezechia fidem, munitionem hanc opponit, quod Deus immensa potentia praeditus sit, ne que enim dubium est, quin his elogis Deum insigniens, ad impetrandi fiduciam se animet. vt lucellu non careant preces, statuere tempore conuenit, Deum omnibus qui ipsum querunt remuneratore mense: praeferunt necesse fuit a pio Regi, vt liberè & intrepide obstatum tolleret quo fiducia eius cursum abrumperet tentauerat Satan, hoc arripere, Quantum Dei potentiam suis ludibriis extenuet impi, integrum tamen manere. In eo verò apparuit heroica pia Regis magnanimitas, quod non solum pro afferenda Dei potentia iurgatus est cum impio Regi, sed apud le cam extulit, testemque Deum fecit interioris sui affectus. Ergo antequam precationem villam formet, fallacias discent, quibus eius animum labefacere conatus fuerat Satan. Nec tantum Dei omnipotentiam praedicat, sed etiam vendicat principatum quem obtinet in vniuerso orbem, atque haec eō dicuntur a pio Regi, vt se ferme confirmet in fide quam conceperat de prouidentia Dei, quia totum mundum & singulas eius partes administrat: hoc enim potissimum est prius omnibus factum: ne fratre sibi orare videantur, nec tantam vim habuissent Regis oratio, si solummodo dixisset, Inclina Domine aurem tuam, aut aliquid eiutmod, quādum factum operum suorum Domino curā esce. Sibi enim persuadet Deum causam istam iuicere: utrum si Dei proprium est totum orbem regere ac moderari, non patietur hunc tyrannum intolecere, quin arrogantiam eius compescat. nam Sennacherib arrogabat sibi quod erat proprium Dei: hoc tandem haud impune latus erat. Quod sub manu & arbitrio Dei statuit omnia regna terræ, ad cauam præsentem specialiter accōmodat. Interea hoc elogium Deo soli & semper conuenit, quod regnis omnibus dominetur, neque tamen negat quin Reges etiam, Præfides & Magistratus tuum principiū teneant, sed tā ut Deo subfinit, cīque omne imperium atque autoritatem deferant, quemadmodum Paulus Iohannes De imperium esse dicens, Principes & Magistratus non eruerit, sed omnes, quātūcunque magnitudinis atque potentiae sint, a Deo solo pendere ostendit, ne se eius socios aut æquales putent: sed eum agnoscat dominum ac Principem suum. Sic igitur auctoritatem suam, Principes retinebunt, si se medios inter Deum & homines contineat, nec altius condescendere velint. Porro hoc colligit Ezechias ex ipia creatione: quia fieri non potest, vt Deus qui celū & terræ opifex est, opus suum deferat: quin potius genus humanum, præcipua mūdi partem, sua prouidentia moderetur. Creationem enim tam angustis firmibus circunscibere absurdum est, quasi momentaneæ & euan dē virtutis Dei testimonium forter, sed ad continuam administrationem extenderet. Hinc appetit tyrannos qui arbitrio suo dominari volunt, Deum honore suo spoliar, qui avōbrem meritas arrogantiae sive pœnas luunt. Alius quoque elogis ad confirmationem fidei sue vtitur Ezechias, ac primō Ichouam exercituum nominans, rursus commendat eius potētiā. Sed ubi adiungit Deum Israhel, sibi propinquū & familiarem reddit: quia non vulgare amoris signum fuerat, curam illius populi suscipere. Eodem pertinet se fello inter Cherubim a sc̄i diceret, Tu h̄c collocasti fedē tuā, & te eorum tutorem fore promisisti quia te coram arca federis inuocauerint. hac promissione fietus ad re velut ad præfēdem configlio. Ceterū mihi non dubium est quin Ezechias ad formam Arcę spectat, quā duo Cherubim circundabant. Alii interpretantur Cherubim, Angelos: quasi Deus satur regnare in cœlo, utque inter Angelos federe: sed ea interpretatione non conuenit: dicit enim Sedere in ei Cherubim, propter formam Arcę, quā hoc modo composi: aer. Eam veò certum fuisse syinbolum præsentia Dei: iūs, tamē virtus ipsius illic minimē inclusa esset. Atque hoc cōmemorans Ezechias, certō statuere voluit, sibi prætentem ad eū Deum, qui velut expansalis populum ad se colligere dignatus erat. Quā ergo longa inter Deum & nos distans sit, illud adoptionis pignus amplexus est Ezechias. Quānū nihil crassum vel tenui ultra imaginatus est de ipso Deo, sicut ē cœlo cum euocare cuperent: superstitionis: sed promissione quam accepérat contentus, gratia Dei non procul esse querendā apud se statuit. Hic igitur loquutione notanda est, quā docemur, præcente Verbi luce paulatim condescendere in cœlos, vt tamen quo ad opem ferendam non singanus Deum absenteret, quando sibi inter nos domi cilium elegit. Nam quin eius maiestas terrā & cœlos longē exuperet, eum intra sensus nostrī captum includere nefas est & tamen vī. Verbo nob spatefecit pro exigua ingenii nostri facultate vel modulo comprehendere licet: non quā derrahatur ē cœlesti folio, sed vt mentes nostræ infirmæ aliqui & tardæ gradatim ad ipsum accedant, nam quā & Verbo & signis ad tuam aititudinem nos inuitet, cōenit cōuenit. Quod si dextri simus in eterne, spiritualis tempore apud nos vigebit Dei notitia: nec lapidibus aut lignis, aut arboribus Deum affigimus: nihil terrenū aut crassum de ipso imaginabimur: sed quō prius us ad nos descendet, omnibus que proponit adminiculis ita rite vī studebimus, ne in terra subsident mentes nostræ: quandoquidem non in aliū faciem se ruditati nostrę Deus attēperat, nisi vt Sacra menta nobis sint pro vehiculis, quē siue stitio in contrarium abusum verit.

17 INCLINA IEHOVA AVREM TVM.) Ex his verbis colligimus quādum anxius fuerit Ezechias Num quis orationi tubest vehementia miros curarum æstus ipsar, vt facile apparet magis cum difficultate si eum fuisse luctat, vt ex hac tentatione emerget. Et si enim præcandi feruor vim & magnitudinē fidei ostendit, si multamen turbulentos affectus quasi in speculo representat.

præsentat. ac quories eadem nobis sustinēda erunt certamina, discamus pīj Regis exemplū fer-
uoribus nostris opponere quæ ad fidē stabilendā valent, vt ipsa perturbatio nos ad trāquil-
lam quietem ducat: neq; nos terreat debilitatis sensus, si metus & anxietas nos ierius sollicitat.
Dominus quidem vult nos strenuē laborare, sudare etiam atq; algerē nec enim promittēda est
nobis in umbra & otio victoria: sed post varia certamina felicē nobis exitum pollicetur, quem
haud dubiē præstabit. Cur verō postulat Ezechias à Deo vt audiat: an eum dormire aut ignorare
putat? Minime verō: sed ita difficultē in negotio loqui solemus, vt ferē abeſe Deum, aut crūmmas
noſtras negligere existimemus. Tanta ergo anxietate ſe conſtructum fuīſcē oſtēdit, vt propemodo
dū ſe delitūtū à Deo eſſe arbitraretur. Idq; ſecundū catnis ſenſum: quia niſi fidei oculis in-
uitus eſſet Deum præſentem, concidilſet animo. Perinde igitur eſt acſi peteret Ezechias re ipsa
& experimento palam fieri, quod ſub ſpe iuſticia abſconditum fouebat in animo, Dei auxiliū.
Petit ergo vt aperiat oculos & viſeat, id eſt, oſtēdat hanc ſibi cura eſſe. Satis verō declarat Eze-
chias, qua de re potiſſimum fuerit ſollicitus: nō pē, vt Deus iniurias ſibi illatas vleſiceretur in erti
regni & populi cura vchemēter ipsum premebat, tamē pluris ei Dei gloria fuit, quām alia com-
moda omnis generis, & certe eius ſtudium animos noſtrós p̄ticipē afficere atq; virgore debet:
eoq; magis quod ſalutem noſtrām cum ipſa cōiunctā eſſe intelligamus. Itaque Ezechias hīc
tyrannum ilium, vt hoſtē Dei conſtituens, qui ipſum conuiitijs & maledictis laeſſat, quod Iero-
ſolyma eius nomine & tutela glorietur, colligit Deum nō poſſe urbē cuius patronus eſt deli-
tuere, quin ſimil nomen ſuum deferaſt. Cū ergo Deus pro immēſā ſua bonitate ſalutē noſtrām
coniunctām eſſe velit cum ſua gloria, arripiēd.e ſunt nobis illāe promiſſiones, quibus animos noſ-
trōs obſtrīmenimus: tamē impīdūm cōiuntantur Deo, virtūſque animi ſui exhalant atque euo-
munt, ſe obdure vana ſpe impunitatis, nullam tamen syllabam fore quam Dominus nō au-
diat, atque tandem in rationē reuocet.

18 & 19 S A N E I E H O V A .) Hic incipit Ezechias falſos deos à vero diſcernere: quod etiā no-
bis diligenter faciendū eſt. Impīd enim, quibus nihil eſt lucis, cōfūſas qualdā imaginationes con-
cipiunt de Deo, quæ ſubito euaneſcent, ita vt nullū Deum eſſe putent, vel eum ducāt pro nihil-
lo. Deus autem ſuos vel frigida vel caduca opinione tangi non vult: fed verum Deum ſe ab illis
agnosci, qui virtutis ſuę fulgore ſuperſtitiones omnes diſcutiat. Nō ſatis eſt igitur numē aliquod
comprehendiflē, quale profani homines putant, fed ita cōplectendus Deus, vt diſcernatur à co-
mentitiis diis, & veritas à mēdaciō ſepareetur. & certe vbi ſemel illuxit animis noſtris, ſtarim cō-
cidunt falſe religiones, quæ prius ingenia noſtra occupabāt. Atque eō magis tenēda h.ac doctri-
na eſt, quia plerique ſublidunt in obſcuris ſpeculationibus, & ſufficiere putant, ſi numē aliquod
agnouerint. Ignorāt planē an Turcarum Deus adorandū ſit, an Iudorum, atque ita volitant in
aere, vt neque c̄elū (quod aiunt) neque terram attingant. Hac imaginatione nihil pestilētūs
eſſe potest: quandoquidē ea Deus cum idolis miſeretur ac confunditur, cuius maiestas gradum
ſuum non retinet, niſi proletratis omnibus ſigmētis ſoli emineat. Ideoq; verē pietatis initū eſt,
Deum unūcū, cui penitus nos addicere conuenit, ab omni turba prudenter diſtinguere. Duabus
autē rationib⁹ iſtos non fuīſcē deos ſolēdit. priuū quia materia conſtabant: deinde quod ab
hominibus fabricati eſſent. Ac nihil magis p̄ expoſterū eſt quām hominem ſibi ſumere creādi
Dei licentiā: non modō quia originem habet, quū Deus ſit æternus, ſed quia ne ad momentū
quidem propria virtute ſubſtituit, colligat totus mundus quicquid habet virium, ne pulicē quic-
quid formabit. Cuius ergo audaci⁹ eſt unūmquēque mortalium vel Deum vnum vel plures ſibi
figere? Ergo quū nihil in nobis ſit niſi caduci & fluxum, nulla à nobis orietur Divinitas. Adde
quod absurdissimum eſt ex corruptibili materia & quæ ſenſu caret velle aliquam Deitatē elice-
re artificij reſpetu: quia vbi acceſſerit ligno vel lapidi figura, incipiat Deus eſſe. Hoc igitur mo-
do quicquid ſuperſtitionū cōmenti fuerint homines facile euertitur: quia alibi quām in corūm
cerbris qui renda eſt ſoliditas, in d. vanitatis & niendacij dāmnatur quicquid imaginati fue-
rint à ſcīplis.

20 E T N V N C I E H O V A .) Nunc precationem ſuam concludens pius Rex, ex timore cum
quo luctatus eſt emerget. Nec enim dubiū eſt, quin ſuſidia quibus ſe haſtēnus munivit cū am-
mauerint, vt intrepide breuem hanc clauſulā ſubiicceret. Et h. autē Deus non ſemper ſuos eripit
ex temporalibus malis: quia tamē iam pollicitus fuerat ſe fore urbis cōſtodiē, certo ſtatueret po-
rata Ezechias irritos fore impīdū tyranni conatus, qui in eius excidiū tēdebant. Quod autem Deo
rufus obiicit, urbis liberationē materiā fore gloria illī: hinc colligimus nihil magis eſſe optā-
dum, quām vt nomen ſuā modis omnibus illūtret, atq; etiā hic ſumimus ſalatis noſtr.e finis eſt,
a quo deſteſtere fas non eſt, ſi Deum nobis propitiū eſſe cupimus. vnde colligimus indignos eſ-
ſe eius auxilio, qui propria ſalute contenti, negligunt vel obliuio cūntur cur ipſos præſtare ſaluuos
Deus velit, nec Deo tātū ſunt iniurij in hac ingratitudine, ſed ſibi quoq; plurimum nocent, ſe-
parantes quæ Deus cōiunxerat: quia in ſuis ſeruandis glorificat nomen ſuum: quod certe maxi-
mo, vt iam antē diſtū eſt, nobis ſeruatio eſſe debet. Porro non tantūm cupit Ezechias Deum iſ-
rael aliquo loco conſeri, ſed abolitis omnibus idolis ſolum eſſe compicuā. multi enim tunc ido-

lolar^r passi fuisse ipsum inter alios coli, sed quia socios non admittit, deleri necesse est quid-
quid deitatis configunt homines, ut integrum monarchiam obtineat.

21 & 22 TVNC MISIT ISAIAS.) Ostenditur precationis fructus, quia ubi ad extrema ventum est, Deus auxiliarē manū repente pio Regi per Isaiam præbet: non quod protinus exerat manū suam ad hostes profligandos, sed ore Prophete liberationem promittēs, fidem serui sui adhuc exercet. Isaías certè sicuti à seipso opitulari nō poterat, ita ridiculus fuisset hoc vel illud iactando, nisi persulsi fuisset Ezechias illū sibi diuinitus esse misum. Ergo donec specimē ederet Deus sūt potētā, in hoc solatio acqueuerit. Quo docemur semper nobis interrogandum esse os Dei, si in nostris curis & angustiis alleuationem aliquā sentire velimus, nam si reicimus doctrinam, quam nobis fidelū Doctorū opera administrat, omni consolatione proflus indigni sumus. Ea verò imbuti atque instructi magis ac magis proficere, nouisque ex ea cōfirmationes petere debemus, ut nouis doloribus noua lubeō occurrant remedia, nec vñquā vel acerbissimis in malis consolatione destituamur. Nec enim vel instructissimi omnī ac munitissimi poterunt hac doctrina nimium abundare. Illustrē hīc in Ezechia fidei & constatiæ exemplū proponitur. & tamen ipsum nō fēmel consolatur Dominus, nec vñ tātum vaticinio, sed pluribus ipsum cōfirmat, quo magis nos, qui lōgo interuallo absumus à tali cōstantia, sciamus multis & variis ad miniculis opus habere, quæ assiduē fidem nostram fulciant.

2. Reg. 19. **Q**UONIAM M E P R E C A T U S E S .) In sacra historia exprimitur verbū Audiui, idéoque **¶¶¶**
20. illuc relatiuum est. h̄c verò vel expotitiuē capitū, vel rationalem particulam valet, sicut aliis
pluribus le cis. nam supplerē verbum Audiui, quod faciunt quidam interpres, durum ac co-
actum est: & optime fluit sententia vno contextu, dū prouītūt Deus se hoc dare precibus Eze-
chiae, & vñ omnes tyramni conatus euerat, impetūmque ac furorē cohiebat. quād diceret votis p̄j
Regis cōcīnere Dei responsum. Et certe quī, quis ad ipsū vota dirigit, sentiet tandem quād pro-
penitus sit ad respondendū, sed ideo ut plurimū filet, nec quidquā offert confotatio[n]is ex Ver-
bo suo, quia ipsi obmutescimus in malis nostris. Summa autē oraculi huc redit, non es: causam
cur Ezechias inopi, & debilitatis suae cōscius fracto & deiecto sit animo, vbi superbū hunc ty-
rannū infoleſcere videt: quia Deus le medium opponet. Quod ergo miseris Iudeis ita insultabat
Sennacherib, Deus se causam hanc suscipere affirmat, sicuti in eū recidebat cōtumelia. Quibus
verbis ostendit, vbi ab incredulis contēnitur sua gratia, eius fore vindicē : fidēlēsque admonet,
ne agreterant se mundo cīle cōtemptibiles, modo eorum infirmitas paratum in celo auxilium
inueniat. Magis autem emphaticum est quod Ecclesiā totam alloquitur, quād si dē priuarī
Ezechiae dixisset: quia hac circumstantia augetur indignitas, quod ludibriū habita fuerit iniurī
populi simplicitas, acī nullius momēti cīle celeste auxiliū. Perstringitur ergo cōcitas Sēna-
cherib, quod Deo posthabito fastuofē despiciat afflictam Ecclesiā. Vibes quidē Filias appellā-
ri satis vītūtā est. Interdum etiam delicarē vrbes, Virgines nomīnāntur: vt prius alio loco vidi-
mus. H̄c verò imbecillitatē vrbis Ierosolymæ notare voluit, quod in star virginis orbē ac desti-
tuēt esset, cui hic imperius nebulo, & sceleratus latro insultabat. Deus autem, cū pater cui h̄c
iniuria infertur, declarat sibi cōpertum esse quid impius ille moliator, & qualis sit totius Iudee
status.

23 Cvi exprobrasti.) Proximo versu rem descripsit, qualis ab omnibus animaduerti ac conspici poterat: nunc autem altius animos erigit, ostendens hunc tyrannum non solam Ierosolymam insultare, sed ipsi Deo. Hic locus in memoriam redeat, quoties nos impiorum iniuriis & pertulantia expositos videmus. nam et si inermes sumus, nec quisquam se pro nobis opponat, atque ob tenuitatem nostram magis creferat hostium petulantia, tamen prope est Dominus, a quo velet tutissimo clypeo protegemur. nam quicunque nobis sunt infesti, bellum cum Deo viuo suscepimus. Nec vero hec vnius seculi tantum gratia dicta sunt, quin potius ut haec punitio perpetua est, Ego Deus tuus, & clypeus tuus: ego amicus amicis tuis, & hostis hostib[us] tuis: ita quod minus virium nobis sufficit, perfuasi sumus propiore nobis fore Dei virtutem. Cum igitur hac conditione Dominus nobiscum fidei inierit, ut ideo pro nobis opponat, ne dubitemus quin re ipsa hoc praestet, atque ostendat sibi iniurias inferri que nobis inferuntur. In summa, sic nobiscum coniunctus est, ut omnia simul communia habere velit. Caterumque in Ecclesiam probra iactauerat Sennacherib, Deus in se transfert, ut ostenderat logicum falli impios dum in sua altitudine superbiunt, ac si impune Ecclesiam calcaret, quia ad eorum pedes iacet. Scimus enim Dei prouidetiam pro nihil ab ipsis duci: præsertim vero dum fideles conspiciunt sub cruce gemetes, indignos reputant quibus auxilietur Deus. Itaque consurgit in medium, & se testatur non secus affici miseris gregis. Iai contemptu, quando si palam violaretur eius maiestas. Ergo quantum nos a Deo negligi existimat hostes quoties humanis opibus videtur destruxi, & eò maiore licetia gloriantur acsi in predicta essemus expositi: ex opposito alterit Deus salutem nostram sibi chara & pretiosam esse. Ceterum pluribus verbis superbit hominis fastu & arrogatiā exprimit Prophetā, ut qui sermone, vultu, gestu, oculis, toto denique corporis habitu prorsus intolerabilis fuerit. Ut enim sibi de se periuident tyranni, ita se effterunt, & quasi è celo delapsi præse despicunt omnes. Tandem subiicit, vt cūque attenuata & sent

sent res populi, Deum tamen, sub cuius tutela est, integrū in celo manere. Vesaniā enim Sennacherib perstringit, quod populum à terrena specie estimans, nō reputet Deo peculiarem & sacrum esse. Ergo vt Dei virtute stemus incolumes, nobisque in tēpore succurrat eius manus, Israelem ipsius esse oportet, quod fiet sī Verbo eius innixi quiescamus sub vmbra alatum eius.

24 IN MANV SERVORVM.) Hoc etiam indignitatem auget, & atrocitatem iniuri e: quia minus tolerabile est, conuictum fieri à seruo quā à dominorum persone vilitas grauiorem iniuriam facit. Vnde etiam superbi & arrogantes quod indignus & grauius sit quod minantur, se per quēlibet ex seruis vel pedissequis hoc vel illud facturos iactāt, quod magis se despiciere ostendat quos oderunt. Voluit igitur Propheta indignitatē blasphemiq; hac circumstantia exaggerare, quod cā non solum euomuerat proprio ore Sennacherib, sed famulū suū subornauerat. Rapsacē, cuius cōtumelias subiiceret sacrū Dei nomen. Quę deinde recitat in persona Sennacherib, aliqui generaliter accipiunt de p: ioribus victoris quibus portitus, vt iā dictum est, multos populos subegerat. Sed malo simpliciis interpretari, atque ad præsentem obſidionem referre, nam cūm prop̄ in manū eius tota Iudea redacta videretur, occupatis mōribus, qui cā in regionem vndiquaque cingebāt, insolensit quasi viator, & se pro iure suo arcibus illis, monte Libano, eiusque cedris & abietibus, aliisque cōmodis vſuram minatur. acī diceret, nihil impedimentum fore quominus propugnac̄ila, arces, & munitissima quæque loca occuperet, totaq; Iudea pro arbitrio suo fruatur. Sic enim tyranni quanuis fateantur martē esse dubium, prosperos tamen bellorum euentus in manu sua e: se somniant.

25 EGO FODIAM.) Pergit hic tyrannus in viribus suis iactandis, tantumque exercitum se adductūrū minatur, vt p̄e multitudine fontes & omnes fluvios exhaustiat. Quanquā per Lacus obſidionis intelligūt quādā fontem Siloe, & cisternas ac pīscinas quibus carere obſelli Iudea nō poterant, qui si exatescerent Et certē priore membro dicere videtur, quanuis siccā efflet tota regio, sē tamē non metuere ab aquarū penuria: quoniam fodindis puteis sufficient ingentes militum copiae. Secundō adiungit, sibi ad līcandas omnes vrbis aquas rationē in prōptū fore, vt siti conficiāt Iudeos. Denique significat Ierosolymam imparem fore obſidioni, neque diutius eam ferre posse, quin protinus se dedit. Atqui dum impij sic effertur, Deus in celo sedet, vnde iudicium tādem ad ierūs iplos latutus est. Eō enīm speat hęc Prophetę narratio, vt illustre Dei iudicium adiutus hunc tyrannūm consideremus.

26 AN NON AUDIISTI.) Maior pars interpretum ita hunc versum exponit, quāsi Dominus nihil ab hoc tyrranno fieri aut iam factum esse declarer, quod ore Prophetę non prædixerit, atque ita authorem carum terum se esse pronuntiet. Ego verò aliter interpretor mepe, quia Deus Ierosolymū et tutor ēt, saluū fore eius auxilio, ac emphaticē suppresio vrbis nomine, pronomen demōstratiuum vñtpat, acī nullo in pretiō essent alia omnes corā Dei oculis. Alij pronomen referūt ad liberationē que pēdēbat ab arcā decreto Dei. verū quisquis prudenter & Prophetę consilium & verba expendet, fatebitur Ierosolymam ipsum potius designari. Cōq; iestus fuerat Deus īe violatum fuisse indignis probris: & tamen recitādo verba Sennacherib, tantū Libani & vicine regionis meminerat. Nunc vt oslēdar sub nomine Libani iudicūt ibi esse bellū, proponit, quod s̄pē alibi, sua manu fundatam ēllē Ierosolymam, sūisque auspiciis conditam. vnde sequitur non posse, nū ipso expugnato, cā eueriti à Sennacherib. Quę doctrina passim occurrit, ac ſepiuſ repetitur in Scripturis, atque hic cōtinetur eximia cōſolatio, qua se pīj in extremitis quibusque angustiis sustinere possint nēpe quia à Deo electi sunt, ita sub perpetua ipius tutela fore. Hoc enim argumento vtitur: Ecclesia fundauit, perpetuū igitur mihi cura futura est salus ipius, quia quod cōpi opus inchoatū non relinquāt, sed ad fastigium vñque perducāt. Denique Dominus telatur se tueri & conseruare opus suum, quoniam hoc ad honorē ipius & salutem nostrā pertinet. Ceterū alio sensu Formator Ecclesiē vocatur, quām vulgō Creator cœli & terre. Nam peculiariter eius opus sumus, nō ~~manū~~, vt inquit Paulus, eius Spiritu reformati, quē admodū prius alij locis tractatum est. Itaque hoc opus vniuersa mundi fabrica præstantius est: ne quis industrīe sue aut virtuti tribuat, quod in Ecclesiam Dei sit cooptatus. nec enim fruſta eius ſegmentū vocamur. Quārī potest, cur Dominus se Ierosolymam à diebus antiquis formasse dicit, erant enim aliae vrbes longē antiquiores. Respondeo, hoc nō effe referendū ad extērnā formam aut ſtaturam vrbis, fed ad eternū illud decretum, quo sibi in ea domicilū elegerat. Nam etiā pronuntiatū fuit rūc dénum cūm Arca extracta ēt, Huc requies mea, hic habitabo: p̄terea per Mosem, Vbi cunq; incioriam fecero nominis mei, veniam ad te & benedicā ti- Psal. 41.8. Exod. 20. 24. Eph. 2.10. Col. 1.15. Luc. 1.18. Eph. 1.4.

etorem fore. Quod sequitur in fine versus, **N V N C A D D V C E R E M I P S A M**, &c. alij prorsus trahit in diuersum sensum. Fateor quidē verba preteriti tēporis esse apud Prophetā. Nunc adduxi eā & posui verūm quia trita est lingua Hebraica tēporum mutatio. Prophetā haud dubiē, vbi praeſtus est Deū esse Ecclesiā sua conditorē, & quidem ut nobilissimum sit operum eius specimen, inde ratiocinatur fieri nō posse vt cā subiciat cōmibus ruinis. Interrogatiū ergo legēdum est, An nunc adducā eam, vel adduxerim? quasi diceret, An paterer aboleri ipsam, vt alias vrbes quā dirutæ ac vastatæ sunt? Nā confert Ierosolymā cū aliis vrbibus quā ab Assyrio euerſa fuerāt, & redacta in eius potestatem, ne quis existimet tā facile à tyranno eueri posse: quando eiusdem non est conditionis cum aliis quā dirutæ & solo aquatae sunt. Ideoq; non est comparanda cū aliis vrbibus etiam munitissimis. Haec enim facili concidunt cum suo robore terrenō: Ecclesia verò quanuis tenuis atque exigua, firmum & stabile fundamētum in Dei elec̄tione habet, nullisque fluctibus aut tēperatibus eueri potest. Miras cōuerſiones videmus in toto orbe sepius accidisse, euerſas Rēpublicas, sublata imperia, portētissimas nationes subiectas, carum quē nomen extinctū & gloriā deletā esse. Vbi nūc maiestas imperij Romani? vbi nobilitas illius gentis quē orbi vniuerso dominata est? Si quē nunc illius reliquie extat (quā pauce sunt) nōnne miserā seruitutem subierunt exercāti illius monstri, Antichristi videlicet, cuius tyrānis per totū orbē grāſſatūr? vbi nunc est Romana illa libertas? vbi illultris Reipublicē forma? Annō Roma officina nequitia & diuersiorum flagitorum omnium merito dici potest? Verūm inter horreſtas istas conuertiones, Dominus Ierosolymā, id est, Ecclesiā sua se adfuturum esse significat: atque vt inter istas mutations variè afficitur atque agitetur, staturā nihilominus, vel saltē cōcussiones ei, vel pressuras nō fore obſtaculo, quin per varias resurrectio[n]es à ſeculo vno in aliud propagetur. Quanuis autem eadē Ecclesia membra non ſemper extent in mundo, idem tamen corpus eft, eide capiti, nempe Christo, coniunctum. Tuebitur ergo Dominus ciuitatem ſuā, atque efficiet vi permaneant filii ſeruorum ſuorum, vt eorum ſemen in ſeculum firmetur.

Pſal. 102.

29.

27 **N A M I N C O L A E F A R V M.**) Hic melius exprimit Prophetā quod prius breuiter attigerat: nō eſt estimandam Ecclesiē conditionem ab huius mundi ſtatu, nam cīli munita vrbes capiuntur, & robustissimi quique animis fracti in hostiū potestate veniunt, tamen ſtabit Ecclesia ac vigebit, quandoquidem nō propria virtute nititur, nec in terra radices, ſed in cōlo habet. Subeft enim hic tacita antithesis inter vrbes munitas quas incolā pauefacti & conterriti tueri nō poſſunt, & Eccleſiā Dei, quā ſola eius gratia ſuffulta omnes impet⁹ ſuſtinet vt nunquā excidat. In Deū enim ſolum refert omnia, à quo viṭe initium, continuum vigorem, perſeverantium, omnes ſalutis partes, ac beneficia omnia obtinet. Hinc docemur omnia præſidia nihili eſſe, niſi adſit manus Domini. Frangētur & concidēt omnes humanae vires, niſi eius virtute fulciantur: arces, propugnacula, copi⁹ quātuuis ingētes nullū ſine ipſo vſum habeſunt. Quod ſimilitudines mox additē clarius exprimunt: ſicuti opere p̄petui ſuit fidelibus cōmendari ſingularem qua Deus ipſos p̄ſequitur gratiam, ne profani hominibus terrenas ſuas opes inuidēat. Quanuis ergo illorū vires iuſtare ac ſplendiā ſint, tamen oleribus & gramini ſimiles eſt docet, quā ad tēpū quidem virent, ſed citō marceſcūt. Eas etiam magis extenuat alia ſimilitudine quam ſubiuſgiunt: nēpē herbē teſtorum. Illa quidem eminet atque conſpicua eft, ſed quō altiorent occupat locū, ardori propior eft, atq; citius exarēſcit, nec vllū omnino vſum habet, ſicuti etiam in Pſalmo modi dicuntur, Nō benedici à trāſeuntibus. Nam etiū ſublimes, ac velut in celum euecti potiantur terum ac florent, tamen citō concidunt. Quemadmodū igitur maior eft ſegetis vſus quā humi ad pedes iaccit, quām eius ſterilis herbē quā ſupra tecta elata eft: ita humilem ſeruorū ſuorū conditionē longē potiorem eſt: Dominus oſtēdit, quām eorum qui viribus ſuis inſtructi ſupra alios ſe efferūt, & aduersus Deum ipsum gloriantur. Quod de ariditate ſubiicit, quartā hic ſimilitudinem adiungi nōnulli putant, ſed puto expoſitionis vice additum eſt à Prophetā: aci diceret, eiusmodi herbā ante culmū, id eft, ante maturitatē exarēſcere, ſicuti etiā dicitur in Pſalmo,

Pſal. 129.8

Pſal. 129.6

28 **S E S S I O N E M T V A M.**) Redit ad intolerandam superbiam illius tyranni, qui omnia ſibi arrogabat, quaſi nullius imperio ſubditus, Deūmque p̄ ſe despicere & conuictis inſectari au-debat. Eius ſuperbiā & insolentiam retundit, Atqui noui ſectionem tuam. Quoniam enim hac ferociendi cauſa ſit impii, quod nemini ſe ſubiectos, nec Dei ipſius prouidētia ſubefit: oſte-dit eos nihil omnino poſſe, niſi quantum ipſe permiferit. **S E S S I O & E X I T V S** hic pro consiliis, institutis, & machinationibus accipiuntur. Impij & profani homines varia cōſilia agitāt, quibus populi Dei opprimere ac perdere poſſint, at quoquō ſe vertant, quancūque ineant viam, nihil ſine voluntate Dei efficiēt. Recinentur enim prouidentia Dei, atque hoc aut illuc impulsi, p̄-ter animi propositū feruntur ſaepē in optimum finem, prout Deo viſum eft: cuius propriæ ſunt partes dirigere gressus hominū. Furorem quoque Sennacherib ſibi notum eſt admonet, ſignificans dum tumultuantur in terra impij, ſe in placido silentio ridere eorum vesaniā, & quia pro-teruebat Sennacherib, atque impunē id ſe facere existimabat, hoc nominatim adit Prophetā, ne fideles hoc nouum vel abſconditum eſt Deo, aut ſe ab ipſo negleſtos eſt ſunt.

29 Qyo-

29 Q V O N I A M I R A T U S E S C O N T R A M E.) Quod magis futioſe iſuſtigunt impij aduerſus Deum, & rabido impetu feruntur, cōd magis ſc̄le iis opponeſe tandem folet. Exulta- re quidem ad tempus ipſos & quodammodo voti compotes eſſe finit, ſed ipſos poſt longam tolerantiam domat, ac veluti iniecto freno cohibet, ne omnia ſibi in manu eſſe putent. Huius rei iſigne fuit documentum Sennacherib, qui furendo contra Deum, quō audacim ſc̄le exultit, cōd grauiorem in ſe eius itam expertus eſt: quod impiis etiam omnibus expectandum. Concinna autem eſt ſubſannatio ſtolidi licentiæ, ac h̄i dixiſſet, Video quid ſit, placide & blandè tecum agendo nihil proficerem: quia implac ibilis eſt furor tuus. Sed quia eicurari non potes, inſtar truculent e bestiæ te compescam. Atque hoc modo apertius declarat Deum non tantum videre & noſſe qua agitant vel moluntur impijs, ſed etiam ita moderari, corūmque ferociam cohibere, vt iniurios quoconque volet trahat, ac ſi quis feram beltiam freno aut circulo conſtrictam deduceret. Quod alij Hamum vertunt, ego Circulum interpretari malui: quoniam hamus pīſcībus, non fer. e bestiæ comenirent. Coactus autem fuit Sennacherib redire per viam qua venerat, quia celeſter rebus infectis compendium quēfuit in reditu, quim omnes Iud. & Agypti partes luſtrare in animo haberet: quod ſponte fakturus nō erat, niſi occulit modis eum Deus retraxiſſet.

30 H O C A V T E M E R I T T I B I S I G N U M.) Nunc sermonem ſuum ad Ezechiam & totum populum conuerit, nam quod alloquutus eſt Sennacherib, hoc non fecit quāli ipſe audit: ſed ut eſſe acins piorum animos ad maiorem fiduciam excitaret, tyranno abſenti contemptim illudens. Si enim ſimplieiter dixiſſet, Confide Ezechias, tametí Sennacherib inſoleſcat ego tamen ipſum reprimam in tempore: ea ratio minus emphatica fuifet quām vbi tyrannum ipſum compellat, & in eum fulminando animat fideles ad ſpernendam eius audaciā. Poſtquam igitur tyrannum alloquutus eſt, nunc tempelliua ſequitur apoftrophe ad Ezechiam & populum, eisque liberationem promittit: non tantum vt e fauibus immanis bestiæ illius ipſos eripiat, ſed etiam vt Ezechias tranquillè fruatur regno: rehqua verò plebs omnia habeat neceſſaria ad vitam proſperē & feliciter degendam. Sic ergo amplificat beneficium liberatio- ni, vt non vno tantum modo, ſed vatus ſe populo ſuo conſulente velle oſtendat. Nec enim ſe- mel & ad momentum duntaxat ē periculis ſuos eripit, ſed eos large & munificè proſequitur beneſcentia ſua, vt fructus in longum tempus appareat. Verū signi loco proponi non reſtē videtur quod ipſa liberatione poſteriori fuit, nam iī obſeffis in bonam ſpem erigere volebat, praelucere debuit, non antem referre quid poſtea facturus eſſet. Respondeo, ſignorum duo eſſe genera: quādam enim rem precedunt, atque ad ipsam nos veluti manu ducunt: quādām verò ſubsequuntur ad confirmationem rei, vt melius hæreat animis noſtris, nec villa obliuione de- leatur. Exempli gratia, Quum Dominus populum ſuum reduxit ex Agypto, plura antē ligna Moſi dedit, ſed & aliud poſt liberationem ſtatuit, Sacrificabitis mihi poſt triduum: ne ſc̄laret tanti beneficij immemores eſſent, ſed gratos ſe p̄.xſtarent Deo poſt hanc gratiæ accessionem. Tale eſt signum quod hic deſcribit Iſaias. Et certe non parum ad fidei confirmationem valet continuum tenetorū iſtū nobis ante oculos, vt quām varia ſint erga nos Dei beneſcia conſideremus. Depuſio hoſte, pertulim erat a fame, qua bello vt plurimum ſuccedit. Vaſtatis enim & populati agri, ſūmmam annonę caritatem conſec̄qui neceſſe erat. Dominus in tanta penuria qua futura videbat, promittit fore vt alimēta non defiſit, atque hoc apertissi- um liberationis ſignum proponit, quo certius perſuadeat ſe fore hunc liberationis au- thorem, vel faltem vt hoc cordihas infixum maneat. Hoc quidem incredibile erat, ſpemque omnem & opinionem ſuperabat: ſed fidem Ezechiae & populi ita exerceſteri oportuit, vt tanta liberalitate audita, alacriores eſſent ad bene ſperandum: deinde vt euentus doceret non poſte tam luculentia Dei opera Fortune aſcribi. Sensus ergo eſt, Poſtquam ex- pulcit hoſtem Deum, cum ita cohibebit, vt nouas copias adducere nequeat, & tranquillè tua regione fruari: cibaria etiam & alimenta ſuppeditabit, vt nihil omnino fit quod diſideres. Ceterū quia (vt fieri folet) magnam annonę partem conſumpterant, aliam corruperant, nec libetum fuerat obſeffis vel proſugis agriculturę dare operam, viētum illis fore promittit abſque ſatione, donec in tertium annum ſeminent.

31 E T A D I C I E T Q U O D S E R V A T U M E R I T E D O M O I V P A.) Pro- ſequitur ſuperiorē ſententiam. Dominum enim ita liberaturum Ieroſolymam ſignificat, vt non ſit poſtea curam ipſius abieciatur, ſed in finem vſque futurus eius ſcuator. Et certe quicquid beneficiorum in nos conſert Dominus, perpetue in nos benevolentie ſignum ac teſtimoniū eſt, vt nos ab eo nunquam deſtitutum iri intelligamus. Sed hīc p̄cipue memoria tenendum eſt quod antē attigimus, cauſam tuendę Ieroſolymę Deo fuile, quia illuc Sanctuarium ſibi delegerat, & inde etiam exoriturus eſt Christus. **neb̄a** Liberatio- nem proprię ſignificat: ſed hīc nomen al collectiū pto hominibus liberatis: quemad- D.

Exod. 3:12

Psal. 14.7. modum alibi Captiuitas pro captiuis ponitur. Nec verò abs re incrementa promittit exiguis reliquiis: quia ytcunque soluta esset obsidio, populus tamen in angustias redactus, re*C. 53.7* Ier. 29.14 nuem gaudij materiam habebat: ac vix in tanta paucitate speranda erat plena restitutio. Huius ergo doloris mitigandi causa terram incolis fore plenam asserit, aci vberimus frumentum prouentus horrea prius vacua repleret: nec verò sola vastitas terræ Iehudah piorum animos deicere, vel mœstia constringere poterat, sed etiam maior illa imminutio, quum *2. Reg. 15.* decem Tribus in exilium abductæ essent. Quanquam ergo ita sint accisi, Iiias Deum factu*29. C. 17.6* rum esse denuntiat, vt pristinum statum recuperent, & subolescat immensa multitudo. Sic enim Dominus attenuari suos, atque ad extrema redigi patitur, vt postea magis gloria ipsius in eorum liberatione refugiat. Quod autem eo tempore p̄ficitur, hodie quoque sperandum est: vt quòd magis debilitati Ecclesiæ vires atque in nihilum redigi cernimus, eò certius persuali simus promptam in manu Dei rationem esse, qua tenuem numerum multiplicet. nec enim iudicio nostro metienda hæc infauratio est. Porrò tantam vastitatem fore significat, vt quasi euulsa radice, penitus interiisse videatur Ecclesia: vt certè tristissimum excisionis spectaculum erat clades Regni Israël. sed talis futura propagatio dicitur, vt arbor ferè euulsa radices latè proiciat. Et si autem non pra se fert magnam proceritatem Ecclesia, quemadmodum solent huius mundi principatus: Dominus tamen occultam vim subministrat, qua præter humanum modum vegetatur & augescit. Ne ergo terreamur quum radices nullæ apparent, aut interiisse existimemus: promisit se effecturum vt radices deorsum mittat. Addit etiam F. R. V. C. T. Y. M.: qui instar herbae solummodo virescit (quod prius de impiorum statu dictum est:) sed fructum vberem profert. atque ita Dominus perficit in ea quod semet inchoauit.

32 Q U O N I A M I E R Y S A L E M .) Prius similitudine radicis & fructuum, liberacionem Ecclesiæ prædicti: nunc citra figuram idem declarat. Alludit autem ad obsidionem, qua populus exiguus, qui in vrbe restabat, quali in ergaculo conclusus, atque in extremas angustias redactus erat: nunc futurum dicit vt egrediatur, cīque tota regio pateat, & absque metu audeat liberè spatiari. **E G R E S S U S** enim hic opponitur angustiis in quas trepidos Iudeos compulerat terror hostium. Quanuis hac voce non modo liberum exitum significat, sed propagationem Gentis, quæ in summam paucitatem redacta erat. Quod enim non modo Iudeam rursum operuit hominum frequentia, sed ex reliquis producet: sunt ingentes copie, quæ se in diuersas orbis plagas diffunderent: hoc fieri non potuit, nisi ex illa paucitate Dominus non unum tantummodo populum, sed plures procreasset. Zelum Dei non solùm opponit hominum consilio, quòd operis præstantiam commendet, sed pro causis omnibus sufficere admonet, vt Deus admirabile documentum edat lux virtutis. Res erat, vt dictum fuit, prima specie incredibilis: vindique multa obstatula, nihil verò adiumenti. Deum igitur eo amoris furore Ecclesiam suam complecti docet, vt insolito modo operari non dubitet in asserenda eius salute. Eadem loquendi forma in causa simili vsus est capite 9,7.

33 P R O P T R E A S I C D I C I T .) Nunc fedit ad liberationem de qua prius loquutus erat. Primum enim pollicebatur Deus se expulsurum Sennacherib: deinde cibaria & alimenta suppeditaturum, quibus populus vesceretur, tametsi regio nudata ac vastata esset: tertio, effecturum vt paucitas illa in similitudinem immensam excreceret. His ergo declaratis ad primum reddit: quoniam reliqua sine isto inania videri potuissent: hoc est, nisi populus è manus illius tyranni liberatus esset. Se ergo Deus instar propugnaculi fore denuntiat, qui ipsum prohibeat ab ingressu urbis. Imò se obuium fore, vt propriorem accessum impedit, ne ipsam oppugnet. Ait enim ipsum sagittam proiecturum non esse, nec balistam. Nam נַחֲלָה potius pro Balista, vel alio eiusmodi instrumento quo tela proiecuntur, quam pro Aggere hoc loco accipiendo puto. neque enim proiecuntur aggeres, aut funduntur.

34 P E R V I A M .) Quid sit eadem reuerti via, prius diximus: nempe, discedere re infecta, vt vulgo dicimus, il s'en est renourné comme il est venu, quum nihil effectum est, & irriti sunt conatus. Ut id confirmaret, addit à Domino ita dictum esse. nam simul atque loquutus est qui mentiri non potest, verbum ipsius perinde amplecti atq; exofculari decet, aci iam sublatu discrimine constaret effectus.

35 E T P R O T E C T O R E R O .) Ratio est proximæ sententiæ, cur scilicet in vrbe non perueniet Sennacherib: quoniam Dominus eam protegat. Propheta igitur hic iubet Ezechiam & vniuersum populum oculos in Deum conuertere, quoniam formidabilis erat illius tyranni asperitus, vt ad eum expauescere posset. quemadmodum si hodie hostium nostrorum potentiam consideremus, consernabimur metu, vixque vilus erit sperandi locus: sed Deus rectâ nobis intuendus est: amplectenda cius promissa, quibus veler clypeo muniamur:

& quia satis est virium Deo ad mortalem hominem reprimendum , in cum oculos nostros conuertere oportet . Nec enim ad tempus illud promisit h.ee restringenda est , sed ad omnia extendi debet . Quanquam plenior est locutio Prophet.e & sensum vberiorem continet . alii mat enim Deus se praevidem fore & custodem virbis aqua facilius sua fide tuendam suscepereat . Ex eo colligit fiduciam fore , quia certa sit in suo praeudio salus . hoc verò se facturum dicens p. r. o. p. t. i. r. le , Ezechiam & pios omnes ad memoriam gratunti fidei reuocat . Nam Iudei sepius duriter feneraque obiurgati , obstatne iram Dei in se prouocauerant . Ideoque non modo digni erant quos omni opere delitueret , sed in quos extrema ederet horribilis vindicta exempla . Ergo ut desperationi occurrat , Deum illis auxiliatorem fore docet : non quia in ipsis reperiatur cau-sam , sed quia se ipsum potius respiciet . primum ut firmus maneat in proposito , ne abiciat genus Abrah.e quod adoptauit , ne pietatis cultum aboleat , ne Sacratio delecto extinguit in terra nominis sui memoriam : deinde ne Gentium famis & opprobriis exponat nomen suum . Atque hic contineatur tacita exprobatio qua merito populus vrgendus erat . Plus enim negoti fuerat pio Regi in eo placando , quam in arcendo hoste . Diffidebat enim , tumultuabatur , nec villam salutis spem reliquam esse existimabat . Ergo merita populi aut alterius non spectabat Dominus , sed glorie tantummodo sue rationem habebat . Nam subienda est que apud Ezechie- Eze.36.22 lem exprimitur antithesis . Non propter vos domus IsraeI hoc faciam , sed propter me . Iam quum hodie similis sit nostra ratio , ne dubitemus peccatis nostris hunc clypeum obnucere . Quāuis centum exitus dignissimi sumus , Deo tamen sufficere bonitatis & constantiae sue respe-ctum , vt implet quod promisit . Et si autem hypocritis nihil prodest , Deum esse perpetuum Ecclesie sue tutorem : electis semper hoc tutissimum erit asylum , Quāuis ad propitiandam iram Dei nihil ex seipsi afferant , quia tamen non aliunde quam immensa sua bonitate induc-tus Ecclesiam erexit tuerique statuit , non paefurum vt vnguam intereat . Sed apprime notatu dignum est quod sequitur , p. r. o. p. t. e. r. David scrum meum : et si enim Deo querenda non fuit extra scriptum causa , quia gratuito amore complexus fuerat populum illum : non abs re tamen Dauidem quāi certissimum amoris pignus in medium proponit , in cuius manu fœ-dus pepigerat , & cui se fore in patrem testatus fuerat . neque enim inducit Propheta , vt ho-minem priuatum , sed vt factum Regem , cui thronus Dei manu stabilitus erat , sub eius au-spiciis Ecclesia incolam maneret , qui denique mediator esset inter Deum & Ecclesiam : quo nomine Angelos quoque ipsos precelluit , quatenus gerebat Christi personam . Et si autem pau-lo post prostratum fuit solium & laceratum diadema , non fuit tamen inanis haec confirmatio , Deum adhuc ad tempus velle urbem protegere , quia irritum esse nolit quod de Regni per-pe-tuitate Dauidi testatus fuerat . Et tecum populi exilio non prouersus abolitum fuisse prin-cipatum in posteris Dauidis , donec tandem emerit Christus , qui alibi hanc ob causam Ier.30.9. David vocatur . Hinc appearat quam ridiculi sint Papistæ , quāi meritis Sanctorum tribui fin-Ezech.37. gunt quod Deus nobis ignoscit . Nam hic longè alia Divinitus quam altorum Sanctotum ratio 24. est ob promissionem que illi data erat . Poterat enim Abraham aut alium nominare , cuius Hof.3.5 non parua esset in Ecclesia authoritas . Sed quāi hic de conseruanda Ecclesia , de perpetuitate regni Christi agatur , eum potissimum nominauit qui inter alios nominatum promissionem il-lam acceperebat . Hec requies mea , hic habitatbo . Quāum igitur promissi , non persone hic Psal.132.14 habeatur ratio , bis stulti sunt Papistæ qui intercessionem Sanctorum , quam commenti sunt , hinc iuvari putant . Imo quod professe obtendunt eorum errori plusquam contrarium est , quia hic interponitur Dauid vniuersi Mediatoris typus , qui fuitas eorum intercessiones ex-cludat .

36 E T E G R E S S U S A N G E L V S I E H O V A E .) Nunc Propheta narrat quid Assyrio acciderit , ne Dominum frustra loquutum esse existimemos . Vaticinium ergo suū eventu comprobatum esse ostendit , vt facilē liqueret diuinitus esse misum , nec quicquam temere protulisse . Nec verò tam memorabile Dei opus ad dictum unum restringi debuit , sed in totocurso doctrine parta fuit vt legitimo Prophete authoritas , enīque sancta vocatio . Nam recenti memoria rem paſsim notam ac celebrem narravit , vnde testatum fieret vñque ad finem mundi eius ore loquutum esse Deum . Vbi verò ista fuerit ab Angelo inflata clades , non fatis constat . Recepta quidem vulgo opinio est , eam in obliuione vrbis Iero-solym.e accidisse : sed potuit in itinere etiam accidere , hoc est , quāi Sennacherib ad ob-sidendam urbem veniret . Hoc ego in medio relinquo , quia parum interest . Certe ex contextu aperte iudicamus , non tam prop̄ accessibile tyrrannum , vt telum in urbem mittere potuerit . Repudiandum quidem illud commentum , quo Satan per Scriptores profanos tam illud Dei iudicium obscurare conatus est , quāum in bello Aegyptiaco pars exercitus peste cōfimpta esset , Sennacherib reuersum esse in propriam ditionem , neque enim tanta vniuersis noctis strages pesti D. n.

afferibi potest. & pater mendacij pro solita sua astutia, quod Ecclesiæ sit beneficium præstitum Deus, in Ægyptum auerit. Res quidem ipsa clamat Ierosolymam mirabiliter fuisse creptam quasi ex medio interitus: præsternum quum ea quam vidim⁹ legatione iam perfunctus esset Isaías, qua non ambiguè testatus fuerat Deus se hoc Iudeis potius quām Ægyptiis daturum. ac ne quis naturalibus mediis miraculum inuoluat, disertè additur, Angeli manu tantam multitudinem cœsam fuisse. Nec verò nouum est, Dominum vti ministerio Angelorum ad procurandam pio-

Psalm. 91.13 rum salutem, quorum usq; omnes exercitus cœlestes destinauit. Idq; non parum ad confirmandam fiduciā nostram valet, cùm infinitum custodum multitudinem pro nobis excubare audimus. Solus quidem Dominus sati per se potest, ac certe solus nos serdat: Angeli enim ma-

Roman. 8. 38 nus quodammodo sunt ipsius: unde etiam Virtutes & Potestates vocantur. sed infirmitatem no-

Ephes. 1.21 stram non parum sustinet, quod cœlestes ministros nobis custodes ac defensores constituerit. Interim penes solum Deum tota laus resideat, cuius organa tantummodo sunt Angelii, ne in superflitionem Papistarum incidamus, qui Angelos præpostere colendo in eos transferunt virtutem Dei, quo errore doctissimos quoque seculis omnibus scimus fuisse implicitos. Iam verò an vnius Angelii, aut plurium manu hoc effectum sit, non possumus certò pronuntiare, nec certè ad rem magnopere attinet. Tam facile enim Dominus per unum Angelum quim per mille idem efficere potest, nec enim viri ut eorum opera quod velut aliena ope indiget: sed potius vt imbecillitatem nostram sustineat, sicuti prius dictum est. Magis tamen probabile, quod etiam melius respondet Prophetæ verbis, huic iudicio præfectum fuisse unum Angelum, sicuti in veteri

Exodus. 12. Redemptione Angelus per totam Ægyptum transierat qui primogenita percuteret. Quanquā autem per Angelos malos interdum suas vindictas Deus exequitar, unum tamen ex voluntariis suis ministris elegit Deus per quem Ecclesiæ salutis consuleret. **C E N T U M E T O C T O-**

G I N T A Q V I N Q V E M I L L I A. Exercitum adeò ingentem fuisse nihil est quod mirerur, sicuti faciunt imperiti, qui incredibile & fabulosum putant, cùm tantam multitudinem in bellum prodiisse audiunt: propterea quod longè minoribus copiis bellum gerere soleamus. Sed longè aliam Orientalium rationem esse satis testantur Historiæ, & res ipsa hodie palam facit. Nec sanè mirum est ab iis tam ingentes in bellum duci copias, cùm exstis, laborum, inediæ longè tolerantiores sint, & longè minore vieti contenti sint, & deliciis careant quibus hodie milites nostri corrupti sunt. De ratione & modo credis hic nihil certi traditum est. Iudei ipsos fulmine percullos esse diuinum sine testimonio aut probabili conjectura. Ve enim audaces sunt in fabulis communiscendis, ita sine iudicio quicquid eis in mente veniret, pro certo affirmant ac si historia aliqua testatum esset. Crdem verò illam haud ita apertam fuisse satis ostendit hæc narratio, nam profratos iacuisse dicit. Quod si fulmine ixi essent, hoc certè neminem latuisset, neque prætermisum esset à Prophetæ. Posset igitur hinc refelli conjectura Iudeorum: sed hoc in medio relinquere malo. Satis enim est quod Dominus, cùm Ierosolymani ab Assyriis manu liberare vellet, exercitum subita internectione, sine ullâ hominis manu, deleuit.

37 **E T A B I I T.**) Nunc ostendit quām turpiter retrò celserit superbis hic Tyrannus, qui iam cupiditate totam Iudeam vorauerat, sequi prius audebat ad iesus Deum ipsum attollere. Pluribus autem verbis discessum eius exprimens Prophetæ, fugit turpitudinem oblique perfringit, neque enim supervacua est repetitio, Abiit, Profectus est, Recessit. Additur etiam nomen Regis, maioris ignominie causa: En magnum ille Rex, cuius potentiam Rapaces tanto-pere iactabat. Non venerat in Iudeam, vt cum illa ignominia discederet. Repellitur ergo Dei manus, & tanquam stipula à vento proicitur. Habitatio Nineues iterum admonet non minus animo quām viribus fuisse fractum: quia sponte non quieuisset, nisi desperatio fuisse catene in-star, contentum igitur pristina sua ditione fuisse intelligit, cuius tunc caput & sedes erat Nineue. Postea quum à Chaldeis vieti sunt Assyrii, imperium Babylonem translatum fuit, nempe decem annis post mortem Sennacherib, quibus regnauit Esarradon eius successor, cuius hic fit mentio, nam quum parricida non carerent fautoribus, non difficile fuit g̃tem factionibus diuisam subigi & opprimi ab exteris hostibus. Itaque hac occasione fretus Nerodach inuasit Assyrios, atque in potestatem suam rededit.

38 **Q V V M A D O R A R E T.**) Hic Iudei sibi eam diuinandi licentiam permittunt, qua semper vti solent. Fingunt enim Sennacherib oraculum consuluisse, ac petuisse cur Iudeos vincere non potuissent: Responsum esse, quod Abraham filium suum Deo immolare voluisse, tunc tyrannum eo exemplo filios suos maculationi destinasse, vt Deum suum promiceretur, hinc filios crudeli instituto patris infensos eum in templo idoli sui occidisse. Sed nihil est quod ciuiusmodi conjecturas morem, in quibus Iudei præbent se nimium impudentes. Hic autem velut in pictura contemplari operæ pretium est infelicem exitum tyrannorum, quos Dominus sine hominum manu delet, cùm omnia suo impetu delecturi videantur: atque omnium ludibriis ipsos exponit cum sua potentia. Sennacherib qui cum ingenti exercitu venerat in Iudeam, cum paucis domum reddit, ac veluti in triūpho à victore Deo agitur.

Sed

Gen. 22.9. Gen. 22.9. Ceteros vincere non potuissent: Responsum esse, quod Abraham filium suum Deo immolare voluisse, tunc tyrannum eo exemplo filios suos maculationi destinasse, vt Deum suum promiceretur, hinc filios crudeli instituto patris infensos eum in templo idoli sui occidisse.

10 Sed nihil est quod ciuiusmodi conjecturas morem, in quibus Iudei præbent se nimium impudentes. Hic autem velut in pictura contemplari operæ pretium est infelicem exitum tyrannorum, quos Dominus sine hominum manu delet, cùm omnia suo impetu delecturi videantur: atque omnium ludibriis ipsos exponit cum sua potentia. Sennacherib qui cum ingenti

exercitu venerat in Iudeam, cum paucis domum reddit, ac veluti in triūpho à victore Deo agitur.

Sed nōdām finis: quia in medio monarchiæ sūt in vrbē primaria, in Templo ipso, cuius reverentia cōtempūlīmis quibūque ex plebe p̄fūsūt, triūcidatur: nō ab aliquo externo hoste, non à tumultuāte populo, non à p̄siderib⁹, non denique à seru⁹, sed à propri⁹ fili⁹, quō plus sit dedecoris in ipsa c̄ede. Est enim animaduertendum, quōd inexhausti sūt gurgites, qui se libenter in aliorum sanguine volutarunt, à suis c̄eduntur: ut que ab iis dant pœnas, à quibus vel maximē securi es̄t debuissēt. Hoc enim magis horrendum est quām si alieni ipsos occiderēt. Sed ita crudelitātē eorum vlc̄scit̄t Dominus, qui dominandi libidine, ne innoxii quidem pepercērunt. Cuius rei via in profanis etiam Historiis exempla extant, in quibus iudicia Domini intueri p̄emptum est. Adde quod inexplēbilis eius cupiditas iustum mercedem recepit, quōd dum ampliandis longē latē que finibus intentus est, res domesticas componere non poset, vt cōcordiam alat inter liberos: quia dum alii negleḡt̄ in aliis est propensio, inde exorta est contripratio. Nec verō tyranus hic solummodō occ̄sus est, sed regnum quoque haud ita multō p̄st cœrsū fuit, sicuti iam diximus. Interea ne quid successor eius moliri auderet contra Iudeos, diuinitus ipse quoque intestinis dissidiis retentus est.

CAPVT XXXVIII.

- I**N diebus illis ægrotavit Ezechias usque ad mortem. Et venit ad eum Isaías filius Amoz Propheta: dixitque illi: Sic dicit Ichoua, "Vel, domini Praecepit quod" domum tuam: quia tu morieris, et non viues. tux.
- 2 Tunc vertit Ezechias faciem suam ad parietem, orauitque Ichouam.
- 3 Ac dixit. Obscoeno Ichoua, recordare nunc quōd ambulauerim coram te in veritate, in corde perfetto, et recte fecerim in oculis tuis. Fleuitque Ezechias fletu magno.
- 4 Tunc factum fuit verbum Ichouae ad Isaiam, dicendo:
- 5 Vade, et dic Ezechiae: Sic dicit Ichoua Deus David patris tui: Audiu orationem tuam, et vidi lachrymas tuas. Ecce ego adiutor ad dies tuos, annos quindecim.
- 6 Et eruam te de manu Regis Assur, atque urbem hanc: et protector ero huic urbi.
- 7 Ent autem hoc tibi signum a Ichoua, quōd Ichoua hanc rem facturus sit, de qua loquitus est:
- 8 Ecce ego reduco umbram graduum, quibus descendit in horologio Achaz per solem decem gradibus: et reuealus est sol decem gradibus in horologio, quib⁹ iam descenderat.
- 9 Scriptum Ezechiae Regis Iuda, cum ægrotasset, ac conualuisse a morbo suo.
- 10 E GO dixi in succione dicrum meorum, vadami ad portas sepulchri: priuatus sum recessu amorum meorum.
- 11 Dixi, Non videbo Deum, Deum in terra viuentium: non aspiciam hominem ultra cum incolis seculi.
- 12 Habitatio mea discessit, et conuoluta est a me, quasi tabernaculum pastoris: succidi quasi textor vitam meam, ab elevatione succidet me: a die usque ad noctem confitit me. "Vel, macie, aut morbo."
- 13 Supputabam ad auroram: sicut leo ita contriuat offa mea: ab aurora ad noctem confitit me.
- 14 Sicut grus aut hirundo garriebat: gemebat quasi colubra. Elcuabantur oculi mei in subline. Domine, vim fecit mihi, recreat me.
- 15 Quid loquer? Qui dixit mihi, ipse fecit: "Movebor omnibus diebus vita mea in a- "Vel, trepi- maritudine anime meae.
- 16 Domine, etiam omnibus qui ultra eos viuent, vita spiritus mei in illis (nota crit) et me quod dormire feceris, et viuificaueris me.

- "Velamasti
animā meā
è fouea in-
teritus." 17 Ecce in pace amaritudo mibi amara," & tibi placuit animā meā (cruere) à fouea:
quia proiecisti post tergum omnia peccata mea.
- 18 Quoniam non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: nec expectabunt
qui in foueam descendunt, veritatem tuam.
- 19 Viues, viues, ipse cōfitebitur tibi: sicut ego hodie. Pater filius notā faciet veritatē tuā.
- 20 Ichoua ad me seruandum: & cantica nostra cantabimus omnibus dicibus vitæ nostræ
in domo Ichouæ.
- 21 Dixit autem Isaías, Accipient maffam sicuum, & adhibebunt ulceri, & viuet.
- "Vel, autē. 22 Dixerat enim Ezechias, Quod signum, quod ascensurus sim in dominum Ichouæ?

IN CAP V T XXXVIII.



N D I E B V S I L L I S.) Nunc alio tentationis genere pium Regē grauiter cō-
cussum fuisse refert Propheta, quod scilicet lethali morbo correptus, de vita de-
spiceruerit: neque id modo, sed etiam quod morte sibi diuinitus indicta, diros crucia-
tus perpeflus sit, ac si hostiliter è cœlo Deus in eius caput fulminasset. Quo id tem-
pore acciderit, an post obsidionem, an cum ob sideretur, non satis cōstat: ied de hac
re non est magnopere laborandum. Facile ex Historia sacra colligitur, circiter decimum quartum
regni ipsius annum hoc euenisce, vel eum inuaderetur ab Assyrio, vel postquam liberatus est. Nam
2. Reg. 18. 2. viginti nouem annos regnatuit, decimoquarto irruptio in Iudeam facta est ab Assyrio, quindecim
19. & 20. 6. autem anni additi sunt pr omisione que hic refertur a Propheta: atque ita efficiuntur viginti nouē.
Vnde appetat non procul à decimoquarto anno Ezechiam hoc morbo laborasse, tatum dubium
est an ob sidionis tempore, an postea ægrotarit. Mihi certè coniectura probabilior videtur, ipsum
obsidione soluta in morbum incidisse, nam si ob sidione tempore ægrotasset, id omisum non
fuisset a Propheta. Contrà verò narravit eum mississ Legatos, qui in templum, expandisse literas
Sapra cap. 37. 2. coram Deo, accessuisse Prophetam: quæ homini grauiter ægrotanti non conueniunt. Quod si tot
malis simul accessisset morbus, circumstantia illa omitteā non fuisset. Sequamus ergo in rebus du-
biis quod magis verisimile est: nempe quod liberatus ab hoste pius Rex, inauditur morbo, atque
grauiter periclitatur. Quanquam non abs re etiam noratur cōtinua fœrè fieries, vt sciamus vix dum
respirandi datum fuisse lpatum: sed quum vix enatasset ex naufragio vno, repente in aliud æquè for
midabile fuisse raptum. Meminerimus igitur variis piis sustinendas esse tentationes, vt nunc bellis,
nunc morbis, nunc aliis æruminis conflictetur, & interdum quasi perpetuo tenore alia ex aliis suc-
cedant mala, tota que vita assidue belligerandum sit: vt cum ex aliquo periculo erupti fuerint, se ad
aliud subeundum parent. Sic enim comparatos esse oportet, vt cum mœrorem miceror. Dominus
adiicere volet, & quo animo ferant, nec vila calamitate frangantur. Si qua detur intermissio, hoc suę
infirmitati concedi reputent, sed ex brevibus induciis non conficiant sibi longam pacem falsa ima-
ginatione: nouas agitations concipient, donec terrena vita cursu defuncti perueniant ad tran-
quillum portum. V S Q V E A D M O R T E M. Grauitas morbi pio viro valde molesta esse po-
tuit, primum, lethalis morbus graues quoque dolores secum affert, præfertim ybi accedit ulceris
inflammatio. Sed hoc omnium acerbissimum erat, quod Deum sibi adulterum & infustum poterat
iudicare: quia eruptus est tanta calamitate, statim ad mortem, quasi regno indignus, rapereatur. præte

2. Reg. 21. 1. rea nulli tunc ipsi liberi erant: & eo mortuo, magnarerum mutatio se quitura videbatur. Itaque
hæc apprehensio iræ Dei longè acerbius torquet piorum conscientias, quam vila corporis ægritu-
do: nec fieri certè potest, quin si gustum illum faoris Dei amittant, protinus opprimantur. Sed
Deus quasi oleum camino addere ex professo volens, preciè mortem indicit, & quod acrius eum
pungat, spem omnem viuendi adimit: neque enim superuacua est particula, NON VIVES: sed au-
gendi vel confirmandi causa additur, quasi dictum esset nullum esse locum remedio. Tergiversan-
tur enim homines, etiamsi mors instet, quærendi que hinc inde effugii inhiant. Quare ne velut in
rebus ambiguis circumspectat Ezechias, bis audit sibi esse moriendum. Atque vt mundo valedicat,
iubet Propheta celeriter mandare quid post mortem suam fieri velit, quasi diceret, Nisi velis à mor-
te deprehendi, maturè statue de rebus tuis domesticis. Cæterum obiter hic videmus à Domino
probari quod semper apud omnes homines vñitatum fuit: nempe vt morituri mandata dent propin
quis aut domesticis arque de familia sua constituant. Ionathan vertit, Commenda alicui domum
tuam: sed constructio aliud docet. Debet autem vñquisque, eum ei ex hac vita migrandum est, te-
stari sibi curæ esse officium suum, atque familiæ etiam in posterum prospicere. Præcipua tamen
cura esse debet, non legatorum & institutionis hæredis, sed vt eorum quos Dominus curæ nostræ
commisit, saluti consulatur.

2 TUNC VERTIT.) Nunc recitat quomodo affectus fuerit Ezechias accepto hoc nuntio: vt pietatem eius & fidem perficiamus. Non fremis, neque indignatur infidelium more sed æquo animo fert hanc plagam: non altercat cum Deo, quasi iam latius malorum ab hostibus passus est, nec tam acerbè nouo iterum genere plagam fuerit tractandus. Atque hæc vera patiēta est: non semel & quo animo ferre aliquod malum, sed in finem vsq; periculerare, atque ad noua semper incommoda paratum esse. Maximè autem excipere Dei iudicia placido silentio, neque obstrepere eius severitati, quanvis rigidior appareat: sicuti fatetur David te obmutuisse, quia videbat tibi negotium esse cū Deo. Atque hoc sp̄eciat conuersio vultus ad partem: pudore enim & mortua deictus, quasi honinum conpectum fugeret, tunc colligit, totumque ad Deum convertitur, vt in eo penitus conquietat. Gestus quidem ipse est indifferens: sed plurimum nostra interest nihil obinc oculis aut sensibus nostris quod ab oratione auocet, ut liberius coram Deo vota nostra effundamus. Sumus enim lubrici natura, & facile distractur. quamobrem non possumus nimiam ad nos retinendos diligenter adhibere. Quod si palam sit precandum, retardamur pudore, ne si ardorem nimium præ nobis feramus, ambitiosè id facere videamur: aut veremur ne ineptigestus excidant: id èque auocamenta omnia tollenda. Non auertit igitur faciem Ezechias, quasi obstupefactus, vel morotè & contumaciter reipuens allatum sibi nuntium, sed hoc modo se ad precandum acuit. Quod si palam vota tua non format, sicuti quum ante in Templum ascendens præcepit reliquæ turmæ, lignum est extremæ anxietatis, ac si mœror totum eius corpus contraheret. Interca singulare pietatis exemplar est, qd morti addictus non desistit à Dei inuocacione. Vox illa, MORIERIS & nō viues, non modò ad pungendum, sed penitus vulnerandum ac perfodiendum eius eorū tendebat: ac si Deus hostiliter ad eum perendum irrueret. Erat enim formidabile iræ signum, præcipitem rapi de vita in medio ætatis flore, & exterminari ē mundo quasi hominum consortio indignum: id èque non modò cum morte, sed cum ipso inferno, dirisque tormentis luctandum fuit, vnde sequitur plus concepisse animo quām sonaret. Prophetæ verba. Et si enim non statim expedire se potuit, Spiritus tamen perplexo & exactioni animo suffugiebat gemitus incannabiles. Et certè absurdula fuisset legatio, nisi Deus externa serui sui voce qualimactatū arcano instinctu recreasset. Verum quia desperatione corruptus nunquam aspirasset ad poenitentiam, præcessit mactatio. deinde sequutus est arcanus ille vigor, qui mortuum Deo consecraret.

3 DIXIT, OBSECRO.) Videtur hic expostulare cum Deo, atque exprobrare antea tam vitam suam, quasi immitteri vextur: sed longè aliter res habet. potius enim sc̄le instruit ac munit aduersus grauem & pericolosam tentationem, quæ alioqui obrepere potuisset. Nam quod ad se viceré in eum animaduerrebat Dominus, cogitare poterat se ab eo reiectum, destitutum, reprobatum: & quæcumque prius egerat ab eo repudiari. quamobrem acuit sc̄le atque erigit, & testatur se, quicquid egit, bona conscientia cibis denique statuit, quanvis moriendum sit, non tamen disciplinis sua studia Deo, vt inde aditum sibi ad preces & bonam spem patefaciat. Non opponit igitur Deus ea merita, nec quicquam exprobrat, quasi immitteri puniatur: sed munit sc̄le aduersus difficultatem tentationem, ne Deum videatur iratum habere, quod virtus correxerit & corruptelas, que passim in regno, ac præsertim quoad religionem, vigebant. Suis tamē permittit etiam Dominus quodammodo ob res bene gestas gloriari: non vt merita sua apud ipsum iacent, sed agnoscant beneficia ipsius, siveque eorum commemoratione allicitur, vt ad omnia æquo animo ferēda parati sint. Interduum verò eos ad sanctam iastantiam cogit hostium importunitas, vt bonam causam iudici suo ac vindici commendent: sicuti David improbis hostium calumnias innocentiam suam ad Dei tribunal intrepidè opponit. Sed hic Satan & astutus occurtere voluit Ezechias, quam experientur fideles, dum humiliatis prætextu eos desperatione obruit: id èque sollicitè caendum, ne animos absorbeat tristitia. Ceterum ex eius verbis colligimus quām vera sit piè viuedi regula: nempe, vbi primas tenet cordis integritas, quād nihil est quod magis abominetur Deus, quām vbi simulatione nostra vel ipsum, vel homines fallere studemus. Nam vt hominum oculos perstringat opere splendor: sicut alacritonia, quæ tanquam nominis eius profanatio, iram eius prouocat. Et meritò quum spiritus sit, spirituale obsequium exigit: & cor duplex sibi abominabile esse pronuntiat. Ideoque merito exordium facit Ezechias à cordis sinceritate. Vox enim Hebraica ἔβι, quam vertunt Perfectum, nihil aliud est quām integritas quæ simulatione opponitur: quod etiam patet ex nomine veritatis: sicut Paulus docet, finem Legis esse charitatem ex puro corde & conscientia bona, 1.Tim.1.5 & fide non ficta. Profert etiam fructus qui à recto corde velut à radice gignuntur: non tantum ut scipsum, sed alios etiam confirmet, in quibus aliqua offendiculi occasio hærcere potuisset. Itaque non nutabat neque vacillabat Ezechias, sed offendicula quæ in plerisque esse poterant, adimere volebat. Sed iterum notandum est quomodo vitam instituere conueniat, si Deo studium nostrū probare cupimus: ne quid illicet nisi ex eius mādato. nam vt pompas omnes quibus se venditant hypocrita, reicit ac damnat, ita etiā pro nihilo ducit commentitios omnes cultus, quibus se frustra stulti homines fatigant, dum posthabito eius Verbo, eum promeritis fatagunt. Ergo Ezechias, qui plurim sciebat fieri obedientiam quām sacrificia, non tantum se eccecurrisse dicit, quod t.Sam.15.
sp̄ce si præpostere, sed vitam suam formasse ad Dei obsequium, qui solus est idoneus arbiter,
22

Hinc colligere possumus quantus fuerit in ipso ardor precandi. nam et si vnde quaque nihil praeterquam ira Dei signa apparent, tamen ad ipsum configere, fidemque exercere non definit. Id quod prius omnibus in grauissimis ærumnis studioe diligenterque faciendum.

4. FACTVM FVIT VERBVM.) Infijo, vt aiunt, aculeo discesserat Isaia: quasi pro dero-
licito habens quem Dei ipsius nomine damnauerat. Inter ea verò quām trepida inquietudine vexa-
tus fuerit, immò quanta formidine correptus, partim ex cantico licebit colligere. Quantū temporis
intercesserit inter discessum Prophetæ & redditum nescitur: certum tamen est latum vitæ nuncium
non prius allatum esse, quām post longas durasque agitationes sentire se penitus esse deploratum.
hoc enim scrium fidei examen fuit, ab condita Dei fidei teneri in tenebris demersum. Diximus
autem quomodo sublata consolationis doctrina, non tamen fuerit extincta pī Regis fides, quin

Rom. 8. 26

Psal. 50. 15

scintilla aliquæ micarent: quia scilicet occulto Spiritus insinuat gemitus inenarrabiles ex abysso
miseris sursum ad Deum emergerint. vnde etiam colligimus sic in die tribulationis exaudiri fide-
les à Deo, vt non statim affulgeat Dei fauor: sed confundit differatur, dum verè humiliati fuerint.

Gen. 20. 2

Ion. 1. 2

Quod si Regem tanta pietate imbutum tormentis ferè confici oportuit, quod melius ad experien-
dam Dei gratiam excitaretur, & dolore ferè consumptus ex inferis ad Deum geminet: ne miremur
si quando inter metus & curas nos ad tempus æstuare finem, solatioris votis nostris longius differ-
at. Sed videri posset absurdum, quod Deus quam tulerat sententiam, paulò post quasi poenitentia
duabus retractet: quia nihil minus conuenit eius naturæ, quām propositi mutatio. Respōdeo, mortis
sic denuntiatam fuisse Ezechia, vt tamen apud Deum decreta non esset, sed ita de fide Ezechia pe-
rículum facere voluit. Subaudienda igitur in ista denuntiatione conditio. nam alioqui irreocabili
decretū Dei Ezechias nec poenitentia, nec precib⁹ reuocasset. Verū sic ei Dominus, vt regi Ge-
rar ob sublatam Saram, ac Nineuitis, minatus est. Rursum excipietur, alienum videri à Deo quod
fiat denuntiar, idque authoritat Verbi derogare, atque effici, vt promissiones & minæ ponderis
minus habeant. Sed idem de forma verborum tenendum est quod de sententia iam dixi, Mortem
Ezechie minatus est Deus, quia mori nollebat. Et certè predici necesse non fuisset, immò ne vtile
quidem nisi parato remedio Iam sicuti consilium Dei fuit, seruum suum metu & horrore humiliare,
vt sponte se damnans, depredando poenam effugeret: ita asperius loquendo, & præcīa mortis
denuntiatione cum prostertere voluit, vt tanquam mortuus ē sepulchro vitam sibi restitu expe-
teret. Ideoque tacita conditio subaudienda fuit, quam si non statim percepit Ezechias, postea tamē
satis opportune cognovit fuisse adiunctam. neque inde colligere licebit Deum illa fictione vsum
fuisse, dum sermonem accommodauit ad captum & profectum hominis. nihil nouum est si prius
occidit quām vivificet. Ergo vt spirituali mortis specie Ezechiam præpararet, ac paulatim forma-
ret ad nouam vitam, partem sermonis suspendit.

2. Sam. 7. 12

Psal. 8. 9. 37

38

5. IEHOVA DEVS DAVIDIS PATRIS TVI.) Initio quum merum terorem incute-
ret, satis habuit nudum & simplex Dei nomen proponere, ad cuius celeste tribunal reum citaret:
nunc consolationem afferens, peculiari eloquio Deum insignit, vt causam & fontem gratiae desi-
gnet. ac si diceret, ne summo iure agat cum Ezechia, respectu foederis sui quod pepigit cum Dau-
id, ad misericordiam fleti. Scimus nihil esse difficilius, quām animos serio ira Dei sensu expaue-
factos in bonam spem erigi, vt Deum sibi proprium sentiant. Quare ista confirmatione opus fuit,
vt intelligeret pius Rex, qui apud se perditus erat, se in vitam à qua exciderat, rursus posse atrolli:
quia excidere non poterat oraculum de Regni illius perpetuitate. Ergo quia apud se exanimatus e-
rat cùm putaret de vita sua actum esse, vt recipiret, profertur in mediū memoriae promissionis, quæ
tunc celeberrima erat. Quandiu Sol & Luna in celo fulgerent, Reges semper ex femine & poste-
ris Davidis in electo populo dominaturos. Hæc tabula fuit, quam apprehendens, ex naufragio e-
merget. Neque enim David hic vt priuatus quispiā nominatur, sed Rex æternus. apud quē depo-
sita erat promissio, quæ fulcire Ezechiam poterat. æternum dico, non in se, sed in semine benedi-
cto. Quia autem æternitas illa in Christo demum manifestanda erat, cuius Ezechias cum aliis Re-
gibus typū gerebat, solidâ bene sperandi materia esse debuit, quod filius esset Davidis. Itaque quo-
ties propriis peccatis sentimus nos arceri à Dei accessu, vt ad nos perueniat eius gratia, hæc præ-
fatio veniat in mentem, vt eunque ab eo alienati simus nostra culpa, esse tamen patrem Christi, qui
caput nostrum est, & in quo semper recondita nobis manet salus, denique nuper Deus ex officio iu-
dicis loquitur eis, nunc se reconcilians, Mediatorē statuit qui ad ipsum placandum occurrit. Por-
rò vbi ianuam spei aperuit, preces Ezechia dicit à Deo fuisse exauditas: quod ad precandi studiū
nos plurimum stimulare debet. Nam et si de salute nostra vltro sollicitus sit Deus, neq; solū dor-
mientes, sed nondum natos præueniat sua beneficia: dum tamen se votis nostris concedere te-
statur quicquid beneficiorum largitur, minimè excusabilis est torpor noster, si tam liberaliter inui-
tati partes orandi negligimus. Neque tamen fingendum est meritorias preces, quibus tam in-
dulgenter obtemperat Deus, sed dum gratitudō præstat quod gratuitō promisit, hunc adiungit eu-
mulum sue liberalitati, quod magis fidem nostram exerceat. Neque enim vulgaris prærogativa est,
liberè posse ad eum accedere, & familiariter curas nostras deponere in eius sinu. Si non fuisse pre-
catus Ezechias, Deus haud dubiè hoc vel alio modo eurasset aliquam Regni administrationē sal-
uum

uam manere in progenie Davidis: sed quod veritatis suae respectu facturus erat, dicit se dare votis Ezechiae, ut agnoscatur se uberrimum fructum colligere ex fide sua, quam preciendo exercunt. Lachrymas commemorat tanquam penitentia signum, atque etiam vehementie & ardoris: non quod per se concilient gratiam lachrymarum, ut valcat ad placandum Deum: sed quia serias preces a perfunctoriis distinguuntur. Tandem adiungit Deum prorogare vitam Ezechiae ad annos quindecim: quod primo intuitu posset quidem videri absurdum, quando ea lege creatus sumus, ut per fixum nobis metapneustis ne momento quidem transfigredi possumus, quemadmodum etiam dicit Iob, Constitutisti terminos eius quos pretereire non poterit. Sed in promptu est solutio, quod de longiori temporis mora dicitur, referri ad sensum Ezechiae, qui spe vita exclusus fuerat: unde merito in lucro deputare debuit quod postea additum est: scilicet in secundam vitam excitatus esset & sepulchro.

6 ETERIPIAM. (1.) Qui Ezechiam egrotasse putant quo tempore oblidebatur, hinc argumentum ducent, quod superiacens alicuius haec promissio videretur: sed parvum firma est illa ratio. Poterat enim aliquando post Assyrius redintegrare vires, nouumque exercitum conficeret, quo Iudeam iterum inuaderet, atque Ierosolymam expugnarer. Imo clades de qua vidimus, irritans etiam esse potuit sequitur & furoris, ut merito tubinde ad quolibet rumores trepidandum fuerit Iudeis: ita minime superiacens est ista promissio, quia simul cum vita pacem ab hoste promittit, a quo securus alicuius nondum tuulisset: ac veluti augmentum & amplificatio est eius beneficij, quod Dominus Ezechiae praestabat. quemadmodum superiori capite, cum liberatione simul abundanter fructuum promisit.

7 & 8 ERIT AVTEM HOC TIBI SIGNUM. (2.) Refert suo ordine Historia sacra Ezechiae per-

2 Reg. 20.

tinisse signum a Domino, eaque datum est, quod in fine demum capitum subiicit Propheta. Sed 8. minime nouum est apud Hebreos narrationis ordinem inuertere. Porro signa quedam sponte offeruntur Deus non rogatus: alia vero suis pertinentibus coedit. Quia autem generalis est signorum versus nostrae infirmitati succurrere, non expectat Deus ut plurimum dum ea flagraretur: sed ab initio que sciebat vtilia essent Ecclesiastus inlustruit. Si quando itaque optarunt fideles signo confirmari suam fidem, hoc quia rarius est in exemplum trahi non debet: siue Gedoni quem est caula ad regimen populi vocabat, signum unum atque alterum petenti dedit, quo maior certitudine ad vocacionis ipsi constaret. Alia vero, ut diximus, signa communiter dare solitus est ut hominum infirmitati consuleret, quemadmodum Adae arborum vita: Non et arcum celestem: deinde nubes & colunam ignis, ac serpentem, eum in deserto. Eademque est ratio Pauli hatis, & omnium sacramentorum, & quae olim in viu fecerunt, & quae hodie a Christo sunt instituta, quae nemo a Deo postulavit. Atqui videtur iniuria facere Deo Ezechias, fidem eius Verbo derogans quod signum petat.

Indic. 6.17

Respondeo, non esse infidelitatem damnandum, quod fidei infirmam haberet: quia nemo reperiatur qui fide perfecta, atque numeris omnibus absoluta vnuquam preteditus fuerit. Quod autem subtiliende imbecillitati sue aliquod adjumentum querit, eo nomine virtutepari non potest, nam amplexus promissionem sibi oblataam a Propheta, remedium diffidentie accerfens, se Deo fidere ostendit. Quod si nulla esset in homine infirmitas, nullis profecto signis indigeret, nihil mirum igitur quod lignum petat, quum etiam alias ultra a Domino offeratur. Notare tamen simul conuenit, nunquam temere profluisse fideles ad petenda signa, sed arcane & singulare spiritus instinctu fuisse adductos: quod idem de miraculis dicendum. Neque enim si Elias pluviam & secitatem a Deo petit, idem protinus alii hicebit facere. Quare videndum quid Deus nobis permittat, ne posthabito

Exod. 12.3.

1 Reg. 17.1

eius Verbo profluit carnis nostrarum defensionem cum eo paciscamus. Signum autem quod hic Ezechiae datur, est regressus umbra in solario nostra cum Sole decem gradibus quibus iam ascenderat, id est, progrecessus erat supra horizontem. Atque hoc signum analogiam habet cum re ipsa: ut omnia etiam alia signa habere solet. Perinde enim est aesi diceret: Ut est in peste: state mea horas diei mutare, ac retroagere Sol, ita & virtutem tibi producere. Quod non retrocedit umbra in solario gradibus quot anni ei adiuciebatur, hoc fieri non poterat, quia duodecim tantum gradus in solario erant. Dicim enim in duodecim horas, aut longiores aut breviores pro varietate temporis partiebantur. Non est figuratur quod in numero torque amur, satis est analogia ac similitudinem apertam esse. Hic fabulantur Iudei suo more, ac fingunt dicimus quoniam mortuus est Achaz, decem hotis breviorem fuisse, & quod de peccatis illius supplicium iure sumperat Deus, in fauorem Ezechiae fuisse conuersum: quia dicit viuus contractio alterius ampliatio fuit. Verum id nusquam extat, omnique non soli testimonio sed colore etiam caret, neque hic agitur de morte Achaz, nec de mutatione quae accidit cum mortuus est, sed de horologio quod fecerat.

9 SCRIPTVM. (3.) Hoc scriptum quanquam Historia sacra non recitat, est tamen memorabile, & apprimedignum obseruatu. Nam vidimus Ezechiam tam insigne Dei beneficium quo affectus erat, praterter silentio, aut oblitione deleri noluisse, ac suo exemplo docet quid prius omnibus agendum sit, vbi suam erga eos virtutem mirabiliter & insolito modo Deus exeruit, nec enim solum apud eos quibuscum vivunt, gratitudinem suam, sed posteris quoque testari debent: quemadmodum hoc carmine, veluti monumento publico factum videmus ab Ezechia, quo etiam argumento ple-

Psal. 18. 2. rosque Psalms cōpositos videmus à Davide, quum erexitus erat è summis periculis, vt quod extatū omnium memoria dignum erat ad finē usque mundi celebrandū curaret; pr̄ certim quod magis quisque excellit aut sublimiore in gradu sedet, quasi diuinus in theatrū productus, has partes tibi impositas esse reputet. Quanquā interim cauenda est ambitio tā plebeis quā proceribus & magnis virtutis, ne scilicet dum Ezechiam & Davidē se emulari simulant, magis illūstret suum nomen quām Dei.

10 Ego dixi. Carmē admodum lugubre est, quod querimonias magis quām vota cōtinet; vnde appetat tanta anxietate fuisse constrictū, vt gemendo se fatigās, & in lamentationibus subsidens, liberè ad formandas preces afflurgere nō auderet. Secū ergo obmurmurans, causam & magnitudinem doloris exponit. Porrò in causa videri hoc absurdū posset, quod tanto vita caducē desiderio fuerit deuinētus, & morte tantopere exhorruerit. Huc tendunt prima celestis doctrinæ rudimenta, vt discamus in hoc mūdo peregrinari & celeriter pergere ad cœlestē vitam. Perinde autem terræ addictus videtur Ezechias, ac si ne minimo quidem pietatis gustu vñquā præditus fuisset. Morte non secus fugit ac detestatur, quām si de celesti doctrina verbū nunquam audisset. Iam quorsum attinuit scriptis mandata turbulētos affectus, qui lectors ad eandem potius intemperantiam incitent, quām cōtineant in obsequio Dicīnam plus satis ad cōtumaciam propensi sumus, quanvis non aliunde accedant stimuli. Verū vbi singula prudēter recteq; expensa fuerint, reperiemus nihil nobis fuisse vtilius, quām imaginē hanc hominis mōrō obtutus nobis ad viuum depingi. Nec verò pio Regi fuit propositum, virtutes suas prædicando, laudē in mundo venari. Certe precatio & fidei & obedientiæ testimoniū fuit: atqui ea præterita, tāquā pauore mētūque attonitus & tristitia examini querulatur. Nō dubium igitur, quin sua infirmitate expolta, ad humilitatē instituire voluerit omnes Dei filios: & simul cōmendare excellētiā gratiæ Dei, quæ hominem perditum ex mortis abyssis eduxerat. Quod autem propinquus morti perinde sortē suam deplorat, ac si suum esse locaret in terra, morte verò putaret homines in nihilum redigi, specialis cōsideranda est ratio. Nam vtcunque per se expetenda mors non sit:

Rom. 8. 23. fideles tamē, quia carnis erga tūlo inclusi peccato mancipari sunt, afflidiū gemere decet. Vt catur *Luc. 21. 28.* etiā lugere, vt solent increduli: imò iubetur attollere capita, vbi è mundo migrandum est: quia *Numer. 21* eos excipit vita felicior, nec verò hoc solatio caruit vetus Ecclesia sub Lege. Et quanquā obscurior fuit notitia beatæ resurrectionis, debuit tamen ad moderantia tristitia sufficere. Nam si *10. Numer. 23.* actus est exclamare impotio ille Balaam, Moriarū anima mea morte iustorum, quāta alacritas *Exod. 3. 6.* haec: Ceterū, quanquam firma & indubia sp̄c aspirauerint ad cœlestē vitā, non tamen mirum *Psal. 30. 10.* est perspici in Ezechia quod de se faretur David, qui tamen suo tempore satur dicerū placidē *1 Reg. 2. 10.* mundum reliquit. Cōstat igitur vtrūq; non iūplici mortis horrore fuisse impulsū: fed mortē flebiliter fuisse deprecatos, quod certis irę Dei notas in ea cernerent. Tenendū enim memoria est, venisse Propheta in instar soecialis, qui Ezechiel mortem indicaret Dei nomine. Nuncius hic quasi horribili tristitia diluvio sensus omnes Ezechiel merito submergere potuit, vt nihil præter irā Dei & maledictionē cogitatis, cum desperatione certaret, atque ita ī emergit Ezechiel pietas, quod se ad tribunal iudicis sui fistis, animū adiicit ad meditationem sui reatus. Ac primò quidem obrepere potuit cogitatio illa, qua se tēatum fuisse David faretur, Quid sibi vellet

Psal. 73. 3. Deus atrociter fuiēs in Ieruos lūos: profanis verò contemptoribus parcens. Videbat deinde ita se expositū impiorum lannis, vt vera quoq; religio indignē ab illis proscinderetur. Videbat vix fieri posse quin suo interitu labaserent honorū omnium mentes: præcipue tamen eum vrgebat ira Dei, ac si iam propinuum inferni & æterni maledictioni addictus foret. Deniq; quum unica & solida nostra felicitas sit Deo coniungi, ab eo se quodāmodo alienatum videns Ezechias, non abs re tātoferre expaefactus fuit. Vox enim illa, Morieris, & nō viues, occupauerat penitus eius animū, vt pereundū sibi esse statueret: quod Dicendi verbo exprimitur. neque enim Hebreis tantum significat loqui, aut vocē proferre, fed ita esse persuasum, vel reputare cum animo suo. Ut hypocritis centies minetur Deus, huc tamē atq; illuc respectat, vt si qua pateat ruma, quā se effugere posse arbitrentur, Deo illudant, sibiique indulgeant in delitiis & securitate. Sed Ezechias, vt sincerus erat Dei cultor, effugia non captauit: quin potius fidem adhibēs Prophetę verbis, decreuit ad mortē pergendū esse, quoniam sic Deo placeret. Hoc sensu de Succiōne die-rū loquitur, quod intelligeret ab irato Deo & infesto cursūm vitæ sibi abruptū esse: neque enim communi more tantum dicit violentio morbo se abripit è vita: fed certū illud Dei iudicis succiōnis causam esse agnoscit. Succiditur quidē vita siue inēunte, siue media etate morimur, siue in senectate: sed qui rapiuntur in ipso flore etatis, quia nondum absoluto cursu prematur è videntur mori, dicuntur succidi è vita. Ezechiel autem diuersa ratio fuit, quod residuā vitæ partem repētē succidam esse Dei gladio sentiret: quia eius irā prouocauerat suis delictis Ergo cōqueritur subito tanquam indignū se diuinus spoliari vita, que alioqui longior futura erat. Eodem pertinet Residuum annorū: quia etiā vt nascimur mortales, singulis momētis mors expectanda nobis est: quia

quia tamen denuntiata erat in pœnam, non abs re annos sibi detrahos esse dicit, quibus virtutus fuerat proprio Deo.

11 DIXI, NON VIDEBO DEVM.) In tam ardentí terrenæ vitæ desiderio modum excedet Ezechias, nisi dolorem exacerbasset agnitus iræ Dei. Quia ergo sua culpa violenter extrahit, quasi indignus qui fruatur cōmuni Solis luce, exclamat ēcē miserum: quia neque Deus neque homines polthac visurus sit. Nā inter fidèles valeret exceptio, quādū versamur in terra, nos à 2. Cor. 5. 6. Deo peregrinari & abeile: vbi autē exuerit carnis impedimenta, proprius venturos in Dei conspectum. Restrictio guidem additur, IN TERRA VIVORVM: sed hoc modo videtur Ezechias Dei conspectum affigere vite & presenti, acī omnī intelligenti, & lucem mors extingueret. Tenēdūigit est quod attigi, accepto Dei vindictæ nūcio perinde fuisse percussum acī paterno eius favore abdicatus foret. Nam si indignus erat qui Solē asperceret, maiora quomodo speraret? non quod spes in totum delecta fuerit ex eius animo, sed quia intentus ad Dei maledictionē nō potest tam citō, vel expeditè transcedere in caelos, vt melioris vitæ dulcedine praesentē dolorem mitiget. Sic enim obnubilari interdū contingit pias mentes, vt non semper occurrat cōsolatio, quę tamen quanuis suffocata residet in eorū animis, vnde etiā postea emerget. Interca pietatis signū est, quid à recto & legitimo vita fine exprimit quām graue & acerbū ubi sit ea priuari. Nam & pecudibus molestiū est mori, sed nullum vitæ suę vñum ferē habent præter pastum & saturitatē: nobis verò longè excellētior est finis, qui creati sumus & nati hac lege, vt nos exerceamus in cognitione Dei. & quia h̄ec præcipua nobis viuēdi causa est, bis iterādo Dei nomē, affectus sui vehementiā declarat: Deum ergo, inquit, Deus non videbo amplius. Si quis obiciat, Deus h̄ic à nobis nō videri, facilis respōsio est, in suis operibus esse cōspicuum: quia per visibile mundi opificium aeterna eius potentia, vt ait Paulus, & Diuinitas cognoscitur. Vnde & Apostolus mundum Rom. 1. 20. hunc speculū rerum inuisibilium vocat. Iam quō fidelibus se proprius cognoscēdum exhibet, eo Hebr. 1. 3. pluris fecit Ezechias spiritualē illum intuitum: sicut & David Dei faciē videre dicit, qui in San- Psal. 27. 8. ctuario pietatis exercitans fidē suā confirmant. Quod ad homines spectat, dolet sc̄ tolli ex eorū confortio, quia ad mutua officia vltro citrōcūe communicanda nati sumus.

12 HABITATIO MEA.) Pergit in querimoniis suis, pulchra similitudine vitam suam depin gens, eam enim cōparat tabernaculo pastoris. Talis quidem humanae vitæ cōditio est in genere: sed non tā refert quae omnibus communiter accidentunt, quām quod sibi peculiariter cōuenit. Est autem frequētior vñus tuguriorum illis regionib⁹, quām nostris: & s̄cē mansiōne suam pastores cōmutant, dum gregem suum hue atq; illuc impellunt. Non ergo impliciter dicit homines ad breue tempus habitare in caduco hospitio, dum per terram transeat: sed quā in regio palatio quieteferet, mutata fuisse suam fortem, quemadmodum si tugurium pastoris biduo postquam in agro vno positū est transferatur. Iam verò obseruatū dignū est quid nunc sibi, nunc Deo promiscuē, distinctis tamen rationibus, causam mortis suę assignat. Se enim authorē faciens, nō obstrepit Deo, neque expostulat quid ab eo spoliatur sua vita, sed seipsum accusat, totāque culpā suscipit. Tantundē enim valent eius verba, ac quod in precurbio dicitur, Hanc telam ipse mihi exorti⁹ sum, vt mors mihi soli imputāda sit, neque tanē frustra paulo pōlt allignat Deo quid à se profectū esse cōfessus fuerat. Nam etiā nos materiam præbemus Deo seuerius nobiscum agēdi, ipse tamē iudex est qui penas infligit. Quare in malis nostris laudādūm semper est eius iudicium: quia fungitur suo officio quām in nos vt meriti sum⁹ animaduertit. In fine versus, נָהָר quidā vertunt, Prae macie, vel agitudine: alij Exhauriēdo. Priorē deducū hoc nomen à נָהָר, quod Extenuare significat: alij à נָהָר, quod est eleuando haurire. Sed expandant lectors an nō magis conueniat Eleuandi verbum: quia conqueri videtur Ezechias, quā ad vltiore⁹ progressus tenderet vita sua, subiō prostratam esse: quemadmodū si Deus Solem dum adhuc sursum ascendit in occasum deciceret. Postea adiungit exiguo temporis spatio se fuisse exinanitum, & hac circūstantia rufus grauitatē itæ Dei exprimit: quia momentaneo flatu homines consumat. Nam die vno prosterni homines, tantundem valet ac celerrimē.

13 SVPPVTABAM AD MANE.) Alij, Statuebam, vel Ponebam. Idem h̄ic significat quod vulgo dicimus, *les suis ye mon compte*. Ex hoc versu colligi potest Ezechia biduo ut minimū laborasse, nam proximo verbu significavit tantā fuisse atrocitatem morbi vt statim mortem expectarit. Ita quā dies vñus clapsus esset, ad auroram vñque expectauit: præterea à die vñque ad noctē, vt tamē in singula momenta se moriturū esse diceret. Scensus ergo est, Tametsi ad aurorā perueniat, se tamen per continuas agitationes ad mortē properat: quia formidabili Dei iudicio percussus vitam suam duebat pro nihil: & quē admodum Gr̄eci, quum dicere vellent nihil homine magis esse euanidum, animal ērūque, et cī dixerunt, ita vitam diunam ponit Ezechias præcada, & cui nihil est duracionis. Quid autem Deum cōparat leoni, absurdum videri non debet, tametsi Deus natura clemēs, misericors ac benignus sit: his certē nihil magis Deo propriū esse potest: sed non possimus eam manuetudinē sentire quām prouocauimus cā noltris sceleribus, & ad scueritatem adegitus nostra prauitate. Inō nulla est ferarū immanitas & truculētia, que

tantum ineutiat terroris, quantū cōcipimus ex sola Dei mentione:nec immeritō.Oportet enim flagellis Domini efficaciā inesse,qua humiliemur atque deiciamur vñque ad ipsos inferos,& cō folatione propemodū destituti omnia horroris plena concipiamus:quemadmodum etiam horrores istos descriptos à Davide cernimus,dū offa sua dinumerata,lectū suum lachrymis maderactū,animā suam turbatā,inferos apertos esse dicit.Sic enim pios interdum iudicio Dei terreti necesse est,vt bonitatis eius desiderio magis afficiantur.

Psal. 22. 18. *Ez 6. 47..* *14 Sic ut gr̄vs.)* Non potest sibi satisfacere Ezechias in explicanda mali sui acerbitate.Nunc se cō redactū fuisse dicit,vt vocē articulatam edere non posset,sed confuso quodam sonō streperet,vt ij qui animam ferē exhalant.Vnde apparet grauissimos fuisse cruciatus.Doloris enim magnitudo vocem adimit.Et vox (inquit ille) faucibus h̄esit,audiebantur tantum obscuri gemitus.Aisque cō pertinent h̄e similitudines Gruis & Hirundinis,quibus vtitur Propheta.Hunc tamen obscurum vocis sonū à Deo nihilominus exandiri certū est:tamen sensus omnes nostri dolore occupari sint,& præ mœstitia sint præclusae fauces,Domin⁹ tamē corda nostra peruidet,& pia suspiria exaudit.Imō p̄ efficiēt quām exprefſe ac difteret voces,modò Spiritus adſit,qui excites in nobis gemitus illos incenatrabilis,de quibus loquitur Paulus 8,ad Romanos capite,ac nemo piorū est qui nō experiatur,vbi maior aliqua tristitia animū cōstringit,se inter orandum vel balbutire vel propemodū obmutescere.Quod postea sequitur quidā ita vertūt,Extenuati sunt oculi mei:fed nō quadraret particula,In sublime.Ergo simplicior tenēdus est sensus,oculos hebetudine fuisse quasi dissipatos,vel quām deficeret Ezechias,tamē oculos in celū tollere non defiſſit:nece vñquā ita obſtupetactum fuisse,quin sibi auxilium à Deo petēdum esse ſciret.Discamus igitur Ezechias exemplū oculos attollere in celū,cum afflicti animo ac perturbati ſumus:ac ſciamus magnā à Deo faciūtū non requiri.Et hanc ſententiā cōfirmat,quod sermonem cōtinuò p̄dū dirigenſ ad Deum opem eius implorat.Cū ergo oppreſſus fit morbi violentia,Deū ſibi auxiliatore adēſe cupit.Vertunt quidā Fideiube pro me:& verbum τοῦ,hoc ſenſu plētūque capitur,led cōuenientior eſt,Recrea me,vel Exhilara.Nisi magis placeat quod alij reddūt,Fac me quietcere.Certē ne morbi violētiae ſuccubat,ſolatiū à Deo petit.Aisque h̄ec nobis ratio tenenda eſt,quōd maior nos obruit malorum congeries,Deum pr̄eit̄ adforde ad nos ſubleuandoſ.

Iob 7. 4. 5. *Cap. 9. 15.* *15 Quid dicam.)* Hic vulgō exclamacionem eſt putant,qualis rebus letis erūpere ſoleſ,ac ifiā voti cōpō ſibi gratuletur.Ego verō aliter cēfco,videtur enim Ezechias pergere in querimoniis ſuis:quia loquitur vi:ſolent homines mætore oppreſſi,Quid dicam?is enim qui dixit, is & fecit id eſt,mors & vita ſunt in manu eius:ſu aſtra cūco litigo,aut cōtendo;fruſtra conqueror.Cuiusmodi voces & sermones etiā in libro Iob ſeue occurruſt.Hūc ſenſum genuinū eſt puto.Prius enim vndiq; proſpexit Ezechias,an auxiliū aliquod eſte offerret:nunc quā ſibi moriēdum,idquā à Deo denuntiata ſide,flatuit non reluētandum amplius,ſed morē ipſi gerendum eſt,Quanquā notāda eſt emphasis,Deū quod verbo minatus erat re ipsa etiā cōpleuille.Nam qui ſimpliſter exponūt,Quod Deus mihi dixit per Prophetā executus eſt,neq; nihil dicūt,ne que totū:quia non tā frigidē recitat Ezechias ſibi cognitū Verbi eſſe & tū ſed obiecto Dei potentia,omnes murmurādi vel iurgādi anſus ſibi p̄cēdit.Sic etiā David Pſal. 39,Obſtupefeo quia tu fecisti.Nullus enim obſtrependi finis eſt,donec potētē & Dei timor nos compescat.Sic etiam Iob

negotū ſibi cum Deo eſt cogitās,Apponā,inquit,digitū ori meo,& ſuppliciter iudicē meū deprecabor.Silētium ergo ſibi imperat Ezechias hac ratione,quia truſtra cōrēdat cū Deo,Quāquam ſimul aētū eſt intelligit de vita:quia Dominus re ipſa comprobet ſerīa fuſſe comminationē,vnde colligit ſe nihil proficeret,quia tergiuerandi nō ſit locus Verum quidem eſt ſententiam hanc ex delperatione manare:quia hoc modo Deum ſibi infestū eſt cōcipiens ianuam pre-cibis ſuī claudit,ſed mirūaut nouū non eſt,in ſummis perturbationibus eiulmodi voces excidere,qua nos ab orādi filiūa prohibeāt,modò ex oppolito nitamur ad Dei innovationē,quā nobis ſenſus carnis diētā irritat fore.Hac anxietyate implicitū fuſſe pium Regē credibile eſt,vt languore fatiſceret,led p̄ recipē ſpectalle quod dixi,nihil melius eſt ſilētio:quia abſq; profectu cū Deo diſceptaret,ex proximo cōtextu melius liquebit.Sibi ciet enim ſe trepidaturā tota vita,vnde colligitur nunc ſibi proponere formidabilē Dei p̄tentiam vt ſe ad veram humiliatatem cōparet.Porrō quia ητη nunc Mouere, nūn Leniter incedere ſignificat,vertunt quidam interpretes,Mouebor,vel Agitabor:alij,Lentē incedā.Ego trepidū ac debilem incessum notari nō dubito,quia ſic proſtrati fuerat Ezechias,vt vires ſibi poſthac integras fore desperet.Trepidatū autem h̄ec ad metū referri debet:quia ſequitur continuò p̄dū,In amaritudine,perinde achi diceret mætorem,qui iuſtus fuerat,altius h̄erere in corde ſuo,quām vt deleri vñquā poſſit,hinc illa cuius meminit debilitas,Quia vulgaris trāſlatio habet Recognoscam,ideo Paſt̄.e huic locum ad confessionem auricularem torſerunt:ſed tā inēptē,vt aniculis ipſis ridiculi eſt poſſint.Senſus autē planus eſt,hic nō agi de recognitione,ſed de motu & trepidatione,qua toto viet ſuē tempore ſe perculſum iri dicit Ezechias.

16 DOMINE VTRA EOS.) Concisa Prophet.e oratio varijs genuit interpretatio-nes. Hęc autem magis recepta est, Domine, VTRA eos viuet, id est, producent vitam suam, per-
inde ac si diceret, Cum mihi vitam protegaris, efficies ut alii quoque istem beneficium percipiatis. Verum sensus ille textui non congruit, & coadju tor mihi videtur. Exstimo potius Ezechiam hoc
voluisse: Domine, quicunque vltra annos illos viuent, illis etiam vita spiritus mei non erit. Sub-
audiendū itaque est relatum 728, ut est Hebreis 8:10: nec quicquā coacti hęc interpretatio
habebit. Nec enim dubiu ēt, nec quicquā repugnat, quin loquatur de annis quos ei produixerat
Dominus. Intelligit ergo non tantum illius temporis homines, sed etiam posterorū beneficium il-
lud agnitories. I t hęc modo amplificat gratia magnitudinem, quia celebris etiam erit futura e-
tat, & supererit vigebit in omnī memoria, etiā ipso Ezechia mortuoneq; id solum, sed quadam
Resurrectionis species censebitur. Dormiēdū verbo morte significat, ut vulgare est Scripturis. Ita
morbū hunc lethalem morti comparat. Tam enim propinquus erat morti, ut de vita o mīnno
desperaret.

17 ECCE IN PACE.) Rursus alia circūstantia mali grauitatem exaggerat. Subita enim
& inopinata mala nos magis cōturbat, quam ea quae sensim nobis accidūt. Atrocity ergo mali eo
minus fuit tolerabilis, quia subito corripuit quietū & securū, quia nihil minus tunc putabat quam
sibi migrandum esse ēta vita. Scimus etiam sanctos interdum nimis acquisitēre in rebus prosperis,
& sibi promittere æquabiles successus, quod etiam David Psal. 50. satetur sibi accidisse, Divi in fa-
licitate mea, non mouebor: tu verò abscondisti faciem tuam, & oblitus es tuū. Nihil ergo E-
zechiel contingere tristius potuit, quam ēta vita tolli, quum præsertim fugato hoste ac deleto pace
frui licet. Nam existimo Ezechiam in morbum incidisse cum profligatus est Sennacherib, sicuti
ante dictum est. In illo igitur gaudio & pace quae aſ fulgebat, ac acerba egritudo qua Ezechiam
dutiter torquet ac cruciat. Hinc monemur, quia nihil stabile aut firmū est in hac vita, & quidquid
nos exhilarat statim potest excuti, non esse torpidum in letitia, sed dum tranquillo reūm statu
fruuntur, de bello, de aduersis rebus & tristis cogitandum esse. Quare tendā esse potissimum pūc
illam qua paterno Dei favore nūtitur, in qua tutō conscientia nostrā conqueſcent. Secunda pars
versus duplēcē sensum admittit: quoniā verbum ψ 77 nunc Amare, nunc Velle significat, non
malē conuenit sensus ille, Placuit tibi animam meam etipere. verū si nihil subaudias, sequē plena
erit oratio, neque minus commodē fluerit. Tu Deus animam meam favore & beneplacito
tuo complexus es quum in sepulchro iaceret. Animam pro vita accipis satis noctū ēt: sed hic pre-
dicatur Dei bonitas, quod Ezechiam quali mortuum amore protegit qui nō desliterit. hoc modo co-
pula in aduersitatū particulam resoluenda erit. Poſea cauſam aliſignans ad ipsū fontem nos
ducit, & demonstrat modum illius sanationis. Videretur enim alioquin non nisi de fanatione cor-
poris haclēnus loquutus esse, sed nunc ostendit se sublimius quiddam spectare; nempe quod reūs
fuerit coram Deo, ac deinde ipsius gratia absolutus. Sibi quidem restitutam esse vitam predicit,
sed pluris estimat se reconciliatū esse Deo quam cētū aut mille vidas. Et certe utilius nobis ēt, Ge. 47.32
1. Cor. 7.39
Gn. 30
2. Pe. 3.14
nunquam esse natos, quam diuturnam vitam agendo offensas subinde alias alii addere, atque ita
nobis gravius accelerēt iudicium. Hoc ergo nomine sibi maxime gratulatur, quod serena aſ fulge-
at Dei facies, quem habete propitium summa ēt felicitas. Interca admonet, quidquid malorum
nobis infligit Deus peccatis nostris imputandum esse, vt nihil aliud quam reatum suum duplēcē
quicunque Deum insinulant nimis rigoriseneque vnius tantūm peccati se condemnat, sed mulius
se oneratum fuisse fatetur, vt non vna tantum venia opus ēt let. Ergo si verē malorum alleuati-
onem quārimus, hinc facere exordium conuenit quia placato Deo nō poterit nobis malē ēt, quā
nostris miseriis minime oblectetur. Nobis enim ferē contingit quod stultis & inconsideratis dū
ægrotant, quia ad om̄ia dura re duntaxat & dolores intenti morbum ipsum negligunt. Atqui petias
imitandi sunt peccati medici, qui morborum causas expendunt, atque huc toti incumbunt, vt eas
radicibus euellant. Externa enim remedia inanis esse scīt, imò nocua, si interior causa ignoretur.
totam enim mali vim intrō repellunt, atque ita founte & agent, vt nullus poſte fit cura, oris illo-
cus. Ergo mali sui cauſam agnouit Ezechias, nempe ſia peccatum que quum ipſi reūrūcaſt, i-
mul penā ceſſare ac remiſſam esse intellexit. Vnde apparet quām ridicula ēt Papalorum diſcul-
picio, qui remiſſionem p̄enā a culpe remiſione fecerni volunt. Hic verò Ezechiel facie penā
ſibi remiſſam esse, quod culpa remiſa fit. Et notanda est loquendi forma qua vtitur Ierbas, p. R. O-
P. E C I S T I P O S T T E R G V M. Significat enim deletam esse omnino ipsorum memorias, quē-
admodum alibi dicit Prophet.a Deum in profundum maris ea prontere. Item alibi, tam lōgo, Mic. 7.19
Tf. 10.3.13
necere quām procul Oriens distat ab Occidu, quibus loquēti formis certiores nos reddit, que Deus
remiſit imputatū non esse. Quod si poſte nos nihilominus caſliget, id non facit vt ēt, sed
ut pater, quō erudit filios, atque in officio contineat. Nā in eo falluntur Papas, quoniam la pe-
nis aliquid compensationis esse loquunt, ac si Deus vindictam exigeret, quia non velt gratis igno-
rare. Atqui Deus laos castigans, in futurū tempus eorum salati contulit.

18 QVONIAM NON IN ERNVS, Vbi dicit se Dei laudes celebraturū non funde ēt abi-
ta eiſet vita, gratum ſe ac memorem fore promittit. Ut ſimil testatur hanc ſibi maxime optabile

fote vita fructum, quia Deum laudabit. Etsi autem vera pietatis est, non aliter vitam appetere, quam ut eam transfigamus per continuas Dei laudes: videtur tamen nimis restrictè loqui Ezechias. nec enim mors piorum minus Dei gloriam predicat quam vita: & quia tunc demum perfectè coniuncti sunt Deo, laudes eius cum Angelis predicate non desinunt. Rursum etiam exoritur dubitatio, cur tantopere mortem fugerit Ezechias, & tertie vita tam cupidus fuerit. Etsi autem iam soluta fuit hæc secunda quæstio, rursus tamen in memoriam reuocent lectors, paucorem huc non ex sola morte fuisse conceptum, quando idem Ezechias confessò vita spatio non refutatus est, quin libenter ad Deum concederet: sed pium Regem ita Dei perculsum hoc tantum dolere, quod suis peccatis sese abdicauerit à vita, quasi posthac omnis gratia & benedictionis expets futurus sit. Hinc etiam pendet prima questionis solutio: quia nihil mirum si prius Rex non modò sibi è vita migrandum esse reputans, sed mortem existimans penam scelerum & vltionem Dei, gerimat ac deficit se damnari qui indignum qui operam impedit promouendæ gloria Dei. Nam quicunque hoc fulmine percussi sunt, fieri non potest ut viui aut mortui celebrèt Dei laudes: sed quia desperatione obruti sunt, necesse est obmutescere. Eodem etiam sensu & David Psalmo 6, & tota Ecclesia Psal. 115. dicit, Non est memoria tui in morte: in sepulchro quis te prædicabit in memore quia perditis & attonitis nulla gratiarum actionis materia suppetet. Notandum tamen simul est, sanctos dum ita loquuti sunt, non considerasse qualis post mortem cõditio ipsos maneret, sed praesenti dolore correptos tantum spectasse in quem finem conditi essent ac in mundo aferrentur. Est hæc, ut nuper dictum fuit, præcipua viuentia causa hominibus, ut se exerceant in Dei cultu: hoc etiam consilium Ecclesiam Deus in mundo tuetur, quia vult nomens um celebrari. Iam qui se præcipitem deici vide, quia censerit non meretur, vel locum tenere inter Dei cultores, non attendit distinctè quasi composito animo, quid post mortem facturus sit: sed dolore obnubilatus, ac si post mortem cessarent omnia pietatis officia, facultatem mortuis eripit laudâdi Dei: quia videtur gloria Dei sepeliri cum suis testibus.

19 VIVENS, VIVENS, IPSE CONFITEBITVR TIBI.) Non quoilibet promiscuè homines comprehendit, quandoquidem multi viuent, qui tamè sua ingratitudine extingunt, quantum in se est, Dei gloriam: certè nihil minus cogitant quam se ad eam prædicandam natos esse. Sed simpliciter docet, quantisper in hac vita viuentur homines à Deo, posse meritò gloria eius legitimos esse præcones, quando ad hoc officium sua liberalitate ipsos inuitat. Atque hæc antithesis demonstrat quod paulò ante dixit, Non esse in morte vel sepulchro memoriam Dei, referri ad hanc summam, vbi è mundo exterminantur qui studium suum libenter impenderent laudando Deo, hac gratia priuati. Porro se unum ex testibus gloriae Dei fore profitet, atque ita certam grati erga Deum animi significatione præbet. Pronuntiat enim se non forte obliuiosum, sed perpetuò gratias acturum Deo, ac prædicaturum quæ expreas erat suorum eiusdemque id tantum leculi lui hominibus, sed etiam posteris, ut & ipsi celebrent istas laudes, tantique beneficij authorem venerentur. Hinc colligenda est utilissimum, hoc legi sobolem dari mortaliibus, ut quisque liberos suos erudiendo pro sua virtutibz propagare ad posteros ihudeat Dei nomine. Quare hæc præcipue sedulitas patribus familiás mandatur, ut Dei beneficia assidue commemoarent. Veritatis autem nomine, quam Deus præstat suis fidem, omnique gratia & testimonio quibus se veracem esse probat, intellige.

20 I E H O V A A D S E R V A N D V M.) Agnoscit se non hominum ope aut industria, sed beneficio Dei solo liberatum esse. Quod alij vertunt, Domini est ut me seruit, non satis exprimit, & videtur à litera remotius esse. nec enim prædicat solummodo potentiam Dei, sed etiam opus in quo perspicuum eius documentum dedit. Denique SERVARE istud Dei, morti opponit cui adiudicatus fuerat: quia scienti prius exhortuerat feuerum indicem, nunc liberatorem suum agnoscens, lætitia exultat. Hinc rursus se ad canendum gratitudinis causa accingit: immò alios quaque huius officij socios & comites aduocat. Et hac ratione Templi meminit, vbi piotum conuentus agebantur. Si priuatus fuisset ac vnus è vulgo, solenne tamen Deo sacrificium offere debet, ut alios suo exemplo incitaret. Itaque Regi multò magis hoc curandum fuit, ut omnes secundum ad gratiarum actionem adduceret: præsertim quoniam in eius persona Deus totius Ecclesiæ & fulti consuluerat. Significat ergo se datum operam ut hæc Dei gratia omnibus innotescat, vigeatque eius memoria non vno tantum die vel anno, sed quoad manebit saeculæ. Et certè tam in ligno Dei beneficium vlo tempore euangelizare vel excidere nimis indignum fuisset. Ut autem obliuiosi sumus, ita opus est aliud: is stimulis, qui nos expurgeant. Simul obiret ostendit quorsum instituerit Deus lacros conuentus, népe ut celebretur quasi vno omnium ore, & alij alios incitent ad pietatis cultum.

21 E T D I X I T.) Nunc refert Isaias quale remedium Ezechiae prescripsit. Alij remedii esse non putant, quod fucus ulceribus inimicæ & noxiæ sint: sed hoc signo più Regem furfie admonitum & certius edoctum, sanacione non aliunde quam ex sola Dei gratia proficeri. Scienti cœlestis arcus, quo testari volunt Deus nūquam interitum humani genus diluvio, videtur rem omnino con-

contraria notare: quia tunc apparet, cum imminent densissimi imbræ & quasi ad totum orbem obruendū incumbunt. Ergo cataplasmum quod lanado motu minime aptu erat, putat cōsulto fuisse adhibitum à Prophetā, ut palam faceret Deum sine medicamentis seruasse Ezechiam. Sed cum fucus à medicis etiā nostris adhibeantur ad pestis maturandā: fieri potest ut Dominus promissioni medicina adiuxerit: quemadmodum spē alias factū videmus nā etiā inferioribus mediis, quæ vocant, non indiget Dominus: sūs tamen virtutem quoties vīsum est. Nec verò promissionem extenuat hæc medicina, quæ sine Verbo vana & inutilis fuisset: quia & signū aliud supernaturale accepérat. quo fatus dicerat se vitam, de qua desperabat, à folo Deo receperit.

22 DIXERAT AVTEM.) Nonnulli sic exponunt hunc versum, quasi hoc etiā signum Ezechiae datum sit: atque ideo ad proximam sententiam referunt, & admirantis interiectionem cōfite putant: sed verisimilius est cōsulū hīc cōfite ordinem, quod Hebreis spē accidit: ac referti posteriorē loco quod priore dicendum erat. Nec enim initio dixit Isaías signum petitorum fuisse ab Ezechia, quod tamē sacra Historia testatur. Subiungit igitur quod suo loco omisum erat. vt A. 2. RE 20.8
SCENDAM. Significat præcipuum sibi studium fore tota vita, vt nomine Dei celebret, nec enim deliciandi & captandæ voluptatis gratia vitam expetebat, sed vt honorem Dei & purum eius cultum tueretur. Meminerimus ergo vitam nobis à Deo prorogari, non vt indulgeamus genio, aut luxui nos dedamus, sed vt pietate colamus, exerceamus pia inter nos officia, frequentes simus in piorū cœtu & lacris solemib⁹, vt veritatem Dei & bonitatē prædicemus.

CAPVT XXXIX.

1  Empore illo misit Merodach Baladan, filius Baladan, rex Babel, ad Ezechiam literas & munus, ex quo audierat cum agrotasse, & conuoluisse.

2  Lætatus est autem de iis Ezechias, & ostendit illis domū tke auris, argentū & aurū & aromata, vnguentū pretiosum, & omne armamentarium suum, & quicquid inueniebat in thesauris suis: non fuit res vlla, quam non ostenderit Ezechias in domo sua, totoque regno suo.

3 Tunc venit Isaías Propheta ad regem Ezechiam, dixitque illi: Quid dixerunt viri isti? & unde venerunt ad te? Respondit Ezechias, E terra longinqua venerunt ad me, è Babel.

4 Tunc dixit: Quid viderunt domi tue? Et dixit Ezechias: Cuncta que domi meæ sunt viderunt: nec res vlla est, quam non illis ostenderim in thesauris meis.

5 Tunc ait Isaías Ezechiae: Audi verbum Iehouæ exercitum.

6 Ecce dies veniūt, ut tollatur in Babylonē quicquid est domi tue, & quicquid recondiderunt patres tui ad hunc usque dicim: nec residuum quicquam manebit, dicit Iehoua.

7 E filiis tuis qui egressi fuerint ex te, quos genueris tollent: eruntque eunuchi in palatio regis Babel.

8 Dixit Ezechias Isaiae: Bonus est sermo Iehouæ quem pronuntiasti. Et dixit: Saltem erit pax & stabilitas in diebus meis.

IN CAPVT XXXIX.

1  E M P O R E I L L O.) Hunc primū fuisse Regem existimant gentis Chaldaicæ. Nam pater eius Baladan sine Regis titulo principatum apud Babylonios obtinuerat. Cum itaque Merodach iste duodecim annos regnasset, Assyrios subegit, atque effecit ut Chaldaicis paterent. Falluntur enim qui à Nabuchadnezer captu fuisse bellum existimat. Fieri quidem potest, ut eos deinde subegerit: sed iam semistractos fuisse probabile est, ut non aliud restaret quam partū alterius victoria imperiū stabilire. Etsi autē simpliciter narrat Propheta missos fuisse legatos, notare tamē opere pretiū est, aut ut hoc factū fuisse à Babylonio, ut blanditiis ad se pelliceret Ezechia. Lī imminebat Assyris, quib⁹ sciebat ludos ob cōtinua bella meritò intēlos esse. Ergo ut socii & auditorē in bello quod molebat sibi conciliet, obliquis artibus contrahit amicitia cum Ezechia. Ambitio autē pī Regis animū corrupit, ut cupidius fallaces tyrāni illecebras artiperet, ac illis incēcaretur, pītextus ta-

men fuit, ut legati gratularentur, quod à morbo conuicti fuerint Ezechias. Et tamen Historia sacra aliam causam reddere videtur: nempe quod Merodach fuerit prodigo incitatus. Minimè certe dubium est, famam portenti illius longè peruagatam esse, cum Sol retrocessit: nec fieri potuit quin populos multos permoueret, Cæterum, vix credibile est profanum hominem aliò spectasse quam ut Ezechiam in suas nascas attraheret, sed quia illustri signo ostéderat Deus Ezechias salutem sibi curare esse, ut solent impij peruersè abuti omnibus grati & Dei testimonios, putauit Merodach si Ezechiam sibi adiungenter, bellum cœlestibus auspiciis se suscepturnum. Hinc factū est, ut teltandæ benevolitæ causa Legatos ad eum mitteret cum munieribus. Volut enim ab ipso gratiam inire, cuius amicitiam sibi vtilem & accommodam fore existimauit. Et quidem hac de causa, ut eius opera aduersus Assyrios potesta vreretur, quos Iudeis infestissimos hostes esse non ignorabat. Hæc enim Regum & principum consilia sunt, ut fraudibus & astu tem suā gerant, & quamplurimos sibi quaquisitione adiungant, quorum opera aduersus hostes suos abutantur.

2. **L A E T A T V S E S T.**) Historici personā agit Prophetæ, nam simpliciter narrat quid actum sit ab Ezechia, postea quorū id fieret declarabit: ambitione videlicet ex exercitu Ezechiam se Legatis ostētisse: et si virtuosum gaudij genus perstringitur, vnde postea nata est gratificandi sedulitas. Qui nudā hanc historiā legerit, nihil improbe ab Ezechia faclū iudicabit. Humanitatis enim fuit hiltraiter & laute Legatos excipere, itaque omnia benevolentie signa exhibere. ac barbari fuisset hominis, eos à quibus ulro ad amicitiam prouocatus fuerat, reliucere, atq; tam potentis Regis amicitia aspernari. Sed latuit interea in eius animo studiū vanæ ostentationis. voluit enim se se Babylonio venditare, ut intelligeret fœdus hoc sibi non inutile futurum: idque ex opibus, copiis & instrumentis bellicis cognosceret. Hoc quoque reprehensione dignum fuit, quod ad externa & illicita subsidia animū adiiciens, tantundem dextraxit honoris Deo, quem nuper liberatoris bis fuit expertus. Nec enim alioqui tā acerbè Prophetæ hoc factum reprehēdit. Insigne exemplū: quo docemur nihil periculosius esse, quam prosperis rebus excācti, vnde et illud probè quondam dictū est, Difficilius esse prosperā fortunam quam aduersam ferre. Lascivius enim atque insolenscimus, cum res fluūt ex animi nostri sententiā: nec possumus vllis monitionibus aut minis in officio contineri. Cum id Ezechia accidit, cui tā præclarum à Prophetæ elogium datum est, cuius thesaurus fuit timor Dei, vchemicer nobis verendū est, ne in eiusmodi pericula incidamus. Abripitur inani iactātia, nec recordatur se ante semimortuū, insigni Dei miraculo ē morte creptū esse. Antea profitebatur se laudes Domini perpetuō celebraturū in piorū cœtu: nūc cum amicitia suā captari, & se potentis monarchi nomine salutari videt, obliuīscitur Dei & beneficiorū que ab ipso accepēt. Cum pium hunc Regē tā facilē labi, atque ambitione abripi videamus: dilectus nobis iniiciere modelū frānum, quod nos assidue ac sollicitē in timore Dei continueat.

3. **T V M V E N I T I S A I A S.**) Persequitur candē narrationē: sed doctrinā simul adiungit. Tametsi verò se à Deo missum esse nō dicat, tamē in spiritu Spiritus sancti ac ius tuū Dei hoc fecisse certū est: atq; ideo se fētornat epitheto Prophetæ: quo admonet se non venire ut priuatū, sed ut fūgeretur officio diuinitatis sibi inuncto, ut facilē sentiret Ezechias sibi non esse negotiū cum homine mortali. Nam vbi ait venire, colligendum est, non fuisse accūtū. Cum Ezechias opes suā in safluoē ostentaret, sinebat ipsum domi quietescere: nec enim ad eiūmodi consilia Prophetæ adhiberi solent. Atqui prius cum summis angustiis premeteretur, cum Rabaces tā protervē insultaret, & impudenter conuiciaretur Deo, misit ad Isaiam, ac petiit ut apud Deum intercederet, & cōfolatione aliqua angores ipsius allecuaret. Ita rebus aduersis atq; extremitis queruntur Prophetæ: prosperis verò negliguntur, vel etiam reiūcuntur: quod suis monitionibus hilaritatem noltrā turbēt, ac mœroris causam afferre videantur. Venit tamen Isaias, tametsi nō vocatus, in quo laudanda & suscipienda est eius constantia: atque ipsius exēplo docemur non esse expectandū quod nos vocent homines qui officio nostro indigent, quum sibi placent in grauiissimis malis, & periculū sibi sua aut levitate, aut ignorantia, aut etiam malitia accessunt. Officij enim nostri est, colligere oves errantes, idque studiose facere debemus, etiamsi nemo à nobis postulet. Et si autē iure in Ezechia reprehendi potest, quod regis Babylonij lenocinio corruptus Deū non consuluerit: est tamē hoc non vulgaris modellū & signum, quod Prophetam non arcet vel contemnit qui sī intēpēsiū obstrepat, sed humaniter respondet, ac tandem dūrissimā correctionem aquo & mantuero animo suscipit. Satius quidē initio fuisset interrogare os Dei, sicuti in Psalmo dicitur, Mandata tua viri cōsiliū mei: sed quia iā errore lapsus erat, delicti remedium obedienter admittere secundē virtutis fuit. **Q V D D I X E R V N T:** Non statim vulnerat ipsum Prophetæ graui reprehensione, sed leniter pungit: ut ipsum in agnitionē peccati sui adducat. Sibi enim blandiebatur Ezechias, atque omnia apud se præclarū esse existimabat. Itaque paulatim excitādus à suo torpore fuit. Suberat quidē nō leuis stimulus: ac si dixisset, Quid tibi cū viris istis: an nō procul tibi fugēndā fuit huius pestis contagio? Interrogat etiam de legationis summa, ut pudorē incuriat Ezechia, qui se insidiōse captari non agnouerit. neq; enim probabile est notari gratulationem si nihil veneni admixtum fuisset: sed rendiculas illas, quibus implicare eum volebant Chaldei. Et tamē ex responsō liquet, nondū leui illa reprehensione perculsum fuisse Ezechiam, quia sibi adhuc placet. Iactat enim istos homines

Cap. 33. 6

Sup. 37. 2. 3. 4

Pf. 119. 24

venisse è longinqua regione, è Babylone. Nec verò credibile est ignorā fuisse illam regionē latere, vt opus fuerit Ezechiam tam disertis verbis distantiam exprimere: sed ita sele iactat, quod ambitionis affectus in eo præualeret. Dutiis ergo vrgeri ipsum, acriorēsque stimulos adhiberi oportuit.

4 T Y N C D I X I T.) Pergit Isaías in obliqua sua admonitione, si fortè tangatur Ezechias, sibiique displiceat. Hoc tamen nondum aliquid sentitur, tamen si vix credibile est tam stupidum fuisse Regem, quin punctiones illas sentiret. Sciebat enim non venisse Prophetam, vt curiosi homines solent, ad rumores venandos: sciebat etiam non iocose confabulari secum, sed serium aliquid afferte. Quicquid sit, in bonam partem accipere conuenit quod placide respondet. nec enim insurgit aduersus Prophetam, sed modestè fateatur quod res habent: nondum agnoscat tamē se peccasse, vel si tem non afficit ut sibi displiceat: quoniam peccatum suum ex occulto illo affectu non estimat. Adēc fōlēt ambitio, vt sua dulcedine non modō inebret homines, sed dementet, vt ne admoniti quidem statim relispant. Quum igitur pium Ezechiam tanto stupore percussum videamus, vt se reprehendi non sentiat, vel saltē non pungatur ut seipsum agnoscat, diligenter nobis à tam pestilenti morbo caudendum est.

5 & 6 T Y M A I T.) Ex hoc Dei iudicio peccatū Ezechiae non leue fuisse perspicimus, quanvis aliter iudicet communis sensus. nā quā Deus optimum semper modū in castigatis heminibus teat, ex pœna atrocitate colligitor non vulgare aliquod delictū, sed atrocissimā crimē fuisse. Vnde etiā monemur, perpetam hominū arbitrio censeti dicta vel facta: sed vñā Deū eisē idoneum iudicē. Thefauros ostendit Ezechias: an coacervati erant, vt semper quali defossi laterē: Legatos comiter exceperat abigeret aures præbuit eorū mandatis: nempe quā Alÿtij emulus vltro eius amicitiam experierat: repudiāda fuit tanta cōmoditas? Denique in specie ipsa nihil non excusabile teperietur. sed Deus cui nihil absconditū est, primum ingratitudinē obseruat in Ezechiae letitia: quia malorū quibus nuper premebatur immemor, Chaldaeos quodāmodo subiituit in locū ipsius Dei, cui se & sua omnia cōsecrare debuerat. Obseruat deinde superbiā: quia ex splendore & diuitiis famā acquirere nimis cupide tētāt. Obseruat prauū amore frēderis, quod toti populo extitiale futurū erat. Sed prēcipuū virtū fuit ambitio, qua fit ut omnis fētē Dei timor ex cordibus evanescat. Vnde meritō exclamat Augustinus, Quantū & quale venē superbiā, quod nō potest nisi veneno curari! Illud enim Pauli relspicit, vbi angelum Satane sibi datū esse ait, à quo velut colaphis cēdatur, ne reuelationū magnitudo ipsam efficeret. Ezechias inuicto animo erat cūm omnia prop̄ deplorata esēt: his autem blanditus vincitat, nec vanā ambitioni obſit. Quām ergo extitit: fit hoc malū, attētē diligentēr que cōsidetemus, cōque maiorē ad ipsū v. tādum cautionem adhibeamus. Quia verò durā sententiā latus erat, præstatūt ſe Dei eſſe piæcorē. & paulo pōst īterūt reperit hoc sibi à Deo eſſe mādātū, non modō vt ſe repellat iniudiā, sed quō penitus in animū Regis penetret. vbi rufus eius constantiā animique magnitudinē perspicimus. Cor spēctū Regis non reformidat, nec morbū eius dergere, & iudicū Dei denitiare veretur. Nam ethi tunc quoque delicate ērāt aures Regib⁹: quia tamē probē sibi cōscius erat hāc personā sibi à Deo eſſe impositā, munus quantūvis odiosū liberē exequitur. Prophete quidē subditī erāt Regib⁹, nec quicquā sibi arrogabāt, nisi cūm Dei nomine agendū erat, tunc verò nihil tam sublimē est, quod Dei maiestati subiectiūndū nō fit. Quod si propositū ei fuisse gratiā inire cūm Principe, adulatoři more tacuisset: sed rationē haber muneris sui, dātque operā vt eo fidelissimē fungatur.

NEC R E S I D V M Q V I C Q V A M. Notandum est genus pœnæ quo Dominus in Ezechiam animaduertit. Res enim ob quas ſeſe tantopere efferebat, polteris admitit, vt nullam glorianti materialē habere possint. Sic Dominus ambitionē hominū & superbiam vleſeſit, ut nō aut regnum, quod sibi ēternū fore sperauerant, deleatur, vt contumeliosē trahentur, vt ignominiosā ſit eorū memorī: denique ſultas eorum cogitationes euertit, vt cōttaria omnino experiantur figmentis quibus ſe deludunt. Si quis obiiciat minimē consentaneum eſſe, vrbis direptionem & populi exilium vnius hominis delicto ascribi, quā vbique pronunciet Spiritus publicam obſtinationem in cauſa fuisse, car Deus vrbē & terram Chaldaeos ſpoliandam traderet: repondeo, al ſurdum nō eſſe vt Deus in peccatū vnius hominis, ſimulq; in ſcelera tortius populi animaduertat. Cūm enim per vniuersam regiōnē per vagata eſt ira Domini, omnes ſimil ſeatum ſuū agnoscere debuerunt, ac vnuſq; uſque ſeſtūnū reparare quid eſſet promeritus: vt nemo reiſeret culpā in alios, ſed in ſe portius quisque trāſferret. Præterea cūm infinitis modis iam Dei iudicio obnoxij eſſent iudei, iuste paſſū eſt omnīū mālo delinqueret Ezechiam, quā magis acceleraret irā ſuā, & iudicio ſuo exequendo viā patet faceret: quādmodum etiam Dauidi accidisse videmus. Admonet enim Scriptura non fortuitō cōtigi, lē quod Dāuid populem numeravit, ſed populi ipsius vitio cōfessū eſſe, in quem hac occasione Dominus animaduertere voluit. Accēlū eit, inquit, furor Domini in populem, & immisit in cor Dauidis vt pep̄ ſum ciferet. Ira & hoc loco denunciatur Ezechiae pœna: ſed peccatum eius quo irā ſuā Dei prouocauit, iam Dei erat vltio in totum populum.

7 E T F I L I S.) Hoc multō acerbius Ezechie videti potuit. Ideōq; extremo loco ponitū ſplificādi cauſa. Etenim ſi malū aliiquid in populo graſletur, Reges ſe & ſuos eximēdos patant, achi ho-

2.Cor. 12.7

2.Clr. 36.

14. 15. 16.

17

2.Sam. 24.

minum numero non censerentur. Cùm igitur intellexit filios in scrutinem abducendos esse, du-
rissimum hoc ei videri necesse fuit. hinc rursus quantopere displicuerit Deo præsidium ex terre-
nis oibus queri ab Ezechia, sèque venditare apud impios, colligere licet: vbi Deus terribili
exemplo quali inexpiable crimen vlciscitur, quòd ambitiose Ezechias coram incredulis pom-
pas suas egerit.

BONVS EST SERMO IEHOVÆ.) Ex hoc responsō colligimus Ezechiam præfra-
ctum non fuisse hominem, aut impotenter elatum, cùm Propheta obiurgationē audierit aquo
animo, tamen si initio parum moueretur. Vbi enim Dominum audit iratum esse, reū se spōte per-
agit, & se meritò pœnas date confitetur. In quo veræ docilitatis & obedientiæ exemplum habe-
mus, quòd auditio iudicio Dei, non contendit nec litigat cum Propheta, sed placidum & moder-
atum se præbet. Discamus igitur exemplo pij Regis, placide Dominum audire, nou tantum quum
hortatur aut monet, sed etiam quum damnat & terret iustas pœnas denuntians. Nam sermonem
Dei bonum esse prædicans, non modò iustitiae laudem tribuit, sed patiēter amplectitur quod sua
asperitate odiosū esse poterat. siquidem & reprobus interdū extorta fuit cōfessio sui delicti, quonū
tamē subiecta non fuit contumacia, quin frem eret contra suū ludicem. Ergo vt nobis dulcescant
ming Dei, necesse est à nobis cōcipi aliquā misericordię spē: alioqui semper meta amarulētia e-
bulliet ex cordibus nostris. Qui verò persuasus erit, Deum puniendo affectū paterni amoris ini-
nimè exuere, non modò fatebitur ipsum esse iustum, sed placide & suauiter temporalem eius ti-
gorem feret. Denique vbi vigebit gratia Dei sensus, vt statuamus nobis esse patrem, nō erit no-
bis difficile aut acerbum, stare & cadere eius arbitrio: quia dictabit fides nihil paterna eius casti-
gatione nobis esse vtilius. Sic ille in Scripturis obiurgatus suppliciter respōdet, Dominus est, fa-
ciat quicquid rectum erit in oculis eius. Nam certum est ideo obmutescere non solum quia nihil
proficeret contrà murmurando, sed quia eius iudicio se submittit. Eōdē videtur tēdere Saulis ta-
citurnitas, vbi se regno priuatum iri audit. Sed quia pœna solūm tertetur, non tangit culpe dis-
plicentia: non mirum est si intus ferocia turget, quāuis acquiescat in specie, quia resistere nō po-
test, quod libenter alioqui facturus erat: vt malefici quum vinculis aut compedibus tenentur cō-
stricti, iudicibus sunt supplices, quos è folio detractos libenter calcarent pedibus. At quia Daud
& Ezechias ita humiliantur sub potenti Dei manu, vt spē venire non amittant, quas infligit pœ-
nas subire malunt, quām se impetrio subducere. Ac notari dignum est, quòd non simpliciter fate-
tur iustum esse sentiantur quam tulit Deus, sed quam Isaías ipse promulgavit: nō parum enim
habet ponderis hæc particula, dum sermonem licet ab homine mortali allatum reuerteret exci-
pere non grauatur, quia præcipuum authorē respicit. Dura certè Regi esse poterat ac molesta. Ita &
libertas sed quia Dei ministru agnoscit, cogit in ordine patitur. Quòd minus tolerabilis est eo-
rum mollities qui moneri se, vel obiurgari indignè ferentes, cōtempnū doctōribus & Verbi mi-
niistris obiciunt, Annō vos quoq; eitis homines? Quāli verò parēdū Deo nō sit, nīl Angelos ē co-
lo mittat, vel descendat ipse. Hinc etiā colligimus quid de fanaticis iudicandum sit, qui simulatē
Deum se reuereri, Propheticam doctrinam respūt. Nam si Deo obtemperate parati essent, nō
minus loquenter in suis Prophetis audirent, quām si tonaret ē cœlo. Fateor veros Prophetas à
falsis dīltingendos esse, vocem pastorum à voce alieni: sed non sunt promiscue simul omnes rei-
cieđi, nīl Deum quoque ipsum reiicare v-limus. atque audiēdi sunt non solūm cùm hortantur
aut reprehendunt, sed etiā cùm dānat, iustifq; pœnas iussu Dei sceleribus nostris minātur. Vbi
verti SALTEM ERIT PAX, à particulam aduersariā, hīc verò exceptiua est. Non enim quid-
dā subiicit Ezechias, nempe gratias agens Deo quòd pœnam mitiger, quā promeritus erat, per-
inde acsi diceret, Dominus poterat statim cōcitat̄ hostes, qui me ex regno mico expellerent: nūc
mihi parcit, tēperat differēdo pœnas quas merito ipse luarem. Quanquā precatiū exponi potest
hæc sentētia, vt cupiat Ezechias pœnam differti in aliā vīque atatē. Probabilis tamen est quod
dixerat Propheta de venturis diebus, accommodare ad solatū doloris, vt se ad patientiā animet:
quia subita vindicta magis fuisset expauefactus. Rectè ergo conuenit exceptio hæc, vt animū ad
manisuetudinē componat, Saltē parcer Deus seculo nostro. Si cui tamen magis pl̄ceat esse cause
redditionē, fruatur suo sensu. VERITATIS nomen nōnulli pro cultu Dei & pura religione acci-
piunt, acsi gratias ageret D. o quòd pictus doct̄in. in moriens relinquere superfluitē. Ego verò
pro Stabilitate accipio, vel trāquillo regni statu, nīl per hypallagen accipere malis prosperitatē
diuturnā & certā fore. Posset autē crudilis videri Ezechias, quod nullā posteritatis curā habeat,
nec magnopere laboret quid postea euenturū sit. Nam impiæ sunt & hortenda illæ voces, ηω
διανοίας γαῖα μετάθησε, item, Mihi mortuo, omnes mortui sunt: atq; similes quas hodie porci &
Epicurei permulti in ore habent. Sed longe alia fuit mens Ezechie, qui tamecum futuris seculis be-
ne consultū esse optabat, nō tamē debuit, quod Deus vindictā suam differens clementiā signū da-
bat, pro nihilo ducere: quia inde sperare potuit tandem misericordiā fenvuros aliqua ex parte po-
steros. Quod nōnulli respōdent dilatione latetū fuisse, quia nos de crastino sollicitos esse non o-
porteat, sufficere dici malitiam suā: hic loco nō conuenit, nec enim negligit posteros Ezechias,
sed quia videt pœnā Dei clementia tēperari, gratias ei agit, sicuti iam dictū est, quanvis enim hęc

1.54. 3.18

1.54.28.20

Mat. 6.34

poena aliud seculum maneret, tamen presentem gratiam amplecti debuit. Et certe nostro potissimum seculo secuire debemus, cuique praecipue ratio habenda est. Futurum non est negligendum: sed quod praesens est, atque in star, magis officium nostrum requirit. Nos enim qui simul viuimus, maiore vinculo astrinxit Deus, ut mutua communicatione alij alios, quantum in nobis erit, iuuenimur. Est etiam animaduertendum, quod prius Ezechie longior em vitam promiserat Dominus, cum proximus esset morti, nunc iure metuendum fuisset, ne iterum ob peccatum istud vitam ei abrumperet. Quum audit ratam esse promissionem, gratias agit Deo: & moderatus fess venturam calamitatem, tametsi grauis & acerba ipsi esset.

CAPVT XL.

- 1  *On solamini, consolanini populum meum, dicet Deus vester.*
- 2 *Loquimini secundum cor Ierusalem, & clamate ad eam, quod impelta sit militia eius, quod remissa sit iniquitas eius, quoniam accepit e manu Ichouæ duplicita in omnibus peccatis suis.* "Vel, misericordia"
- 3 *Vox clamans in deserto: Parate viam Ichouæ: Dirigite in solitudine semitam Deo nostro.*
- 4 *Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erit præruptum in reitudinem, & loca confragosa in planicem.*
- 5 *Et reuelabitur gloria Ichouæ, videbitque omnis caro pariter, quod os Ichouæ loquuntur sit.*
- 6 *Vox dixit: Clama. Et dixi, Quid clamabo? Omnis caro herba: & omnis gratia eius quasi flos campi.* "Vel, dicerebat"
- 7 *Exaruit herba, emarcuit flos, quia spiritus Ichouæ suffluit in eo. Sanè herba est populus.*
- 8 *Arescit herba, emaret flos. At sermo Dei nostri stabit in eternum.*
- 9 *Ascende in montem excelsum annuntiatrix Sion: attolle fortiter vocem tuam annuntiatrix Ierusalem. Attolle, ne timeas. Dic civitatibus Iuda: Ecce Deus vester.*
- 10 *Ecce Dominus Ichoua in robore veniet: & brachium eius sibi potens. Ecce merces eius cum eo, & opus eius coram ipsis facie.*
- 11 *Sicuti pastor gregem suam pascet, brachio suo colligit agnos, sinu suo portabit, fætas suauiter ducet.*
- 12 *Quis mensus est pugillo suo aquas, & caelos palmo mensus est, & comprehendit tribus digitis puluerem terræ, & appendit montes in statera, & colles in trutina?*
- 13 *Quis cruduit spiritum Ichouæ, aut consilio cum instruxit, & cum docuit?*
- 14 *A quo petiit consilium, ut eum moneret? & docuit eum semitam iudicij, cruduit scientiam, & viam prudentie ostendit ei?*
- 15 *Et Gentes quasi gutta stilule, & quasi puluisculus trutinae reputatur: en insulas quasi rem minimam tollit.*
- 16 *Nec Libanus sufficeret ad incendium: nec bestie eius ad holocaustum.*
- 17 *Omnes Gentes quasi nibilum sunt coram eo, & præ ipso reputantur minus quam nihil, & quod non est.*
- 18 *Cui igitur similem fecistiis Deum, aut quam similitudinem ordinabis ei?*
- 19 *Artifex parat sculptile, aurifaber aurum aptat illi, & catenæ argenteas (confiat) aurifaber.*
- 20 *Pauper oblationi eligit lignum quod non putrefact: artificem peritum querit sibi qui*

sculptile pr.e pareat, ne moueatur.

21 An nescitis? an non audistis? an non vobis annuntiatum est ab initio? an non edocisti eis à fundamentis terræ?

22 Is sedet super gyrum terræ: cuius habitatores sunt veluti locusta: extendit cælum ut cortinam: expandit, inquam, quasi tentorum, ut inhabitetur.

23 Redigit potentes in nihilum gubernatores terræ quasi non sint.

24 Perinde ut non plantati, perinde ut non sati, perinde ac si non radix in terra stirps eorum. Etiam dum sufflat in eos arescunt, & turbo quasi stipulam aufert eos.

25 Et cui assimilabitur me, ut similis sim? dicit Sanctus.

26 Tollite in sublime oculos vestros, & aspicite quis creauit ea producens ad numerū exercitum eorum, omnibus nominatis acclamabit: a magnitudine virium & robore fortitudinis nullum" deficiet.

27 Quare dices Iacob, & loqueris Israel? Abscondita est via mea à Ichoua, & à Deo meo iudicium meum transit.

28 An non sciueris? an non audistis (quod) Deus seculi sit Ichoua, qui fines terre creauit? Non laborat, ne clausitudine fatigatur: & non est inuestigatio intelligentiae eius.

29 Dat laesso virtutem, & cui nihil est virium robur suppeditat.

30 Fatigantur adolescentes & lassantur: iuuenes cadunt.

31 At expectantes Ichouam, vires nouas colligent: sustollent alas ut aquile: current, nec fatigabuntur: ambulabunt, nec deficient.

I N C A P V T X L

 O N S O L A M I N I.) Nouum argumentum ingreditur Propheta. Nam relieto populo apud quem nec mina, nec monitiones velle proficiebant, quod deplo-
rata esse eius nequitia, ad posteros sese conuerit: ut populo cruce humiliato-
demum in extremis angoribus consolationem defutaram non esse significet. Ac
verisimile est prophetiam hanc ab ipso scriptam esse cum instaret tempus mi-
grationis, ne decedet, ex vita Ecclesiam Dei sine spe restitutiois grauissimis malis obrutam re-
linqueret. Etsi autem antehac minus ac terroribus vaticinia in hunc finem permisicuit, eorum ta-
men praecipue qui tunc viuebant videtur rationem habuisse. quicquid autem posthac sequetur,
ad futuram Ecclesiam spectabit, cuius renascentia mortem eius longè sequuta est. Perpetuum en-
im doctrinam subiiciet, quæ ad vnum tempus restringenda non est. ac prefertim cum tractat de exordio & progressu regni Christi. Atque eò maioris apud nos momenti esse debet hac prophetia,
quod rectè nos cōpellat. nam etsi priorum anageo fieri potest, vt & ludix & nobis communis
doctrina sit: amē quia derelictis illius temporis ludicris posteros alloquitur, quotquot futuri sunt
vñque ad finem mundi, hæc magis peculiaris esse nobis videtur. Hac igitur exhortatione voluit
Dominus piorum animos excitare, ne in grauibus ærumnis deficeret. Primum lud. eos, qui in du-
ram illam captiuitatē abducendi paulo post erant, vbi & sacrificiis & Prophetis cararent: atq;
omni consolatione destituti essent, nisi Dominus his vaticiniis eoru miseris subuenisset. deinde
pios omnes quotquot futuri erant, aut in posterū extab int, ut unum erigat, etiam cum ad ex-
tremā redacti esse ac periisse videbuntur. Ut autē hæc oratio plus efficacia haberet, magis que a-
nimos percelleret, Deū inducit excitantē nouos Prophetas, quib⁹ mandat ut amica cōsolatione
populi dolores leniat. Sūma est, vbi ad tempus visus fuerit deserviſe miseros exiles, rursus ex te-
nebris emerſurū esse gratia testimoniorū: vbi celsaerint late Prophetæ, futurū esse rursus illis
suū tēpus. atq; vt letitiae materiā amplificet, vtitur numero plurali quo significat se nō vñ aut al-
terū, sed plures quasi in turma misirū ad quod etiā re ipsa p̄t. estit. Vnde magis reluet infinita
eius bonitas & clemētia. Ceterū, in primis notandū est verbū futuri tēporis, DIC ET IEHOVA,
quod interpres in prētēti, vel prēterito reddētes, tū verba depravat quām sensū corrūpunt. Ob-
liquè enim mediū tempus designat, quo grauitet affligēdus erat populus, quasi Deo tacēte. Etsi enī
tūc quoq; non deslitit Deus per aliquos Prophetas sp̄e facere salutis: quia tamē in longū tēp⁹
reiiciebat miseris afflitos & penitē perditos, frigidior erat consolatio donc libertas redditus quasi
digito monstrata fuit. idēcque ad præsentē gratiā referri debet verbū CONSOLAMINI, cuius re-
petitio

petitio non modò certitudinē vaticinijs confirmat, sed commendat efficaciam & fructū. quasi dicet, in hac legatione fore vberem, plenam & continuā gaudendi causam. Omnino quidem retinendum est futurum verbi tempus: quia subest tacita antithesis inter triste illud silentium, de quo dixi, & doctrinam consolationis quæ postea succedit. & cum hoc vaticino cōsentit Ecclesiæ querimonia Psalmi 74. Signa nostra nō videmus: non est amplius Prophetas, nec est inter nos qui scri-
at quoque. Videamus enim ut se optimo solatij genere orbatâ esse deploret: quia nulla promissio leniens malis in medium prodeat, perinde aci dicere. Nō patietur Dominus vos defitui Propheticis, qui vos in extremis demum angustiis consolentur. Excitat eo tempore viros quibus legationem diu à vobis optatam mandabit, ac tunc quoque ostenderet se curam habere veltri. Hoc autem futurum, Dicit, non tantum ad captiuitatem Babyloniam refero, sed ad totum liberatiōnis tempus quod in se complectitur regnum Christi. Portò ad verbum, Dicet, supplendum est, Prophetis, quos scilicet in eam rem constituer. Frustra enim verba faceret, nisi Dominus ipsi dicaret, atque etiam ori eorum inficeret quod alii nuntiarent. Est igitur mutua relatio inter Deū & Prophetas. Denique pollicetur Dominus reliquam fore spem salutis, tametū ingratiitudo hominū perpetuum huius vocis silentium extēmumq; exitium mereatur. Hæc autem ad exilium Babylonicum restraininga non esse dixi: quia patet latissimè, & doctrinam Euangeli comprehendūcūt qua p̄cipū est vis ista consolati. Eius enim est erigere afflitos & prostratos: enectos & verè mortuos recreare: mēstos leuare tristitia: denique lata & iucunda omnia afferre: ynde etiam Euangelium nominatur. Nec vero tunc demum cōpīt, cūm Christus apparuit mundos: sed multò ante, ex quo scilicet manifestus Dei fauor illuxit, ac Daniel primò vexillū quodammodo erexit, vt se fideles ad redditū accingeret; postea Aggæus, Zacharias, Malachias, Nehemias, Esras, & alij vsque ad Christi aduentum, eosdem ad melius sperandum hortari sunt. Qui vero postremus omnium scriptis Malachias, quia paucos fore Prophetas intelligebat, ad Legem Moysis populum remittit, vt ex ea voluntatem Dei, mināq; & promissiā intelligat. Ex hoc autem loco quid maximè querendum sit in Prophetis colligimus, nempe vt proposita gratia Dei dulcedine ad spē animentis pias mentes, ne sub malorum onere deficiant, sed intrepide persistant in Dei inuocatiōne. Ceterū quia res difficultis erat creditu, sc̄deris memoriam proponit. acti dicere, fieri nō posse: vt perpetuò obliuiscatur Deus quid olim Abraham promiserit. Quanquā ergo suis peccatis exciderat à gratia Iudei, se tamen pronuntiat eorum esse Deum, & ipso populo sibi esse peculari, quorum utrumque ab electione pendebat: quia tamen in illa etiam gente multi erant reprobis, libindicat non nisi ad fideles propriè dirigi hunc sermonem: quia incredulos continuo languore confici prorsus & absumi tacitus patitur. Atqui fidelibus suggestur inestimabile solatium, quod etiam ad tempus morere & lucu premantur, quia tamen in Deo sperant, qui pater est consolationis, sensu tamen sicut suo tempore repositas sibi esse instar occulti thesauri gratia promissiones, quæ illorum animos exhalarent. Est etiam eximia commendatio muneris propheticæ, quod pios sustentet in rebus aduersis, ne deficiant vel frangantur, contrā admonet hic locus grauissimam esse Dei vindictam vbi defunt fidi doctores, ex quorum ore in Ecclesia Dei resonet consolatio, quæ prostratos erigat & examines reficiat.

2 LOQUI M INI AD CORI E R V S A L E M .) Precipit hīc Deus seruis suis Prophetis, ac dicit quid eos afferre velit in medium, ybi ex luetu ad gaudiū reuocādi erunt fideles. neque tamen tam eos hortatur & animat, vt alacriter & strenue incubant in hoc munus, quām fidelibus certam spem suggestit, qua patienter deuorent morte tedium, donec appareant Prophetæ cū lato suauiq; hoc nuntio. Loqui ad cor, nihil aliud est quām ex voto vel animi sententia: abhorret enī cor nostrū, vel fugit si quid triste nūtietur: cupidè vero excipit quicquid attidet: imò quāsi obuiā accurrat. Iā quum in specie repudiatus faillet populus, nihil gratius afferri potuit, quām reconciliatio, quæ otias omnes deleret. Sub nomine vero Ierosolymæ Ecclesiam synecdochice intelligi satis notum est. Et c L A M A N D I ī verbū significat promissionē hūnus gratia clara & apertā fore, vt perloner in auribus omnium, atque intelligatur. Nam si Prophetæ si surrarent dūtata aut demurmuraret, ambigua esset fides huius cōsolationis vel infirma. Nūc quod liberè promulgāt & quasi pleno ore, minus dubitationis habet. **Q V O D I M P L E T A S I T.** Hic est ille optabilis nūtius, quod Dominus finē afferre velut militia populi sui. **D ACCIPIO EXPOSITIŪ.** **N E X Y** nōnulli pro tépore simpliciter accipiūt. Sunt etiā qui putent notari visitationis tépus, sed perpetuāq; na Hebreis proprie significat p̄fixū & definitum legitimā operā aut laborū tempus. hīc autem proculdubio metaphora ducta est à milione militū: quia significat molestiarum finem atque extitum adesse, Deū nolle perpetuò vexari suos, sed arumnis modum esse impositum. Tempus ergo exiliū Babylonici iusta militiae comparat: quo exacto velut emeriti milites domū reuersuti sint, vbi otium & quietem colant. **I N Q U I T A T E M** vero remissam dicit, quod Deum tam propriū habeant, qui summo iure ipsose persequi nolit. Itaque est causa redditio, quemadmodū cum medici in curandis morbis primū causis tollunt, ynde morbi nascuntur: sic Dominus nobiscū agit: flagella, q̄ibus nos caltagit, ex peccatis nostris manant. Ergo vt percutere detinet, prius ipsam nobis ignorare oportet. Idcōq; finem penitū fore dicit, quia iniuriam amplius nō im-

Psal. 74.9

Dan. 9.2

Mal. 4.14

Gen. 17.7

putet. Alij **מִשְׁאָר**, pro Misericordia accipiunt, eique finem afferri intelligunt. qui sensus probè etiani couenit, ac sic eandem rem Propheta enunciabit duobus modis. Idem enim est Militiam finitam esse, & misericordia eius finem afferri. Tenendum tamen est illud principium, Deum ab exigendis peccatis cesse, vbi placatus est, vt venia & peccatorum remissio semper ordine praecedat tanquam causa. Quāquam iudicio meo verbū **מִשְׁאָר** priorem sensum flagitat: quasi diceret sic litatum esse Deo, vt peccata ignoscens & condonans, paratus sit redire cum populo suo in gratiam. **D V P L I C I A.** Bisariam exponitur hic locus. aiunt enim nonnulli, Cum duplices poenas meritus esset hic populus, dupli gratia ornatum esse, alij satis poenarum dedisse, quia maiores sumere Deus nolit. Prior interpretatio esti præclarara & vtilem continet doctrinam: quia tamen textui non conuenit relinquenda est. Et Prophetam nihil aliud velle constat quā Deum Ecclesiæ sum misericordia fatis superque esse contentum. Ergo qui hīc in Hieronymum & altius huius interpretationis authores inuesti sunt, eos vellem moderatiores fuisse: nam omnino genuina est: non autem illa subtilior, quod Dominus duplice gratiā pro peccatis rependat. Sūma est, nolle Deū maiores aut diuturniores poenas de populo suo sumere: quia pro paterna sua indulgentia sibi quodammodo displicet in rigore. Atque hīc Duplum, pro Largo & Abundanti accipitur. Nec verò existimandum est poenas maiores aut equales fuisse delictis. Execranda enim illorum blasphemia est, qui Deū accusant seūt, & quasi nimis atroces poenas hominibus infligunt. quae enim sat grauis pena vel minimo peccato infligi posset? Hoc igitur ad misericordiam Dei referendum est, qui plagi modum imponens testatur se plures aut maiores sumere nolle, quasi prioribus fuerit abundē fatis factum, cū tamen multō grauioribus populus ille dignus esset. Patris enim personam sustinet Deus qui filii condolescens, non nisi inuitus ad seueritatem trahitur, idēque libenter ad dannam veniam animum reflext.

V O X C L A M A N S.) Prosequitur argumentum quod exorsus erat, atque expressius declarat se missurum populo, quanvis in specie desperato, ministros consolationis. Simil præuenit obiectionem quæ afferri poterat. Tu quidem promittis consolationem, sed vbi erunt Prophetæ? nam in deserto futuri sumus. vnde perueniet ad nos hæc cōsolatio: Testatur ergo desertum impedimento non fore quo minus ista consolatione fruantur. Et **D E S E R T U M** metaphorice caput pro vastitate illa quæ futura erat. nō tamē nego quin ad iter intermedium alludat Propheta. Videbatur enim deserti asperitas redditum intercludere. Promittit ergo, tamet obstructæ esset via omnes, nec villa rima pateret, Dominum sibi ac suis exitum per inuia facile patefacturum. Alij cōiungunt particulam hanc, In deserto, cum membro sequenti, atque ita exponunt, Parate viam Iehouæ in deserto. Sed videtur potius vocem inducere Propheta, quæ palatos & quasi ab orbe habitali expulsos colligat: Tametsi nihil præter horrem solitudinem cōspiciatur, tamen hæc vox consolationis ex Prophetarū ore audiatur. Hæc enim ad duram illam seruitutē refertur, quam in Babylone subiit erant. Quos verò compellat ista voxan fideles? minimè sed Cyram, Persas, & Medos, qui captiuos hunc populum tenebant. Hi cū alieni essent ab obsequio Dei, coguntur populum liberare. Iubentur ergo parare ac itertere viam, vt populus Dei in Iudeam reducatur. ac hīc dictum esset, Ex inuia perua facite. Hīc commēdatur vis & efficacia prophetæ istius. Nam Deus seruos suos potestate instruens, vt homines seruos & rapinos deditos, & tunc Babylonis viatores iubeant populo suo redditum confidere, significat nihil fore obſtaculo, quo minus sua promissio compleatur: quia velut conductitia omniū opera vtetur. vnde insignis afferitur consolatio, cū videmus Deum profanorum hominum opera vti in salutem nostram, ad cāmque creaturas omnes, cū res postulat destinare. Quod autem via non Iudeis, sed ipsi Deo paranda esse dicitur, hīc etiam testimonium singulare habemus amoris ipsius erga nos: quod in se trāscribit quid quid in salutem electi populi spectabat. Non erat autem Domino ambulandū, nec via vlla indigebat: sed nos ita sibi coniunctos esse ostendit, vt quod sit in nostram gratiam, sibi ipsi factū ducat. Quæ loquēdi ratio frequēter alibi occurrit, vt quem dicitur egredium esse Deum in præliū cum Christo suo: item equitasse per medium Aegyptū: item sublatō vexillo per desertum suos duxisse. Hic locus citatur ab Euāgelisti, & Ioanni Baptiste applicatur, quasi de ipso hæc prædicta sint: nec immērito: fuit enim primarius inter nūtios & præcones nostræ redēptionis, cuius illa è Babylonē redēptio typus tantummodi fuit. Et sane quo tempore emerit tristis & fqualida Ecclesia, deformitas deserto fuit similior quā exilium Babylonicum, sed voluit Deus apertam in deserto, vbi docuit Ioannes, figuram & effigiem extare misere dissipationis, qua totus Ecclesia decor inuersus & propè delectus erat. Vt rē ergo quod hīc metaphorice dicitur a Propheta, tūc implētū fuit: quia Ioannes in rebus maximè confulsi & perditis extulit latitū signum. Verum quidem est, eandem vocem edita prius fuisse à Daniele, Zacharia, & reliquis: sed quo proprio instabat redēptio, efficacius de ea potuit dislētere Ioānes sicut etiam Christū dixit ostendit. Ceterū quia in crastino populo & terē stupfacto paucos tangebat serius dissipationis sum dolor, solitudinem, quasi uit Ioannes, vt ipso loci intuitu parum attentos expergesceret ad spēciū & desiderium promisit liberationis. Quod verò se Propheta esse negat, ex fine vocationis & doctrinæ summa pender: quia missus non erat vt seorsum fungetur continuo aliquo munere, sed vt Christo magistro ac

Hab. 3.13

Matt. 3.3

Mar. 1.3

Lue. 3.4

Ioh. 1.23

Ioh. 1.29

Ioh. 1.21

Domino

Domino audientiam tanquam apparitor faceret. Iam quod de impedimentis tollendis hic dicuntur, non insitè ad singulo transire, nempe quia naturæ nostræ prauitas, flexuosi mentis anfractus, & cordis contumacia viam Domino præcludunt, ut vera fui abnegatione se komarent ad proximatum obsequium.

4 OMNIS VALLIS.) Confirmat ac declarat proximam sententiam ostendit enim nullas difficultates Domino obstatre posse quo minus liberet Ecclesiam suam ac restituat, cum ei vultum facit. Verba hæc per modum Imperatiuum commodi redi possent, vt uno contextu iubeat Deus per suos Prophetas viam sibi aptari & eauri: sed in re ipsa parum est discriminis. Sufficiat tenere prophetæ confilium, Quanvis multæ & arduæ difficultates se se obiciant ad salutem Ecclesiæ arcendam, manum ramen Dei superiorum fore & victricem. Simul notandum est, semper multa impedimenta occurrere, quoties salutem nostræ consulit Deus, vel afflictis vult succurrere, quibus tamen magis illustratur eius gloria. nos verò nihil iacturæ facimus. nam admirabilem eius potentiam cō magis conspicimus, cum nullæ hominum vires aut conatus aut machinationes obstatre possint, quo minus ad metam suam pertingat. Per montes enim & prærupta loca sic deducit suos, ac si plana omnino via esset. Nec verò dubium est quin MONTIVM & COLLIVM nomine Propheta cuiusvis genetis obstatula figurat intelligat. omnia enim molitus Satan, vt salutem nostram impedit. Ergo vbi ad spiritualem redēptionem venitur, his verbis intetiora simul atque exteriōra impedimenta comprehendendi certum est: cupiditates & prauos affectus, ambitionem, stultam confidentiam, impatientiam, quibus mirum in modum retardamur, sed ea omnia Dominus abruptus, nam cūm porrigit manum, nihil nos abducere aut auertere potest.

5 ET REVELABITVR.) Significat magnificum fore hoc redēptionis opus, ita vt palam Dominus se authorem eius esse ostendat, maiestatemque suam ac potentiam conspicuam reddat. Eam quidem omnibus in locis ac rebus apertissimè ostendit, sed potissimum in vindicanda ac liberanda Ecclesia id se promittit facturum: nec frustra, quia liberatio Ecclesiæ à suis exordiis usq; ad Christi aduentum incredibilis quedam fuit orbis renouatio. Atque hæc valde opportuna fuit admonitus, quum virtus Dei quā olim exerceere solitus fuerat, prope extincta foret, vt vix obscuræ scintille incirent, sicuti in Psalmo dicitur, Signa nostra non videamus, &c. promitti nouum & psl. 74.9 memorabile specimen, ex quo sentiant Deum ubi ad tempus dissimilat, in promptu tamē habere varios auxiliandi modos. Miraculū deinde amplificat alia circumstantia, quia non in ludæ modo, sed in exteris & lōginquis regiomibus celebre erit, nam his verbis, VIDEBIT OMNIS CARO, significat nullas fore gentes, quibus non liqueat populi redditum cœlestis esse opus, nec Deū frustra per Prophetam loquutum esse, atque in eo perstringit hominum incredulitatem, qui nunquam cœquicuntur promissionibus Dei, atque pro fabulis habent quicquid dicuntur à Prophetis, donec rem ipsam intuiti cogantur cedere. Simul hīc docemur quæ sit vera ratio corrigendæ nostræ incredulitatis: nempe, si nos exerceamus in Dei promissionib; medit indis, & quæcumque earum documenta exhibet, sicuti nolram confirmat. Sic enim doctrinam ipsam cum experientia coniungere decet. Nam quia frigeret apud nos spectaculum operum Dei, prælucet Verbi sui face, ad inde ipso effectu veritatem obsignat.

6 VOX DIXIT, CLAMA.) Hīc aliam vocem designat ab ea de qua prius loquutus est. Hactenus enim de Prophetatum voce agebat, nūc vocem Dei ipsius intelligit Prophetas clamantes, Tamen si verò Prophetatum vox sit etiam Dei, cuivis organa sunt, (nec eum ex seip̄sis loquuntur) tamen hæc distinctione necessaria est, vt intelligamus quando iubeat Dominus, quando i prophetæ & ministri iusta ipsius exequantur. Et concinna est inter duas voces comparatio, vt discamus non minus reuerenter excipere quod afferunt Prophetæ, quam si tonaret Deus ipse ē cœlo: quia non loquuntur nisi ex ei, si ore, & quasi intermedii recitant quod suggestit. Porro hæc prefatio de re maximè seria Prophetam acturū esse admonet: quia etiā vbique testatur se fideliter de manu in manū tradere quod à Deo accepit: hīc tamen quod plus sibi attentionis conciliat, narrat sibi expreſſa Dei voce p̄ceptam esse loquendi formulā, huc pertinet CLAMANDI verbū, ac si diceret mandatū hoc clara & sonora voce promulgadū esse, vt penitus afficiat. Iam addita interrogatio pondere non caret. Significat enim Propheta non temere se profilere & iactare quod sibi tumultu, ut audire vīsus sit, sed quod distinctè certoque eductus sit, quum animo cōposito expetauerit. Porro ex tempore colligere licet nihil hīc esse supererū: quia duo p̄cipua cœlestis doctrinae capita breviter tradenda erat. Quāuis sumus sit ac res nihil homo, totaque eius p̄ficiatia fallax & emarcida, optinam tamen esse causam gloriandi fidelibus, quia extra se salutem querunt: & quanvis in terra peregrinantur, qui tamen se Deus illis per Verbum suum coniūgit, cœlesti felicitate esse præditos, necesse enim est, vt nostri exinanito ad expetendā Dei gratiam nos adducat. Sciebat certe Propheta quid docere operi p̄ceptū esset: sed hac interrogatione animos magis excitare voluit, vt ostendat, necessarij cogit se & alios omnes Dei seruos ad proferendā hīc sententiam, nec aliunde initium docendi fieri posse, etiam si cœtis roget, atque inquirant: vt et tē nihil unquam proficisci, si altam rationem inire velint. Clamandi verbo non displicet tam libertatem quam perspicuitatem intelligi, quia Propheta non debet obscurè sustinere, sed diserta voce pro-

nūtiare quod ipsis mādatur:deinde liberē & pleno ore proferre quidquid iussi sunt. Quisquis igitur ad hoc munus vocatur,hæc perpetuō in memoriam reuocet ac teneat,in cuius scilicet libertate vtedum aduersus omnis generis difficultates,quali & Prophetæ & Apolloli semper vbi sunt Vt mihi,inquit Paulus, si non Euāgelizauero:necessitas enim mihi incūbit. O M N I S C A R O H E R B A . Primò notandum est,non tantum de humanae vitæ fragilitate agi, sed longius extēdi sermonem, vt quidquid excellentiæ sibi inesse putant homines in nihilum redigatur. Comparat quidem David fēno hanc vitam,quod emarcida sit & caduca : sed contextus euincit Prophetam non modò loqui de externo homine, sed comprehendere animi dotes, quibus maximè homines superbiunt, vt est prudentia,magnanimitas,soletitia,iudicium,dexteritas in rebus agendis, quibus tibi videntur præstare supra reliqua animantia, idque melius exprimitur vccc 17. et 18. quam statim subiungit. Vertunt quidam Gloriæ, alii Beneficiæ: mihi magis placuit nōmē Gratia, quo intelligo quidquid decus & fauorem conciliat hominibus. Interea tamē passiu quoque significatio locum habebit: quasi dicetur Prophetæ, Quidquid præclarum est & laude dignum in hominibus,merā esse Dei liberalitatem. Sic David Deum beneficentia suæ appellat, quem agnoscit bonorum omnium authorem, & cuius gratiæ fert acceptum quod tam abundē locupletatus sit. Certum quidem est vbi vocari quidquid est in hominibus præstatiissimum naturaliter, idque vanitatis damnari à Prophetæ: quia fubeat tacita antithesis inter communem generis humani naturam & gratiam regenerationis. Non nulli interpres ad Asyrios hoc referunt, aci eorum potentiam, opes, industria, conatus extenuans, inò pro nihilo dicens Prophetæ terrorē eximeret Iudeis. Hunc igitur sensum eliciunt, Si vos examinant hostium vires, memineritis carnem ellē, quæ sua infirmitate statim concidit. Sed eorum error paulo pōst ex contextu refellitur, vbi Prophetæ dicerit ad Iudeos ipsos accommodat. Diligenter verò tenendum est, torum hominem cum suis facultatibus floriferi, in quibus tantopere sibi placere solent. Nā de fragilitate humanae vita satis vulgo persuasi sunt omnes, de qua profani scriptores amplissimè disputarunt. Sed in euellenda fiducia quā homines ex falsa persuasione sapientiæ concipiunt, multo plus est difficultatis: si quid enim aut scientiæ, aut industria habere se præter alios potent, merito se gloriari arbitrantur. At nihil tam excellens in homine esse ostendit, quod non cīd̄ marcescat, ac pereat. Videtur autem Prophetæ correctionem quandam veluti per ludibrium subiungere, Q V A S T F L O S C A M P I plus enim quiddam est flos quām herba. Est igitur concepsio, quod tametí speciem aliquam p̄ se ferunt homines, tanquam in agris flores, qui tamen resulget decor protinus interit atque euaneat, vt frusta hoc fallaci & inani splendore sibi placeant vel applaudant.

7 E X A R V I T H E R B A .) Posset hoc quidem de agrorum pulchritudine intelligi, quam venti viuis impetus deformat, sicut dicitur Psalmo 103, nam ventum alibi vocari Dei spiritum scimus. Mihi tamen magis probatur similitudinem aptari præsentū causæ: quia aliqui obscurior fuisset eius ratio. Exegeticè ergo exprimit Prophetæ quorūsum illud pertineat, homines cum sua gloria nihil aliud esse quām herbam: nempe quia spiritus Dei repente uno flatu omnes abfumer. Sic autem resoluti debet oratio, Vt cunque vigeant homines præclaris dotibus ornati, simulac flaueat Dei spiritus, sentient se nihil esse. Nam quod se inebriant mendacia confidentias, inde contingit, quia non prodeunt in Dei conspectum: sed quod sibi liberē adulentur, abdūnt sc̄ in latebras. Ergo ut fatua erroris dulcedine fallere se deliniant, eos ad Dei præsentiam trahit Prophetæ: & cōredit florere quidem in speciem, cūm sc̄ à Deo subduxerunt: verū simulatque Dominus flatum emiserit, interire omnē illum vigorem & florem purtescere. At videtur officium adscribere spiriti Dei, quod ab ipso longè alienum est: eius enim vis est renouare faciem terræ. Si verò Dominus spiritum substrahat, omnia in nihilum rediguntur. hic longè diuersa prædicat Ier. 1. et 2. alias, ac pugnare videtur cum Daude. Sed absurdum nō est virtute Spiritus omnia reparari: atque rursus eadem in nihilum redigi quæ prius aliquid esse videbantur. nihil enim sumus nisi in Deo. in eo autem vñciam aliorum sortit eximēdos. eos igitur proprie ac nominatim compellamus: quid sibi p̄ aliis arrogent. quasi dicetur prudenter eos facere, si inopiam suam reputando omnem sui fiduciā abiiciant. In summa, cūm Prophetæ consolationis mentionem fecisset, ostendit quomodo sint homines ad eam præparandinec enim eius capaces esse, nisi prius in nihilum redigantur. Emollii ergo duritatem nostram, deiici altitudinem & prosterni pudeſteria astantiam, domari animos nostros atque humiliari necesse est, si cum aliquo fructu consolationes percipere velimus, quæ nobis à Prophetis Dei iussu afferuntur.

8 A R E S C E T H E R B A .) Repetitio hæc iterum ad exinanierandam carnis gloriam subiicit: simul tamen consolationem optimā in se continet, Deū scilicet vbi suos deiecit, statim ipsos erigere ac reficere. Talis igitur est contextus: Fēnum quidem marcescit atque interit, sed verbū Domini in æternū manet. Hæc sola consolatio nobis reliqua est, postquam intelleximus quām

inanis & vacui sumus bonorum omnium, quād fluxa & caduca sit carnis nostra & gloria, ut verbo Domini, quasi porrecta manu, erigamur. Fragiles nos esse & caducos, sed stabilem atq; aeternum esse sermonem domini. denique vitam que in nobis deficit, aliunde offerti. Sic tota Evangelij summa comprehenditur paucis; constat enim agnitione nostrae misericordiae, inopie, ac vanitatis, ut verē humiliati confugiamus ad Deum, à quo solo in integrum restitu nos oportet. Ne ergo exanimentur homines aut frangantur, qui nuditatem suam & vanitatem norint, quia aeternum Dei verbum iis proponitur, quo abunde feliciter ac sustentari possunt. Docemur præterea non aliunde petendam esse consolationem, quā ab aeternitate, que non alibi quam in Deo querenda est, quando nihil reperiatur in terra firmitate aut stabile, nihil enim magis insipidum quād acquirescere in statu praesenti, quem euandū cernimus. fallitur autem quisquis solidam felicitatem se adipisci posse sperat, donec ad Deum condescenderit: quem ideo Scriptura aeternū vocat, ut sciamus vitam ab eo nobis fluere: sicuti hac lege nos tibi filios adoptat, ut faciat suū in mortalitatis confortes. Sed parum id prodebet, nisi ratio eius querendi nobis ostenderetur, proponitur ergo Verbum, à quo nullo modo deflectendum est, nam si vel minimum aberremus, miris labyrinthis implicabimur, nec ullam extricandi nostri rationem inueniemus. Aeternum autem dicitur Verbum, non in se tantum, sed in nobis ipsius: quod precepit non andun est, quoniam nulla alioqui ad nos cōsolatio redire posset. Atque sic Petrus, optimus huius loci interpres, cum 1.Pet. 1.23 nobis accommodat, cum nos hoc semine incorruptibili regenerari dicit: hoc inquam, Verbo 25 quod prædicatur, vnde colligimus quod nuper dixi, vitam mortuis paratam esse, qui ad canalem sibi propositum futuri accident: quia virtus in Deo abicondita per Verbum nobis manifestatur.

9 ASCENDE IN MONTEM.) Pergit in eodem argumento, nam cum prius Prophetas se daturum promiserit Dominus, qui populi tristitiam & metum promissionibus leuarerit: nunc iubet eandem consolationem latius spargi: quia per totam Iudeam velit gratiam suam diffundere. Prior Ierosolyme & Sioni spem dedecrat fuitque huius legationis: nunc eandem vocem per alias vrbes spargi & resonare iubet, atque hoc consilio clamorem attollit, & ex edito loco publicari præcipit. Quanquam autem Sionis & Ierosolymæ nomine idem intelligit, emphatica tamen est repetitio: quoniam admonet non alia de causa præcellere urbem unam alius omnibus, nisi quia illuc Deus Sanctuarium sibi delegit. Annunciatricem portò vocat, quia illuc ex Legi præscripto crudiebantur Sacerdotes & Leuiti, qui toti populo magistri ferent, sūaque opera propagarent salutis doctrinam. Interea notandum diligenter hoc elogium est, quo Ecclesiam suam infignit Deus, ne certa discretionis nota careat, neque enim censeri Ecclesia meretur, vbi non personat eaedē doctrinę prædicatio. Quo sensu etiam vocatur à Paulo columna & firmamentum veritatis. Et si enim Deus per se &c. bīque hominum ministerio regere nos posset, has tamen Ecclesie suæ partes mādauit, & apud eam depositum inestimabilem Verbi sui thesaurum. Quia etiam ratione alibi dicetur priora omnium mater, vnde sequitur, nihil magis præ- *Infrā 54.1* posterum esse & absurdum, quād à mutis idolis actari Ecclesiæ nomen, ut sit in Papatu. Monerit etiam, non ideo cœlitus doceri Ecclesiam, vbi intus & occulte sapiat, sed vi promulget quod didicit. Adhac liberam & intrepidam iniungit gratiae promulgationem, ne Prophetæ & Doctores quasi de re ambigua timide verba faciant: sed ostendant constare sibi plenam eorum certitudinem quæ promittunt, quia probè concepi sunt Deum, qui mentiri non potest, sibi esse auctorcm. Iubet autem è Sione prodire gratiae sue testes, qui totam Iudeam gaudio repleant. Vbi dicit, ecce deus vester, complebitur hac locutione summam nostræ felicitatis, quæ in sola præsentia Dei confilit. Bonorem enim omnium cumulum secum assert. quod si absent, nihil nobis miserius aut infelicius esse potest. & quanvis affluant bona omnis generis, tamē si ab alieni timore à Deo, omnia nobis in exitium verti necesse est. Portò ex circstantia notandum est, nihil magis fidei esse contrarium, quād ad præsentem rei aspectum exigere que Deus annuntiat per Prophetas suos, quibus tunc obmutetere necesse fuisset, nisi vi ipsi mentes extulerant supra mundum, ita prædicti inuidiæ magnitudine & constantia auti fuissent alios fecū attolleret, ut in rebus desperatis bene sperarent. Et sanè vbi præalent impij, ad eosque ipsa impietas, quād magis vbiique trepidatur & quād miserior videtur Ecclesia, eō magis extollere conuenit gratiam Dei, eiisque præsentiam demonstrari fidelibus.

10 ECCE DOMINVS IEHOVĀ.) Breuem illam sententiam pluribus exornat, quoniam opus habet aliquia explicazione. Et demonstrandi aduerbiū iterum vñsurpat certitudinis causa, quād plus fiducie addat honorū animis. Planius igitur ostendit quantū nobis conferat præsentia Dei: ac primò quidē venturam ipsum dicit cum fortitudine, eaq; minimè otiosa, sed cui effectus ita coniunctus est quād sentiamus. Ab vertute, Ex seipso: siquis ad verbū malit vertere, Est potens, vel regnans sibi. Significat autem Deum sibi sufficere, nec cuiusquam auxilio indigere. Idem clarissimum repetit per vocem mercedis & operis. Nam Hebraico more rem vnam his diei satis tritū est. Merces autem dicitur non meritis debita, sed iustitia Dei, qua se remunerat oratione testatur omnibus qui verē & ex animo cū inuocat. Atq; hoc vñtere nomen יהו nouerunt omnes lin-

gue Hebraicæ mediocriter periti. Summa est, Deum non venturum ut spectetur à nobis ociosus, sed ut virtute suam exerat: eamque ipsi experiamur: adeoque pro voce Operis non malè quadraret Effectus. Multi subtilius exponunt, atq; pueriliter philosophantur in verbis Operis & Mercedis: acsi opus meritum esset, cui reperidit merces: cùm Propheta nihil minus spectarit. Idem enim repetit, ut iam dictum est, atque fructum aduentus Domini declarat, quem maximo suo bono percipient fideles.

11. **S I C V T I P A S T O R .)** Hoc versu declarat quale sit illud Domini opus. Nam quum variè, in modo innumeris modis operetur, poterat suspensus hærente auditor quidnam aggredi vellet Deus, ita generalis doctrina minus fuisset ad spem erigendam efficax. Et si autem non enumerat singulas partes, breuiter tamen admonet Deo fore propositum Ecclesiam suam fouere & tueri. Propterea eum comparat pastori: quo nomine imminentium eius erga nos amore exprimit: quod se

Supra 34. 2. 2. eo demittere non reculeret, ut pastoris munere erga nos fungatur. Alibi & nuper etiam descripsit terribili potentia instructum ad populi sui defensionem, quod iterum mox repetit. hic personam magis amabilem tribuit, ut suauiter quiescant fideles sub eius custodia. Iam quanvis sub gregis nomine designet electum populum, cuius regendi curam suscepit, monemur tamen non alius Deum fore pastorem, nisi qui modestia & mansuetudine oves & agnos imitabuntur. propterea conditio gregis noranda est. nec enim vult pascer feras indomitas, sed agnos. Exuenda proinde est ferocia nostra, vt nos cicurati patiamur, si velimus in ouile, cuius se custodem fore promittit Deus, aggregari. **P O R T A B I T .** His verbis exprimit singularis Dei indulgentia, quia non modò in totum gregem communis amoris affectu ducitur, sed prout quaque ovis imbecilla fuerit, sollicitudinem in ea curanda, & humanitatem in fouenda, & tolerantiam in ferenda declarat. In quo nihil omittit quod ad officium boni pastoris pertinet. Singula enim oves pastori inspicienda, ut illis pro cuiusque captu consulat: praesertim subleuandas sunt, si debiles nimium fuerint. Summa est, Deum in suis gubernandis mitem, humanum, placidum, & misericordem fore, ut imbecilles quoque minimè virgeat ultra modulum sua facultatis.

12. **Q V I S M E N S V S E S T .)** Postquam de amica Dei sollicitudine disseruit in populo suo tuendo, nunc eiusdem potentiam praedicta, eamque quibus potest encomiis extollit, qua tamen nos minus afficerent, nisi attenti essent ad confilium Propheta. Primo intuitu putarent imperiti congeri multicas sententias à Propheta, quod frigidum esset. Atqui si finem spectemus, tempestiu Dei potentiam splendida oratione exornat, qua vera est fidei nostræ cultura, ne dubitamus facturum esse quod pollicitus est. Non abs te dicit Paulus Abraham minime hæstasque, quia

Rom. 4. 20. Deum qui promiserat, statuit potentem esse ad fidem verbis suis prestandam. quo etiam sensu a libi de se testatur. Scio cui crediderim: potens est Deus seruare depositum meum. Eodem tendit illud Christi, Pater qui vos mihi dedit, maior omnibus est. Ergo quia nobis assidue cum diffidentia luctandum est, multisque machinis nos impedit Satan, ut fidem apud nos obtineant Dei promissiones, poterit eius laudem quam meretur tribueret opera & pretium est. Iam quia incredibilis erat populi restitutio, pias mentes attolli supra mundum neceesse fuit, ne Dei gratiam alligarent humani medii. Videmus ut non simpliciter doceat Propheta Deum esse cœli & terra opificem: sed

2. Tim. 1. 12. quicquid recitat de imensa eius virtute ad presentem causam accommodet, sicuti ad vsum quoque nostrum hodie pertinet. Cum nobis aliquid aduersi contingit, salus nostra abcondita est, ac veluti interposita nube, potentia Dei obscuratur: hæremus attoniti, acsi à Domino destituti ac neglegti essemus. Ne quid igitur hic vulgare dici arbitremur: quia si bene insidere animis nostris hæc persuasio potentie Dei, nunquam ita agitaremur, neque nos aduersi calamitates vllæ perturbarent. Huic potentiae, ut dictum est, innixus fuit Abraham, quod securè posset amplecti quod

Ioh. 10. 29. Rom. 4. 18. alioqui incredibile erat. Ideo affirmat Paulus ipsum sperasse præter spem, posse enim facere Deum sibi persusas que dixerat, nec fluctuatus, aut animo debilitatis est. Docemur ergo oculos attollere supra hunc mundum, ne ex specie rerum indicemus, sed futurum statuamus quod à Deo dictum est: quod omnia in arbitrio polita sint. Hæc persuasio cum necessaria sit omnibus, tum verò Iudeis ea maximè opus fuisse meritò dixi. Virgebantur enim à potentissimis hostibus, preclusi erant aditus, nulla spes libertatis erat: nihil vindique apparebat præter vastam & horridam solitudinem. Quamobrem frustra ipsis allata fuisset consolatio, nisi moniti à Propheta mentes in cœlum extulissent, totumque animum suum, prætermissa rerum specie, in potentiam Dei vincere intendissent. Dum menituras nominat, quibus homines in minimis rebus vtuntur, accommodat se fere ruditatis nostræ. Sic enim nobiscum Dominus balbutire solet, atque similitudines mutuari à rebus que nobis visitatae sunt, cùm de maiestate sua loquitur: ut melius magnitudinem eius & præstantiam rudes & angustæ mentes percipiant. Facilius igitur omnes crassæ deo imaginationes, quoniam magnitudine sua absorbet omnes creaturas, ut nihil præ ipso sint cœlum, terra, mare, & quicquid in eis continetur, tametsi immensa eorum magnitudo sit.

13. & 14. **Q V I S E R V D I V I T .)** Nunc de sapientia Domini id est subiicit Propheta, quod de eius bonitate & potentia docuerat. Ac notanda est connexio, quia sicuti maligne Dei virtutē restrin-

restringit carnis sensus ad terrena media, sic perperam in comprehendensib[ile] eius consilium humanis rationibus subicit, donec emineat Deus supra omnes creaturas, multa se[le] ingerat quae cursum operū eius impediāt. Ergo si ex nostra opinione iudicium facimus, obrepent protinus varijs dubitationes. Sic quoties nō apparet quomodo hoc vel illud facturus sit Deus, an futurū sit ambiguum, quia impossibile videtur quod rationē nostrā exuperat. Ergo vt nostrā infirmitati potentiā Dei opponere conuenit; sic audaciā nostrā cōpescere debet incōpatibilis eius sapientia. Querens an quis aptauerit vel direxerit spiritū Dei, significat nō opus fuisse magistro qui praetaret, vel de rebus incognitis eum moneret. SPIRITVM aut pro ratione, iudicio, vel mente accipit, mutuatur enim similitudinem ex hominum natura, quō magis se illis accōmodet: nec mihi videtur hoc de Spiritu essentia Dei intelligendū esse. Eandem verò rem pluribus modis cūntrat Propheta: vt sciamus nihil esse homine stultius, cūm audet se in ealū cuelgere vt opera Dei suo ingenio scrutetur vel extimetur. Hic igitur magis ac magis hominū audaciam & temeritatem cōprimere voluit I[acobus] Paulus in cunctā finē hoc testimonium citat, vt scilicet ab inscrutabili illo Dei consilio arecamur. Deus enim de sua sapientia disquisiti nō vult, nisi sobrie, & quoad expedit, unum hoc discernit, quod Paulus spirituale Euangelij ministerium humano ingenio cōprehendi posse negat. Propheta aut in genere cōmendat Dei prouidentiā. In utroque tamen humiliari nos oportet, & tensus omnes nostros ad obsequium captiuos offerte. Quicquid enim habecimus rationis aut luminis, merē sunt tenebrae, donec à Christo illuminemur.

15 EN GENTES.) Si mentem Prophetæ cupimus atsequi, & hęc cum fructu legere, tenēdum est (quod nuper attigi) I[acobus] Paulus consilium. neq[ue]; enim ex abrupto celebrat Dei magnitudinem: sed cā pro circumstantia prætentis causā quantū potest extollit: vt sciant Israēlites vnū hunc clypeum sufficere ad se protegēdos, modò Deum habeant propitiū, nullos mundi conatus, furores, impetus eis metuendos: atque ita discant se recipere in Dei tutelam. nisi enim penitus fuisse hoc illis persuasum, in singula momenta varia oriebantur desperationis causa. Idem ergo prosequitur argumentum I[acobus] Pauli esse omnes Gētes ac populos dicens, si cum Deo cōparentur: quia solo flatu discutunt illarū puluisculi omnes terrae incolas. Nam vt nimium proclives sumus & perpetuam ingemosi ad captandos dissidentes & prætextus; quicquid à Satana obiicitur saluti nostrae aduersum, fingimus viam Deo obstruere. Hoc vitium vt corrigat Prophetæ, creaturas omnes nihil esse admovet eortam Deo, omnēque populos paucis & exiguis aquę guttis esse similes. unde colligamus nihil magis esse præpoterū, quam efferre creaturas ad minuendam potentiam Dei, que suprema omnium vt est, ita agnoscer debet.

16 LIBANVS.) Id est: si Deo sacrificandum sit pro dignitate, nec totus Libanus, nec fere que illuc pascuntur ad sacrificium sufficient. Variis loquendi formis inculcat hanc Dei potentiam: vt de ea persuasi homines creaturas & omnem earum vim nihil morentur. Quanquā videtur consulto Prophetæ de cultu Detagere, quod lectors ad maiorem eius reverentiam adducat: quali diceret. Tu scilicet Dei virtutem metiri audebis tuo sensu, ad quem ritè colendum instruēs non eris, etiamque quicquid est in Libano animalium & lignorum coactus: Hinc colligunt nonnulli neminem posse sacrificis Deum promereri, quod quidam verum est: sed spectandum est consilium Prophetæ, sicuti iam dictum est, vt ad maiorem fiduciam Iudeos animet omnia nihil præ Deo esse ostendit.

17 OMNES GENTES.) Repetit quod dixerat, in manu & arbitrio Dei esse simile: ac vi- sum fuerit abolere cūctas Gētes: mo dū permanent in suo statu corā eo censeri quali nihilū. Sed absurdū videtur quod Gentes nihil esse dicit: quoniam creatae sunt à Deo, vt aliquid essent. Respondeo, hoc dici per cōparationem: quād ea est prauitas humani ingenij, vt obsecut Dei maiestatem, atq[ue] ea extollat quae Deo cedere debuerant. Cūm ergo ad certamen illud ventū est, securè pronuntiare possumus, nihil esse quicquid cum Deo cōparatur. Nec loquitur simpliciter I[acobus] de hominem natura, qualis a Deo condita est: sed eorum superbia denicare ac comprimere vult cūm aduersus Deum se efferre audent. Scimus enim nos nō posse nisi in Deo consistere, in quo solo viuimus (vt ait ille) mouemur & sumus. Homine nihil vanius, ac si eum vanitate vt inquit David appendatur, ea etiam vanior futurus est. Eodem modo I[acobus] Gentes non tantum nihil, sed minus quam nihil esse predicat, quod magis carum imbecillitatem & vanitatem demōstret.

18 CVI IGITUR SIMILEM FECISTI DEVUM?) Iudeis ab alia quoq[ue] tentatione non leue periculū erat: quia credibile erat Atlyrios & Chaldeos non absq[ue] eorum ope tot vietorii potitos esse: hinc colligere prōptum erat. Quid nobis prodest peculiari Dei cultu diffire ab omnibus populis, quoniam proprio & fauente cælo militeant hostes nostri, nihil auxilij nobis à Deo quē colimus affulgeat? Nec verò dubiū est quin exulibus insultauerint increduli, sicuti patet ex aliis locis, ne ergo ob cladem acceptā concideret inter Iudeos vera religio, exurgit Deus, si bique grauem iniuriam fieri proclamat, si rebus aduersis fracti fideles ad idola & Centū superstitiones declinet. Ita eos confirmat in promissionum fide, neq[ue] panarum quas sustinent insultu labefactant, nec verò alloquitur, vt prius monimus, homines tamē sicut etatis, sed posteros: quibus durius futurū erat certamen: cum Gentū ludibriis, quantum futuri erant eis tunc inde etatā F. ii.

Act.17.28
H[abacuk] 6.22.10

cum malis exemplis & cōsuetudine, nam cūm profanis Gentibus permixti quotidie cernerent multas pietatis corruptelas, difficultē fuit cōstanter perstare. Ergo ne quid stultus & opiniois cōciperent, quod falsorū deorū cultoribus prosperē cederēt omnia: huic vitio Prophetā occurrit, & admonet Deum quē ipsi & patres eorum coluerunt, non esse cūm diis Gentium cōparandum. Hī enim ab hominibus creati, auro aut argento, ligno aut lapide constabant: Deus autem omnia creauit. In iuriam ergo fieri Deo summā, non tantum si eius maiestas cum rebus nihili cōferatur, sed etiam nisi supra omnes Angelos, & quicquid censetur diuinū longē emineat. Cūn Paulus vtitur

Act.17.29 hoc testimoniū aduersus idololatras, aut saltē verba Prophete recitat, non detorquet à genuino sensu, hinc quidem colligit præposterus esse si Deo imaginem aliquā affingamus. Prophetā verò sic à diffidentia reuocat Iudeos, ut simul superstitiones Gentium condemnet, atque alienissimum à Deo esse ostendat aut pingi, aut effingi. Vnde apparet Pauli doctrinam probē cum ista conuenire. Postquam enim Prophetā Dei potentiam immensam esse ostendit, cūm vel pugillo omnia comprehendat, infert tandem, c v ergo me simile facies? nam que cuncti; effigies exprimatur, nihil mihi affine vel simile habitura est. Ut ille doctrina & digna obseruantur, nam si vel vnicus hic locus extaret, sufficeret omnino ad refutādā figurā, quibus se deludunt Papistæ, cūm sibi licere volunt externis figuris representare Deū. Negat Prophetā imaginē posse ex mortua materia cōscī, quā Dei gloriā cōueniat, palam idola reuicit, nec dū loquitur de ipsis cultu, sed quod ea fabricare & erigere per se coram Deo execrādū & detestabilē sit. Scriptura verò huiusmodi testimoniū referta est. Moses populum ad hoc vitū procluem monebat, Effigiem nullam aut formam vidisti in monte, vocem tantum audiisti. vide ergo & attende ne deceptus ullam imaginem tibi fabrices. Ergo ad cognoscendū Deum non debemus ipsum pro nostra libidine effingere, sed cōfugere ad Verbum, in quo viua ipsis imago nobis proponit. Ea cōmunicatio-ne contenti, ne quid amplius ex nobis ipsis audeamus. alia enim viae aut rationes, quādmodum simulachra & imagines, nos ad vanitatem & mendaciū, non ad veritatem instituent, sicut præclarè docet Ieremias: Eruditio vanitatis, lignum. Et Habacuc, Mendaciū est conflatilē eius. Quod autem Dominus interdum se se leoni, vrsi, homini, aut aliis rebus cōparat, nihil ad imagines, vt Papistæ arbitrantur; sed illis similitudinibus aut humanitas Dei & clementia, aut severitas & ira, & alia eiusmodi exprimuntur, nec enim aliter Deus se nobis patefacere potest, nisi ex similitudine rerum quas nouimus. In summa, si Deo simulachrum crigere aut statuere licet, hoc commune haberet cūm diis Gentium, nec stare possit h.e.c Prophetā sententia.

Deut.4.12 19 & 20 ARTIFEX.) Quia magna vis est publici cōfensus, & quicquid multitudini placet pro lege dicitur: cōtra hū errorē fideles munit Prophetā. Est igitur occupatio in his verbis, ne Iudeos terreat, quod Gētes certatim studia sua cōferant idolis fingēdis, quia hoc modo alij alios fallaciis illi, aquātrā interea in amentiā totius mundi inuictur, quod tanto feruore omnes ad superstitionē ferātur, & sibi quifq; magister sit in fingendis idolis. Concludit nullū genus hominum ab isto crimine purum esse: diuites simul & pauperes ricos ac cōuictos teneri. Diuites enim conflare deos ex auro vel argento; pauperes ex ligno selecto, vnde ostendit mira infānia abripi cunctos homines: qui, tamē desint ipsis facultates, tamē eximium aliquid habere expetūt pro deorum cultu. Volunt enim homines presentē habere Deum: atq; hoc iūtiū & fons idolatrie est: quia Deus per simulachrum nobis non adest, sed per Verbum suū & Spiritus virtutē. Quāuis autem & gratia fuit & bonorum spiritualium imaginē nobis obiciat in Sacramentis, non alio tamen spectat, quām vt sursum ad se nos inuitet. Interēa eorum hominum inceptias Prophetā perstringit, quod in idolis concinnē ornandi plusquam industrij sint & curiosi.

15 *Ier.10.8* 21 AN N E S C I T I S.) Postquā derisit Gentium stuporem & infāniā Prophetā, ad Iudeos se se cōcertit. Vt enim omnes ad superstitionē proclues sumis, ita facile labimur, cūm nobis exemplum aliquod ob oculos positum est. Cūm autē Iudei in exilio Babylonis permixti essent, quotidie fœdissima idololatrie exempla cernere coacti, poterant abripi ad impian imitationē. Præuenit ergo in tempore Ilias, atque admonet ne talium retum confectū moueantur. Rogat annō edicti sunt, atque didicerint quis sit Deus? Putant pleriq; interpretes idem & vnum hic repeti: liquere scilicet ex mundi fabrica nihil minus esse consentaneū quām in ligno aut lapide, auro & argento Deum querere. Sed duo esse mēbra licebit colligere ex contextu. Si pergeret in obiurgandis Gentibus, testes non alios produceret quām cœlū & terram. Sed quia Iudeos alloquitur quā familariter ex Lege edicti erāt, ad eos coarguendo testimonia distinctē profert tam ex naturā ordine, quām ex voce ipsa Dei ac primū quidē generaliter querit an ignorēt: Duos potesta modos subiicit, quibus verum Deum à falsis dicernere oportuerat, prior est ex Verbi auditu. Ideoque disertē exprimit, An non vobis annuntiati est: an non audistis? Posterior est ex pulcherrimo hoc theatro, vbi sursum & deorsum resulget Dei gloria. Si ad exterōs & profanos homines fuisset sermo, contentus hac secunda demonstratione fuisset: sicuti etiam à Paulo factum vide-

Act.14.17 mus. Nam quia cum Lystrēsibus negocium erat, ad quos nulla peruererat notitia cœlestis & 17.24 doctrine, naturalibus tantum argumentis vtitur: quia Deus dans pluias & tempus sere-num, sc̄ q̄ uirū p̄ minime reliquerit. Prophetā autem apud Iudeos de vera pietate differens, Le-

geni

gem omittere minimè debuit, quæ bis inexequabiles reddebat si ea poterit cum incredulis se profanarent, neque enim tolunt oculorum intuitu conuicti erant, sed aurum quoque fenu, quas Deus assidue verberabat Legis sua prædicatione. Quia igitur ab uestibulis matrum filiul cum lacte imbibenter veram notitiam Dei, & longatemporum serie a patribus edociti erant, merito exprobavit Prophetæ nimis ingratis & peruerios fore, si profectu apud eos careat tale adiumentum. Nam quod dicit A P R I N C I P I O, vel iampridem, huc pertinet, non in modò à pueritia educatos fuissent in puro Dei cultu, sed per continuas ætates viguisse in Gente illa doctrinam quæ eos non sineret errare si modò essent attenti: perinde aesi dicret, non habetis nouitium aliquem Deum, sed cum ipsum qui se Abraham, Moysi, & ceterisq; patribus ab initio patefecit. Et certè nō parua hinc confirmatione accedit, quod vetustas doctrinæ nobis constat, quæ per tota secula inter fideles continua est, non quod sola ad fideli certitudinem sufficiat antiquitas (quia ex opposito Gentibus promptum fuisset obsecrare non minus vetustas suæ esse superstitiones) sed cum ab initio abunde tancita fuisset Legis authoritas, & testitus fuisset Deus à se esse profetam, accepisse ex longo viu non parua confirmatio, cum sciret posteri traditam sibi fuisse à maioribus religionis formam, quæ abieci nō poterat sine turpi defectionis nota. Tali igitur exordio & progressu dubitatio omnis facile tollitur. Vna verò & eadem nobis hodie fides cum Patribus, cum eundem nobiliter Deum, Patrem Domini nostri Iesu Christi agnoverint. Idem enim sermo, eadem promissa, idem finis, plus omnib; proposita sunt. Quod dicit, EX FUNDAMENTIS TERRÆ, Syncedochica est loquutio pars enim mundi pro toto acceptum. Deus autem hunc mundū veluti speculum proposuit hominibus, ut ex eius aspectu maiestatem ipsius agnosceret: vt sit via uia magis retum inuisibilium, sicuti fuisse dixerit Paulus primo ad Rom. cap. Excusatione igitur caret eorum ignorantia: nec enim sibi in cognitione fuisse Deum causari possunt, qui se tot modis patefecit. Et certè magis arrogantia & fastu quam ignorantia peccant homines. Delpicunt enim Deum se palam offertem ac planè loquentem, in creaturis rebūisque vanissimis occupantur. An verò talis contemptus excusationem meretur? an non digni sunt qui excecentur, atque Dei loco figura sua adorent: sicuti serè omnibus videmus accidisse? Iusta profectio & dignata tanto fastu hæc pena est. Quod si huic notioni, qua per creaturas imbuimus, accedat etiam doctrina Verbi, multò minus excusandis sumus. Vtrunque igitur conjunxit Ilaias, vt bis damnandos esse Iudeos ostenderet, nisi de potentia Dei & bonitate edociti cōfiderent.

22. IS SED ET.) Persequitur idem argumentū, quanvis ratione dissimili, magnificientiā Dei atque potentiam extollens. Quorsum id faciat prius attigimus, quia se felicet adeo propensi ad difidentiam sumus, vt occasione vel minima vacillemus: ideo pluribus inculcate cogitur Prophetæ, vt infirmos ac labaentes animos in fiducia Dei contineat. Ante quidem de mundi creatione loquitus est: nunc verò ad perpetuā gubernationem descendit: quia non uno tantum momento manum suam exercit Deus ad creandum mundum, sed in eo conseruando non minus efficaciter cam profert. At que hoc notatum dignum est: quia frigida spacio latitudo eslet, Deum sentire mundi auctore, nisi ad tuendum eius statum temper extenta eslet eius manus. Hoc intelligit Prophetæ Sedēi verbo, terram non manere suo loco stabilem & fixam, nisi quatenus sustinetur Dei virtute. nam fessio metaphoricè tantudem valet atque imperium. Terræ verò incolas locustis comparans, admonet Deum minimè ineludi his angustiis, quia ne celi quidem ipsum comprehendunt: vt distemper, quod Reg. 8.27 ties fit Dei mentio, nihil de incomprehensibili eius gloria terrestre vel humanum concipere. Cæterum, docet hæc similitudo quām ridicula sit hominum cæcitas dum nihil non sibi arrogant: quia tantudem proficiunt suis iactantibus, ac si minutæ quedam besiolæ, quales sunt locustæ, saltando te efferten. At qui mox necesse est eas in terram recidere. EX P A N D I T quasi tentorium. Eadem forma loquendi vitur etiam David: agit autem uterque de cælorum aspectu & expansione respe. Psal. 104.2 & tu nostri. nec enim intelligunt Deum expandere cælos, vt in iis habitet, sed vt nobis potius detur sub iis habitandi locus. vt enim sustinemur terra, ita cælis contingimus, quod sartam & teclam vnde quaque mansiōne habeamus. Verum hæc similitudines multum extenuare videntur dignitatē rei de qua Prophetæ concionatur: cum tamen ipsam pro viribus extollere atque illustrare velit. Quid enim cortina? quid tentorium? Respondeo, has similitudines valere nihilominus ad amplificationem rei. Perinde enim est aesi dicret, Tam facilè à Deo extendi cælum, quām ab homine cortinam. Et vincui considerandum relinquit, quantum differant cæli à cortina, & quanta sit eorū magnitudo. nemo enim est cui hoc latitudo perspicuum non sit. Denique subest antithesis inter tabernacula, quæ laboriosè magnis impensis & longo tempore extruunt homines, quæ tamen vix ad centum pedes assurgunt: & imponent cælorum altitudinem solo Dei nutu dispositam, quæ satis claram demonstrat qualis & quantus sit artifex.

23. REDIGIT POTENTES.) Pergit in celebranda Dei prouidentia, qua totus quidem orbis, sed humanum genus specialiter regitur. Nuper attingerè ceperit, Deum non ita mundum condisse vt postea fortius regi lineret, sed curam gerere eius seruandi, iūisque & dominationem retinere. Sed quia humanum genus proprius respicere dignatur, ideo hanc partem deligit Prophetæ, in qua eius prouidentiam commendet. Summa quidem est, quæquaverum patere eius imperium,

vt omnia suo arbitrio moderetur & gubernet: sed quod maximè erat vtile cognitu, in ipsa hominum vita præsentissimæ Dei virtutis illustres notas docet conspiciamò generali doctrina non contentus speciem in medium proponit, qua magis experges fieri nos decet. quidquid vulgo ignobili accedit, quasi minus spectatu dignum vilescit ac præterit. Regna autem, & monarchias, vel homines summa dignitate præditos & sublimi decidere, quædam videtur esse terræ concessio: sic ite Propheta talibus documentis nos excitat. Princes certè & Magistratus à communis sorte exempti, nec communibus hominum miseriis obnoxii esse videantur. Splendore enim suo omnium oculos & mentes perstringunt: ipsi vero prorsus habentur. Ideo potissimum illos nominat Prophetæ, atque in nihilum à Domino redigi pronuntiat. Quod si aduersus magnates & Princes tamen potest Dei manus, quid de vulgo ceterum est? non etiam pro arbitrio suo promiscua multitudine vtertur, & quouis impellet? an nō ei vires & animi robur, sicuti visum erit, aut dabit aut adimeret?

24. PER INDE VT NON PLANTATI.) Tametsi particula ~~per~~ significet. Etiam: tamen huic loco magis conuenit quod ieddidi Adeò vt itaque simplex erit sensus, Adeò vt dicas plantatos nō fuisse, nec seminatos. Amplificatio autem est eius quod prius dixerat. Fuditus enim deleri Princeps arque euelli ostendit, vt ne vestigium quidem ipsorum reliquum sit, ac si nunquam extitissent. quandiu statum suum retinet, sic firmi videntur, vt nullo aduerso casu deuici possint. ac ciuiusmodi conuersiones accidunt quæ delectant nomen ipsum & memoriam, vt dicas nunquam extitisse: idq; non tantum hominibus, sed etiam florentissimi regnis accidisse videamus. Quia igitur graues ruinæ totidem sint formidabilis potentia Dei signa, discamus non inniti fallaciebus tetrae culturis, sed vt cunque suppetant copia aut vires, ab ipso pendeamus. neque enim, vt blaterant profani homines, mundum instar pilæ verat Deus, quasi eum delectet hic Iudeus: sed vt quisque in sublime cœsus est, se insolenter iactando finem non facit, donec se præcipiter, vt semper apparent eius iudicia. vnde etiam monemur perperam adscribi Fortunæ vel aliis causis variis reru cuetus. Nec enim Deus momentaneus creator fuit, qui curam operis sui statim abieceret: sed assidue manu admotam habet, ne quid nisi eius arbitrio & voluntate agatur. Cùm igitur varia in mundo accident mutationes, cùm fluxa & caduca esse videamus quæ firma & fixa esse putabantur, mentes nostras ad summam illam Dei prouidentiam conuertamus. **ATQVE ETIAM FLAVIT.** Hinc ostendit quæm leuia sint & inania eoram Deo quæ oculos nostros perstringere, nō que attonitos reddere solent. nec enim cogitare possumus de magno aliquo Rege, quin perturbemur toro animo ac stupeamus. Atqui ostendit Reges ac Princeps instar stipulae eis coram Deo, à cuius flatu velut turbinc quo-cunque volet momento expelluntur. Docemur ergo nunquam obstupefundum esse ad creature vlliis conspectuum, quin Deo honorem suum & gloriam tribuamus. quod diligenter à Iudeis considerandum fuit, qui monarchiam illam Chaldaeorum, à quibus captiui tenebantur, nunquā deleteri, nec se ex eorum manibus eripi posse existimassent, nisi venisset in mentem hæc doctrina, nihil tam in mundo firmum esse quod non ad Dei flatum liquecat. Ergo ne desperent de salute sua, admonet Prophetæ Deum, simulac fulminare voluerit è cœlo, fracturum quidquid roboris in hosti-buscosterret, vt euanciat.

25. ET CVT.) Repicit superiorem illam sententiam, quæ dixit Dominum non passurum se similem facti idolis: ne Iudei minus tribuerent eius potentia, quod tam diu captivi essent sub infidelium manu: aut idola aliquid posse existimarent, quod florarent eorum cultores, quibus seruire ipsi cogebantur. Nam in hunc modum de veri Dei & idolorum potentia disputando, comparasent ipsum cum idolis. Ideo repetit quasi per indignationem, Cui me similem facitis? acsi diceret, An vestris comparationibus mibi maiestatem meam admetis? Nam etiū homines varia cogitent de Deo, cùmque pro sua libidine transformati, ipse tamen similis sui manet. naturam enim propter hominum figura non immutat. Et appositè nomen **S A N C T I** pro Deo viuprat: quotitulo obliquè coarguit vel insimulat Iudeos secundè ingratitudinis, nisi vt ab eis segregati sunt, ita vicissim cum sanctificant. Nihil enim sanctitatis reperitur in diis gentium, mera sunt hominum figura. Atrax igitur si Deo iniuria, & indignè cogitur in ordinem, vbi cōmituntur idola cum eo in certamen, ac disputatur plūsne possint quæm Deus ipse.

26. TOLLE IN SVBLIME OCULOS.) Videtur hic Prophetæ nimium immorari in hac re, quæ præsertim nihil habet obicitutatis. pluribus enim sententiis inculcat quod fatentur oēs, mirabilem Dei potentiam & sapientiam ex præclaro mundi ordine cognosci. Sed notandum est quod prius dixi, nos tam malignos, tamque ingratios diuinæ potentia estimatores esse, vt sepe Deum hominione aliquo minorem fingamus. Plus enim terremur sepe inani viuis hominis latitia, quæ omnibus Dei promissionibus confirmemur. Non frustra igitur repetit Prophetæ fraudari Deum suo honore, nisi nos eius virtus in sui admiratione rapiat. Nec in re superuacanea operâ consumit, adeò enim tardius atque habet sumus, vt subinde nō excitari atque stimulari oporteat. Homines quotidie cœlum & sydera cernunt: sed quotusquisque cogitat de corum auctore? Sic homines natura formati sunt, vt eos ad celorum contemplationem, ex qua auctore agnoscant, natos esse appareat. Nam cùm reliqua animantia Deus abiecerit ad pastum, solum hominem erexit, atque ad sui quasi domicili conspectum excitauit. Quod etiam præclarè à Poeta descriptum est:

Pronique quum sp̄ecient animalia cetera terram,
Os homini sublimē dedit, cœlūque vide

Inſit, & erectos ad sydera tollere vultus.

Oſtendit ergo Prophetā hominū malignitatē, qui non agnoscunt deo quod palam ipſorū oculis obniciuntur, ſed pecudum inſtar roſti in terram defigunt: quia fieri non potest quoties ſursum oculos tollimus cum aliqua attentione, quin ſentus noſtri feriat Dei maiestas. Et Stellas noſminans, clariſius exprimit mirificum ordinem, qui refugit in cœlorum aſpettu, clare dictare vnum eſſe Deum & creatorem mundi: idque fateri cogentur quicunque in tanta copia & varietate ſyderum tam diſtinctum ordinem & curtum tam bene moderatū notabūt, nec enim fortuitō ſtellæ ſingulæ ſuam ſedem occuparunt, nec temerē in tanta celeritate & qualibet tenet progreſſus: atque etiam in diuerſis erroribus ad rectam linēam incedunt, vt ne minimo quidem puncto defleuant à via diuinitutis ſibi præcripta. Itaque mirabilis eārum diſpositione Deum authorē atque opificem ostendit, vt oculos aperire nequeant homines, quin Dei maiestatem in eius operibus intueri cogantur. PRO DVCENS AD NVMERVM EXERCITVM EORVM. Militē nomine duo comprehendit: nempe numerum prop̄e infinitum: dcinde admirabilem diſpositionem. nec enim pauci homines exercitum conficiunt, ic ne medioeris quidem numerus, niſi adint multiplices copiae. Deinde non dicitur exercitus, cum homines temerē ac sine delectu inter te conglomerati mitcentur aut vagantur diſpersi, ſed vbi decurionum, centurionum, nullenariorum, aliorūque ducum ordines conſtituti, vbi certo iudicio ordinatæ acies ac diſpositio: ita mirifici stellarum ordines & certi euris merito exercitus dici poſſunt. Per vocem numeri ſignificat Deum ſemper ad manum habere hunc Exercitum. Milites in exercitu vagari poſſunt, nec ſtatiū imperator, etiam ſi tuba clangat, eos colligit, atque in ordinem rediget: ſed alia ratio in Deo eſt. Semper in promptu habet exercitum ſuum: idque in numerum, hoc eſt, in numerato habet, ita ut nihil deſtit. O M N I B U S ACCLA MAB IT. Psalmo 147. idem habetur, eodemque tenſu. Quidam exponunt Deum ſtella. *Pſal. 147.4* rum numerum tenere, qui nobis eſt incognitus. verū aliud ſibi David & Iaiaſ voluerunt, Deum ſelicitate ſyderibus vti pro arbitrio tuo: aci qui teruo ſuo imperaret nominari impium ad te vocas: vt poſtea idem quoque de Cyro dicitur, cuius opera & ministerio in liberando populo ſuo Domi- Cap. 45 nus vius eſt. Deniq; notatur ſumma doctilitas & obſequiū, vbi qui vocatur ſtatiū ad nomē repon- det. A MAGNITUDE. Qui ſuperiore loco exponunt Dominum stellarum numerum tene- re, in hoc etiam errant, quod purant ſic nomina iis indidit, vt vim atque officiam ipſarum expri- meret. Alii exponunt nullum ſtellam vi & efficacia ſua deſtitui, quod Dominus eam ipſis indidit, que perpetua fore, ali vero coniungunt haec cum verbo Αγρι. aci diceret, Adcō potens eſt Do- minus, vt ſtellæ omnes ipſius iuſta exaudiant. Atque hic tentus aptior mihi videitur: nempe, Deum ita potenter eſſe, vt ſimilatque aliquid mandauit, omnes ſyderum exercitus praſtō ſint ab obli- quum. In quo non vulgare potentia ipius documentum habemus: cum nobilissima creature illæ fine & controverſia teſtilli ſubſtinet, & iuſta eius capſtendo teſtantur le authorem ſuum agnoſce- re. Nomen ων, non tantum viris & mulieribus, ſed aliis quoque animantibus, arque etiam inani- matis ab Hebreis accommodatur: quemadmodum prius cap. 36. cūm de aubus loquens, quæ magnificas illas domos occupantur erant, nullam defore diceret, hac diſtione ων vius eſt. Hie nobis comendatur potencia Dei, vt ſciamus nihil aut in cœlo aut in terra eſſe quod ab eius nutu & arbitrio non pendeat. Nihil ergo magis perueritum aut preposterum, quam ſi cum idolis, quibus nihil vanius eſſe potest, comparcetur.

27 QVARE DICES.) Nunc vel cum Iudeis expouſtulat Prophetā, quod penè desperatio- ne vieti eſſent, nec intendenter in promotiones Dei, quibus animos tuos tuftentare debuſſent: vel in posterum conſuli, ne viliſ quanlibet diuertiſis malis ſuccumbant. Verba ſunt futuri temporis, que etiam reſoluſ poſſunt in modum ſubiunctivū. Quare dices? merito enim ex proxima ſenten- cia infert Iaiaſ, quicquid acciderit patiēt expeſtandum eſſe Deum ab electo populo, donec in tempore ſuecurat. Ratioſinatur enim à minori ad maius, quum ſingulas mundi partes con- tinet Deus ſuo imperio, fieri non poſſe vt Eccleſiam tuam deterat. Probabile tamen eſt iam tunc volitaffe in populo querimomas, quibus Deo obſtreperent aci eorum talutem negligeret, vel tar- dior eſſet ad opem forendam, vel etiam clauſis oculis præteriret eorum incommoda. hoc vitium nunc corrigit, quod putabant ſe Deo eura non eſſe, ſicut accidere tolet in rebus aduerſis, in quibus nos abiectos a Deo, & prædæ expoſitos, nullamque eius prouidentiā eſſe cogitamus. IACOB & ISRAEL. His nominibus in memoriam reuocat foedus Domini, quod totamque variis pronal- tionibus conſirmatū erat: perinde aci diceret, Annon cogitas te populu illū eſſe quē ſibi peculia- riter de legit Deus? eur existimas rationes tuas ab eo neglixi qui fallere non poſteſt? VITAM enim pro Statu & Rationibus accipit: A B S C O N D I T U M pro Neglecto, vel ignoto. Quia ſi auxiliū ſuū Deus paulo longius extrahat, non putamis eius curā ad nos vique ſe extenderet. Quidā alter exponunt: nepe populu hīc reprehendi, quod te impunē peccare existimaret: atque hanc ſententiam ſimile eſſe volunt cum eiusmodi, Dixit impius in corde ſuo, Non eſt Deus, &c. Sed dubiū non eſt, quin *Pſal. 14.1*

hæc fuerit mens Prophetæ. An putas, Israel, res tuas à Domino non curari? Inuehitur enim in diffidentiam populi, cùmque grauiter obiurgat, vt i pūm postea consoletur, atque ostendat Dominum perpetuò ius tuendos suscepit ad futurum. Nomen i v d i c t i, quod continuò pōst additur, hanc interpretationem confirmat. Imploratur enim iudicium in afflictione, quā immēritō opprimimur, aut iniuria nobis infertur. & iudicium, vel ius nostrum amplecti & suscipere dicitur Deus, quā nos causa cognita tuerit & defendit; præterire verò, quā neglit atque ab hostibus diripi finit. Perinde igitur est, ac si dicaret immēritō facere Iudicōs, quod neglectam causam suam à Deo ac defitutam querantur. Atque ista obiurgatione ipsos preparat ad recipiendam consolationem. Nec enim peruersis aut vanis cogitationibus occupatae mentes eam percipere poscent. Prīus ergo impedimenta tolli, atque viam sterni consolationi necesse fuit.

28 ANNOS CIVISTI?) Idem repetit quod antè dixerat, populum familiariter educat in schola Dei non esse executabilem in sua fœcordia. Seuerè enī cum obiurgat, quod non melius in Legis doctrina profeccerit, aliique adminiculis, quæ Deus ad communem Gentium notionem addiderat. Ac Scisciendi verbum, quod generalius est, priore loco ponit: quia multis miraeulis aliisque experimentis testatam illis fecerat Deus suam gloriam. Postea descendit ad auditum: quā dicceret. Si nihil tibi profut faciē & sermone edoctum esse Deum nunquam cessare ab officio, plus quam indocilem te esse appetet. D E V M S E C V L I, Æternum vocat. sic enim distinguitur ab omnibus idolis, quæ temporalia sunt, & confita ab hominibus: quod profectō sianimis nostris verē insideret, non esset amplius diffidētia locus. nam si æternus est Deus, nunquā mutatur aut labascit. hoc enim coniunctum æternitas haberet, vt nunquam sit mutationi obnoxia, sed perpetuò sibi constet. Quæ quā non satis tenerent Iudei, quānvis tēpīus audiissent: ideo Prophetæ hac obiurgatione ipsos excitare voluit, vt ostendar bis reos fore corā Deo, qui edicti tam plurimis eius beneficiis quā Verbo, honore tamen quem decet & gloriā ei non tribuantur. N O N F A T I G A T V R. Duo hic docet Prophetæ: primū, non fatigari Deum benefaciendo: deinde, sapientiam eius à nemine peruestigari. Priore membro ostendit nihil obstatrum Deo, quominus beneficentia suam profequatur: quia similis non est hominibus, quorum exhauriuntur facultates sapientiæ largiēdo, aut qui noua subinde officia præstanto fatigantur, aut quos sua liberalitatē pœnit. Inexhausta enim est ipsius beneficentia: si patribus liberalis fuit, posteros non minore liberalitate & munificentia prolegetur. Quod autem sapientiō alter agit Deus quā nobis expedire putemus, ocurrerit Prophetæ, & consilium eius incomprehensibile esse dicens, admonet minimē esse murmurandū, quānvis non statim votis nostris obtemperet: quia nihil ad spem nostram fouendam aptius, quā hæc sobrietas, vbi reputantes quām mirabiliter operetur Deus in suis seruandis, arcano ciuius consilio nos subiiciimus.

29 DANS LASSO.) Nunc accommodat Prophetæ generales sententias, quibus vīsus est ad præsentem caufam, hoc enim ipsius consilium esse diximus, vt populum melius animet, atque in spē erigat. Quod autem Iudei tunc fracti erant viribus, omnīque robore destituti, ideo admonet of ficiū Dei esse, iis qui hoc modo fessi sunt ac debilitati opem ferre. Commendat igitur potentiam Dei hac circumstantia, vt colligant vel statuant non esse dubitandum de salute quandiu ipsum propitiū habuerint. Prophetæ quidem populum recipiēt, qui captiuus in Babylone tenebatur: sed nobis quoque hanc doctrinam accommodare debemus, vt quoties nos deficient vires, ac prostrati ferē iacebimus, hoc veniat in mentem: Dominum laſſis manum porrigit, qui omni ope deficitū deficiunt. Sed prius laſitudinem nostram & inopiam à nobis lentiri necesse est, vt imple-

z. Cor. 12.9 atur illud Pauli, Virtus Dei in infirmitate nostra perficitur. nisi enim scrijō in animis nostris percussi & convicti simus nostræ infirmitatis, auxilium à Deo opportunum habere non possumus.

30 & 31 F A T I G A N T V R A D O L E S C E N T E S.) Hac cōparatione magis illustrat Prophetæ quod antè dixerat: inuitū scilicet atque indefessum esse quod Deus electis suis iugiter robur. Hominum enim vires facile deficiunt: Dei verò nunquam. Certum est quidem quicquid vigoris naturaliter in nobis residet à Deo proficiēti: fed quoniam ea sibi quasi propria arti organ homines, quæ communiter in omnes contulit Deus. ideo Prophetæ discernit inter fortitudinem hominum, que videtur esse ipsiō ingenita, & eam qua Deus peculiariter electos suos sustinet. nec enim fatis perspicitur beneficium Dei quod in vniuersam naturam effusum est. Atque ita Homini vires appellat, quibus humanum genus cōmuniter pollet: Auxiliū Dei, quo nobis propriè tuccurrit, postquam vires nostræ defecerunt. Agit enim Prophetæ de gratia Dei quam supernaturalem vocant, eāmq; perpetuam esse dicit, quin homines per se nihil nisi fluxū & caducū habere possint, vt hac nota discernat Ecclesiam Dei à reliquo mundo, & spiritualem gratiam à terreno statu. vbi in priorre membro וְיָצַא posuit, subiungit בְּחֵזֶק, quod non modò Iuuenes, sed etiam Electos significat. Quia tamen iterat eandem sententiam, magis conuenit ad etatem referri: quānquam intelligit quosque electissimi vigoris in ipso ætatis flore. Hoc autem consilium commendat eximiam prærogatiā, quia Deus filios suos p̄x aliis dignatur: vt tū forte contenti, minimē inuident terrenis homi-

hominibus vires in quibus exultat. In summa, ostendit vchemēter falli homines, si propriæ fortitudinis cōfidentia efferantur. labescunt enim protinus, ac deficiunt. Atque alludere videtur ad id quod in dies vſu venit: nēquò quicq; robulitor est, cōmo maiore ardacia quæ difficultaria sunt aggreditur; atque eō fit vt qui vegetiores sunt natura, raro fenes fāt. Nihil enim ardū nimis aut difficile eſſe putant, nihil non tētant, & in omnia pericula remierē irruūt: sed fatigentes in medio cursu, temeritatis suæ pœnas suunt. Idem quoque accidit iis qui dote aliqua ornati à Deo superbiunt, sibique nimium de se persuadent, quicquid enim à Deo acceperunt, redigitur in nihilum: amò in exitium & perniciem iis vertitur: ac meritò tales dant pœnas arrogantiæ suæ.

31 AT EXPECTANTES IEHOVAM.) Mutare vires Hebr.ei pro Colligere nouas vires, atque ita Instaurari accipiunt. piis igitur qui in Domino sperabunt, vites minimè defuturas ostendit: ac cohtermat quod prius dixit, In quiete & silentio erit fortitudo vestra. nec enim tumultuari *Suprad. 30.* aut temerē nos proticer, sed patiēter expectare debemus. itaq; Expectatio hīc nihil aliud quān^{14.} patientiā significat. Violenti homines suo se impetu frangunt: at piorū vigor quāuis minus habeat ostētationis, imò ſaþe quaſi prostratus iacet, dū placide auxilium Dei expectant, recreatur ac reficitur. Proinde redeundum ad illud Pauli, Virtutem Dei in noſtra infirmitate perfici. nos *2.Cor.12.9.* igitur nobis probè eius consciens eſſe oportet, vt Dei virtuti locum demus. Hac doctrina Iudeis admodū opus fuit, qui duro illo exilio affligerbātur: fed nobis quoque in hac misera Ecclesiæ diſipatione vechementer necessaria est. *s v t O L L E N T A L A S.* Id ē hīc à Prophetā dici putant quod habetur Psal.103. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Certum est aquilam inter reliquias aues *Psal.103.5.* admodum longevitatem. Aristoteles & Plinius testātur eam senectute nunquā morti, fed inedia: nempe quòd superiorē roſtronimū excrēscēte, cibum in os ingerere non possit, ac solo potu diu velcatur. Z. adias quidam, vt Iudei omnes audaces sunt in contingendis fabulis, fingit aquilā in regionem Soli propinquam euolare, atque ita ad Solē accedere, vt veteres pennæ adurātur, atque in earam locū nouæ aliae succrescant: sed hoc iudiculum prout & fabulosum est. Significat autē Prophetā eos qui Domino confidunt, aquilatum more vegetos fore usque ad ultimā senectutem. Sed cūm aquilæ altius volent quām reliquæ aues, in quo singulare quādam agilitatem ostendunt, vnde etiā prouerbium, Aquila in nubibus: video hic locus non tantum de vita diurna, sed etiam de vigore & agilitate accipi potest: vt Isaia postquam vires ipsorum recreari ostēdit, subiiciat etiā vegetari iplos, & in sublime extollit. Eodem pertinet quod sequitur de cursu infatigabilis: perinde acsi diceret, Dominū ita ad futurum suis, vt peragat cursum suum sine vlla moleſtia. Est enim figurata locutio, qua significat pios diuinitus suffulsoſ ſempre fore agiles ad munus ſuum obcūndū. Atqui tot arumine nobis iuuenient, ſunt in hac vita, dicit quispiā, quī ergo nos laſſitudinis immuncis fore dicit? Relipōdeo, ſic pios affici moleſtias, & fatigari, vt poſtea emerget, ac ſentiat ſe Dei virtute recreatos. Iis enim accidit quod ait Paulus, Dum in omnib⁹ premimur, non opp̄imimur: laboramus, at non deſtitimur; perſecutionē patimur, at nō deſerimur: deiciemur, at nō perimus. Difcamus ergo conſugere ad Dominū, qui variis laborib⁹ exaltatis nos tādem ad portum perducet. Qui enim viam strauit, nō ſq; in ſtadio ſuo collocatos progredi iuſſit, non ad unum modū diem iuuare vult, vt in medio cursu deſerat, ſed perducere uſque ad metam. *2.Cor.4.8.* *9.* *Phil.1.6.*

C A P V T . X L I .

- 1  Acete mibi insulæ: & colligant populi vires: accedant: tunc loquetur, pariter ad iudicium accedamus.
- 2  Quis excitauit ab Oriente iuſſitiam? vocauit eum ad pedem ſuum: dedit coram eo Gentes? & Reges ſubiugauit? dedit quaſi pulucrem gladio eius, & quaſi ſtipulam propulsam arcui eius?
- 3  Persequitus eſt eos: euafit in pace, ſcimita qua non ingressus erat pes eius.
- 4 Quis designauit, & fecit? vocans nationes ab initio? Ego Iehoua primus, & cum nō iuſſimus ego idem.
- 5 Viderunt insulæ, & timuerunt: extremi fines terræ expauerunt, accesserunt, & venerunt.
- 6 Quisque proximo ſuo opem tult, & fratri ſuo dixit, Siſ strenuus.
- 7 Confortauit faber conflatorem, in alleo percutiens tundētem viciſſim, & dixit, Bonū hoc ad plumbaturam, firmauitque clavis, vt non moueretur.

8 At tu Israel seruus meus: Iacob quem elegi, semen Abrahæ amici mei.

9 Quoniam apprehendi te ab extremitatibus terræ: ab eminentiis eius vocavi te, ac dixi tibi, Seruus meus es tu, elegi te, & non repudiaui te.

10 Ne timeas: quoniam ego tecum sum: non terreas, quoniam ego Deus tuus sum, qui te corroboro," adhuc opem tibi feram, adhuc te sustentabo dextera iustitiae meæ.

11 Ecce pudecent & crubescunt omnes qui te provocant: erunt quasi in nihilum, & peribunt qui tecum litigant.

12 Queres eos, nec inuenies: qui contendunt tecum erunt quasi nihilum, & qui tecum belligerantur, quasi consumptio.

13 Quoniam ego Ichoua Deus tuus, apprehendens dextram tuam, ac dicens tibi, Ne timeas, ego tibi opitulabor.

^{Vel, vni-} 14 Ne timeas: vermis Iacob, mortui Israel: ego auxiliabor tibi, dicit Ichoua, & redemptor tuus, Sanctus Israclis.

15 Ecce posui te in traham: ut tribula noua habens dentes, trituras montes & communues, & colles in puluerem rediges.

16 Ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo sparget eos. Tu vero exultabis in Ichoua: in Sancto Israel gloriaberis.

17 Egeni & pauperes querent aquas, quæ non apparent: lingua eorum siti exarabit. Ego Ichoua exaudiam eos: cgo Deus Israclis, non deseram eos.

18 Aperiam in editis cacuminibus flumina: & fontes in media planicie: desertum ponam in stagna aquarum, & terram vastam in scaturientes aquarum.

19 Dabo in deserto cedrum, spinum, myrrum, & pinum: ponam in solitudine abietem, ulmum, & populum sruim.

20 Itaque videant, & cognoscant: cogitent, & intelligant simul, quod manus Ichouae fecerit hoc, & Sanctus Israclis creaverit istud.

21 Adeste causa vestre, dicit Ichoua: afferte firmamenta vestra, dicit rex Iacob.

22 Adducant, & annuntient nobis que ventura sunt: priora que fuerunt nuntiæ, & apponentius cor nostrum: & sciimus nouissima corum: & que ventura sunt prædictate nobis.

23 Nunciate que futura sunt in posterum, ut sciamus vos deos esse: quin benefacite, aut malefacite, ut enarremus, & videamus pariter.

^{Vel, mire-} 24 Ecce vos estis ex nihilo: & factura vestra ex nihilo: abominationem elegit in vobis (homino.)

25 Excitauit ab Aquilone, & venit: ab Oriente Solis vocabit in nomine meo: & veniet ad Principes, quasi ad lutum, & tanquam figulus calcabit lutum.

26 Quis nuntiavit ab initio, ut cognoscamus? iam ante, & dicemus, iustus. Vtique non est annuntians: vtique non audire faciens: vtique non audiens verba vestra.

27 Primus Sioni, ecce: ecce ipsi: & Ierosolymæ nuntium dabo.

28 Aspexi, nec ullus erat: de ipsis inquisiu, & nullus erat consiliarius: interrogauit eos, nec responderunt verbum.

29 Ecce, omnes vanitas: & defectus opera eorum, ventus & chaos simulachra eorum.

A C E T E M I H I I N S V L A E.) Tametsi videtur noua cīscē Prophetæ cōcio, tamē idem argumentum persequitur. Nam quō pudorem incutiat Iudeis, dicit si apud incredulos & cācos agenda sit causa, se quoque fore viētorē, vnde coarguitur nō modō tarditas, sed stupor eius populi, cui Deus per Legem suam propius innotuerat. Interca mirum non est, populum multis terroribus implicitū sic trepidat, vt firmam consolationē vix admitteret: quia nos ipsi plus satis experimur quantū res aduersa nos conturbent: quia in hac natura nostræ prauitæ & corruptela, vtroque morbo quisque labo- rat, vē prosperis rebus se intemperanter effens frēnum modestie & moderationis exequiat: in aduersis verò tumultuetur, vel iaceat exanimis, agrē quidem vel minimum bonitatis Dei gustum concipi it. Mirum ergo videri non debet quid Propheta sit adeō copiosus in hoc argumēto, & pluribus ipsum persequatur. **I N S V L A S** vocat transmarinas regiones, quod enim Iudei nulla cum ins excrecent commercia, ideo quicquid trans mare erat, insulas vocabant, non solūm igitur vicinos populos, sed etiam remotiores compellat, & sibi silentium fieri postulat. Quale verò est huiusmodi silentium? Iudicij speciem describit Isaías, quod Dominus cum omnibus Gētibus subire non recusat, tantum postulat vt in causa sua audiatur: nec quicquam confusè aut tumultuosè agitur: quo nihil magis contrariū iudicio esse potest. Quamobrem vult silentium indici Gētibus: quo præstito, aperte causam suā declarat. Ordo enim iudicij postulat, vt seorsim quisq; loquatur. nam si omnes conclamēt, miram perturbationem sequi necesse erit. Hinc admonemur nos ideo non satis honorificē de Dei potēti, bonitate, sapientia, alijsque eius virtutibus sentire, quod ipsum loquentē non audiamus. Obstreput homines atque obnūmurant in Deum, alij fastu suo turgentēs cōtempnunt aperte eius Verbum: alij socracia quadam negligunt, & sepulti in terrenis delitiis ad Regnum cœlestē attendere grauātur. Hodie verò experimur quāta audacia & protervia plerique obloquantur Deo. Quā sit vt Papij adē pertinaces & obstinati sint in suis erroribus, nū quod audientiam Deo facere nolunt: nam si audiatur cum silentio, veritas facile vin- ceret. In lumina, Dominus hīc se vītorem fore ostendit, si attēnt ab hominibus audiatur. Non vult autem defunctorē audiri: quod iniqui & corrupti iudices, concepta iā animo sententia, facere solent: sed obseruari rationes suas ac perpendi, in quibus nihil nisi & quissimum reperiatur. Quāti potest, An Propheta hīc hortetur Gentes ad audiendum? Respondeo, hec potissimum ad Iudeos spectat: nam serō ad Gentes perueniuta erat hīc prophetia: sed eō plus efficacē habet ista oratio ad emolliendam Iudeorum duritiem, cūm Gentes, quāuis aliena essent, facilē ipsius potentia agnitus ostendit, si modō ipsum silentio audire vellent. Plus autē ponderis & vehementiē habet hēc verba, quibus rectā ipsas compellat, quām si de iis in tertia persona loquutus esset. **C O L L I G A N T P O P V L I V I R E S.** Prouocat Dominus omnes Gentes in certamē, idque pēt contemptū, vt potētores solent, & qui cause bonitate freci minimē de cœtu ambigunt. Collētis viribus conspirent inter se, nihil efficient: sed viēt tandem ipse euadat. vt vulgo solemas dicere, *teles despte*. Etiamli omnes mentis & corporis neruos intendant, tamen vincentur. tantum postulo, vt audientiā mihi præbeant. His verbis significat tantā esse vim veritatis vt facile mendacis omnibus resistat, modō homines ad cā attētos se præbeant. Quāuis ergo vniuersi homines insurgant ad veritatē opprimendā, ipsa tamen præualebit, atque ita si abducimur à Deo culpam in alios reliete non licebit: sed potius conueniet nos ipsos accusare, quod satis attenti ac diligentes non fuimus, cūm nos ipse alloqueretur. Nec enim apud nos mendacia preualerent, neque vel villo Satane astu decepti, vel ullis machinis eueri abriperemur si probē esseimus ad Deum audiendum compositi. Quod autem per sonam rei suscipit, vt ad tribunal causam acturus compareat, queri potest quis tam arduē & difficilis cause iudex idoneus inter homines futurus sit? Respondeo, hīc non agi de iudicibus diligendis: tantum significat Dominus se viētorē fore, si corā & quis iudicibus hēc causa tractanda sit. Nec enim se aut hominibus aut Angelis summittet potest, vt us rationem reddat: sed quod omnem excusationem tollat, testatum facit viētiam sibi esse in inanu, etiamli cogatur ad dicendum causam. propterea alienum esse à tatione, quod disceptamus inter nos, nec ei omnino acquiescamus: ingratos nos ac peruersos esse, quod ei audientiam non facimus, nec quām iusta à nobis postulet cogitemus. Et certē quām nihil magis preposterum sit quām Deum iudicari à mortali, hoc tamen magis detestabile prodigium est, vbi cēco nostro fremitu ante causam auditam eum damnamus.

2 Q U I S E C I T A B I T.) Hinc satis constat quānam sit Prophetæ scopus, vult enim testari Iudeis ipsos extra errandi fore periculum, si viam, quam cīscē præmonstrat, sequi velint. atque hēc ratio est, cur mentionē Abrahā faciat. Poterat enim alia Dei opera recensēre: sed exemplū causæ sua accommodatum elegit, nam quā ex Abrahamo progeniti essent, quē Deus per tor discrmina eduxerat ē Chaldaea, sperare quoque debebant eum non minus sibi ipsi affuturum: quādō neque virtus eius imminuta erat, nec benefaciendo fatigatur. Quoniā captiuis & exilibus, quum procul à patria distarent, redditum sperare difficile erat, simili exēplo ad bene sperandumhortatur, quā in Chaldaea viciniisque regionibus dispersi essent, medium iter propter multa obstatula

- Gen. 11. 31.** putabant sibi clausum esse. Atqui ex eodem loco in Iudeam transierat Abraham ipsorum pater. an
C. 12. 1. qui hominem unum inopem, solitarium cum patre, nepote & vxore, saluū per totum discribunt & incolument deduxerat, non posset dux itineris esse populo suo? Quum ergo Deus Abraham est patria euocans molestii omnibus liberasset, domesticū hoc specimē magis asserire debuit eius filios, vt patris Abraham exitus ē Chaldaea future redemptio nigris esset vel speculum. Quod Abrahamum iustitiam vocat, hoc extollendi hominis causa non facit, sed vt ostendat personam diuinum fuisse ei impositam quia ad totū Ecclesię statum pertineat. neque enim eius vocationis tanquam priuati cuiuspiam fuit: sed documentū aeternę Dei iustitiae in illa editū piis omnibus cōmunc est, quasi dicitur in eius persona semel liberatam fuisse Ecclesiam, vt consideret eadem salutis sue & iustitiae Dei perpetuitatem fore. Et sanè in uno homine vocationē piorum, & formam quandā Ecclesie, atque initium & finem salutis nostrae intuemur. Denique Abraham, velut diuina iustitia, quatenus in terrena relictus, speculū est: atque hoc nō ~~est~~ ^{est} valet. Fuit enim praeclarū Dei opus, iustitiam ab Oriente, vbi omnia corrupta & fædissimis superstitionibus cōspurcata erat, excitari. Si igitur tale documentum bonitatis & potentie Dei semel editum, cur non in posterum idem aut simile expetandum erat? Quod sequitur, **A D P E D E M S V V M**, nonnulli exponunt Abrahānum, quo cuncte venit, nō Domini inuocasse, nam similitudine in regionem aliquā venerat, extrubebat altare Deo, in quo sacrificaret, quod quidē verum est: sed ego alter interpretor: nō pēt Dominum fuisse ducem itineris Abrahānum, qui ipsum ē vestigio secutus est. Nā quum excedere iussus est, nulla certa regio ostensa est ad quam tederet. Ita **Act. 7. 3.** migrando nesciuit vel quām procul, vel in quam partem cōcederet: sed Deus fulgens tenuit, donec terram Chanaanā esset ingressus. Quia ergo vocatus Abraham statim patuit, & quām incertus esset sui itineris, peperit ab ore Dei, ipso que ducē fuit contentus: scitē ad pedē sequutus dicitur, quod se pedisse quām Deo tradiderit, ut propria & morigeri famili solēt, qui domini vestigia sequitur, tametsi incerti sunt quod ipsos ducat. **D E I T I N C O N S P E C T U M**, significat, quām hominē suspensum multe singulis momentis curē angere & torquere possent, Deū tamen omnia impedimenta sustulisse, que ipsi nō cōvenirent, non poterant. Non referuntur omnes difficultates à Moſe, quæ Abrahāmo decedenti allatae sunt: sed vnuquisq; animo colligere potest migrationē illā maximis molestiis carere non potuisse, nec enim fieri poterat quām discēdens cōcitaret in se odiū gētis, ac velut insanus ab omnibus damnaretur, quod patria, propinquis, amicis relētis, in regionem inectā cōcederet. Postquām vero in terram Chanaanā venit, negotiū ei fuit cum prauis hominibus & inhumanis, cū quibus bene ipsi cōuenire non poterat, quām ab eorum superstitionibus alienus esset. Et quā refert Moses fatis in diecā nunquam quietū fuisse Abrahānum: **Gen. 23. 6.** nihil tamen impios aduersus cū tentare ausos esse: adeò ut quā ab Hethis sepulchrum emendū esset, liberaliter & gratis obtulerint, atque ipsum virum Dei, ac principē esse cōfessi sint: illustrat Dei gratiam, quod ne regibus quidē pepercit, ut se fidem suū vel clientis Abrahā patro-nū ostenderet. Nota est historia de qua uer Regibus ab eo viētis & profligatis, posset etiam extendi ad Pharaonē & Abimelech: quorū mentio quoque sit nominatio. **Psal. 105. vbi** hoc argu-
15. C. 12. mēntū tractatur: nam in eos animadversum est, quod ausi sint attingere Christum Domini. Sed **17. C. 20. 3.** propriū designat cā victoriā quam de qua uer Regibus cōsecutus est, qui Loth nepotē ex fratre cum tota eius substantia abducēbāt. Quia ex cōtextu satis appetet Prophetam de Regibus vel populis māsuefactis non loqui, sed de armatis hostibus qui violētē sib⁹ iugū missi sunt. Amplificat postremē facilitatē istius victoriae, atq; in eo maximum cōtemptum exprimit, dum Reges istos palueri & stipula cōparat. eos enim fine periculo prostravit. Similē reuocat in memoria non esse hoc hominis virtuti, sed Dei auxilio tribuendum: quia tanta vincendi facilitas humānus nō contigit.
3. PERSECVTUS EST FOS.) Iterum exercitat in victoria magnitudine singulare Dei beneficium. Hoc enim plurimum habet momentū, quod eam obtinuit in regione libi ignota, difficile enim & periculosa est persequi hostes in regionibus ignotis: & quantū valeat locorū notitia, satis ostendit Historiā. eadēque in dies experientur qui bellum gerunt. Id nihil obfuit Abrahāmo, vnde magis perspicuum est, ipsum Dei manu dactū atque adiutum fuisse, vt intrepide fuos circunduceret.
4. QVIS DESIGNAVIT.) Tametsi hīc Abrahā exemplum duntaxat proposuit Isaias, tamē du-bium non est, quin populum commonefacere voluerit de omnibus beneficiis quae Patres olim acceperant: perinde ac si dicere. Reuocate in memoriā quae sit vestra origo: vnde excitarim patrem vestri Abrahānum: quod ipsum duxerim: neque tamē hēc beneficiorum meorum clausula fuit, nunquā enim ab eo tempore desis omnī genere bonorum cumulare. Quā ergo interrogat quinā ut, non de vno tantum facinore loquiturs: sed adiungit alia beneficia, quae variis réporibus leuta sunt, quorum etiā populus debuit reminisci. Quod Deum ab initio generaciones vocāle dicit, referri debet ad cōtinuos etatū successus. **7. Hebreis** significat nō modō Seculum, vel durationē humānā vitę, sed eiusdem temporis homines. Ita generatio vna ab altera distinguitur, vt patres à filiis, & ab auis nepotes. Nam posteri nos proximā generationē vocābūt:

maiores

maiores verò nostros magis remotam ac vetustam. Porrò quia vnumquodque seculum absimicet humanum genus nisi fibole renouaretur, docet Propheta continuo tenore propagari homines à Deo, vt alij alii succedant. vnde sequitur omnibus seculis praeesse, ne putemus fortunò ḡbernari hunc mundum, ubi in etatum serie clarè perspicit Dei prouidētia. Iam verò quia omnipotens diuersas mutationes ex eo impetu voluntari mundus videtur, his verbis admonet Propheta multiplices istos euentus à mundi exordio fuisse cognitos. Summa est, in varietate ista quam affert tempus, Deum regnare, & aequabili tenore perficere quod ab initio decreuit. EGO TENORIA. Tandem horum beneficiorū auctorem sc̄ esse clarius affirmat: quod Abraham vicithostes, Gen 14.16 quod sine noxa inter impios versatus est, quod fudis Reges, quod cum vltus est Dominus, cùm Psal.105.14 Abimelech, atque etiam Pharaoxxorem eius rapuisset: p̄t et ea quid singulis generationibus a Gen.20.18 lia quoque varia beneficia data sunt, hoc sibi acceptum ferendum docet, nec enim generi Abr. 12.17 he solū, sed vniuersō mundo virtus ipsius innotuerat. Quod sc̄ PRIMVM nominat, & c̄ Vm nouissim sc̄ esse dicit, hoc pertinet non ad aternitatem essentie modò, sed ad imperium quod in terra exerceret: ac si diceret sc̄ quantumuis longo tempore non senescere, neque vñquam cessum iure suo, nec enim in celis sedens otium colit, sed potius ex solo suo moderatur res terrenas. Ceterum, quanvis immumeram decorum turbam subtilitat mundus, sibi tamen nihil decedere admonet, quia sui manebit similis.

5 & 6 VIDERVNT INSVLÆ.) Nunc ostendit nimis ingratu fuisse mundū, qui cùm opera Dei agnouerit, perficitur tamē in eadē c̄citate cui antē adductus fuerat. nuper dixerat sc̄ facile victorē fore, si modò audiencia sibi fieret: nūc subiicit, cognitā fuisse potentiam suam à Gentibus, c̄asque interea peruvaces atq; obstinatas fuisse, quod fit vt excusatione omni careant: quonia abundē patfacta fuerit Dei misericors, nisi sp̄ote c̄cūtire malent. Quod igitur velamē inscritum tollat vel remotissimis populis, dicit operum suorum intuitu fuisse expauefactos, & tamen mox ad ingenuū rediit ut se multis erroribus & deliris inuolueret. Concinna est in duobus verbis allusio, קָרְבָּן וְאַתָּה, quia Latinē exprimi nō potest. Summa tamē est, non modo oculatos fuisse testes, sed etiam ita cōuictos, vt metum illis extorterit ipsa cognitio. Posset obnici, beneficia que Deus in Abrahamum cōtulit, per totum orbem celebrari nō potuisse, vt exteris nationibus nota essent. Verū, vt diximus, tamen sc̄ Abraham tantum mentionem facit, tamen alia quoque beneficentiae suæ exempla in memoriam reducere voluit, que Patres ipsorum erant experti, vt ex iis sp̄mi meliore animo conciperent, nec enim Abrahamum solūmodò è Chaldaea eduxerat, sed vniuersam eius sobolem eripiunt c̄ seruitate Ägypti, atque in possessionem misit terrę Chanaan. Gētesigitur potest, tentiam suā expertas esse dicunt, cū liberavit & cōseruavit populu suum, vt ipsum verū esse Deū intelligere possent. Nec enim obscura aut dubia in tot miraculis apparuit potētia ipsius. Deniq; significat conterrā fuisse Gentes admirabili potētia Dei, cūm populu suum liberaret. Et quotidie impīj, cūm ea aliquid audiunt, terrentur, & attoniti redduntur, quia sibi aduersum esse Deū sentiunt. ACCESSE RUNT. Quidā interpretantur Accedere, quod infideles propius Dei opera intuiri sint, quia dum certius aliquid percipere volumus, propius accedimus. Alij referunt ad Regem Sodom, v; qui obuiam Abrahā venit: sed ea cōvenire mihi non videntur. Et certè nihil ad rem faciunt: & contextus optimè coh. eret, si hanc extremā partem cū proximo versu cōiungas hoc modo, ACCESSE RUNT, cōgregati sunt, virusquisq; proximum suum adiuuit: vt sit sensus, Tamēt̄ infalā opera mea viderint & cognouerint, adeo vt iis fuerint pauefactæ, tamen turmatim collectæ inter se conspirarunt, quorūm? vt mutuò s̄e cohortarentur ad nouos deos fabricandos, magisq; ac magis sc̄le in e. c̄citate sua cōfirmarent. Crimen ergo Gentū exaggerat, quum proximo suo vñquemq; adiutorem fuisse dicit. Et certè quisquis probe inquiet, hunc superstitiōnū omnium esse fontem, quod mutuo consenserū homines lucem ē cōtelo sibi obpletam obtenebrant. Tamēt̄ verò Dominus hīc expostulat cūm idololatri, tamen in Iudeorū gratiā facit, ne in Gentium impietate declinent: nec sc̄ à Deo & recta fide dimoueri patiātur. Producit ergo in medium ingratitudinem Gentium, ne eam Iudei enulentur, sed in vero Dei cultu permaneant. Hīc velut in speculo perspicimus quanta sit hominum prauitas, qui nihil proficiunt in operibus Dei contempnandis: imò peruvacatores redduntur, magisq; sc̄e obstinant. Sponte enim caligare, & in media luce palpare, quām Deum sc̄e palam offerentem intueri malūt. Ad c̄citatē accedit rabies, qua in Deum effterantur, & certainam cū ipso suscipere non dubitant, vt superstitiones suas tucantur. ita vt hoc vitium non idololatria tantum, sed idolomania sit. Hanc infamiam describi Isaías cūm ait, Sis fortis, age strenuè. Sceleratam enim coniurationem hominum significat, quia se mutuò cohortantur, imo inflammant ad idolotum cultum, atque propulsandū timorem Dei, quem ex potentia ipsius poterant animo concipere.

7 ET CONFIRMavit.) Hic verius variè exponitur, & certè habet aliiquid obscuritatis: nec Hebrei ipsi in verborū interpretatione cōsentient. Cur ψων, hic pro fabro lignario tantum accipiatur, non video, quemlibet enim fabrum significat. ριλην, vertunt P̄cūtētem, ego in nominatio vertere malo. εγώ, Incudem vertunt, alij Malleum minorem: sed quām interdum Vicem alterā significet, expositio ista multi optimè contextui quadrare videtur. Nam signi-

ficat Propheta fabros vicissim tundendo sese mutuò incitare: quoniā in idem opus intenti incalescunt, atq; alter alterum impellit & inflamat, vt quod suscepérunt citissimè perficiāt. In summa, per uicaciam idololatrū describit & insinuā, qua alij alii inspirant ad resistendū Deo. Hoc vitium vnius seculi nō fuiss tam ex hoc loco quām ex omnibus historiis palam est: & hodie ipsi experimur plusquām optandū esset. Videmus vt homines mutua cohortatione sese impellūt ad tuendas superstitiones atq; idolorum cultū. Et quid illustrior Dei veritas in mediū prodit, cō obstinatus contrarias partes sectātur, acī ex professo cū Deo bellum gerere in animo esset. Etenim ex quo eniuit purior religio, in eius odiū multis in locis multiplicata sunt idola & creaṭa, Peregrinationes, Misere, vota impia & anniversaria apud nonnullos celebriora, quām antea fuerunt, nam in pristina illa ignorantia aliquid erat moderationis: nūc verò idololat̄a velut rabie perciti discurrūt, & ex eo impetu ferūt: nihil nō moliūtur, vt labascentē superstitionē fulciāt, & nutrantia idola. deniq; coniungunt manus, & mutuas inter se operas tradunt, vt resistat Deo. Quod si quispiam in fratrem suū reicere culpam velit, nihil efficiet. sic enim heret in vnoquoque, vt deppelli nullo modo possit. Omnes studēt mendacio, & quasi ex professo imposturas appetunt, suāq; multitudine freti, tam se quām alias singuli Deo p̄ferūt. alij alias vicissim stimulat̄ ad idolorum cultū, atque tam insano amore flagrant, vt viuierius propemodū orbis eo ard. at.

8 A T T V I S R A E L.) Nunc ostēdit, quāuis sublato vexillo omnes cōsentiat̄ in errore, totūq; mundus fallaciis sit deditus, quām absurdū sit populum Isrāēl miseri cū Gentibus profanis, nam cūm gratuita vocatione segregatus à Deo ac selectus esset, in eundē furorem sese proiceere non debebat. Insignis locus, quo docemur vocationē nostrā sufficere nobis debere, vt ab inquinantiēs huius mundi colubcamur. quāuis graffentur corruptelæ, ac mūdus se in omnē nequitiam effundat̄, tamē hoc fr̄. non retineri nos decet, quid à Deo electi sumus: ideōq; Gentium

1. Cor. 6.11

& impiorum more vagari nobis minimē fas est. Vos quidem eiūmodi fuistis, inquit Paulus: at nunc abluti elitis, sanctificati estis per nomen Domini Iesu, & per Spiritum Dei nostri. Imò nihil magis absurdū, quām vbi nobis il luxit Sol iustitiae, vagari quasi cacos in tenebris. Speciāda igitur est nostra vocatio, vt cā emni studio & diligentia lequamur, atq; vt filios lucis decet ambulātes, à priori vita cōsuetudine abhortemus. Hac ratione Seruū appellat, nō quid suis obsequiis quicquam promeriti essent Israēlit̄: sed quia eos sibi addixerat. Ideōque in eundē finem addit, TV Iacob quem elegi, que clara est gratuitia fuoris cōmendatio: ac si dicceret, Vos quidem serui mei elitis, non proprio merito, sed beneficentia mea, quāndo vos electione mea parauī & aptauī vt mihi peculiaris ellectis populus. denique admonet nō adeptos esse sua industria vt censeantur Dei serui, nec quicquam ab aliis differt̄ in quo excellant: sed quia sic Deo placuerit, cuius est eligere pro suo arbitrio hunc vel illum. Inter ea simul admonet quis finis sit nostrae electionis: né-

Fp̄k̄f. 1.4 pe vt seruamus Deo. Nos enim, vt inquit Paulus, elegit, vt sancti & irreprehēsibiles essemus corā ipso. Hic enim est scopus electionis, vt qui mancipia Satānē fuerūt, sc̄le Deo totos summittat̄, ac deuoueant. Additur tertio loco SEMEN A B R A H A E, vt sciamus electionem pendere à promissione Dei: non quid promissio electionem precedat, quā ab ēterno est, sed quid Dominus, promissionis respectu, beneficentiam suam prosequi ut sit: quia Abraham dixerat, Ego sum Deus tuus, & semini tui. Continuata igitur hec in posteris gratia est: atque ob promissionem populis domino peculariter cōmendatus fuit, quemadmodum etiam Paulus testamentum, promissionem, legiſtationem ad eum pertinuisse docet, vnde etiam semen illud sanctum vocatum

Gen. 17.7

Exod. 19.6

1. Petr. 2.9

nam lī magni beneficij loco ducitur in familiam Regis aut Principis cooptari, quantò pluris faciendū, cūm nos Deus pro seruis ac domesticis habet? Sed eo non contentus, maiore etiam honore eum afficit, atque amici nomine exornat. Quod autem hīc de Abraham dictum est, ad

Job. 15.15

pios omnes pertinet: idāj plenius declarat Christus, Non iam vos seruos appello, sed amici mei es̄tis. Serui enim voluntatem Domini ignorant: vobis autem arcana & diuina mysteria patet&a sunt, vnde amici & propensi erga vos animi aſſectum intelligere potestis. Tantum igitur honorem à Deo consecuti, officij nostri meminisse debemus: vt quid magis bonitatem erga nos suā testatus est, ed magis sollicitate, maiorēque reverentia ipsum affidūt̄ colamus. Semper verò tenen-

Deut. 4.37. dum est, non alio iure Abraham fuiss Dei amicum, quām adoptionis: sicuti etiam dicit Moses

¶ 7.6.7.8 solo Dei beneplacito Iud. eos excellere, quia patres eorum dilexit Deus.

9 Q Y O N I A M A P P R E H E N D I T E.) Idem argumentum prosequitur Isaías. Ipsi enim vnu experimur quām necesse sit consolations repeti vbi nos aduersa res premunt: vt mirum nou sit Prophetā in hoc argumento adeo copiosum esse. Ceterū ab uno Abraham ad totā gentē trāscēdit, cōmemorāt̄ quid ipsiis omnib⁹ p̄fūt̄t̄ Deus. Porro relatiūn̄ הַיְהּ hīc pro rationali particula accipio: eausē enim redditio est, cur popul⁹ fortī animo esse debeat in rebus aduersis quia prius beneficentia ipsius expertus erat, vnde & in posterū non minus benc̄ sperandū. Extremitatis terē bifariā accipere licet: vel quid ex lōginqua plaga, vnde sc̄ilicet oriūd⁹ erat Abraham, deduct⁹ fuerit popul⁹: vel quid Deus, qui vltimos orbis fines cōplectit̄ suo imperio, vni tātū po-

pulo manū porrigitur dignatus sit. Addit Eminētias, sic enim vertere nomē **בָּנֵי יִשְׂרָאֵל** placuit. alij in genere masculino malū, Prīncipes vel eximios, sebi nō admodū diuerso. extollit enim Deigrātiā Propheta, quōd p̄teritis Gentibus nobilitissimi, vilē & obscurum populi sibi adoptauerit. Nonnulli referunt ad regnū Egypti, vnde Iudei educti sunt, scimus enim quanta fuerit illius populi gloria, & quantum se opinione doctrinæ, antiquitatis, nobilitatis, variisq; eiusmodi donib; alijs p̄t. etulerit. Ego verò alter interpretor nam refero ad electionem populi, qui ē medio aliarū nationum longè p̄fiantiorum electus est, s; igitur accipio pro Ab, vel Pr̄te: vt sit cōparatio inter Iudeos & alias nationes, quemadmodum etiam Moses ostendit, non ideo electos esse ipsos quid plures aut pr̄etantiores alii populis essent: qui a longe p̄uiores erant: sed quia Dominus dilexit eos, & iūsurandum seruare voluit, quod iurauerat patribus ipsorum. Item, Non propter iustitiam tuā, aut rectitudinem cordis tui venis possidere terrā. Cū ergo longè inferiores essent alii populis, nihilominus eleeti sunt, vnde magnitudo amoris Dei perspicitur: nec quicquam esse cur tot tantisque beneficiis acceptis, tam benefico patri in posterum dissident. Adiugit p̄t. eterea huius gratie testimonium in Lege suis datum populo: quali diceret, non fuisse abconditam, sed potius cōsignatam publicis tabulis, quam Deus Legē data fœdus suū pepigit. nec enim quos Deus sibi in populum aſlumpferat voluit, huc aut illuc vagari, sed promissione salutis sibi decunxit. Quod postremō sequitur, Non repudiavi te, superuacaneum, inq; intempestiuē politū videtur, nisi h̄ec loquendi forma Hebreis vīta effet: cui etiam inēl non patim pōderis. Exprimit enim constantiam electionis: acī dīcret, Postquam te semel adoptau, non defuerit te, nec destitui, tametis variis mihi occasioneſ repudiandi tui oblat̄e sunt, tanta enim fuerat fudiciorū ingratitudo, vt eos meritō reiſcere posset, nūq; quia constare fibi voluit. Quod aut de iis dicitur ad nos quoq; pertinet, nam perpetua est illa Pauli sententia, Dona Dei absq; paenitentia esse, etiā verò maximam partem proper infidelitatem abscindat, reliquum tamen facit aliquod semen adoptionis, vt in surculis quibusdam vocatio perseueret. nec enim prauitate hominum elec̄tio Dei immutari potest. Itaque meminerimus nos hac conditione electos à Deo esse, vt permaneamus in ciuī familiā, tametli polleamus meritō abdicati.

10 NE TIMĒAS.) Cū superior doctrina eō spectarit vt populus in Deo recūberet, concludit Propheta ex tot beneficiis quibus amore suum patefecit Dominus, populo extimescendū non esse. Et notanda diligenter ratio quā subiungit, **QVONIAM EGO TECVM SVM**. hoc enim solidum est fundamentum fiduciæ, quod si animis nostris infixum erit, firmis atq; inuitis aduersus omnis generis tentationes confidere licebit. sicut vbi existimamus Deum adesse, aut dubitamus an nobis adesse velut, perturbamur metu, & intet multas agitationes diffidentiae fluctuamus. Quod si stemus innixi huic fundamento, nullis aut æruminis aut tēp̄statibus obruemur. Nec tamen intelligit Propheta fideles ita intrepidos stare vt omnis prorsus timoris vacui sint & imunes: sed quanvis agitentur in animo, & variis modis ad diffidentiam sollicitentur, ea constanta reloquitari vt superiores euadāt. Natura enim timidi & diffidentia pleni sumus, sed corrīgendū eiusmodi vitū hac cogitatione, Deus nobis adest, & curā nostrā salutis habet. **תְּנוּמָה** Alij in p̄terito vertūtē: ego in futuro, Aduiabo te, s; interpretor Adhuc: vt ſepe aliās accipiſolet. Quā quā non malē conuenit Etiam: idēq; libera sit optio lectoribus. Si p̄t. eteritum verbi tempus placeat, tantundē valebit ac **Quinetia**, vel **Imō**, iustitia nomine Scriptura non tantum æquitatē **Iustitia**, cōprehendit, sed fidem quoque quam Dominus p̄stat in conseruandis suis. Sic enim specimen edit iustitiae sua, quam aduersus impiorum machinationes & variis insultis fideliter suos tueatur. Ergo **D E X T E R A M** iustitiae appellat, qua se fidem & iustum esse prodit: vnde colligenda est eximia consolatio, nam si seruos suos tucri & defendere statuit Dominus, nihil nobis verendum est: quia Deus seipsum abnegare, nec iustitiam suam exuere potest.

11 ECCE PUDIFIENS.) Hic Propheta nominatim promittit Iudeis auxiliū aduersus hostes, nam si simpliciter salutē promitteret, nulla mētione facta de hostibus, variae cogitationes ac perplexae animis eorum obrepere poterant. Deus quidem promittit nos fore saluos: sed interea praealent aduersarij nostri, nōsque indigilissimē & crudelissimē tractāt. vbi h̄ec salus, que tam largē & prolixē promissa est: Ad generalē ergo promissionem additur etiā h̄ec circūlantia: Tamērū florēt hostes, tamen pudore & ignominia tandem suffici retrocedent. Hac ergo conditio promittitur salus, vt interea sustinendi hostes, variāq; certamina cum iplis subeunda sint, ne tranquillitatem nobis extēnam promittamus, quoniam aſlid, i.e. nobis in bello versandum est.

12 QVÆRES EOS.) Id est, Si queras, nec enim querūtur hostes, vbi profligati sunt, quā obrem hoc Futurem per Subiūctiūm resoluendū puto. Si queras, non inuenies quoniam deleūti atque in nihilum redacti etunt. Hic obseruandū est duplex notari hostium genus: unum, eorum qui aperta vi nos adoriantur; alterum, eorum qui verbis nobiscum agunt, id est, calumnis, maledictis, & cōtumeliis, nos proscindūt: ac veluti iusta causam tueretur, varias lites nobis intendūt, nōsq; iudicio prouocāt: ac ſepe eorum criminū accentuat quorū ipsi authores fuerūt. Verū h̄e sunt Satanae artes, cui quā ministrōs ſe p̄tebant, haud ſanctū mirū est ipsos dominum & magistrū ſuum imitari. Ergo armatos hostes commemorat Propheta qui violenter Ecclesiā oppugnat;

deinde adiungit litigatores, qui fraudibus, calumniis & fallaci iutis prætextu molestiam exhibet. His ergo criminationibus nos exerceri mirum non est: nec nouum videri debet, si hodie multi nebulones operam suam venditent Antichristo ad nos calumniandos: quum id iam olim Prophetis alisque Dei seruis euenerit.

13 Q V O N I A M E G O D E V S T V V S.) Iam ostenderat Propheta vbi fundanda sit fiducia salutis, vt contra omnes impetus persequerentur: nempe, vbi Deum nostrum esse, nobisq; fauere persuasi sumus. nunc idem tradit, sed aliis verbis: nec tamen supervacanea repetitio est, scimus enim quam facilè nobis excidat haec doctrina, etiamsi sepius inculcetur. nec potuit nimius esse in hac promissione commendanda, quam in animis nostris radices agere difficile est. Itaque sciamus fælicem nobis omnium pugnarum exitum fore, quoniam Dominus nobis adest, atque in cum respicere discamus quoties difficulti aliqua pugna vrgemur. Nam si dubij huc atque illuc speckemus, nunquam tranquillo animo futuri sumus. Cùm autem D E V M se nostrum vocat, non tantum commemorat potentiam suam, sed bonitas, quam in nos exercere vult, testimonium reddit. nec enim sufficeret nos persuasus esse de potentia Dei, nisi de amore ipsius pariter certi essemus. inquit quum solius potentie mentione terreamur, bonitas propriè ad nos pacando valet. Iterum verò & de apprehensione manus, & de voce loquitur: quia magni nostra interest tenere quæ Deus amoris signa nobis dederit, & coniungere doctrinam, que nobis perpetuæ gratiæ fidè facit. Itaque verbo Dicendi non parum ineft ponderis: nos enim suspensos animi harere necesse est, donec loquatur Dominus, cuius sola voce metus adimis, & tranquillitas afferti potest. Si igitur animo quieto esse, atque perturbationes, que nobis varia accidunt, vincere cupimus, rectâ in eius vocem intentos esse oportet, vt nunquam ab ea animum diuertamus. Eos enim miserè angî, assiduèque vacillare, atque incertos esse necesse est, qui hanc Dei vocem audire nolunt, vel non satis attente audiunt.

14 N E T I M E A S V E R M I S.) Parum honosificè videtur loqui de Iudeis, dum eos Vermem, deinde Mortuos appellant. sed melius cōgruit hęc cōparatio calamitati populi, atque aptior est ad ipsum cōsolandum, quam si gentem electam vocasset, regale sacerdotium, sanctâ arborem ex sanctâ radice, & aliis eiusmodi titulis ornasset. Imò absurdum fuisset magnificis illis nominibus ipsoſ vocare dum miseria extrema premebantur. Quare Vermis nomine, quasi ignominia populi condoleſcens, eò melius in spem bonam erigit: quia eum quanlibet abiectum & contemptum à se tamen respici docet, perinde acsi dicet, Tametsi nullus sis, ego tamen tibi opem feram, tqué in pristinam libertatem restituens, faciam vt eſt ſordibus & putredine emeras. non nonnulli interpretantur Viros, quod contextui minimè conuenit. Ergo manifesta ratio cogit vertere Mortuos. Eſt enim expoſitio prioris per repetitionem, quæ Hebreis valde vſitata eſt. Affentior igitur Hieronymo, qui ita vertit: neque moror quod tu per: , non per hęc scribitur. Facile enim fuit tam affinia inter ſe puncta mutari. Et res ipſa spectada eſt, quia nihil magis inflūſum quam Viros pro Vermibus subicere nisi forte quis malit legere Mortales. Sed haud dubie vocē hanc Deus audiſt voluit ab afflictissimis, vt penetraret vſque ad ipsum ſepulchrum: quia ex opere Redemptorem ſe mortuis fore affirmat. Porrò ſic Propheta ſeculi ſui rationem habuit, vt hanc doctrinam extenderit ad omnes mundi statas. Quoties igitur oppreſſam impiorum ſequititia Eccleſiam videbimus, hęc in memoriam reuocanda erunt, vt filios Dei qui mundi fastu calcantur, nec modò habentur contemptibiles, ſed omni crudelitatum & probitorum genere affecti vix respirant, ſtatuaſtis coram Deo in ſummo honore & pretio eſſe, vt breui caput attollant: & hoc quisque noſtrum ad ſe accommodet, vt neque contumeliis, neque miseria noſtra, neque angoribus, neque ipſa morte terremaur. Tametsi mortuis ſimiles ſimus, omnisiq; ſalutis ſpes nobis adempta ſit, tamen aderit nobis Dominus, Ecclesiāque ſuam vel ē ſepulchro ipſo demum extabit. Et Propheta Sanctum Iſraēlis rufus addens, ad fœderis memoriam fideles, ſicut paulo antet, reuocat, quo ſegregatus erat Iſraēl in ſacrum Dei peculium, atque ita addit animos, ne eos exanimet vel debilitet fortis ſuæ indignitas, dum ſe virmes & mortuos eſſe reputant.

Exod. 19.6 Supradic.
4.0.25 Exod. 19.6 15 E C C E P O S V I T E.) Loquitur adhuc de restitutione Eccleſia, eamque ita superiorē hostibus fore promittit vt eos tritaret ac cōminuat: & aptissima ſimilitudine hoc declarat. Iudei enim quos alloquitur, penè obtriti erant: ex aduerso verò pronuntiat ab iis obterēdos eſſe hostes, vt poſtquam liberati fuerint, vicem eis mutuā reddant. Porrò hoc necessariò addendū fuit: quia niſi recuperaffen nouas vires, hoſtiū libidini ſemper obnoxij fuiffent, ideoq; diuinitus armardi fuerunt ad repellēdas iniurias. Quanquā ſimul prōnūciat Iſaias vindicta Dei fore ministros. Sed videtur hoc modo inflammare Iudeos ad vlciscendi cupiditatē: quod à ſpiritu Dei omnino alienum eſt. & quoniam nimis in hunc moribū propensi ſimus, Dominus has vlciscendi cogitationes ſape alibi reprimi iubet, tantum aberit vt ea indulgentia foueat. Hortatur enim vt potius bene precepemur hoſtibus, non vt eorum calamitatibus & ærumnis oblectemur. Respondeo, Prophetā hęc docere quid futurum ſit, non iubere neque hortari vt hoſtium exitium appetamus. Si quis rufus excipiat, non ſolūm expectandum eſſe, ſed etiam appetendum quod Dominus promittit, cùm cedit in eius gloriam, & ſalutem noſtrā: fateor ſancte hoc ſolatio non parū leuari noſtrō dolores, cùm

Mat. 5.44

cum promittit se penas aliquando tempturum de hostibus, qui nos crudeliter vexarunt, atque eadem in ipsis mensura redditur: hoc non obstat quo minus nos interea manue osselfe rubear, ut nos potius miseremus ipsorum ob mala quæ sibi accerimus, corumque vicem deploremus, quam feramur crudeli affectu in ipsorum perniciem. Quod si hanc promissionem qua decet fide amplectumur, omni carnis imperio in ordinem subacto, primum compositi erimus ad toleran tamdeinde moderato zelo expetemus Dei iudicium. Ideoque danda imprimitis opera est, ut omni tui bulento carnis motu iedaro & valere iusso, liquidotynceo que corde expectemus opportunitum iudicij tempus, idque non tam priuatæ virtutatis respectu, quam ut laudem ivam obtineat Dei iustitia. In eandem sententiam à Baudie scriptum est: Letabuntur iusti, cùm viderint ultionem, pedes tuos in ian guine impiorum lauabunt. non quod delectentur eorum malo: sed quod, ut postea subiungit, iustum maneat fructus suus, & iusta Dei iudicia in terra patiarunt, cùm improbi scelerum suorum penas luant. Iudei, ut sunt truculentia natura, & cædum audi, has promissiones eo tempore arripiunt quo feræ & immanes bestiæ, que oblatam prædam auditate vorant, atque solo eius tenor infemicunt. At Dominus non vult suos manuetudinis, quam præcipue commendari, oblitus. nec enim ipsis esse possamus, nisi eodem spiritu, humanitatis videlicet & clementia diringamus. Denique hic similitudine rastri dentati nihil aliud significat, quam infeliciissimum impiorum exitum, quos Dominus piorum manus profugabit. Idque ut pios contuletur: non ut ad eædis auditatem inflammet.

16 V E N T I L A B I S E O S .) Idem hic significat quod proximo verò, sed alia similitudine, nam Ecclesiū vanno comparati: tempus vero quicquidvis quæ vanno projectæ divergentur hinc & illuc: aesi diceret, Quanvis ad tempus Gentes vos tritarent atque ventilent, durius tamen ipsa iudicium manet. Exilio enim suo tritabuntur, ac veluti quicquid proiciunt. Notandum verò dicrimen est: quia & hic bono tuo fidelis trituranter, qui patiuntur secundari, & redigi sub imperium Dei. Alii vero perniciriter repugnant, ne se in ordinem cogi finunt. hos tanquam papas aut quicquidias vento proiciebat Propheta. Sic Iudeos flagellis Deus excusserat, calcauerat tritando, cibrando agitaverat, ut tritico bene purgato similes ad se colligeret: profanas vero Gentes quis paleas sterquilino destinat. Huc accedit, quod ex incredulis quoddam tritatur vi etrix Ecclesiū, ut ipsi quoque foribus suis purgati, locum obtineant in Dei horreo, atque ita impletum fut hoc vaticinium, quoties opera fidelium tubingati fuerunt aliqui in Gentibus, ut Christi imperio te subinerent. Neque enim terrena vnguina potentia prediti fuerunt, ut cunctis hostibus suis dominarentur, quin potius animas suas intolerantia possidere oportuit. Sed instar palmarum sub tot oneribus eos erexit Dominus, ut non modò incolumes emergerent, sed pedibus etiam calcarent hostes: nos inuictam animi altitudine. Notandum præterea est, frequenter Scriptura vnu transferri ad Ecclesiū quod propriè non nisi in Deum competit. Quia ergo impias Gentes affixit Deus in Ecclesiū suæ gratiam, dicitur eos dedisse tritando sub pedes fidelium, ad quos perueniebat fructus. Ceterum quoties istas prophetias legimus, attollenda sunt mentes ad regnum Christi, ut omni prauo affectu vacui, cum quem decet modum teneamus, ne que ante tempus tritaram istam appetamus: quia abundè iustificare nobis debet, si Caput nostrum tandem hostes suis sub pedibus suis proficinat, ut cōmuni sit nobis victoriæ tripli. Nam vbi addit cantam exultandi in Domino Iudicis fore, quamquam hac fiducia lenire vult eorum dolorem, simul ramen admonet modestiæ pios, ne exultent animi ferocia si quando erigi ipsos manu Dei continetur, atque ita euchi, ut hostes sub potestate suam redigant, nihil enim prochuius est hominibus, quam efferti & proteruire cum res ipsis succedunt ex animi sententia. Obliuiscuntur te esse homines. Deique memoriam deleri, quem debuerant bonorum omnium authorem agnoscere. Ut ergo immodicam exultationem qua semper carolasciuit, cohicebat Propheta, & qua nos sæpe abripi simus, subiunxit IN DOMINO, quia in eo omnis & gloria & lætitia nostra subsidere deberet. Denique Propheta ad gratitudinem hortatur, ut quod altius euchiur à Deo, eò diligentius omnis ambitionis vanitate correcta, in ipso solo & gaudeamus & gloriemur.

17 E G E N I E T P A V P E R E S Q U A E R E N T A Q V A S .) Hic prosequitur argumentum quod iam ab initio quadragessimi capituli tractare coepit, miserum enim & calamitotum statum declarat, in quo furent erant Iudei in Babylone: donec tandem Deus eorum miseritus, opem afferret. Ergo eos ad tolerantiam extremæ in opere preparat, sicutulosos fore dicens: quia haec lynchedo ad exprimendam malitiam grauitatem aprior erat. Scimus enim nihil esse quod magis excruciet homines quam aquæ penuriam in siti. Atqui vbi eò necessitatis ventum fuerit, Deus se subvenetur affirmat. Vnde colligendum est, ad quos haec promissio pertinet: nempe ad eos qui ad extrema redacti, velut sitiare cœunt, ac propè deficiunt. Vnde etiam perficimus Ecclesiū non semper abundare bonis omnibus, sed magna interdum in opere premi, ut his velut aculeis pellatur ad Deum inuicendum: quia ad segnitiem delabi solemus, cùm res flumin ex animi sententia. Ideo sitiare nos ac eferire vtile est, ut dilacamus ad Dominum toro animo confugere. Denique nostren in opere nostræ affici ac premi neceſſe est, ut auxilium Domini sentiamus. Nec verò dubium est

Iuc. 21. 19

hac circumstantia partim magnitudinem gratia fuisse illustratam à Propheta: partim vero admonitum fuisse populum ne egestatis iuxta tempore deficeret. Et notanda sunt nomina quibus hic populum Dei vocat. Afflictos enim & pauperes dicendo, non de alienis loquitur, sed de iis quos Dominus cooptarat, ac veluti peculium sibi delegerat: quibus extremitas qualque angustias patienter ferendas esse denuntiat. unde mirum videri non debet si fame & siti nos propere tabescere interdum sinat Deus, quando patres non minus duriter exercitauit. Quoniam dicit aquas nusquam occurrere, discamus Dominum, ut patientiam nostram & fidem probe, omnia nobis tuberculata admires, ut in ipso solo recumbamus. Cum ergo nobis huc illuc circumspectantibus nullum auxilium apparuerit, tamen Dominum nichil omnino ad futurum esse. EX A V D I E N D I verbo significat non quibuslibet Deum subvenire, sed iis qui ipsum precentur, quod si adeo foscordes simus ut negligamus auxilium eius, omnino destitui, nec villam, ut pote indignos, allevationem sentire iustum est.

18 & 19 A P E R I A M.) Superiorum doctriñā alio modo oīl' ustra', nēpe Deum minimè opus habere externis mediis & naturalibus, ut optinetur Ecclesie fides: sed in promptu esse arcanos & admirabilis modos, quibus præter spem & carnis sensum eius necessitatim remedium affert. quū nulla apparet auxiliū ratio, facile desperatio obrepit, vix certe sperare audemus quicquam, nisi quatenus externa minicula se oculis nostris ostendunt. His destituti: in Domino conquecere non possumus. At Propheta tunc vel maximè confidendum esse admonet: quia tunc maior opportunitas Deo est exerenda fide virtutis, cum nullæ hominibus viae auctoritates patent, omniumque penitus deplorata esse videntur. Præter spem igitur & cogitationem omnium hominum a futuris est fuis Dominus, ne aicipti & dubia cogitatione nos huc atque illuc distracthi finamus. Et quā magis: d confirmet, se aduersus rerum naturam & ordinem miracula editurum promittit: ne humano ingenio hęc estimanda & iudicanda esse putemus, neque inferiorib⁹ hisce mediis potentia Dei & pro-natura alligemus. Satis enim per se Dominus virtutis habet, nec aliunde eam mutuari necesse est, nec ordini naturæ strictus est, quin eum facile immutet, cum ei visum erit nam quod in cacuminibus montium aquas, & in planities agrorum fontes, in defertis stagna se editurum dicit, ea omnia præter naturæ ordinem esse tenuimus. Quorsum vero hęc promittat latitatis apertum est: ne teat et pataet Iudei se excludi a reditu in Iudeam magna illa deserti vastitate, ubi viatores torretur Solis & stellæ, omnibusque rebus necessariis destituantur. Promittit ergo Dominus se aquam abunde suppeditaturum, & alia quæ ad iter faciendum necessaria erant. Hęc autem impleta sunt, cum Dominus populum suum eduxit ē Babylonem multo plenius, cum viuenterum orbem ad le convertit per Christum redemptorem, à quo abundantissimæ aquæ per totum orbem ad sciam misericordum hominū restinguendam effusæ sunt. Tunc enim ciuitati conuersio accidit, qualis numquam mentibus hominum concipi potuisse.

20 I T A Q U E V I D E A N T .) Cū sibi ex cunctis operibus suis reverentia Deus conciliat, vbi tamende restituenda Ecclesia agitur, admirabilis eius virtus sepe profert, quæ omnes cogat in admirationem sui. Et sicut alibi vidimus, ac deinde sepius reperet, populum ab exilio reducens, documentum edidit seculis omnibus memorabile, sicuti hic pronuntiat se facturū. Quoniam vero vel tardi vel negligentes sumus ad considerandam eius opera, & quia perquam exigua est attentio, statim nobis etfluunt, pluribus idem inculca. Vanis enim atque inutilibus rebus potius quam in admirandis hisce Dei operibus occupamur; ac si quondam in admirationem rapiant, tamen facile obliuiscimur, quia ad res alias & quidem frivolas statim delabimur. Nos igitur eximulat Propheta, ut exculo torpore omnes sensus nostros ad comprehendendam Dei virtutē exercit atq; intendat. Itaque aspectum primo loco ponit qui certam notitiam pariat: deinde adiungit cogitationem, quæ notitiam melius ac certius confirmet. Incertum est autem an Propheta de Iudeis, id est, domesticis Ecclesiis, an de exteris loquatur. Ac meo quidem iudicio generaliter accipere possumus, in Ecclesia restitutione conspicuam fore manum Dei usque ad Gentes procul remotas, ut insigne Dei opus omnes admirari cogantur. Certum est autem Persas & Medos ex quo dominati sunt Iudeis, mirum in modum stupfatos fuisse, cum hęc Prophatarum testimonia audirent, maximè vbi rem ipsam oculis intulit sint. hęc enim ab hominibus fieri non posse intellexerunt, tametsi ad eum minimè conuersi sint.

21 A D E S T E C A V S A E V E S T R A E .) Hoc etiam superiori doctrinæ necessariò addi- operavit: quoniam enim versamur inter impios, ludibriis habetur spes nostra, & stultitiae ab iis damnamur, quasi nimium simplices ac credulissimus. Talibus ergo lassis inuidit fides nostra, & sepe concutitur. Hi pendentes nubibus, atque sibi persuadent ea quæ fieri non possunt, omnique rationi aduersantur. Cū igitur in exilio eiusmodi irrisiones audituri essent Iudei, his Propheta monitionibus ipsos muniri operæ pretium fuit. Et quod plus efficaciter habeat hic sermo, testanda fiducia causa Gentes ipsas ultræ lacessit, iubens ut firmamenta causæ sue afferant, sicuti in iudicio fieri solet. REGEM autem Iacob se vocans, idolis omnibus insultat, & se causam populi sui suscipere demonstrat, ut tandem appareat gloria sua vindicta, iniustè oppresos redimendo. Interea tamen magna fides in instructos esse oportuit: qualis enim fuit regni species, cum captivi adeoque oppressi essent? vnde etiam prius verme Iacob, & mortuos vocauit. Verum ea promissione sustentarunt animos suos

qua prius talicem eorum sub terra latere dictum est, cùm arbori exectæ populum cōparauit, E- cap. 11
merget ex truncu Itai, &c. Regnum igitur quod fatebar, oculis hœci intuebantur. nec enim id aut
corporis oculi cerni, aut humano ingenio cōprehendi potuit.

22 & 23 A D D V C A N T) Non tantum aggreditur idolorum cultores, sed iubet ut secum deos
iplotis in medium producant: perinde aesi dicere, quibzunque argutiis sint instruci, non forta-
men idoneos patronos vt tam malam causam defendant. Hic porro videns Deum patroni perio-
nam sustinere, & totius populi nomine loqui, nec enim vult disfungi ab Ecclesiâ tua. Eam ergo con-
firmat, atque munit aduersus Iud. bria impiorum, & alias machinas quibus fidem nostram adorantur.
Bono igitur animo esse nos dece, cùm Deus suscipiat easiam nostrâ, atque in mediū prodeat
aduersus idololatras, itque ad eō in ipsa idola armatus iniustitia veritate infurgat, eorum vanitatē
refutans. Ceterum, hec modo admonet Verbo suo fatis superque armate tuos electos ad certâ
victoriā, vt congrederintur cum incredulis omnibus non dubitent. Et certe qui-
quis ritè vt par est proficit in cœlesti doctrina, victorie fidei constâta euntes Saranæ imposturas
facile disceret. Verum quidem est, fidem nostram ab obedientia incipere: led ita intelligentiam
præcedit docilitas, qua Deostubicimus tenus nostros in obsequium, vt certa deinde scientiam men-
tes nostras illustreret. Atque hac nota dilectiorum à superstitionibus vera religio, quia ad regulam
minimè dubiam vel fallacem exigitur. Plus fatis quidem in tuis erroribus superbiunt idololatriæ:
sed tota corum pericula ex stupore, amoenia, vel phrenetico impetu emergit. Nam si tibi &
placidè ad tanam doctrinam attenderent, statim concideret fatus ille quo lucē veritatis obruunt.
Alia est piorum ratio, quorum eti fides in humilitate fundata est, non tamen stulta & inconsiderata
toto zelore fertur: quia Spiritum Dei habet duecm & magistrum, ne à certa Verbi luce aberret.
Itaque ubi nulla est ad discernendum regula, teste Prophetæ, vera est superstitione. Iam quia nihil
temere repudiandum, dicunt fideles, Affice, & cor adhuciemus: non quod diuuminus edocet adhuc
in utramque partem debant esse flexibile: sed quia superstitionis nihil nisi ridiculus iactare poslunt.
Iterum ergo notatur discrimen stupidæ obstinationis, & rectæ fidei quæ suam tollitatem habet
in verbo Dei, ne unquam labiat. Iam videndum est quibus argumentis Dei maiestatem asserat
Propheta. Nam omnipotens iam, & rûmque omnium præcientiam ita sibi vendicat Deus, vt alio
transferti sine summo sacrilegio nequeant. Vnde colligitur sic propria esse Diuinitatis, vt verè
Deus censeri mercatur quisquis nouit ac porre omnia. Nunc ergo ita Propheta taciocinatur: Si
quæ colitis idola, sunt di, oportet ipsos fecire & posse omnia, atqui nihil plus sunt neque in prosperis
neque in aduersis, neque præterita neque futura tenent: ergo non sunt di. Hic exoritur quæstio
difficilis, multa enim apud profanos vaticinia exstant, quæ ab oraculis deorum suorum accepertur,
quibus videi possent Apollo, Iupiter, & alijs futura prædictare, propterq; à quo dñi esse. Primum reijpo
deo, si consideremus cuiusmodi fuerint illa oracula, quæ ab idolis redditâ narrantur, omnia obclu-
ra aut ambigua sive intelligamus.

Aio te Æscida Romanos vincere posse. Item alibi:

Cras fuis Halym penetrans, magnam peruerter opum rim.

His ergo perplexis ambagibus

Satan torquens hominum mentes, vt perinde incertos à se dimitteret qui talibus imposturis dedi erant. Sed tenendum præterea est quod docet Paulus, dari efficiaciam erroris Satanæ, vt delu- 2.7 heb. 2.
dat omnes impios qui sponte eius præstigiis addicent. Quum ergo Satanam mendacii patrem 9.10
contulerent increduli, non mirum fuit decipi prætextu veritatis. Sed hęc iustissima fuit ingratitudinis Iob. 8. 44
merces. Videmus laxata fuisse figura Satanæ, vt per falso Prophetas magis exceparet Achab, qui 1. Reg. 22.
sibi in talibus præstigiis placebat. Non minus equum fuit profanas Gentes, quum te alienarent à 22
vero Deo, vanis decipili cantari, imò trahi in extum. Atque hic superbaea est disputatio, in
qua multum laborat & fudit Augustinus, quomodo ad cœlestes Angelos præcientia démones
accedant: quia causam albi quā in eorum natura querere conuenit. Sic olim Deus fallaciis instruens impios doctores, sedlera populi tui vltus est: non quod illi præcellerent dono intelligentie: sed quatenus in hunc usum aptati erant, gratias sunt permisit sibi licentia. Quod ad Deum ipsum
spectat, quanquam abeondria est eius præcientia, imò profunda est abyssus: eam tamen fatis pate-
fecit electo populo, vt fide à falso deorum turba eximeret, non quod omnia prædixerit per tūos
Prophetas: quia & inexplibilis est hominum curiositas, nec vīle est ipsiis fecire omnia: sed quia ni-
hil elatius quod esset vīle cognitus, & multis insignibus variis quod sofficeret ostendit ī pec-
cularem Ecclesiæ curam gereret, sic dicit Amos, An erit arcuum quod non reuelet Deus ser. Amos 3.7
uis tuis Prophetis? Atque haec prærogativa indignè & fœlestè abusum Iudei, qui ex fruolis suis
prædictionibus quæstum passum inter Gentes fecerunt. Ceterum ira semper enitit veritas in
cœlestibus oraculis, vt in ea lucide agnoscerent Deum Israel vicini esse, quicunque sibi ab in-
fideliis cauebant. Fideles quidem in schola Dei edocentes non magis fallere potuerunt idola, quā si
quis homini bene oculato nigrum pro albo in meridie ostenteret, tanum abest ut præcientia tuam
demonstrauerint. Potentie vero multo minus attribuere leuit, quum ex quotidianiis variis pa-
lām esset Deum unum res prosperas & aduersas moderari. Idolis suis gratias egit vītor Assyrius.
Atqui pridem admonerat Deus Iudeos quid futurum esset, imò palam ostenderat te armate im-

pium illum exercendæ vindictæ suæ causa. Porro **M A L E F A C E R E** non est hinc accipendū pro Injuriam inferre, quod alienum à Deo est: sed pœnas irrogare significat, & res aduersas immittere, quod prouidetia Dei, non idolis aut Fortunæ tribui debet. Quo sensu sapissimè occurrit in Scripturis. Amos 3.6 An est malum in ciuitate quod non fecerit Dominus? Item Ieremias populū accutus. Thren. 3.38 sat quod Deum authorem boni & mali non agnoscere. His ergo malis, cuiusmodi sunt bella, pestis, famæ, paupertas, ægritudo, & alia cius generis, Dominus in celeria populi animaduerit: atque eorum omnium author agnoscere vult. Non adducit autem Ieremias omnia exempla & argumenta quibus Deus ab idolis distinguui posset, nam longa admodum opus fuisset oratione: sed iis nunc contentus fuit, quibus breuiter & tamen aperte rem monstraret, nondum enim finem huic argumento facturus est.

24 **E C C V O S E S T I S.**) Nunc insultat idolis, vt piros in fiducia & cultu vnius Dei confirmet, dum ex comparatione perspiciunt eos qui idola colunt, misere falli & cæxutire. **F A C T U R A** hic passiuè accipi debet, ac si diceret vanam esse imaginationem, vel figuratum nulla de re. Atqui impropriè loqui videtur Ieremias, cum idola ex nihilo esse dicit: auro enim aut argento, aut ære, aut la pide, aut alia materia constant. Solutio est facilis: nec enim materiam spectauit Ieremias: sed qualiter, hoc est, opinionem diuinitatis quam de iis homines perpetraverint concipiunt. Nec enim superstitionis lignum, aut æs, aut metallum simpliciter adorant, sed quam stulte maiestatem numinis affingunt. hoc certè nihil omnino quam vanam imaginationem esse certum est, vnde etiam Paulus 1. Cor. 8.4 eodem modo pronuntiat idolum nihile esse. Quid enim esse, aut quo nomine figuratum inane vocari potest? **A B O M I N A T I O N E M.** Alii vertunt, Abominatione: atque intelligunt homines qui idola eligunt, abominabiles esse, sed alium sensum esse puto. Verbum **E L E G I T** accipio indefinite, vt Grammatici loqui solent, quemadmodum etiam alias sapientia occurrit in Scripturis. nam cum Prophetæ de vulgo hominum loquuntur, & aliquid commune & vistitum narrant, substantium non exprimit. Sic igitur intelligo, homines idola fabricare non posse, quin simul abominationem fabricent. Atque hic locus singularis est ad detestanda idola, & audaciam hominum qui ea constituant. Hoc enim sine maxima Dei contumelia fieri non potest. Videtur quidem nonnullis esse lufus: sed Propheta abominationem esse pronuntiat, quam Deus ferre non potest, nec in ultimam esse patitur. Ac per verbum Eligendi idolatriæ origo quasi digito monstratur: quia nunquam tot corruptelis vitiata esset pura religio, nisi pro sua libidine ausi fuissent homines deos sibi fingere. Quare notandum est electios omnes cultus vera pietati opponi.

25 **E X C I T A V I A B A Q U I L O N E .**) Iterum ad illud argumentum reddit quod prius attigerat, de præsentiâ & potentia Dei: atque in eum solum, cuius hæc sunt, Dei nomen competere ostendit. vanus igitur esse idola, quæ nihil omnino aut norunt aut possunt. Quod dicit se ab Aquilone excitasse, nonnulli de Cyro interpretantur, aliù de Christo. Ego vero duas res hic à Propheta notarice existimo. Nam cum dicit ab Aquiloni, intelligit Chaldaeos: ab Oriente, Medos & Persis. ac si dicceret, Duæ mutationes memoratu dignæ contingent: nam Chaldaeos excitarbo, quoniam regnum in sublimè eucham. Deinde aduenient Persæ, qui eorum potentiam ad se transferent. Hæc Dominus quanvis longo postea intercallo futura, iam sibi nota esse, sùb que confilio ordinata esse docet, vt eorum eventus sùb diuinitatis certum sit documentum. Inter ea priore membro pœnam denuntiat ad terrendos Iudeos: secundò commendat misericordiam suam, quia & captiuitatem, & liberationem populi, opus suum fore testatur, vt palam sit penes ipsum & præsentiâ & potentiam esse. Profani homines varia inter deos suos officia distribuunt. Apollo prædictit futura, Iupiter exequitur: atque alius alia agit. Dei vero partes sunt non solum futura prædicere aut significare, sed omnia disponere suo arbitratu, quicquid enim diuinitatis est, in solum Deum competit, nec alio transferri potest. Ideo tam præcire quam facere coniunctim sibi videntur. Ab Aquiloni se vocare dicens, vt nuper attigi, vaticinium edidit de futura captiuitate, de qua tunc nulla opinio erat, quia Iudei cum Chaldaeos amicitia iuncti erant, simul de restitutione populi vaticinatur, qui per Cyrus in patriam reducetus est. Quis in illo rerum statu hæc credibiliæ esse existimat: præfertim cum longo post temporis intervallo sequuta sint: nam circiter ducentos postea annos euenerunt, ex quo Propheta vaticinatus erat. Harum rerum authorem se esse Dominus testatur: vt omnes intelligent Chaldaeos non temere profiliuntur, sed à Domino fuissent excitatos quasi flagella Iudeis castigandis: Persas quoque & Medos non sua virtute Chaldaeos subegisse, nisi quatenus ducti manus Dei atque impulsuunt. Hic igitur magnitudinem Dei & potentiam exprimit, cōque apertius, quod Reges & Principes Dei respectulutum esse docet. Hinc melius perspicimus Prophetam non solum temporis suis, sed posteriorum rationem habuisse, nam iis qui tunc viuebant, hæc nota esse non potuerunt: posteri vero quibus recipi hæc comprobata sunt, melius intellexerunt: vt nemini dubium esse posset, vnicum esse Deum, cui nuda & aperta essent omnia, quique res omnes arbitrio suo moderaretur. Insignis locus quo plena & solidâ fides oraculis Dei asseritur. Nec enim Iudei, dum capiuti essent in Babylone, hæc vaticinia fixerunt: sed cum longè antea eorum etiam patibus relicta & tradita fuissent, iustum Dei iudicium tandem nouerunt, à quo in tempore monitioni fuerant, deinde misericordiam eius amplexi sunt, cum intelligerent se tandem liberandos esse à Domino

Domino, qui volebat Ecclesiam suam seruari: atque fidelē ipsum in promissis experti sunt. Hinc igitur certō constitutere possumus. Isaiam proprio motu minime loquitū, sed lingua eius Dei spiritu impulsam atque directam esse. Quod venisse dicit, perinde valet atque certō implerū iri quidquid iussu Dei predictum est. Loquitur autem de re futura: unde præscientia Dei appetat, deinde authorem sc̄ harum rerum esse: quod ad virtutem & potentiam pertinet. Vocare Dei non mine nihil aliud est, quam rem aggredi eius auspiciis. Verū quidem est, nihil minus propositum fuisse Cyro quam operam suam Deo Iherachis locare, aut eum lequi ducem: sed ex re ipsa patuit, Deum occulto modo praetereat eum per continuas victorias, & quidem incredibiles, Babylonem usque perduceret. Quod figura cōparat lutum calcāti, ideo additum est, quoniam immēta erat Chaldaeorum potentia, ut inexpugnabilem omnes vulgo putaret, atque inuidi esse videbatur. Cū ergo freti suis opibus omnes aduersarios cōtempererent Babylonij, atq; impotenter efferrarentur. Prophetæ non ipsis modò, sed alios innumeros instar lutū calcados atque subigēdos esse dicit. Denique significat opulentiam Chaldaeorum impedimento non fore quominus haec mutatio fiat, atque Medi & Perse regnum occupet. Et certe haec similitudo clarè ipso eventu probata fuit, quod Cyrus tot Gentibus deuictis, tot bellis feliciter defunctis intra exiguum tempus totum Orientem subegit.

26 **QVIS NVENTAVIT.**) Iterum aduersus idola insurgit Dominus, postquam afferuit diuinitatem suam, quærit enim an idolatriæ ad probados suos cultus simile aliquid preferre possint: id est, exemplum aliquod ciuiusmodi præscientie auct potentiæ adducere. Et quia hoc iuris sine cōtrouersia sibi vni sumere poterat, insultans dicit, Fatebimur veram esse Deum à quo talia fiunt. Ad verbum, iustum est: sed iusti appellatio latè patet, accipitur autē interdum pro vero & probato, unde illud, iustificata est sapientia à filio suis, id est, probata. Hec igitur luculentæ sunt testimonia diuinæ maiestatis, quibus vanitas idolorum coaguntur, quod solus D. i. arbitrio regūt omnia, solumque eius nuto potestissimæ monarchie eueretur. Loquitur autē Dominus in plurali, ut ostendas se non propriam, sed totius populi causam tueri. Ipse quidem sua æternitate contentus est: verum ut infirmi sumus, ita nobis probari ipsum esse Deum necesse est, ne vagetur mentes nostræ, atque incerta errant, sed in eo penitus cōquiescant. Ideo additur ad Verbū im experimentalis notitia, quæ fidē, si adhuc vacillationi obnoxia est, melius fulciat. Obmutescere vero idola dicit, & suspensos relinquere suos cultores, dum ipse facē Verbi sui accendit, quæ electo populo ad rectum iudicium præluecat.

27 **PRIMVS SIONI.**) Hoc versu clarius exprimit Deus futura se prædicere Iudeis, ut eos ad fidem animet: quia nisi finem suum & usum habeant prophetæ, res futuras cognoscere per se non admodum prædebet. Hoc igitur Deus se respicere testatur in vaticinio, ut Ecclesia fidem adficeret, quod superioribus addi necesse fuit, ut populus intelligeret ille exæpla proponi non solum ad virtutem Dei prædicandam, sed ut pīj omnes ex ea fructum sentirent: sic enim accommodanda sunt exempla omnia virtutis atque præscientiae Dei, ut nos ei curæ esset, acq; in fātuē nostram omnia ab ipso agi intelligamus. Iubetur ergo Sion agnoscere verum & vincere Deum: nō ex eo solum quod pœnas scelerum suorum dedit: sed quod restitutor ab exilio, atque ita propitiū nibi Deum lētit. E c c e. Hic cōsiderandus est nobis mons Sion quasi vastus & desertus: Ierolomyl 1 vero ut in solitudinem redacta, unde etiam Ieremias eā sic loquētem introducit, ut mulieres afflīctæ & turbatae solent. Ita nunc Dominus eam proponit ut orbam & desertum. Postea Iisaias 1 Thre.1.20. ipsam ad letitiam excitabit, ut mulierem prius sterilem, cui noua fecunditas ad sobolem gignendam à Domino, data est. Eodem modo hic significat se consolaturum Ierolomianū, quo tempore triste & horrendum spectaculum erat in deformibus eius ruinis. Hic autē est nuntius, vel orituros ex ea liberos, quum diu orba & solitaria fuisset: vel turmatim ad eam reddituros qui per longinquā exilia disperdi fuerant. Opponenda igitur est illi vastitatē restitutio quæ per Cytum facta est, vbi dicitur, Ecce veniunt, & sub nomine Primi non modò æterna Dei essentia, sed etiam vaticinij antiquitas notatur. Adiungit quomodo fideles Deus edocet de rebus futuris, nēmpe operi & ministerio Prophetarum. Hieronymus vertit Euangelistam, sed propriè Nuntium significat, parum tamen interest, quod ad sensum spectat. Prophetas enim denotat qui latum ac optatum huius liberationis nuntium perferent, sicuti antē per Mosen promiserat Deus se per continua successiones excitaturū fideles ministros, s̄q; Magis omnibus, Ariolis & Diuinis, lōge præcelleret. Unde etiam prius insigni titulo Ecclesiā ornabat, Annuntiatricem vocans quoniam in ea resonare debet verbū Dei: quod plurimum valet as cōmendationem prædicationis. nec enim Dominus ē cælo descendit ut nos doceat: sed virut ministerio seruotum suorum, atq; ipso oratione se loqui pronuntiat. Hoc autē insigni beneficium Dei à nobis toto animo cōpleteendum est. Promiserat in Legē, ut nuper attigi, Suscitabo vobis Prophetam de medio vestri, nunc prōmissionem istam confirmat, cū ait, Nuntios minimè defuturos qui populū subleuerūt in suis moritoribus, & in summis illis angustiis cōsolentur. Hic eum constituendū nullam esse Ecclesię formam, vbi prophetię cessant: id est, vbi nulla misericordia in verbo Dei alleluatio assertur.

28 **A S P E X I , N E C V L L V S .**) Postquam de se loquutus est Dominus, ad idola revertitur.

funt enim perpetuæ antitheses, quibus Deus idolis opponitur: perinde ac si diceret, Hęc à me fiūt, ab idolis verò fieri non posunt. Nihil enim omnino iis consiliij, prudentiæ vel intelligentiæ est: nullum respolūm interrogatibus dare, nullam allusionē misericordia afferre posunt. Arque in ista cōparatione tenendum est, primum per Prophetas & eorum doctrinam facile ostendere se esse Deum, deinde similiter quoque operibus in idolis verò nihil tale reperiiri. Sequitur ergo nō esse deos, nōque in hoc vno de h̄os esse opotere. Ceterū hebetantur hominum oculi locordia, quod neque interrogent, neque considerent, neque obseruent, obstupeſunt ergo in idolis: quia sponte hallucinantur, nam protinus vanitatem deprehenderēt, si diligentiam in cōſiderando adhicerent. Vnde appetit idolorū cultores ignorantia prætextu excusati non posse: quia cæci esse atque in tenebris errare quām lucem intueri & veritatem amplecti malunt.

Ecce omnes vanitas.) Postquam loquutus est de idolis, idem pronuntiat de ipsorum cultoribus: quæmadmodū etiam P̄al. 115. habetur, Similes eis fiunt qui faciunt ea, & omnes qui sperant in eis. Omnes igitur superstitiosos vanitatis plenos esse, nihil iudicij aut rationis habere ostendit. Hoc quidē ipsi persuaderi non potest: nam arrogatiā sua inflati, se primarios omnium hominum esse putant, nōque velut stupidos & humanatum terum expertes præse deficiunt. Quo fālū nos cōtemnunt Papistæ & acuti eorum doctores? qua superbia olim Romani Iudeos spreuerūr: Sed nihil est cut morem ralem superbiam: omnes enim h̄ic à Deo vanitatis damnantur. *Defectus opera eorum.* Opera vocat tam simulachra quæ sibi superstitioni homines effingunt, quām omnes commentitios cultus, quorum nullus est finis vel modus, vbi quis sibi religionis author & magister esse appetit: omnia Defectum, id est, rem nihil nisi pronuntiant. Plamus etiam declarat, cum dicit *Ventus* esse & *chaos*, id est, rem confusam. Sic enim expono *īn*, quemadmodum etiam accipitur primo Genesios, cùm terram primū informem ac velut confusam fuisse Moses ait. Hic locus aduersus idololatras diligenter narrandus. Putant enim simulachra instituta esse ad conferuandā religionem, atque eorum conspectu, tanquam visibili praesentia Dei, animos accendi. Libros simplicium atque idiotarum esse putant, qui Scripturarū legione instituti nō posunt. Hic verò spiritus Dei rem confusam atque informem esse dicit: quia videlicet obturbat ingenia hominū, atque in superstitione retinentur. imò quicquid vere notitia hominibus inest, hoc idolorum cultu suffocatur, atque extinguitur. denique omnia simulachra & eorum cultus, & qui eos cōmenti sunt, & qui sequuntur, meram vanitatem esse docet, atque à nobis securè damnari posse.

2111

CAPVT XLII.

- Vcl. suffit t̄a ipsum.* 1  Cee seruus meus, "mittat illi selectus meus, in quo sibi placuit anima mea. Posui Spiritum meum super eum: iudicium Gentibus proferet.
- 2  N n clamabit, ne que attolleret, neque audire faciet in plateis vocem suam.
- 3  Arundinem quassat am non perfringet, nec linum fumans extinguet: in veritate proferet iudicium.
- 4 Non deficiet, neque frangetur: donec ponat in terra iudicium: & Legem eius insule expectabunt.
- Vcl. potēs.* 5 Sic dicit" Deus Iehoua, creator cælorum, & expandens eos: dilatans terram, & germina eius: dans flatum populo in ea habitanti, & spiritum ambulantibus in ea.
- 6 Ego Iehoua vocau te in iustitia: & tenebo te manu tua: custodiā te: & ponam in fœdus populi, in lucem Gentium.
- 7 Ut aperias oculos cæcorum, vt educas ex ergastulo viuētos, & ē domo carceris sedentes in tenebris.
- 8 Ego Iehoua: hoc nomen meum: & gloriam meam alteri non dabo, nec laudem meam sculptilibus.
- 9 Priora ecce venerunt: & noua ego amuntio: antequam oriantur nota faciam vobis.
- 10 Cantate Iehoua canticiō nouum, laudem eius ab extremo terrae: qui descendit in mare, & plenitudo eius, insulae & incole carum.

- ii Exclamet desertum & urbes eius, ville vbi habitat Kedar: cantent incolæ petre, & è vertice montium iubilent.
- 12 Dent Ichouæ gloriam, & laudem eius in insulis annuntient.
- 13 Ichoua tanquam gigas egredietur: & sicut prælator zelum excitabit. Vociferabitur, iubilabit: super inimicos suos roborabitur.
- 14 Tacu à multo tempore, filii & continuu me: tanquam parturiens clamabo: vastabo, & deglutiam simul.
- 15 In solitudinem redigam mortes & colles: omnem herbam eorum exiccabo: ponam flumina in insulis: & stagna exiccabo.
- 16 Et ducam cæcos per viam quam nesciebant: per scutulas quas non nouerant faciam eos ingredi: ponamque tenebras coram eis in lucem, & obliqua in planum." Hæc faciam ^{"Vel, Hæc verba, vel, Has res."} cis, & non derelinquam eos.
- 17 Agentur retrosum, pudecent pudore qui confidunt scutili, & fusili dicunt, Vos dij nostri.
- 18 O surdi audite, & cæci intenti estote ad videndum.
- 19 Quis cæcus misericruus meus? quis surdus sicut nuntius meus quem mitto? quis cæcus sicut perfectus, & cæcus ut seruus Ichoue?
- 20 Videndo multa que non obseruas, aperiendo aures, ut non audiat.
- 21 Ichoua voluntarius propter iustitiam suam, ut magnificet Legem ac extollat.
- 22 At hic populus direptus est ac cōculatus: illaqueandi in carcerebus onnes, & in spe-luncis abscondentur. Erunt in directionem, nec erit qui liberet: in prædam, nec quisquam dicet, Redde.
- 23 Quis in vobis auribus percipiet hoc? quis aduertet? quis attendet in posterum?
- 24 Quis in prædam dedit Iacob, & Isræl exposuit directoribus? Nōme Ichoua? eò quod peccauerimus in eum, nec voluerunt ambulare in viis eius, nec audierunt Legem eius.
- 25 Itaque effudit super eum furorem iræ sue, & robur belli. Inflammavit cum vndeque, ne que aduertit: exarst in eum, ne que posuit super cor.

I N C A P V T X L I I .

CCE SERVVS M E V S.) Videtur Propheta tanquam ex abrupto ad Christum transilire, sed memoria tenendum quod iam alio loco diximus: solere Prophetas cùm aliquid difficile creditu promittunt, statim mentionem de Christo subiungere. In eo enim promissiones omnes ratæ sunt, que alioquin dubiae ac suspicēbant. In Christo, inquit Paulus, est Etiam & Amē. Quid enim nobis cum Deo nisi Mediator ille intercedat: nimis profecto absimus à maiestate ipius, ergo neque salutis, neque utilius boni, nisi beneficio Christi, participes esse possemus. Porrò dum Iudeis liberationem promittit Dominus, illius eorum mentes eucere volunt: vt maiora & præstantiora dona spectarent, quam libertatem corporis, & redditum in Iudeam. Ea enim præludia tammodo fuerunt redēptionis quam per Christum adepti sunt deum, & nos hodie consequimur. Imò multa suis est Dei gratia in redditu populi, nisi quatenus perpetuus Ecclesiæ sue Redemptor tunc apparuit. sed vt alibi diximus, finis Babylonici exilij plena Ecclesiæ restitucionem in se cōplexus est. Ideoque non mirum si illud exordium gratiae Prophetæ contextant eū regno Christi, sicuti haec series paſſim occurrit. Ad Christū ergo veniendū, sine quo propitius nobis Deus esse non potest: hoc est, nūi in eius corpus inſiti cœlēcamur intert Dei filios. De ipso quidem Primogenito & Capite nunc sermonē haberi ex progreſſu liquebit: quia neque ad alium quemplam trāferti possent quæ dicentur: & Euā gēlūt cōtrouerſi im omnem tollunt. SERVVM vocat Christum, τὸν Ἰησοῦν. hoc enim nomen in omnes pios competit: quoniam ea cōditione adoptati sunt à Deo, vt le & totam vitam ei in obsequiū addicant: pī quoque doctores, & quicunque publicam in Ecclesia perfo-

^{Supra 7.14}^{2. Cor. 1.}^{20.}^{Matth. 12.}^{17.18.}

nam sustinēt, peculiari modo se nominant Dei seruos. Christus verò singulare quiddam habet, cur potissimum hoc nomen ei conueniat, nam ideo Seruus vocatur, quod Deus Pater non modò vel docēdi, vel aliud agendi munus ei iniunxit, sed ipsum vocarit ad opus eximiū & incomparabile, quod cū ceteris cōmune non est. Ceterū hoc nomen cōfli tribuitur perfōrante, resertur tamē ad humanam naturā. Nā cūm aeterna sit eius Deitas, & in ea cōqualē & candē cum Patre gloriā semper obtinuerit, vt se ad parēdum submitteret, necesse fuit carnē induere. Vnde etiam

Philip. 2.6. Paulus, Cūm eset, inquit, in forma Dei, non arbitratus est rapinam, se facere cōqualem Deo: sed inaniuit semetipsum, formā serui accipiens, &c. Quod ergo fuit seruus, hoc voluntariū fuit: ne quicquā de eius dignitate propterea minui existimemus. Atque hoc significarunt vereres Eccle-

Hebr. 2.17. sīc scriptores nomine Dispensationis: qua factū esse dicit, vt omnes infinitates nostras subie-
rit. Est enim volūtarius hic affectus quo se subiecit Deo, atq; ita subiecit, vt nobis quoque infer-
uireret. Nec tamē ea tam humilis conditio prohibet quoniamus supremā maiestatem retineat. Vn-

Philip. 2.9 de cūlā Apostolus ipsum supra omne nomen exaltātū esse dicit. E c c e. Vtūr partula demon-
stratiua, vt adducat Iudeos in rem presentem, nam ea quoq; ob oculos habebant, poterant ipsos ad
desperationem adigere. Iubet ergo vt oculos auertat à presenti rerum statu, atque in Christum
respiciant. **¶¶¶** alij actiū, alij passiū exponunt. Si passiū, talis erit sensus. Sic Deum innixū
Christo suo, vt omnē curam in ipsum reificat: sicuti domini in seruos fideles solent. Atque hoc

Ioh. 13.3, & eximia fidelitatis testimoniuū est, quod Deus Pater ei omnia cōmittet: atque in eius manu depo-
net suam potestatē & imperium. Nen tamē displicet actiua significatio, Erigan ipsum, vel attol-
lam, vel stabiliam in suo gradu, nam quod paulo pōst sequitur, Ponam Sp̄ritum meum in eo, re-
petitio est ciudē sententiæ. Prior itaque loco dicit, Fulciam eum: dcinde modum culturę indi-
cat. Quod cū Sp̄itu suo reget: qua loquitione significat se Christo in omnibus adiutorē fore,
nec paſſūlūm v̄ illis difficultatibus cedar. Oportuit autem Christum prēdictum cū Sp̄itu Dei,

vt diuino illo munere fungeretur, Deique & hominum mediator esset: quia humanus tāta res
peragi non poterat. **E L E C T V S** h̄c pro eximio capitū, vt aliis in locis: quemadmodum electi iu-
1. Sam. 26. uenes vocātur, qui sunt in ipso flore etatis. Seruum igitur eximium vocat, qui perferat nuntium
reconciliationis, cuius omnes actiones regantur diuinitus. Interēa gratuitum suum amorem cō-
2. ¶ mendat, quo nos omnes cōplexus est in Filio virginito, vt in ipso capite refligeat electio, qua in
2. Sam. 6.1 sp̄e eternae vite sumus adoptati. Iam quia celestis virtus in humana Christi natura habitat, dū
ipsum audimus loquentē, ne carnem aut sanguinem spectemus, sed altius erigamus mentes, vt
quicquid ab eo agitur, diuinū esse intelligamus. **I N Q U O S I B I PLACVIT ANIMA M E A.** Hoc
testimonio intelligimus Christum non solum gratiosum esse Patri, sed ipsum solum ei gratum
M. t. 3. 17, & acceptum esse: vt nulla sit ratio impetranda a Deo gratia, quām intercessore Christo. Atque
G. 12.18. hoc sensu hic locus ab Euangelitis citatur, quemadmodū & Paulus primo ad Ephesios cap. do-
Vers. 6. cēt nos in dilectō sic fuisse reconciliatos, vt propter ipsum amemur. Postea admonet, Christum
virtute Spiritus non sua priuatum causā ornatum iri, sed vt eam lōgē latēque diffundat. Et quidē
Psal. 76.2. Iudicij nomine significat regimen bene cōstitutū: non sententiam que a iudice fertur pro tri-
Ephes. 2.12 bunalī. Nam Iudicare, Hebreis Praeſē, regere & moderari significat, nec tantū in Indra, sed
vbique terrarum hoc iudicium fore adiungit, que promissio admodum noua atq; insolita fuit:
Deus enim tantūmodū in Indra notus erat, Gentes ab omni gratia fiducia excludebantur. Pro-
pterea luculentis hīscē testimoniorū nobis vēhemēter opus fuit, vt de vocatione nostra reddamus
certiores: nā alioqui h̄ec promissa nullo modo ad nos pertinere viderentur. Christus ergo mis-
sus est vt vniuersum orbem sub potestatē & obsequiūm Dei redigeret. vnde apparet sine ipso
confusa & peruersa esse omnia. Priusquā ad nos accedat, nulla inter nos recta administratio esse
potest. Dicamus ergo nos ei subiicre, si bene ac moderatē regi cupimus. Est autē hoc regimen
ex natura ipsius regni cōstīmandū, quod extēnum nō est, sed ad intēriorem hominē pertinet.
Constat enim recta conscientia, & vita sinceritate, non quā coram hominib; sed coram Deo
cōstīmetur. Itaq; huc summa redit, quia tota hominū vita peruersa est ex quo per lapsū Ad: &
omni ex parte corrupti sumus, veniē Christum cum cœlesti potentia Sp̄itus, qui nos mātato
ingenio reformat in vite nouitatem.

2. **NON CLAMABIT.**) Ostendit qualis futurus sit Christi aduentus: nempe, sine pompa aut
apparatu, qualis Regibus terrenis esse solet. Aduentu enim Regum varij strepitus & ingentes
acclamations fiunt, adeò vt cœlū terræ misceri videatur. at Christum sine vlo strepiti aut clā-
more venturi esse dicit Isaías: idque non modò laudandæ modestiæ causa, sed primū vt nihil
de eo terrenū fingamus: deinde, vt cognita eius mansuetudine: qua nos allicit, properemus ala-
criter ad eius occursum, postremo, quānus contēptibilius sit eius humilitas, ne tamen languescat
Math. 8.4, fides nostra. Non attollet ergo vocē, hoc est, nihil p̄q se feret turbulentum: vt vulgō dicere sole-
G. 9.30, & mus de placido homine & quieto, il ne fait pas grand bruit. nec certe vēditaut sc̄e populo: quin se-
z. 16. pe miracula sua vulgati prohibebat, vt eius imperiū atque authoritatēm omnes lōgē diuīsam
Marc. 5.43 esse intelligerēt ab ea quā Reges aut Principes sibi conciliant, rumore de se cōcitatō ad captan-
Luc. 8. 55. dum fauorem multitudinis.

3 ARVNDINEM QVASSATAM. Postquam in genere pronuntiauit Christum Principibus terrenis dissimilem fore: mansuetudinem quoque plus in specie declarat in eo, quod infinitos ac debiles sustinebit. Hoc enim significat ista similitudine **ARVNDINTIS QVASSATAE**, nolle se eos qui seminacti sunt frangere omnino ac conterere, sed letere potius ac sustinere: ut quod boni in ipsis erit, conferuet atque adaugeat. Idem declarat similitudine lini fumigantis, metaphora ducta est ab ellychniis, in quibus eti dispergit obscuritas, aut fumus quem edunt, non tamen extinguitur, sed potius mundatur ac fouentur. Talem Christo indulgentiam attribuit Isaia, qua imbecillitatem nostram toleret: quod re ipsa sentimus ab ipso impleri, ybiunque enim emicat aliqua scintilla pietatis, eam fouet atque excitat, nam si nobiscum summo iure ageret, in nihilum redigeremur. Quanvis igitur vacillent homines ac claudcent, quanvis etiam quaslati aut luxati sint, tamen eos non statim abducit, quasi propterea inutiles: sed diu perfert, quoad firmiores & constantiores reddiderit. **Huius mansuetudinis signum editum fuit à Deo, cùm Christus ad hoc legationis munus inauguatus est.** missus enim est è cælo in ipsum Spiritus sanctus sub specie columbe, que nihil a-
liud præ se fert quam mansuetudinem & lenitatem. Et certè lignum ipsi rei omnino con-
uenit, nec enim magnos strepitum mouet, nec formidabilem se prebeat, vt Reges terteni so-
lent: neque populum suum supra modum vrgere, aut premere, sed potius subleuare ac fouere vult, nec solum id prestatum cùm apparuit mundo, sed in dies per Euangelium tales se prebeat. Hoc igitur exemplo debent ministri Euangelij, cùm eius vices sustineant, mansuetos se præbere, & sustinere infirmos, & placide ducere in viam, ne extinguant in eis igniculos pietatis, qui vel paulum modò emicant, sed potius inflammat totis viribus. Ceterum ne hac mansuetudine vitia & corruptelas foueri existimemus, subiungit, IN V E R I T A T E P R O F E R E T I V D I C I V M. Quanvis ergo Christus infirmos subleuet ac sustineat, tamen longè absit à blanditiis, quibus virtus aluntur, corrigenda igitur sunt peccata sine adulione, qua nihil magis alienum ab ista mansuetudine esse potest. Itaque diligenter cauenda nobis sunt extrema: id est, ne vel nimia severitate frangamus debiliū animos: vel blanditus nostris aliquid mali foueamus. Ut autem melius teneamis in quos hac mansuetudine vtendum sit Christi exemplo, sedulò expendenda sunt Prophetæ verba. Calamum quallatum & ellychnium fumans nominat. Hæc igitur ad eos non pertinent qui robusti sunt, atque peruicaciter resistunt, quique furiosi sunt, ac indomiri. tales enim hac indulgentia indigni sunt: quin potius severitate Verbi, tanquam malleo, frangendi sunt & conterendi. Itaque sic laudat mansuetudinem, vt simul quibus apta sit, quando & quomodo vtendum sit, demonstret. nec enim conuenit duris & praefractis, vel sui furoris flammam iaculantibus: sed qui dociles se præbent, ac libenter se ingo Christi subiiciunt. Et fumandi verbo admonet non tenebras, sed scintillas, tametli tenues & subobscuras, ali ab ipso ac foueri. Vbi igitur peruvicacia & impietas, illuc summa severitate agendum est, nec ullo modo indulgendum: vbi vero quedam virtus non propterea intollerabili sunt, tamen hac lenitate minime foueri, sed corrigi atque emendari decet: quia præcipua semper veritatis, de qua loquitur, habenda ratio, ne virtus tegantur, atque ita occultam putredinem contrahant, sed infirmi paulatim ad sinceram rectitudinem formentur. De his ergo hic agitur, quibus tametli multum desit, integro sunt animo, & studiosi sunt vera religionis: vt saltē inchoatum in iis boni aliquid appareat. Quād Mat. 12, 39, enim durus in contemptores fuerit Christus, ex multis exemplis abunde patet. Virgam & 22, 18, enim ferente cogitur exercere ad communiendo eos qui se pastorali eius pedo regi non ē 23, 13 sustinent. Nam hec verè pronuntiat voluntariis discipulis iugum suum suave esse, & onus leue: ita non frustra cum sceptro ferreo armat David Psalmū secundo ad hostes frangendos: Psal. 2, 9, & Psalmō 110. sanguine madidum fore dicit. & 110, 6, 7

4 N O N D E F I C I E T, N E Q U E F R A N G E T V R.) Alludit ad proximum versum, & confirmat id quod prius dictum est: nempe, Christum placidum quidem & lenem fore erga debiles: nihil tamen aut exseminatum aut molle habitatum, quia mandatum sibi à Patre munus suum viriliter exequetur. Hoc enī significat cām ait non defectorum. Atque in hoc verbo נְסָרֵי, allusio est cum priore versu, vbi de fumigante lino loquutus est. Oltendit autem qualis vera sit modestatio mansuetudinis, ne declinet ad dissolutam indulgentiam, sic enim ea vtendum est, ne officio nostro desimas. Multi se lenitatis nomine venditare volunt, vt plausibilis sint mundo & gratioli: sed interim turpiter ac nefariè veritatem produnt. Memini cūm in celebri quadam ciuitate duo essent concionatores, quorum alter strenuè ac fortiter virtus infestabatur: alter vero blanditiis au-ram popularem captabat: hunc blandum qui Ieremiam enarrabat, incidiſe in locum

plenum lenissima consolationis: atque argumentum opportunum (ut quidem existimabat) noctum, inuehi cœpisse in rigidos illos & leucros reprehensorum, qui verborum quasi fulminibus homines terrere solent. Postridie verò cum Propheta argumentum mutaret, & acrius pro sua vehementia obiurgaret impios, miserum assentatorem, qua recenti memoria omnes audierant, summa cum irrisione retractare coactum esse. Ita leuis illa aura quam captabat, protinus euanuit, cum se proderet indicio suo, bonisque & malis putidum se redderet. Est igitur nobis inter dociles & peruvicaces distinguendum, ne passim mansuetudine ista abutamur. Interea inuidam Christi fortitudinem Isaías fore predicit, qua obstacula omnia superet. Nam his verbis, Donec ponat iudicium, intelligit efficax fore ministerium Christi, ut emergat fructus doctrinae. Nec enim solummodo dicit, Donec annunciarerit voluntatem Patris: sed donec stabiliat iudicium, id est, rectam administrandi rationem: sicuti prius dictum est. Testatur ergo ministerium Christi non fore infructuosum, sed tantæ efficacitæ ut eo homines reformatur. Quod ad Christi personam restringi non debet, sed ad tortum Euangelij cursum: quia non modò legatione sibi iniuncta funetus est per triennium, sed per suos ministros quotidie eandem continuat. Interea monemur nos munere isto fungi non posse, quin molestiae permulta ferenda sint, & difficulta certamina subeunda, adeoque periculosa, ut iis promedium frangamus, atque omnia abiecte parati simus. Non est tamen desinendum, sed constanter pergendum in officio, atque ad extremum usque currendum est. Ideo testatur hic Propheta Christum adeò constantem fore, ut vocationem suam ad extremum persequatur, quo etiam exemplo nobis forti animo perseverandum est. L E G E M. hic accipit pro doctrina: quemadmodum etiam Hebreis à Docendo appellatur. atque sic Prophetæ de Euangelij doctrina loqui solent, ut ostendant ipsam neque nouam, neque alienam à Moysi futuram esse. I N S V L A. Prius declarauimus insulas ab Hebreis vocari transmarinas regiones. confirmat autem Propheta superiorum sententiam, qua dictum est, Christum non Iudeis tantum, sed Gentibus quoque destinatum esse: tam eti nihil commune haberent cum populis Iudeorum. Ad omnes denique nationes pertinet ista promissio: ut omnes orbis partes huius restitutionis atque reformationis fructum percipiant. Expectandi quoque verbo signi ficar electos audiē suscepimus Euangeliū sibi oblatum: nam in eo Dominus parescit vim suæ electionis, quod qui in tenebris errabant, simulatque Euangeliū vocem audiunt, eam summo studio amplectuntur. ac tametsi prius aberrarent ut oves dissipatae ac ferre perdite, tamen pastoris vocem statim audiunt, sequi libenter ei summittunt: quemadmodum etiam Christus ipse pronuntiavit. unde agnoscamus verissimum esse illud Augustini, Pleraque oves extra caulas agere, cum lupi intra caulas se penumero habitent. Attentio porro hac opus Dei est, dum homines qui sapere se putabant, proprio sensu valere iusso, occurruunt ad discendum Christi Euangeliū, ut toti ab hoc magistro pendeant.

5 S I C D I C I T I E H O V A.) Confirmat id quod dixit initio capituli de regno Christi, Omnia videlicet per ipsum restituenda atque instauranda esse: quod cum incredibile videri posset, magnificam hic descriptionem subiunxit de potentia Dei: qua fides nostra confit mari debet, cum praestitum externus rerum status omnino aduersatur. Propterea adducit aperta documenta potentia Dei, ut eorum commemoratione excitentur omnes, atque sibi persuadeant cum qui ex nihilo creauit omnia, celos expandit, germina produxit, vitam inspirauit animantibus, quique sustinet ac tuetur omnia sua potestate, facilè hæc præstitutum que promittit de regno Christi. His loquendi formis monemur, ut verbo Dei sua constet authoritas & plena fides, reputandam semper esse eius potentiam. neque enim abs te sic prefatur Isaías, sed ut omnem dubitationem eximat: quia Deo, sub cuius manu & arbitrio subest totus orbis, nihil sit difficile: & proximis Capitibus similis loquendi ratio occurret. ™ Potentem nonnulli vertunt, alij Deum, sed parum refert: idem enim est sensus: quia potentiam eius & maiestatem proponit, atque his titulis eam variè exornat, ut ipsum facile collapsa & prostrata omnia restitutur sciamus.

6 E G O I E H O V A V O C A V I T E I N I V S T I T I A.) Iterum repetit Dei nomen, in quo subaudienda sunt ea quæ expressit superiori versu de potentia ipsius. Vulgo putant vocationis Christi finem notari, quod missus sit à Patre ut iustitiam stabiliret inter homines. Ea enim destituti sunt, quandiu Christo carent: omnibusque scelerum & vitiiorum corruptelis dediti, lùb tyrannide Satanæ capriui sunt. Sed quia I V S T I T I A nomen latius patet, argutiam illam omitto: neque etiam dicitur A D I V S T I T I A M V O C A N D V S, sed loquutio hæc simpliciter resolvi debet in aduerbiū Iustè, vel Sanctè. Potius intelligo vocatum Christum in iustitia, quod legitima sit eius vocatio, ideoque stabilis & firma fura

Cap. 41.1

MAT. 4.16 ipse pronuntiavit. unde agnoscamus verissimum esse illud Augustini, Pleraque oves extra caulas agere, cum lupi intra caulas se penumero habitent. Attentio porro hac opus Dei est, dum homines qui sapere se putabant, proprio sensu valere iusso, occurruunt ad discendum Christi Euangeliū, ut toti ab hoc magistro pendeant.

Ioh. 10.16 ipse pronuntiavit. unde agnoscamus verissimum esse illud Augustini, Pleraque oves extra caulas agere, cum lupi intra caulas se penumero habitent. Attentio porro hac opus Dei est, dum homines qui sapere se putabant, proprio sensu valere iusso, occurruunt ad discendum Christi Euangeliū, ut toti ab hoc magistro pendeant.

tura sit. Scimus enim ea quæritè & ordine non sunt, diuina esse non posse. Nisi forte ita accipere placeat, Deum, ut Christum preficiat Ecclesiæ inflationi, non aliunde causam petere, sed à seipso, & propria iustitia. Certum tamen est, stabilitatem notari hac voce: ac si dictum esset Fideliter. Per apprehensionem manus intelligit prefens auxilium Dei: ac si diceret, Ego te gubernabo ac confirmabo in ea vocatione in qua te constitui. In summa, ut iusta est illa tua vocatio, sic eam tu boc ac sustinebo, acsi apprehensa manu tua dux tibi essem. & verbum Cū studiū dī quod proxime sequitur satis declarat quid sit Tenere manu: nempe, sic gubernatum in Christum à Patre, ut eum tutorem ac vindicem habeat, fruatur eius auxilio, denique presentem ipsum sentiat in omnibus. P O N A M T E I N F O E D V S. Iam exprimit quorū custodem sc̄ Christo fore Deus promittat. Ceterū Propheta distinctè de Iudeis & Gentibus loquutus est: non quod differant natura, aut alij alii præstantiores sint, / omnes enim eagent gratia Rom. 3.25 Dei, atque omnibus promiscè Christus salutem attulit / sed quia Iudeis primum locum attri- Mat. 10.6 buit Dominus, i. eo ab aliis secerni consentaneum fuit. Ergo antequam diruta esset maceria, nō Ephes. 2.4 suo merito, sed Dei beneficio excelluerunt, quod fædus gratutum cum iis primo loco initum sit. Obici potest, Cur statuatur Christus in fædus quod multò ante sancitum erat: nam ante duo annorum millia & aliquanto plus adoptauit Deus Abraham: atque ita origo discretionis Christi aduentum longè præcessit. Respondeo, Fædus quod percussum fuerat cum Abraham & posteris, fundatum fuisse in Christo, hæc enim sunt fæderis verba, Benedic se in semine tuo omnes Gentes. nec verò alter fuit ratum fædus, quām in semine Abraham, hoc est, in Christo: cuius aduentu, tametsi prius initum esset, confirmatum est, atque effectu ipso lanicum, vnde etiam Paulus omnes Dei promissiones in Christo Etiam & Amen esse dicit. Et alio loco Christum mi- 2 Cor. 1.20 nistrum circuncisionis vocat, ad implendas promissiones que dat⁹ erant Patribus. Clarius etiam Rom. 15.8 alibi Christum esse omnium pacem, vt qui ante diuisi erant sub ipso coalecant, atque ita re- Ephes. 2.17 concilientur Deo tam longinqui quām propinquoi. Hinc quoque apparet Christum non tantum Iudeis, sed toti mundo promissum esse, atque iterum hic locuples de Gentium vocatione testimoniū habemus, cùm nominatim exprimat Christum in earum lucem destinatum esse. I V C E M porrò vocat, quod Gentes in profundissimas & dep̄fissimas tenebras demersi essent, quo tempore Iudeis tantum Dominus præluccebat. Nunc igitur in nobis folummodo culpa est, nisi fatigatus huius participes simus, omnes enim homines, nemine demptos, ad se vocat, omnibusq; Christum destinat, vt ab ipso illuminetur. Aperiamus modò oculos, ipse solus tenebras discutiet, mentisque nostras veritatis luce illuſtabit.

7 V T A P E R I A S O C Y L O S C E C O R V M.) Hic fuis enarrat in quem finem Christus à Patre mittendus sit: ut quid fructus nobis afferat, & quām necessarium eius subiudicium sit, mclius liqueat. Admonet autem eundem mortales cœcitatis suę, ut eam agnoscant, si illuminari à Christo velint, denique sub illis metaphoris declarat qualis sit hominum conditio, donec illis affulget Christus redemptor: miserrimos scilicet, bonorum omnium vacuos & inopes, et umbrisque infinatis septos atque obvatos esse, donec à Christo liberentur. Et si autem compellat ipsum Christum, fidèles tamen respicit, ut sciant quod sibi sperandum sit, nec dubitent malis suis omnibus paratum fore remedium, si eius fidem implorent. nec enim hic Christo praescribit Pater quid acturus sit, quasi doceri, vel mandatis instrui ipse neccesse habeat: sed eū nostra causa alloquitur, ut quorū à Patre nullus sit intelligamus: quemadmodum etiam Psalmus secundo, Recensēbo decretum: postula à me, dabo tibi Gentes. Dignitas enim & authoritas Christi illuc prædicatur, ut sciamus summum ei à Patre concessum esse imperium, quod tutius omnem in eos spem & fiduciam locemus.

8 E G O I E H O V A.) Hinc collige qualis & quantus sit morbus incredulitatis, cùm in eo curando vix vallis verbis Dominus sibi satisfacere possit. Sumus enim ad diffidentiam proni natura: nec Deo loquenti fidem habemus, nisi duritatem nostram penitus euincat. Deinde subinde in idem vitium relabimur nostra leuitate, nisi nos pluribus fratribus retineat. Iterum ergo reuertitur ad eam confirmationem de qua prius dictum est, nequid fidem deroget suis promissis, 817 interdum capitur Substantiū loco, ut sit nomen propriū Dei, ego verò simpliciter expono, Ipsum est nomen meum, id est, mihi proprium est, vt nefas sit aliò transferri. In summa, hac locutione obſignat quicquid de officio Christi dictum est, ac veluti sigillum addit⁹ promissione: Qui hæc pronunciat, testificat solum esse Deum, nomenque hoc in ipso tantum residere. N O N D A B O. id est, non patiar gloriam meam imminui: quod fieret si mendax aut vanus deprehenderet in promissis. Suis ergo promissis se staturum declarat, quod gloriam suam vindicare & seruare integrum velit, ne villa in parte ipsi derogetur. Insignis locus: quo docemur gloriam Dei in eo præcipue conspicuam esse, quod præstat ea quæ pollicitus est. Atque hinc eximiā fidei nostræ confirmationem habemus, quod Dominus nunquam fallit, nec promissis deest. nec villa ratione impediti potest quod semel constituit. Quoniam verò Satan nuris artibus hanc Dei gloriam ob-

scurare, atque ad homines & falsos deos transferre ntitur, ideo testatur se non paſſum ut vanus aut fallax in promiſſis videatur. Antithesis autem inter Deum vnicum & idola ad circumſtantiam temporis refertur; quia niſi Deus ſuorum fuifet redemptor, gloriati fuiffent inceduli aefi fallax & inanis fuifet vera religio. Negat igitur ſe paſſum Deus, vt opprefſa Eccleſia, triumphos agant impij: ſicuti minimē dubium eft; Deum haſtenus nobis pepercifſe, & tam clementer adhuc agere nobifcum, ne ſacrilegii Papiftatum probris Euangeliū ſuum exponat. Hinc vniuersaliſis doctrina colligenda eft: nempe, Dominum velle gloriam ſuam illibatam ſibi manere. Eam enim vbiq[ue] ſumma contentione vindicat atque alſet: vt zelotem ſe eius acerri-
mum eſſe oſtentad, nec minimam eius partem aliō transſerti patiatur.

9 P R I O R A.) Nunc in memorię reuocat priora vaticinia, ex quorum cōplemēto, fidem in posterum quoque ſibi habendam eſſe oſtentat, nam quæ reiſta experti ſumus, multum ad confirmationē valere debet. Perinde ergo eft aefi diceret, Ego toties loquutus ſum patribus veſtris, meque in omnibus veracem eftis experti: mihi tamen de futuris fidem habere non potestis. experientia rerum antē actarum nihil vos mouet, neque ad meliora incitat. Sic igitur commemo-
randa ſunt beneficia Dei, vt in verbo eius, quoties in ſpe abſcondita latet ſalus noſtra, toto vitę
noſtre curſu acq[ui]escamus & conſirmemur. ac aduerbio E C C E, tanquam digito monſtrat, ipſos
experientia didicisse Deum non eſſe vanum, nec fruſta per Prophetas loquutum eſſe: quia paſſa
certis documentis nota & celebris erat Dei veritas. ANTE Q V A M. Hac noſta diſcernit Deum ab
idolis, quod futura ſolus ipſe nouit ac praedicit illa verò neſciunt. Quod autem reſpoſta plerum-
que data ſunt à diis Gentium, ea aut falſa aut fallacia fuifſe antē vidimus. quia turpiter ſepe de-
lufi fuerunt qui ab illis pendebant, ſicuti digni fuerunt hac mercede, quod ſi quando prima ſpe-
cie euentus reſpondit, hoc modo demerſi altius fuerunt in æternum interitum: & iusto Dei iudi-
cio factum eft, vt talibus p[ro]p[ter]e ligati eos fascinaret Satan. Alia oraculorum ratio, quibus vtiliter,
& in ſuam ſalutem Eccleſia nunc ad reſipientiam adducta fuit: nunc in bonam ſpem crecta, ne
ſub p[re]nārum onere deficeret. Hoc quidem fixum manet, Quocunq[ue] prædixit Deus, euentu
comprobari. Omnia enim prouidentia ſua regit & moderatur.

10 C A N T A T E D O M I N O.) Nunc populum ad gratitudinē hortatur. hoc enim perpe-
tuum in beneficiis Dei eſſe debet, vt eorum commemoratione ad gratias agendas & laudes eius.
celebrandas incitemur. Porrò illa exhortatione pios velut in rem p[re]ſentem vocans, eas promi-
ſiones conſirmat de quibus loquutus eft. Hoc enim Prophetæ consilium notandum eft, quantū-
uis duriter premantur fideles, non tamen eſſe cur mætori ſuccubant: ſed bona ſpe animati debe-
re ad latitiam, vt iam ſe ad gratitudinis teſtimonium accingant. Materia huius cantici eft, quod
Christus patefactus eft mundo, & miſtas à Patre, vt Eccleſia ſuæ miſeriis ſuccurrat, eaq[ue] reſti-
tuat in perfeccum ordinem: inquit quod totum orbē renouet. Quod autem res erat magis difficultis
crediti, omnem dubitationem tollere voluit Prophetæ, vt ineluctus animis eorū h[ab]et vaticinia in-
figeret nec profecto mirum eft Prophetæ in his excitandis ad e[st] laborare, cum in extremas angu-
ſias redacti eſſent, nec vlla ſpes reliqua eſſet ſalutis. Solus enim rerum aspectus fidē eorum la-
befactare poterat, inquit ſuſpicionē aſſerre, varia & ridicula eſſe omnia que à Prophetis prædicta
erant. Huc ergo pertinet illa exhortatio, vt in deploratissimo rerū ſtatu, erecto ſint animo, atq[ue]
iſtis promiſionibus confidant. NO V V M, intelligit p[re]claram, elegans, exquisitum, non vulgare
aut tritum: ſed quod in admirationem homines rapiat, vt pote compositum de singulari Dei gra-
tia, cuius ſimile exemplum nunquam exiterat. Q[uo]d ſenſu etiam Psal. 33. & 96. capitul. Nouum e-
min h[ab]et oponitur Vulgari, atque ita incoparabilis Dei miſericordia cōmendatur, que in Chri-
ſto patefacienda erat. Quamobrem celebrati ipsam, atque eximiis laudibus extollit oportuit.
Vnde colligimus vnumqueq[ue] noſtrū cōmagnis ad laudes Dei prædicandas intentum eſſe oportere,
quod plus beneficiorum accepit. Omnes quidem Deo laudes canere debent: quia nemo eft
qui non ſumopere ſit ei obſtritus: ſed magis exquitas laudes ab iis manare decet qui libera-
lius ornati fuerunt. Iam quum fontem omnium benedictionū aperuerit Deus in Christo, & ſpi-
rituales omnes diuitias explicuerit, non mirum ſi inſolitus & inſigne laudis ſacrificiū ſibi repē-
di postulet. Notandum eft autem hoc Canticum cani non poſſe nili à renouatis, nam ab intimo
cordis affectu proficiē debet. Spiritu ergo due atque impulſore opus eft vt laudes iſtas verē
cantemus. Porrò non vnum tantum aut alterum populum, ſed omnes orbis tetrarum nationes
ad id hortatur: quoniam omnibus etiam Christus delinatus eft.

11 E X C L A M E N T.) Cū Prophetæ omnes orbis partes cōprehendat, eis p[re]cipue no-
minat quæ magis nota Iudeis erant. nā ab Occidente Iudæa mare habuit, ab Oriente defertū &
Arabiā. Cū enim loquitur de tentoriis Cedar, deferto & ruſibus, Arabiam designat: ſed eft
ſynecdoche, qua totum Orientem comprehendit. Perinde igitur eft aefi diceret, A Solis ortu ad
oceafum vſque audiēdas eſſe haſtes: quoniam vbiq[ue] coletor Dominus, cū anteſ in Iudea
tantum coleretur. Itaque immutabitur rerum ſtatus, atque in extremis terr[ae] partibus laus iſta
audietur. V I L L A S. Cedar nominat, quoniam Arabes Scenita, vt ſatis notum eft, ſub tentoriis
habitabant.

habitabant. At qui vrbes nominar, quum de deserto loquitur. notandum est igitur D E S E R T U M vocari non tantum vastam solitudinem, que inter Iudeam & Arabiam erat: sed vltiorum regiones, quas vulgus a vicinior parte censet: quemadmodum nonnulli montana vocant etiam cas planities que trans montes sit sunt. nam vulgus in eis quod propius est conceptu ita occupatur, ut cetera que longius absunt sunilia esse putet. Quanquam gratia Dei magnitudine hinc illustrat & extollit Propheta, quod ad Gentes etiam incultas & barbaras, quarum immanis feritas nota erat, penetrabit.

12 D E N T G L O R I A M.) Significat qualis hic clamor futurus sit, nempe ad celebrandas Dei laudes: quoniam ubique bonitas eius & clementia tentietur. Contenta igitur voce celebrari iubet redemptionem, sicuti fructus eius communis erit omnibus populis. atque hinc monemur hodie quoque vehementi affectu clamandis, quum laudes Dei predicamus: vt & ascendamus ipsi, & alios ad idem faciendum exemplo nostro inuitemus. nec enim futurare folummodo poslunt, aut tepera, aut sibi canere, vt aiunt, & Musis, qui verum diuinæ gratia gaudium habent.

13 I E H O V A T A N Q V A M G I G A S.) Quæ nunc subiicit Iacobus, ad superandas piorum tentationes pertinent. Deo enim robur & fortitudinem adcribit, vt fatis firmum in eo præsidium sibi fore intelligent. nam ideo laboramus in aduersis, quod dubitemus an Deus ad opem nobis ferendam futuriciet: præteritum vbi cunctando videtur vota nostra quodammodo frustrari. Ideo Propheta magnifice extollit potentiam Dei, vi omnes in eum ipem locare & recumbere discant. Egressus autem cuius fit mentio, metaphoricè capitur: quia latere vilus fuerat Deus, quo tempore suos affligi & opprimi absque villa auxiliis specie passus fuerat. tantudem igitur valet ac Prudire in medium ferendæ opis cauta, quod idem sequentibus confirmat. Nam quod excandeat in Deo tribuitur, vt tanquam bellator contra hostes irruit: Similitudines sunt anthropopathicæ, quib' declaratur nobis firmum auxilium Dei, cuius vis alioqui non satis nos afficeret. Sete igitur ad capitum nostrum accommodat, quemadmodum fæpe dictum est: vt sciamus quanto teruandi nostri studio ardeat, & quam indignè ferat piros affligi & opprimi: inde quā formidabilis sit eius iracundia, quoties ad pugnam se accingit. Semper autem notanda est temporis circumstantia, quam spectauit Propheta, ad quam haec vaticinia accommodari debent. nam quum magis ac magis ferocirent hostes, miserisque populo insultarent: aliud omnino pio considerandum erat, quam quod oculis intuebatur: atque statuendum, satis esse potentiam Deo ad subigendos hostes, vt ipsos ex eorum manu eriperet. nec tantum exilio tempore operæ pretium fuit hac promissione leniri eorum tristitiam, sed ferè usque ad Christi aduentum: quia subinde duriter configendum fuit cum gravibus molestiis, sicuti ex historiis patet.

14 T A C V I A M V L T O T E M P O R E.) Occurrit Propheta temptationibus, quæ multū hemie, & molestiae nobis faciliere solent, quum Deus auxilium suum differt. Tentatur impatientia, vanâ Macchabeorum. que promissa esse suspicamur. Deum enim silere, ac veluti dormire, quum se efficerunt impii: fregere dum illi nocendi libidine inflammati sunt: & sceleribus eorum conniueri, dum strenuè per omnem levitatem gravassant, absurdum esse iudicamus. Afflictos igitur ac penè fractos animos sustinere voluit Propheta, ne se destitutos à Deo esse putarent, quanvis desperata omnia viderentur. Et consultò notatur diurnitas, ne moræ tardio languescerent animi: nam quum à morte Iosaphat continuis ferè cladibus attriti fuissent, septuaginta exiliis annos transfigere valde asperum & triste fuit, neque tunc quoque malorum contigit finis: ideoque sedulò moneri necesse fuit, quanvis non statim Deus succurrat, nihil tamen damni esse in tarditate, modò patienter expectant fidèles. Incredulos etiam his verbis increpat, qui freti eius tolerantia, quiduis licentia sibi sumebant: negat igitur Deus, quanvis se continuierit, & quietus fuerit spectator, se ideo fuisse orbatum virtute. T A N Q V A M P A R T V R I E N S. Hac similitudine mirum dilectionis ardorem, & tenerimum affectum exprimit. Matri enim scie comparat, que partum vincere amat, quanvis summo cum dolore ipsum ediderit. Hæc quidem conuenire Deo non videntur: sed non potest aliter vehemens ipsi erga nos amor exprimi, quam istis figuris. Necesse est igitur ipsum similitudines mutuari à rebus notis, vt ea quæ nobis incognita sunt, declareret. nam aliqui longè est alia ratio amandi Deo: id est, integrior & perfectior quam hominibus. Et quanvis superet humanos omnes affectus, nihil tamen habet turbulentum. Ceterum, simul notare voluit redemptions populi, speciem quandā partus fore, quod scirent Iudei sepulchrum sibi fore pro vtero: atque ita in media putredine ipsam salutis conciperent. Etsi autem absque dolore & nimis tunc sibi peperit nouam Ecclesiam, quod ramen gratiæ suam in hac renascientia melius commendet, non abs se clamorem fecimur parturientis ad se transfert. Quoniam autem similitudo illa parturientis, aliquid minuere poterat de maiestate & potentia Dei, alterum hinc affectum adiungere voluit Propheta. Quantum ad amorem igitur, similis matri esse dicitur: quantum ad potentiam, similis leoni aut giganti.

15 I N S O L I T U D I N E M.) Significat Propheta omnes munitiones & copias, quibus efferruntur impii: impedimento non fore Deo, quominus populum suum in libertatem vindicet. Atque hoc prioribus rursus addi necesse fuit, nam cum videimus hostes pollere viribus, ac penè inui-

et os esse , expaueſcimus , nec apprehendimus auxilium Dei , quo ad fidei constantiam opus eſſet . quanobrem Propheta in hoc iuſtitit , vt ostendat nullas omnino vires aut copias Domino obſtare poſſe cum ſuos liberare vult . Talem denique rerum conuerſionem fore oſtendit , vt qui ante potentiſimi erant , frangantur : nec quicquam omnia tentando aduersus iſum efficiantur . Ac mihi ſimplē videtur huius loci ſenſus : nec ſubtilius philofophari opus eſt , vt nonnulli , qui dum haec allegoricē interpretantur , per mon tes & colles , vrbes designari putant . per HE R B A M , homines qui eas incolunt : ſed nihil opus eſt eiūmodi argutias leſtari . nam ſimpliciter declarat latiſeſe Deo potentiā ad implenda promiſſa & Eccleſiam liberandam . quia omnes difficultates que ſe oculis noſtris ingerunt ſe facile ſuperabit . Et reſpondet haec ſententia aliis vaticiniis quaꝝ ante vidimus , vbi docebat Propheta naturalibus mediis non obſtruant eſſe Dei potentiam ſimulacruſuos iuuare decreuit , ſed miraculis pertumpere cuneta obſtacula quaꝝ tranſiſtum claudere videntur .

16 E T ED V C A M C A E C O S .) Postquam oſtendit hoſtium robur obſtare Deo non poſſe quominus libereſt populum ſuum , pergit in ea conſolatione quam prius attigerat . Cęcos autem vo cat eos , quibus reſadè perplexa ſunt & diſſiciles , adeoque turbulentus rerum ſtatus , vt ignorent quō ſe vertere , quō confugere debeat : quibus denique nullus exitus , ſed profundi gurgites vndeque apparent . Nam ſicuti dum res nobis latis commodiſſ fluunt , via plana & æquabilis oculis noſtris expoſita eſt : ita in rebus duris & asperis , præſertim quaꝝ ſine ipſe remedii minantur nobis interitum quaſi tristi caligine offuſa , hebetarunt . Cum igitur nihil nobis ſuppetit conſiliū , tunc vel maximè ſperandum , auxiliū nque à Domino expeſtandum eſſe docer . Noſtra etiam ſepe interest nul lam nobis patere viam , vbiq[ue] ang[usti]a & conſtrīgi , atque etiam excāri , vt diſcamus à ſolo Dei au xilio pendere , atque in ipſo recumbere . nam duni aliquia ſupereſt tabula , quam apprehendere nos poſſe exiſtimamus , ad eam toto animo conuertimur . Ita fit dum hue & illuc rapimur , vt celeſtis gratia memoria nobis euaneſeat . Itaque ſi Deum nobis adereſt arque aduersus rebus opeſem ferre cu pimus , cęcos noſtrenſe eſſe eſt , id eſt , oculos auertere à præſenti rerum ſtatu , iudicūmque noſtrum cohibere , vt promiſſis eius penitus acquieſcamus . Haec ex citata meti minimè incunda eſt , menſiſque noſtræ imbecillitatem oſtendit , ſi à fruſtu ſuo aſtimetur , non admodum fugienda eſt : quia longè præſtat cęcos Dei manu regi , quām nimia perſpicacia labyrinthos nobis fingere . Lu cem pro tenebris ſe daturum promittens , conſirmat quod iam dictum eſt . ergo tametis ne ſcintilla quidem lucis nobis appearat in aduersis , tamen de auxilio Dei desperandum non eſt : ſed tunc vel maximè promiſſa amplectenda ſunt . Dominus enim facile tenebras in lucem conuerteret , flexuosos anfractus dirigit , atque in viam ducet , vt tutè ambulemus . Agnoſcamus interea haec ſoli fidelibus promitti , qui ſe Deo comittunt , ſequunt ab eo regi ſinunt : qui denique cognita cęciitate ſua , iplum libenter ſequuntur ducem , & in aft. etiōnum tenebris gratia auroram patienter expeſtant . His enim ſolummodi porriget manum , qui promiſſionibus adhærent : non autem aſtutis , qui vel inuitu ipſo cernere volunt , vel qui per illicitā conſilia præcipites feruntur .

17 A G E N T U R R E T R O R S V M .) Hinc melius agnoscimus ad quos pertineat ſuperior do tria , diſtinguit enim inter Dei & idolorum cultores . Dominus ſe ducem populo ſuo præſtabit : interea verò pudeſt qui idola colunt . Aciſi dicere , optionem hīc à Domino dari , vel ut falu ſimius gratia , vel miferè pereamus . quoꝝ quoenam ſalutis ſpem locabunt in idolis , peribunt : qui verò recumbunt in verbo Dei , certi ſunt de ſalute : quia et ſi grauiflē ſe per laborent , ſpem tamen iplorum pudeſteri vſque in finem non finit , ſed exitu probabit nō fruſtra diſcriben⁹ hoc à ſe fuille poſitum . Certum portò eſt duabus quaꝝ ſequuntur notis omnes idololatras deſignari , qui alio ſpem ſuam quām in vnum Deum conuerunt . quia vt cunqueſe coram idolis non proſternant idololatria , ipli ſtamē deitatem affingendo , in verum & vnicum Deum ſunt ſacrilegi : quia præcipua pars cul tuſ diuinī in fide & invocatione ſita eſt , quas hic deſignat Propheta . Queri potest , An adeo ſtupidi fuerint , vt ſimulachro dicentur , Tu es Deus meus . Omnes enim ſupertiſtiosi Deum in celis eſe faſi ſunt : neque palam lapidi aut ligno diuinitatē tribuerunt . Eos igitur cratiſiores & ſtupido res quām fuerint fingere videtur Iaias . Repondeo , omnes idololatras affingere ſimulachris po tentiam Dei : tametis eum in celo eſſe agnoscant . quoniam enim conuigiant ad ſtatua & ſimulachra , quoniam vota iis faciant & reddant , haud dubie ad ea transferunt quod Dei eſt . Fruſtra ergo ſpeciofis coloribus hanc cratiſiem tegunt : quoniam ligna & laſpedes pro diis habent , ſummaq[ue] Deum iniuria afficiunt . Non eſt igitur hyperbolice loquutus Propheta , nec falſo idololatras inſinuauit . Satis enim id teſtantur eorum voces & sermones , quibus idola ſua & ſimulachra deos appellant . Ipliſ etiam tacētibus palam ſe prodiſt eorum amentia , quōd neque manum nec aurem Dei propriam ſibi eſſe putant , niſi proſtrati coram ſimulachris concipient ſua vota . Haec autem ideo dicuntur , vt omnes intelligent neminem ſaluum fore , niſi qui Deo ſoli conſidet .

18 O S V R D I A V D I T E , E T C A E C I .) Nunc alio ſenſu cęcos & ſurdos nominat quām In h̄c cap. prius , cum metaphorice eos deſignaret quibus nihil erat conſiliū , & qui ſic erant obruti malorum congerie vt eos ſua moſtia hebetaret . nam hic C A E C I ſocat eos qui in media luce caligāt , nec opera Dei intuētur : ſv. R D O ſ , qui iplum audire nolunt , atq[ue] hebetes & ignavi desiderat in luę igno rantię

rātū frēcibus. Dīmnat igitur Iudeos cēcitatīs, aut potius homines vniuersos, quod mihi magis placet. Tamen si enim spēcialiter exprobret Iudeus quōd audiēdo non audiāt, ac vidēdo non videāt: tamen hoc aliqua ex parte ad Gentes quoque pertinet, quibus ī per cērētās pātēfēci: quātū etiā Rem. 1.19 animis & cōscientiis imprestitū notitiam tui, & quas deinde mirabilium operum tuorum fecerat ac facturus erat cōfēcias. ac requirēs attentionē, significat nihil aliud impēdīmēto esse, quomodo nū Dei veritātē & potentiam percipiant, quām quōd iūndī & cēcī sunt: idque non sine malitia & ingratitudine. satis enim aperte doceat, & iūis lūculenta virtutis testimonia pātēbēt animū neq; in doctrinā eius, neque in admirabiliā eius facinorā quisquam intentum habet. vnde fit ut ipse cēcūtiant. Culpam ergo in solis hominib; hārēre ostendit, quōd Dei potentiam non agnōeunt.

19 Q V I S C A E C V S .) Sic ferē exponitur à nonnullis hic verius, acsi Propheta refert cōvīria quē impiū aderit. Prophetae iactāre solent, nam in iērus. Domini retorquent quātū indigne ferunt reprehēdūt ab ip̄sīs ac dāmnari: Quos accusūs cēcitatīs quos fūrdos vocās. Hoc tibi sume. quis cēcūs nīsī tu? Perinde igitur esse putāt, acsi Dom. nū expostularet cum Iudeis in hunc modū, Video Prophetae meos vobis cēcūs ac fūrdos esse. Verū, hanc interpretationē contextū Prophetae non quadrare mox videbimus. Doceat enim postea eū cēcūs voce. nēmē, quōd quoniam vi In hoc cap. deant multa, ea tamen non obseruant, quod certè Propheta nullo modo conuenit. Sequuntur et- vers/20. go simplicem ac genuinū tensum. Propheta ad amnauerat vniuersos homines cēcitatīs; sed potissimum Iudeos, quōd ac iūis quām reliqui omnes cernere debuissent. nec enim cōmūni tantū luce & intelligentia fruebantur, sed Verbo, quo se illis Dominus abundē pātēcerat. Quānū cēcūgo reliqui omnes cēcūtient, tamen hi cērēre & Deum agnoscere debuerunt, cūm Legē ip̄sīs & doctrina, tanquā lucidissima lampade, illustrarentur. Præterea, 60. cap. Iīaias in hunc modū al- Versa loquitur Iudeos, Surge, illuminare iērusalem: quoniam tenebrae erunt tuper terram in te autem Do minus refulgebit. Quām igitur Iudei cēcūtrent in tanta luce, ideo peculiari haec obiurgatione ip̄sīs compellat, perinde acsi diceret, Frustra contendō cum iis qui à me alieni sunt: nece adeò mirū est ip̄sīs cēcūs esse sed instar prodigiū, hoc accidere terū meis (quorum oculis lux proposita est) vt obiūrdecent ad doctrinā quātū auribus ip̄sorum assidue intonat. Hęc enim tam aperta sunt vt à cēcīs videritam clara, vt à fūrdos percipi possint: sed frustra ip̄sīs alloquor. nīhil enim stupidius aut hebetius est: & cūm maximē omnium videre & audire debuissent, nulli aut fūrdoreis aut cēcūtoreis reperiiri possint. Q. V. E. M. I T T O. Grada in prereditur Iīaias ab vniuerso genere homi- num ad Iudeos: deinde ad Sacerdotēs, qui prēcipiū omnīum, ac veluti summi erant. Eorum enim Malac. 2.7 munus fuit enarrare Legē, & pātēre aliis vt exēmplo; denique salutis viam pātēmonstrare. Lex enim Domini ex ore Sacerdotēs requirenda erat. Conqueritur ergo cēcūs esse illos, quos pātēlēre aliis & viēduces esse oportuit. Alii nōmen SERVI referunt ad Iīaiam; aliī etiam ad Christum: atque intelligunt ip̄sū cēcitatīs, quemadmodū & Iīaiam, damnatum esse: fed nīhil ad Prophetae mentem Amplificat ergo per comparationē quod nuper conquestus est de Iudeorum socordia. nam grauior in ip̄sī culpa era: quām in aliis: sed omnīum grauiissima in Sacerdotib; quid duces ip̄sorū erant. Proinde ieiūmus nosēd minus excusibiles fore, quōd propius accelerimus ad Deum, atque in altiorē dignitatē gradum ab eo cēcūtē fūcrimus. Perfectos eodem respectu vocat, quia tēles esse debuerant. nam probrofē meminit huius perfectionis à qua excederant impīa defēctionē, atque ita indigne profanauerant pātēstantissimum Dei donum. Quām enim pēfēctam iustitīz regulam haberent, pēfēstantū modō st̄bat quoniam nō sequerentur.

20 V I D E N D O M V L T A .) Quale sit hoc genus cēcitatīs, de qua loquuntur est, ipse exponit, cāmque duplēcētē esse ostendit. vnde satīs apparet ip̄sū de Iudeis loquuntū esse, qui scēcīsto con- temptū suffocauerant Dei iēcum. Duplex igitur erit reatus quām veniendum erit ad tribunal Dei, si quām lucem suam proponit, oculos elaudamus: & quām doceat Verbo suo, non audiamus. Gētes quidē exēcutionē carebunt: sed Iudei & aliī quibus se tot modis pātēfecit Dominus, bis dānandi erunt, quōd Deum intueri & agnoscere nōsuerint. Nos igitur quibus tot & tam insignia exempla hodie proponuntur, hoc iudicium metuamus, nec enim minor cēcitas aut peruvicacia hodie in multis quām olim in Iudeis deprehendetur, & nīhilo plus erit excusabilis.

21 I E H O V A V O L Y N T A R I V S .) Nunc vt magis exaggeret Iudeorum crimen, ostendit per Deum non st̄tēs: quoniam nō scēcīte beatēcētē vuerent. Iam dixi, miseras & trūmas quas sustinētē, pēnas esse cēcitatīs, quam spōnte sibi accelerūnt: nūne auctarium & quasi cumulū ponit, quōd leuamen omne sua obstinationē repudient. Variē exponit hic locus. Quidam, Dominus sic voluit: aliī, Clemens est: ego, Dominus volens, id est, voluntarius ac propensus ad liberandū populum suum id que amplificandē Legis suę & extollendē iustitīz causā. Quōd ergo indignis tēcūtē paratus sit Deus, rationē a signat, gloriam suam velle propagari in corū salutē, vt hoc modo conficiat sit eius iustitia, vigeat Lex iēsius ac floreat. Quōd autem Iudei adeò calamī os sunt: hoc ideo sit, quia spōnte cēcītē, acque trūmas sibi accelerētē, quām Deo patēre maluerint, nam Dominus alioqui ip̄sīs orūre atque ex collere voluisset. Alii sic accipiunt, Dominus vult Legem suū magnificare, quōd verax appātēre velit, animaduertendo in Iudeos, quemadmodū ip̄sīs per Legem minatus erat. Atque sic iustitiam referūt ad pēnas & supplicia, quē diuinūtū im- H. iiiii.

pio populo irrogata sunt. Alii vertunt, Propter iustum suum: atque ad Christum referunt: sed hal- lucinantur in nomine **YHWH**. nec dubium est quin de iustitia loquatur, atque significet Dominum libenter ostentorum fuisse magnificentiam promissionum suarum, & documenta iustitiae tuæ editurum in populo conseruando, nisi hic ingratum se & indignum praebuisset. Quidam existimant hic Dominum excusari, quod dum populus, quem adoptauerat, tot malis expotitus sit, labescere veritas ipsius videatur: atque huic calumnia Prophetam occurrere voluisse: sic enim diripi ipsum ac prædictæ esse, noui quod Dominus eorum malis oblectetur, sed quod omnia post habeat iustitiae suæ. Ego simpliciter interpretor, Dominum ornandæ Legis cœta propensum fuisse ad benefacient dum populo suo, ut in eo gloria ipsius ac iustitia resuleret: sed populum indignum et tanto beneficio reddidisse: atque ita propria duritia morbos suos fecisse intanabiles. Ceterum, hinc colligendum est quorū Dominus tot beneficis ornet Ecclesiam suam: nempe, ut Legem suam propageret, id est, ut homines adducat ad cultū tuæ maiestatis, magisque ac magis veritas ipsius eluceat. Cum Dominum velle ac propensum esse dicit, satis ostendit non aliunde impelli quam à se ipso: sed hoc magis exprimit, quam addit: **P R O P T E R I V S T I T I A M S V A M**, excludit enim quicquid homines afferre possent. Nec vero alia de causa adducitur Dominus ad benefaciendum, quam quod iustus est, nihil enim meriti aut dignitatis in hominibus reperiatur. Specialis autem in iudeis erat ratio, quos solo adoptione dignatus erat.

22 A T Q V I H I C P O P U L V S.) Iam declarat Isaías populum sua culpa miserum, & exitio destinatum esse, qui Deum alioqui propensum ad beneficentiam repudiat, acsi data opera, neglegentis omnibus remediis, ut solēt deperati, mortem praæoptaret. Sic ergo Dominum excusat, ut grauitate populum accuset, quod ingratitude sua ipsum repulerit, paternaque eius indulgentia abusus sit. Quanquam, ut nuper a: tigi, non tam excusandi Dei causâ hæc adducit, quam dolenter com memorat gentiles suos in suam perniciem consiprasse: quia se quasi deuotis animis in multas clades proiecerint. Ergo si dissipata hodie & deformem Ecclesiam videmus, hoc vitiis & sceleribus nostris imputandum, quod nobis à Deo beneficii non sinamus. Copulam 1, nonnulli vertunt Itaque: ego malui vertere Atqui. Hæc enim aduersariua opponitur illi de cōfiderio, quo se ductum fuisse assertuit Deus, ut populum suum tueretur, siquidē id passus esset. **N S N**, per Gerūdiū vertere malo, Illaqueandus. Loquitur enim de populo, qui in captiuitatem abducendus era. **מְרֻחָה**, duas d. & iones potius quam vnam esse putat, in speluncis nam pro iuuenibus accipere, mihi alienum videtur à contextu. **E R V N T I N D I R E P T I O N E M.** Qui exponunt de toto genere humano, **Ioh. 8. 36** cuius nemo præter Christum liberator est, nihil afferunt quod meni Propheta conueniat, simpli citer enim admonet populum interitū sine villa ipse liberationis, quod respueret gratia Dei. Hinc collige quid nobis accidere necesse sit, nisi oblatam Dei gratiani in tempore amplectamur. Digni profecto erimus qui destituamini omni auxilio, prædictæ & direptioni expositi pereamus.

23 Q V I S I N V O B I S.) Idem argumentum protequitur Isaías. nam Iudeos adeo hebetes esse ac fore significat, ut ne admoniti quidem percipient ac nominatis ipsos compellat, quod quā præ aliis instruēti atque edicti esse debuissent, nihil tamen perciperent: nec iudicia Dei, quanvis apertissima, obseruantur. **I N P O S T E R V M**, id est, ut tandem malis dominus, quanvis sero, resipiscat. Videmus ergo ut hæc admiratio crimen amentiae aggrauet: quia semper futuri sint indociles. Interea discamus quis sit minarum & pœnarum vius. Nec enim reprehendit Deus sceleris nostra, vel poenas de iis tunis, quasi vindicta oblectetur, aut compensationem quandam requirat, sed vt nobis in posterum caucamus.

24 Q V I S D E D I T I A C O B I N P R A E D A M.) Hæc sunt quæ à Iudeis non obseruari conqueritur Isaías. nam quæ patiebantur, aut fortuitò accidere existimabant, aut sibi non esse eisdem vires ad resistendum quæ fuerant. Patribus, atque ideo ab hostiis superatos esse, denique in extenis causis occupati, interea non obseruant ea quæ torties minati erant Prophæta, nec iudicia Dei animaduertebant. Ideo ad coeleste eos tribunal retrahit, pronuntiant Deum esse authorem. nec enim poterant persuaderi, clades quas sustinebant, tanquam iustas scelerum peinas, à Deo proficiisci: vt hodie nihil difficultius persuaderi posse scimus. Deum quidem omnium rerum auctorem nemo non fatetur: verū, si quis roget an aduersa omnia sint eius castigationes, hoc fateri pudebit: variis enim cogitationibus distracturunt homines: & præoccupati opinione Fortune, in has & alias causas potius quam in Deum mentes & animos convertunt. Causam igitur tantæ exitii notat Isaías, populi sceleris, in quæ merito Dominus animaduertit, quemadmodum à Moysi suis ostensum erat: Quomodo fugeré mille à facie vnius? annon Dominus vos persequitur, atq; in hostiū manus concludit? Miramur quotidie permulta accidere præter opinionem nostram: nec interea causam in nobis hærentem agnoscimus. Vrgeri ergo nos & vi adigi necesse est ut culpam nostram fateamur, quam obrem doctrinam istam sapientius proponi ac repeti admodum necesse est. Iam vero ne Deum insimulent se, simili addit, eum ex iusta causa hoc facere, quia non proflitad peinas exigendas nisi cogat necessitas, nec voluptatem ex malis nostris capit. Proinde duo hæc distinetæ notanda sunt: primum, nihil nobis mali nisi à Domino contingere ne vel fortuito rerum cau, vel alia causa externa quicquæ accidere existimemus. deinde, nos nihil omnino mali, nisi iusta de cau-

fa, sustinete, quoniam in Deum peccauimus. Frustra ergo homines Deum crudelitatis insimulat. non in iustū eius iudicium in penis, quas meritò infligit, agnoscendum est. **N E C** VOLVERVNT. Hic amplificat Iudeos crimen: sed personam mutat, quia prius se cum aliis annumerabat, quod membrum illius corporis esset, & tecum suum fatebatur: non quod similius esset vulgo hominū, aut eorum scelerā probaret; sed quod in tanta vitiorum colluvie immunis esse non posset, quin, ut reliquæ corporis partes, sic ipse contagione quadam inficeretur. Quum ergo longè dissimilis esset vulgo hominū, personam mutat, atque subiectis, Noluerunt, quo significat tantā contumaciam sibi displacebit, ut nullo modo aut cōnuere, aut aſſens significationē præbēt licet, nec enim agitur hic de viuis cōmuniibus: sed de contemptu & reiſtione Dei, quod excusso illius iugo ferocirent. Hac enim ratione Isaías se ex eorum numero subducit. Quod si hac meritò acciderunt Iudeis, sciamus idē nobis & toti mundo impendere, niſi moniti relipiscamus. Videmus enī ut nos benignè Dominus ad se inuitet, quot modis declareret benevolentiam suam, quām comiter se placabile fore testetur quāniſis offensis sit. Nam torties ac tant humaniter inuitati à Deo, & clementiam eius experti, si audire nolimur, hanc dubiè exitum, quod istis accidit, experiemur commune esse omnibus immortigeris.

I T A Q U E E F F V D I T .) Quoniam admodum seueræ erant castigationes quibus Dominus in Iudeos animaduertere ceperat, & quæ postea continuande erant, ideo vehementiam ipsarum metaphoricè exprimit l'propheta. nam Dominum ait furorē suum effundere, ac si fulmen aliquod cū impetu emitteretur, aut erumperent aquæ, quæ vicinas regiones longè latèque vastarent: quemadmodū in diluvio cataractis cœli ruptis, apertisque fencistris, aquæ ingenti violenti & impetu eruperunt. Alia deinde figura vtitur, Deum suas copias ad bellandum colligere, ut hostiliter contra populum graſſetar. Si quis pro hostibus hoc capiat, quos Dominus aduersus Iudeos excitauit, non admodum contendō. nam iudicio Dei excitatos fuisse certum est. quid enim aliud erat Nabuchodonosor, quām flagellū Dei? Ego verò metaphoricè hoc adhuc accepīdum puto, Deum scilicet, ut armatum hostem, violenter irtuere, & iram effundere in populum suum. Haber autē varias bellandi rationes: nunc enim fame, nunc bello, nunc peste suos castigat. Itaque omnis generis flagella hīc comprehendit arbitror quibus Dominus in populum animaduertit. Quod si interdum nobis duriora atque acerbiora videantur, cogitemus quām grauiā sint scelerā nostrā: nec eum in penis irrogandis immodicum aut nimis acerbū esse repierimus. **N E C A D V E R T I T .** Iterum inuehitur in cratillum illum stuporem, quo sic perculsi erant Iudei ut malum suum non sentirent, nec oculos attollerent in cratillum, ut Dominum vltorem atque authorem agnoscerent. **N E Q U E P O S V I T S V P R A C O R .** Ponere supra cor, est attentè diligenterque considerare. nam si veniret nobis in mentem h̄ec cogitatio, animisq[ue] nostris probe insidere, Deus est index, meritò in nos animaduertit: itatim relipisceremus. Hodie tot calamitaribus premitur uniuersus orbis, nullus ferè anḡlus ab ira Dei immunis est, nemo tamē animaduertit: sed indomitus animis & præfactis aduersus ipsum omnes irruunt. nihil igitur mirum quod tā atrocēs penas infligit hominibus, itamque suam vbiq[ue] effundit, cū summa petuacacia mundus aduersus ipsum leſe obſtinet.

C A P V T . X L I I I .

- 1  **T**unc sic dicit Ichoua creator tuus, Jacob: factus tuus, Israel: Ne timēas, quoniam redemi(te), vocavi te nomine tuo: meus(es) tu.
2 **Q**uoniam transieris per aquas, ego tecū(ero,) & in fluminibus: nō inundabunt te. **Q**uoniam transieris per ignem ipsum, non combureris: nec flama ardabit in te.
- 3 **Q**uoniam ego Ichoua Deus tuus, Sanctus Israel, scruator tuus: dedi p̄cium redēptionis tue Aegyptum, Aethiopiam, & Saba in vicem tuam.
- 4 **Q**uia p̄ciosus fuisti in oculis meis, honoratus es, & ego dilxite. Tradam hominē in vicem tuam, & populos in vicem animātue.
- 5 **N**e timcas, quia ego tecum. Ab Oriente adducam semen tuum: & ab Occidente colligam te.
- 6 **D**icam Aquiloni, Da: & Austro, Ne prohibeas. Adducito filios meos ē longinquō, & filias meas ab extremitate terrae.
- 7 **O**mnes vocati nomine meo: & ad gloriam meam creavi eos: formauit eos, adeoque feci eos.

- 8 Ut educam populum cæcum, cui oculi: & surdos, quibus aures.
- 9 Omnes gentes congregentur simul, & colligantur populi. Quis est in eis qui istud annuntiet, ac priora nos audiire faciat? Proferant testes suos, iusti pronuntientur: sed audiunt, & dicent, Verum est.
- 10 Vos testes mei, dicit Iehoua: & seruus meus quem elegi. Propterea scictis, & credetis mihi, & intelligetis quod ego sum: ante me non est formatus Deus, nec post me erit.
- 11 Ego, ego sum Iehoua, & nullus preter me seruator.
- 12 Ego annuntiaui, & seruaui, & audiire feceram: & non in vobis alienus. Vos ergo testes mei, dicit Iehoua, quod ego sum Deus.
- 13 Etiam antequam dies esset, ego eram: & non est qui c manu mea eruat: facias, & quis auertet illud?
- 14 Sic dicit Iehoua redemptor vester, Sanctus Israclis: Propter vos misi in Babylonem, & descendere feci. Omnes ipsi fugitiui: & Chaldeorum clamor in nauibus.
- 15 Ego Iehoua, Sanctus vester, creator Isracl, Rex vester.
- 16 Sic dicit Iehoua, qui dat in mari viam, & in aquas violentis semitam.
- 17 Quid educit, currus & equus, exercitus & robur simul iacent, ut non surgat. Extincti sunt: sicut limum extincti sunt.
- 18 Ne recordemini priorum: & antiqua ne memoretis.
- " Vel, vti que. 19 Ecce ego facio rem nouam: iuu orientur: an non eam cognoscetis?" Hac vice ponam in deserto viam, flumina in solitudine.
- 20 Honorabit me bestia agri: dracones, & pulli struthionis: quia dederim in deserto aquas, flumina in solitudine ad potendum populum meum, electum meum.
- 21 Populum hunc creauit mihi: etdem me am narrabit.
- 22 Et non me imuocasti, Iacob: quin fatigatus es in me, Isracl.
- 23 Non adduxisti mihi pecus holocaustorum tuorum, & sacrificii tuis non honorasti me: non fecisti seruire in oblatione, nec laborare in suffitu.
- 24 Non emisti mihi pecunia: calamum, ec adipe victimarum tuarum inebriasti me: sed me seruire fecisti in peccatis tuis: & me laborare fecisti in iniquitatibus tuis.
- 25 Ego, ego sum qui delco iniquitates tuas propter me: ideo peccatorum tuorum non recordabor.
- 26 Reduc mihi in memoriam, iudicemur simul: narra tu, ut iustificeris.
- 27 Pater tuus primus peccauit, & doctores tui in me prævaricati sunt.
- 28 Ideo polluan Principes sanctuarij, & ponam in execrationem Iacob, & Isracl in opprobrium.

IN CAPVT XLIII.

T N V N C.) Non satis constat an diversa sit cœcio, an eadem cum superiore. nec enim Prophetæ, quorum scripta nobis relicta sunt, distinxerunt sermones suos in certa capita, vt scire possumus quid ab eis unoquoque die dictū sit. Mihi verò probabile est hanc doctrinā cum proxima cohætere, nam quum prius grauit in Iudeos inuectus esset, itaque exitum denuntiasset, acerbitatē temperare voluit. Semper enim piorum rationem haber Dominus, nec verò vnuquam adeo gravis latum impetas, quin suos interim conseruet, ac eorum salutis propiciat, ne mergantur simili exitio. Itaque copula mihi in aduersatiuum resoluenda videtur, Et tamē consolationem aliquam Dominus relinquet piis qui superfuturi sunt. Est autem diligenter notandus hic locus, nam et si in per-

perniciem nostram confitit videantur omnes, tametsi exardeat ita Domini, atque interitum proximi videamur: tamen si vel duo tantum, vel tres p̄ij superfluit, eis desperandum non est. sic enim ip̄os alloquitur Dominus, NE TIMEAS. Et aduerbiū temporis NVNC, quo h̄c vtitur, magnum pondus habet: nam significat pr̄esentem calamitatem, aut instantem: denique tempus quo omnia perdita & deplorata videbuntur: quia tunc quoque suos consolari Deus, eorumque dolores suauiter lenire non definit, vt in summa desperatione inuicta sp̄ci constantiam retineant. Huc spectat p̄tatio, Creator & Factor tuus: quia alioqui clausa fuisset illis vaticinus ianua. Porro ex aliis locis colligere pr̄optum est, Dominū h̄c non loqui de vniuersali creatione, qua nobis enim reliquis hominibus cōmuniſ est, & qua mortales nascimur, sed de regeneratione in sp̄ē cœlestis vita, ob quam etiam nouæ creature vocamur. quo sensu Paulus ſigmentum Dei nos appellat, vt iam prius fatis declaratum est. Eodem eriam modo fit oratione vocat: acsi diceret, nō iudeo se Ecclesiā ſuam formafis, in qua enīteat gloriā ſuā decor, vt delectat tam p̄eclarum opus. Vnde obſeruandum eſt Ecclesiā nihil à ſcīpia proprium habere, ſed dono Dei, cui omnia quibus excellit, accepta ferenda ſunt. Quā additur ratio, QONIAM REDEMI TE, tam ad futurum quā ad p̄teritum tempus commode ſpectare potest. Liberatio enim prima ex Agypto alterius futura ſpē dabat. Ceterū, quanuis futuram ab exilio Babylonico redemptionē deſignet, non male tamen conuenit tēp̄us p̄teritum: quia Deus apud ſe nos redemit, antequam ad nos petuient effēctus redēptionis. Ideoquē teſtari volens quid apud ſe decretum ſit, nempe, Ecclesiā ſuam redimere, qua interiſle videbatur, p̄teritum tempus propriè vſupat, VOCAVI TE NOMINE TVO. Vocare nomine, h̄c eſt recipere in ius aliquod necelitudinis: veſtuti cūm à Deo in filios adoptamur. Ratio huius locutionis eſt, quod Dei ſic reprobos abiiciat, vt eorum oblitus videatur. Vnde etiam Scriptura dicit, ab ipſo non cognosci. Atque ex huiusmodi antithetiſi melius intelligimus quid ſit Vocari à Deo: quim ſcīlacet nos, alii p̄teritis, peculiari honore dignatur, & ex alienis facere domēlicos. deinde ita in tutelam ſuam & curā recipit, vt nos omniaque inſtituta noſtra ditigat. Eadem ratione addit, MEVS ES TV, vt ſcīant fideles reliquā fore aliquam Ecclesiā in populo electo, quia Deus poſſeſſionis ſue iure priuati nolit, deinde eos ſibi preiosam hereditatem vendicat, qua ſe nunquam ſpoliari ſinet.

2. QVAM TRANSIERIS.) Occupatio eſt, qua significat non eſſe cur aduersis rebus ſuccumbant p̄frenti Dei auxilio freti, atque ita expreſſius loquitur quām proximo verſu: quia Ecclesiā docens à miferis & calamitatibus non fore immunem, ſed affidit ipſi pugnandum fore, ad tolerantiam & fortitudinem animat, acsi diceret, Non redemit te Dominus ut deliciis & voluptatibus ſeuari, aut languori & otio te dedas: quin potius ut ad omne genus malorum ſuſtinendum parata ſis. Per IGNEM & AQVAM intelligit omne genus miferiarum quibus in hac vita obnoxii ſumus. nec enim cū vnius generis tantum calamitatibus nobis luſtantur: ſed variis & infinitis. nunc per aquam, nunc per ignem tranſeundum eſt: ſicuti fideles hortatur Iacobus ne deficiant quum incident in varias tentationes. Et certe multipli ci examine opus haber fides: quia ſepe contingit, qui viator emerſit ab una pugna, alio tentationis genere obrui. Variis ergo exercemur ærumnis, ſed tandem eripimur: fluiuis impetum, ſed non obruium: flammis etiam vrimur, ſed non conſomimur. Nobis quidē eſt idem doloris ſenſus cum aliis, ſed ſuſtinemur gratia Dei, atque ſpiritu patientiæ fulcimur, ne deficiamus: donec porrecta manu ſursum nos attollat.

3. QVONIAM EGO.) Confirmat priorem ſententiam ab experiments prioribus. ſic enim Dominus antea populum ſuū iuuerat, vt fideles tutū in eius gratia recumbere & quum & conſertaneum eſſet. ſéper autem tenendum eſt quod habuimus ſuperiore verſu, Ne timcas, quoniam redemi te, Ego Dominus tuus. Hęc enim coniunctim & vno tenore legi debent: qoniam cōdem ſpectant, nāli Dominus eſt Deus noster, ſequitur ipsum nobifcum eſt: ſeruatore igitur ipsum ſentiemus. Verū ſi talē ipsum experiri velimus, neccelle eſt nos partem Iſraelis eſt, non tantum ut nudo ſimus titulo insigniti, ſed ut vera pietatis documēta toto vita noſtra curſu p̄ebeamus. Hoc igitur fiducie noſtra fundamentū eſt, quod Ichoua ſit Deus noster. vnde ſequitur, eos miferē ſempre trepidare qui Deum patrē non agnoscunt, nec in eius beneolētia conqüescūt. Laſciunt quidē impij, atque etiā exultant aduersis Deum, ſed eorum ſecuritas, cibritas mentis eſt ac furor, quo magis p̄cipites in exitium ſuū ferantur. Hinc p̄iis ſolis afferunt certitudo, quod idē qui eos elegit, perpetuō etiam Deus ipſoru eſt, eoque ſeruare velit: ideoquē ſegregauerit in hereditatē ſuam. Atque hoc ſenſus vocat ſe S A N C T U M Iſraelis: quia quā vniuerſum genus humānū ab ipſo alienum ſit natura, populum ſuū ſelegit, quem ſibi ſeorgum colligeret. Quanuis autē externa ſegregatio leuiſ eſt momenti, niſi electos virtute Spiritus ſuū Deus ſanctificet: quia tamē vulgo le polluerat Iſrael, pronuntiat Deus non fore tamen irriū ſe-
dus ſuū, quia ſibi conſtet. Ceterū, nomen Sancti actiuē ſumi pro eo qui ſanctificat, ſatis noſtū eſt. Itaque ſi de amore Dei erga nos certi eſt volumus, ſempre occurrat teſtimoniū adoptionis noſtra, quo in animis noſtriſ, tanquā certo pignore, conſitmemur. idque votis omnibus a Dei poſtulemus. D E D I P R E T I V M. Non annoſo iſtas repetitiones qua tritē ſunt Proph-

Eph. 2.10.

Matth. 7.23

C 25.41.

Pſal. 66.12.

Cap. 1.2.

t.e., & lingua Hebraicæ visitata sunt, nam Date pretium, & Date in vicem, pro eodem posuit. Diximus Prophetā confirmare pios, adductis superioribus documentis gratia Dei acsi diceret, Iam experti cœstis Deum habere ratione vestre salutis: quī enim factū eslet ut Sennacherib vires suas in Agyptum, Aethiopiam, aliōsque populos conuerteret, nisi quia Dominus vobis pepercit atque alio impetum hostis veltri cōuerterit? Cūm igitur haec tenus se tam sollicitum præbuerit vestra causa, non est cur in posterum sitis ipsi solliciti, Ita si quando obrepant nobis dubitationes de prouidentia Dei, aut eius promissi, beneficia quibus anteas nos affectis in memoriam reuocare debemus, nam sumus ingratitudinis damnandi erimus, si tot acceptis à Deo beneficiis, de eius benevolentia in posterū dubitemus. Sed queritur, quo sensu Agyptum & Aethiopiam pretium redemptionis Ecclesia vocet: nec enim tanti sunt profani homines, vt filios Dei redimant. Sed hanc locutionem à communi hominum more mutuatus est Propheta: acsi diceret, Agyptij, Aethiopes, Sabaei subierunt vicem tuam, & quasi permutatione facta, clade que tibi impendebat, sustinere coacti sunt, ut enim te seruaret, illos perdidisti: atque tui loco, in manu hostis redegi. Sed

2. Reg. 19.

28. G.

Infr. 37. 8

tenenda historia est. Quum Sennacherib toto impetu rueret in Iudeam, repente Deus cum, velet fratre iniecto, cohobuit, atque alii bellis implicauit: ita vt exercitū reducere cogeretur. Itaque Agyptij & Aethiopes magnam cladem passi sunt: interea verò populus Dei respirauit. Hodie eandem erga nos prouidētiam Dei, atque immensam misericordiam agnoscere promptum est, nisi plusquam hebetes simus, quum tyramnos, qui nos perditos vellent, in modo ad nos vorandoe eadem cupiditate simul inhiant, inter se committit: atque furorē quo in nos accensi erant, alio conuertit. hoc enim agendo nos conseruat, vt alios det in pretium nostræ redēptionis. Dum ergo profanos homines tumultuando & mutuatis bellis sese turbando, cessare à nobis perdendis videmus, quando palam est non sponte hoc ab ipsis fieri: attollamus oculos in cœlū, atque Deum, vt nobis parcat, mirabiliter alios in vicem nolam̄ substituere sciamus. Eramus enim vt oues destinata mactationis gladij vndeque exerti, nisi eos excuteret ex impiorū manibus, aut alio adige

1. Per. 5. 7.

ret. Hinc generalis doctrina colligēda est, Sic Domino curę esse pios omnes, vt pluris ipsos quām

vniuersum orbem faciat, rametū igitur nullius pretij simus, tamē in eō gloriemur, quod Dominus nos magni cōstat, totiq; mundo præfert, è periculis eripit, atque adeō in media morte cōseruat. Quod si inter nos omnia pacata & composita esent, hanc Dei gratiā non perficeremus: sed quum nobis mille videtur imminere mortes, nec ullum effugium patet, ac subito retro agit tyrānos, aut alio flecit, tunc experimur quod hīc dicitur à Propheta, atque inestimabilem eius benevolentiam erga nos agnoscimus.

Exod. 4. 22

Iob. 15. 15.

4. QVIA PRETIOSVS FVISTI.) Aliqui exponunt, Ideo fuisisti honorabilis, quoniā te in honorem extuli: sed mihi videtur rationem reddere, cur Agyptum & Aethiopiam eius loco tradiderit hostibus: nempe, quod eum dilexerit, & charū habuerit. Sic ergo resoluti debet, Quoniam dilexi te, ideo hominem pro te dedi. Excludit autem his verbis omnē populi dignitatē, ne quid suo merito se fuisse adeptum gloriatur. Et certe causa salutis, & omnium beneficiorum quibus ornamus, gratuitus est Dei amor: idē omnis nostræ præstantiæ causa est: quia si nos cōsiderem prōpriis dotibus, ne vnius quidem pili nos faciet. Tollenda est igitur omnis meritorum opinio aut dignitatis, que nulla in nobis est, vt soli Dei gratiæ omnia tribuamus. Amorem verū istum non vulgarem esse significat, dum nos pretiosos esse dicit, vnde etiā nos primogenitos suos & amicos vocat. T R A D A M H O M I N E M. Hīc nihil adicit noui, sed potius explicat proximā sententiam. Hominem collectiū accipit pro Hominibus: acsi diceret, Nullum fore hominē, quem non tollat atque perimat Dominus, vt suos conseruet. Pluris enim facit vnius pīj animam, quām rotum mundum: interea admonet fideles redimi eorum dispendio qui nihil origine & natura differunt.

Deut. 30. 3.

5. NETIMEAS.) Quod hanc exhortationem subinde repetit Isaías, superuacaneum cōserfi non debet. Scimus enim atque experimur quām procluīs ad diffidentiam natura nostra sit. Quātis verò terroribus concusa tunc fuerit Ecclesia, vix ullis verbis potest exprimi. Simul verò atque incipimus in dubium reuocare promissiā Dei, mentes nostræ variis cogitationibus distrahit, terremur magnitudo & varietate periculorum, & assidue vexamur: tūdem obſtupefacti nullum gratiæ Dei sensum admittimus. Ergo antequam animos occupet desperatio, non abs re toties inculcat, EGO T E C V M S V M, vt etiam metum animis nostris inhaetūntem vel penitus euellat, vel paulatim corrigit, quia vbi præualuit, nulla est eius sanandi ratio. Vnde etiam observandum est, securitatem nostram non esse alibi locandā, quām in præſentia Dei. nam si abilit, aut horribilis metu, aut stuporibus, aut ebriosorum more præcipites feremur. Nec tamē vult nos Dominus sic carere metu vt ignauia & torpori nos dedamus: sed quum ipsum nobis præstō adesse atque aſuturum esse audimus, in mediis timoribus palmā obtineat fiducia laicitas. A B ORIENTE ADDVCAM. Hunc locum ex Moſi defumptum esse constat Deut. 30. quem admodum initio Prophetas illius esse interpres, doctrinamque suam ex eius libris haurire diximus. Accommodat igitur Propheta locum illum ad circumstantiam eius temporis, cuius respe-

Quum habuit in hac concione. Sic enim predixerat Moſes, Convenerit Dominus Deus tuus captiuitatem tuam, & miserebitur tui, cōversusque congregabit te de omnibus populis in quos te dispersit Deus tuus. Et si fueris electus vsque in fines celorum, illinc te colliget Deus tuus, atque inde te tolleret. Quod in genere dicta fuerant à Moſe, Prophetā hic in specie confirmat, idemque immutatis paulummodo verbis pronuntiat. Summa est, quanvis nihil facilius sit populi non modò discipitū, sed electū in remotissimas orbis plagas, quam cīnēres huc & illuc dispersi colligere: Deum tamen mirifica sua virtute facturū ut lacera haec membra rursus in unū corporis coalefcant.

6 DICAM AQUITONI.) His quatuor partibus vniuersum orbem comprehendit, quemadmodum linguis omnibus satis visitatum est. Loquitur aut̄ Isaías paulo magnificentius quam Moſes: quia populum velut in rem præsentem adducere solebat, cui rei aptissime sunt iste hypotyposes, quae rem penè oculis subiiciunt. Poterat quidē id dicere uno verbo: sed hoc multo plus energie habet. Adducit enim Deum summō iure imperante omnibus creaturis, & vniuersi mundi partibus, ut populum suum liberū dimittant. AD DUCITO FILIOS. Significat totum Israēlem colligendum non esse, sed eum tantummodo qui verus Israēl est, nec enim omnes qui secundū carnem ab Abraham originem ducunt, veri sunt Israēli, sed spuri permulti. Ad verum igitur & Rom.9.6 genuinum semen hec pertinent, nec enim immensa illa populi multitudo, sed reliqua tantummodo saluae fuerunt, quemadmodum prius cap.10. vidimus. Ingens populi numerus in captiuitatem abductus est, pauci reducti. In his conseruatum est semen, quod Dominus interire noluit, & fœdus ratum quod cum Patribus inerat. Hoc aut̄ admodum difficulter creditu fuerunt Iudeis, qui ab omnibus contempti, nec odiis tantum sed execrationibus totius ferè mundi deuoti, vix hominum numero habebantur, ex solis igitur promissionibus ipsos pendere oportebat. Sciebat ventarum Cyrus: sed quisnam esset, nondum animo concipere poterant, cum natus nondum esset. Eximia igitur & constanti fide ipsos armatos esse oportuit, cum multi haec vaticinia haberent pro fabulis, ut inuidia spe Dominum expectarent. Quo etiam exemplo discamus in solum Deum spectare ne ipsum nobis ad futurum, atque in tempore promisiis statutum dubitemus.

7 OMNES VOCATI.) Sic resoluo hanc orationem, quamā singulari numero pro plurali usus est Propheta, que locutio scilicet interpretetur. Sic enim exponunt, Quicunque vocati sunt nomine meo, illos ad gloriam meam formauit. Ego vero sic intelligo. Omnes vocati, id est, vocabuntur nomine meo, sicut alibi dicit, Inveniatur nomen meum super eos. Cur ita? quoniam ipsos creauit, formauit, feci in gloriam meam. Prosequitur aut̄ argumentum quod iam tractauit, de populo colligendo in unum corpus, tametli in varias & longinquas orbis partes dispersus esset: 10. & superinde acti diceret, Quod incredibile videtur hoc opus, non esse ex communi natura ordine a-^{pr.}, +1 stimandū, sed in potentia ipsius spectandū esse. NOMINE igitur MEO, id est, Auspiciis meis: sicut iam alio loco dictum est nobis cum esse propitium, quia adoptionis iure censemur eius populus. Iam quia ipso duce & auspice, non hominum manu aut ope reducendi erant Iudei, nomen suum in hac liberatione illustre fore affirmat, idque ut discant iudicium non facere ex carnis opinione, vel ex naturalibus mediis. A D G L O R I A M M E A M . Rationem addit Propheta, que vim non parue confirmationis in se continet, quod scilicet gloriam suam in illis conspicuum esse velit. Testatur ergo sua interesse, populum habere saluum: non magis posse illius curam abieceri, quam nomen suum probeo & ignominia subiicere: quod nunquam facturus est: deniq; gloriam suam, cuius perpetuus est vindex, cum salute populi sui coniunctam esse. Amplificandi etiā causa id pluribus verbis iterat, quod certius persuasum sit, op̄ quod incepit velle perducere usq; ad finem. Eodem tendit particula [¶], que significat Adhuc, vel Etiama interdum vero quod dicimus. Hac vice. Ideo talem sensum esse putant, Quemadmodum creauit populum illum, & formauit: ita cupio ipsum in nouum statum tridgere, & restituere in pristinam libertatem. Potest etiam verti, Adeoque. Atque haec lectio, sicuti dixi, nihil magis probatur: non modò ut significet populum nihil habere nisi ex gratia sua, sed singulari sibi cura esse eius salutem, quia non poshit opus suum, & quidem tam praelarum & insigne, contemnere. Commendatur ergo nobis hoc loco singularis gratia Dei, qua non tam nascimur homines, sed etiam ad imaginem ipsius reformemur.

8 VTE DVCAM.) Breuitas verborū sensum obscuriorē reddit, nonnulli sic trāferunt, Educēt cæcos, & cū cui sunt oculi: id est, tam cæcos quam oculatos: tam surdos, quam qui audiunt: alij exponunt cæcos, qui oculos quidem habent, sed adeo hebetes ut arcana cœlestis sapientia percipere nō possint. Sed cū omnia expendo, malo distincte quanvis de iisdem interpretari. Sic educēt cæcos, vt visum ipsis restituā: surdos ita liberabo, vt aures recuperent. atq; ita verba sonāt, Educete cæcos, & erūt oculi: surdos, & aures illis: rēlq; postulat hīc beneficium leonis notari. Primum enim liberatur populus: deinde oculi & aures ipsi restituuntur. Hoc quidē præstabilit Dominus, cū populum suum eduxit ē Babylone: sed Propheta longius spectare non dubium est: nempe ad regnum Christi. tunē enim nō solum ex Chaldaea, sed ex omnibus terra locis p̄i collecti sunt, idque in prima Petri cōcionē palam & in signiter apparuit, ubi ex variis regionib⁹ permulti in ^{Act.2.41} candem fidei confessionem coierunt. Sed & alij deinde, qui alienissimi esse videbantur, coalue-

Ioh. 8.36 runt in idem corpus, s^eque filios Abrah^ae ostenderunt. Ergo si plenam huius prophetiae veritatem querimus, ad Christum venientium est: quo solo eripimur ex seruitute diaboli, atque in libertatem vindicamus. Oculi nobis & aures ab ipso restituuntur, cum natura prius & ceci & surdi essemus. Ceterum, memoria tenere conuenit quod sepius iam admonui, cum reditu populi coherere Ecclesie renouationem, qua per Christum facta est. Nam quod Deus populum ab exilio educens exorsus est, continuavit usque ad Christum, tuncque demum perficit: atque ita una & eadem est redemptio, unde sequitur beneficia quorum hic fit mentio, non debere ad exiguum tem-
pus restringi.

Cap. 40.18, 9. *O M N E S G E N T E S.*) Hic Propheta omnibus idolis, ut prius, sub persona Dei insultat. *Co. 4r. 6.* Est enim plusquam necessarium, ac maximè tunc pro temporis circumstantia fuit, verū Deum à falsis discernere. Deo quidem diuinitatis gloriam tribueré facile est: sed admodum difficile sic ei soli ipsam vendicare, ut sc̄ti omnes dij in nihilum redigantur, de quibus tunc magis confirmatus fuerat error; quia in clade populi, dati illis fuerant plausus ab incredulis non secus acsi verum Deum superalissent. Suggerit ergo fidelibus Propheta quod respondent hōstium suorum fannis: & quanvis turmatim profliant ad errores suos tuendos, exiguum numerum contra omnes copias firmum stare iuber. Prius diximus praescientiam & potentiam vnius esse Dei; omnia enim habet in coniectu, atque omnia arbitrio suo moderatur. ideo his duobus argumentis prius conuici alienos omnes deos vanitatis. Idem nunc quoque repetit, non ut gentes reuocet ab hoc errore, apud quas tunc h̄c Prophetia non legebantur: sed ut Iudeos in fide confirmaret, qui se solos verum Deum nosse intelligebant. Nunc quidem & Gentibus & Iudeis hec doctrina communis est: in dū cūm se indignos reddiderint Iudei, ad Gentes carum fructus manauit, sed tunc Iudeos potissimum compellabat Isaías, ut, tametsi Gentibus omnia ex voto succederent, tamen abhorcerent ab carum idolis & superstitionibus. Postquam verò incredulos citauit ad causam deorum suorum agēdā, vel potius pro confesso sumptis, quia nulla fuerit inter ipsos prædictio, frustra opera m dedisse colendis idolis: adiungit nullos fore testes qui verè affirmit vīnum vñquam vaticinium à falsis diis manasse: atque ita eorum causam destitui legitimo patrocinio. Nullum quidem fuit tempus, quo non multa fabulae de idolis referrentur, quemadmodum etiā innumerā spargi & celebrari audimus: nec minore peruvicacia defendant increduli sua mendacia quām futiliter ea vomunt. verū si ad examen ventum fuerit, nullum in iis deprehēdemus testimonium, sed meras nugas, & quidem insulse confictas. Ideo securè victoriam concedit Propheta, si testes idoneos & fide dignos proferant. Sola igitur h̄c gloria penes Deum est, quod testes habet. Tandem quāli se fatis probata confidentius exurgit, ac indicit viētis silentium. Ceterum audiē iubens, significat hoc tantum obstat hominibus qui veritatem non agnoscunt, quod errore suo preoccupati, Deum audire non dignantur. Efficit enim hic contemptus ut non resipiscant, quin potius peruvicaciter tecantur errorem suum. Dominus autem ad docēdum paratus erat, si modò & quis animis ipsum audire voluissent, eo magistro nullus melior queri potest: verū superbia & arrogancia eos verum cernere, & Deum audire non finit. Exculcatione igitur carent: quia Deum palam docente respuunt arroganter, nec eius doctrinæ acquiescent. Nam si probè attenderent, non abs re pronunciat Isaías celsuros ut subscrivere cogantur. Et certè quicunque dociles se prebebunt, facilè veritatem Dei firmo & stabili iudicio, non vaga & suspenſa opinione fundatam agniti sunt.

10 V O S T E S M E I.) Postquam in certamen prouocauit Deus Gentes, & vana cōmenta esse ostendit quē de suis idolis spargebant: nunc sc̄e ab eorum grege eximit, atq; suos testes producit, ne eiusdem conditionis cum illis esse videatur. Suos igitur testes, eōsque veraces habere se iure gloriatur: quia cœlestibus oraculis edocti fuerant Iudei quantum ad solidam certitudinem sufficeret. Interea ingratitudinem tacitè illis exprobrat, nisi quæcumque ad gloriam Dei asserendam pertinent sibi comperta esse pleno ore prædicent. Contestatur certè eos & adiurat, ne silentio tegant vaticinia quibus vera religio probari poterat: quia hoc esset iniustè suo præsidio fraudare bonam causam. Per se r v m nonnulli intelligent Isaiam: sed malo collectiū sumi pro omnibus Prophetis, est enim mutatio numeri. Hoc verò nomen peculiariter impunitum est Propheticis, quos Dominus ad asserendam veritatem suam elegit, nec tamen dubium quin dum singulari numero vīsus est, potissimum spectarit in Christum, in quo Prophetia omnes clauduntur ac perficiuntur. Eo quoque, ut summo teste, omnes homines maximè conuici certū est. Notandum tamen est illud quod dixi consilium, Iudeos aduocari in testes, ut ingratitudinis ipsos insimulet, nisi liberè proferant quod postularat ipsorum fides, qui tot tamque insignibus documentis acceptis, Dei potentiam & bonitatem ignorare non poterant, vel in dubium sine per-
Act. 3.24, *Co. 10.43,* *Rom. 1.2.3,* *Hebr. 1.1.* fidia summa reuocare. Interea generaliter ostendit Ecclesiam à Domino electam esse, ut testimoniū reddit eius veritati, quo etiam nomine vocatur a Paulo columnæ & firmamentum veritatis. Officium igitur Ecclesia est, veritatem tueri & propagare, ut à posteris in omnē agnum colatur: non quod Dominus hoc adjumento egeat, sed quia apud homines hoc modo veritatem suam

suam testatam esse ac stabiliti velit. Omnes autem fideles hic complectitur Isaías, quando omnibus hoc testimonij ferendi munus incumbit: sed præcipù Ministris, qui velut antefigiam esse, ac ex eternis exemplis praete debent. Ideo & peculiariis eorum fit mentio: in genere tamen nemo fidelis censeri debet qui notionem Dei intus occultat, nec inquam erumpit in confessionem veritatis. PROPTEREA SCIENTIAS. Ne videatur Dominus testimonium petere de re ignota, subiungit, Scientias, Credetis, Intelligetis: qua verborum serie ostendit fidem confessione priorem esse. Si igitur confessio ex summis labris prodeat, non ex animo, fruola & inanis est, nec vero talem postulat Dominus, nec probat. Superest tamen in ordine istorum verborum nescio quid difficultatis, Scire, Credere, Intelligere. Nec enim qui sciunt, credere dicuntur, ne vulgari loquendi more, vbi scientia est, illuc fides esse potest. Deinde ambigitur quid intelligentia, qua fidei subiicitur quasi posterior, à scientia differat. Sed Propheta hoc loco ostendit quandam esse fidei præparationem, qua Deus verbo suo reuertentiam conciliat, vbi tali adminiculo opus esse videt. Fidei quidem initium est humilitas, qua sensus nostros Deo captiuos subiicimus: sed quia doctrinam nobis oblatam non ea certitudine amplectimur qua opus est, experimentis nos Deus confirmat, ut solidè credamus. Sic Iohannes refert se & Petrum credidisse Scripturis, quum viderent Resurrectionis Christi signa in sepulchro. Sic alibi dicit in Christum discipulos credidisse, vbi impletum fuit quod ex ore eius audierant. Summa igitur est, Iudeos res ipsa sensuros, vbi signis adiuta fuerit eorum fides, veracem Deum colere. Interca discernitur solida fides à credulitate, qua leues homines temere abducit: ac semper donat electos suos Deus scientia & iudicio, quo vetum à falso distinguant. Sequitur deinde fides, & firma certitudo, ut quicquid à Domino dictum est, sine dubitatione amplectatur. Fides deinde intelligentia lucem magis ac magis in mentibus accedit: imò secundū gradus profectus crevit etiam & clarius effulget cognitione. Hec autē sensu nostro non sunt, sed virtute Spiritus sancti, quatenus ab ipso illuminatur. QVOD EGO SVM. Significat hoc loco, requiri ad fidem ut sciamus quisnam sit Deus noster, atque cum esse quem colimus, non aliud: ne stulte vagetur atque aberret mens nostra, omniaq; admittat que hominū iudicio probabūtur. Non est igitur fides que aliquid arbitrio suo configit, aut temerè cuiuslibet dicto adhærescit, aut dubia vacillat, sed que sic fundata est in firma certitudine, ut in viuis veri Dei obsequiū se addicens, factios omnes Deos quasi ex alto despiciat, animoq; liberet & eximat ab erroris metu. Hinc perspicimus quid de implicita Papistarum fide iudicandum sit. Homines enim hebetes atque intelligentiae vacuos, qui vix stridere aliquid de ignoto vel in certo Deo poterunt, fideles iudicant, modò profiteantur le idem credere quod sancta mater Ecclesia. Atqui Dominus rem adē fruolam non cōmendat, sed fidem cū intelligentia coniunxit: ne altetum ab altero scīgi posse existimemus. Præterea nulla est fides, nisi Deum esse credas, qui Pater est Domini nostri Iesu Christi, quique per Prophetas & Apostolos loquutus est. Vana enim & vaga imaginatio erit, nō fides, nisi Deum illum teneamus. Et quid magis confirmet quod nuper dixit, vnicum se Deum esse, iterum addit non fuisse aliud Deum priorem. Quanquam רוח נָשׁ passionē accipere licebit diuerso sensu, pro Creatura, vel fabrica, aut opere Dei. Sed quia sensus ille coactus videtur, libenter cōmuni sententia subscribo, quid non fuerit alius Deus antē formatus, in quo subest ironia species, ac si dictum esset, nullum esse alii Deum qui non fuerit confititus & fabricatus à mortalibus: id ēque nullos posse conferri cum Deo, ex tercio. Adiungit posthac non fore, quia fālū & illibatum imperium semper retinet Deus, nec senio aut vetustate declinat. Huc tendit summa, donec in ipso acquisicimus nullum in nobis esse fidem. Qui norunt aliquid esse numen, nec quid sit intelligunt, perpetuò vacillant, mirisq; inuolucris sc̄e implicant. Hunc igitur Deum teneamus, qui cū solus sit, nec socium nec maiestatis sui confortem ferre potest.

11 EGO, EGO. Hic quali viator exurgit Dominus, prius satis disseruit unde cognosci debet: nec vllum, se vno dempto, Deum esse ostendit: nunc ut confirmationem afferat hanc doctrinā, exclamat, EGO SOLVS SVM: nullus præter me Deus. Hinc apparet quā in periculoso sit, a liquidū de Deo, arbitrio nōlō cōmīnisci, nam simulatq; nesciū quid effingimus, idolum occurrit loco Dei. Quod igitur à Deo profectum est, id vnicē amplectendum: ne quid nobis licentie in hac re concedamus. Postquam vero Deus se nobis patet fecit, in eius notione proficeret, atque in dies adolescere & confirmari debemus. Hoc cūm vult ista repetitio, EGO, EGO. Ne tamen existimemus eternam solūmodū cōfidentiam eius cōmendati: sed potentiam quoque & bonitatem quibus alliud erga nos vtitur, & se abundē patefacit. Additur epitheton quād discretionis nota, quid solus sit terutor. In hoc enim hallucinatur mundus, quid nūdum & inane nomen Deo trahit, atque interim eius authoritatem alio transfert, quemadmodum in Papatu nominatur quidem Deus, sed honore suo spoliatur, dum pars vna Petro, alia Paulo, alia Gillelmio & Georgio tribuitur: hoc est, in tot partes distribuantur eius officia ut nihil penē reliquam sit præter nudū & inane nomen. Vnum quidem se Deum colere faciant: sed quād ad officiū ventum est, tot finiunt deos quod habent creaturas, quibus authoritatem & officium eius partuntur. Atqui Dominus hæc illibata & integra sibi esse voluit, nec sine horrendo sacrilegio alio transfigri possunt.

Solus enim benefacit: solus homines tueruntur & conseruant. Experimentalis ergo in fine versus exprimitur, ne alibi queramus salutem quam in solo eius auctore: vnde colligimus praeципuam cultus Dei partem esse in fide, dum agnoscitur virtus initium & finis, dum ornatur seruandi potentia, nec alio transfertur quod sibi proprium esse affirmat & in se solo residere.

12 E G O A N N V N T I A V I.) Hic versus est veluti *avarez parva avarice* superiorum. Se enim praedixisse iterum futura recitat, ac reipla praestitisse ut prereditur. Annuntiare, ad praescientiam pertinet: Seruare, ad potentiam & bonitatem. In summa, significat se unum esse Deum, qui omnia & norit, & efficiat. Tametsi vero haec Iudei dicta sunt, sciamus tamen ad nos quoque ipsa pertinere, quot enim vaticinia nobis relicta sunt, tot etiam documenta nobis esse debent diuinæ & scientiæ & virtutis, ut in ipso solo recordabimur. Atque ut fugatis superstitionibus in folio celestis sua doctrinæ emineat, rursus commemorat se exeruisse potentiam suam, & dedisse gratiae signa absque ullo adiutorio. vnde sequitur nimis ingratos fore & peruerbos quicunque non erunt eo uno contenti. Quo tempore, inquit, nullum extraneum Deum colebatis, ego virtutem meam palam & aperte exerui. Ad factos igitur deos quod meum est transferri fas non est. Neque tam hic tam laudatur pietas, vel religio populi, quam excluditur alienum omne subsidium. quasi dicaret. Quum nullum alium Deum cognoscerent Iudei, tot tantaque eius miracula conspicua fuisse, ut satis constaret nullum praeter ipsum Deum esse. Simil autem nota Isaia infidelitatem nostram obstat Deo quominus potentiam inter nos suam exerat. Faceant igitur omnes errores, vagaque & incertæ de Deo opiniones, si virtutem eius experiri velimus. nam si mentes deflexerimus ad superstitiones aut idola, nos certè indignos eius auxilio & bonitate reddemus. Tadem ipsos rursus citat testes, malignæ & scelestæ ingratitudinis eos insimulans, si dissimulent quod abudet ipsis patet fecerat. Quod enim pluribus & maioribus testimonii Deus virtutem & potentiam suam nobis patet fecerit, eò magis ad eam praedicandam astricti sumus.

13 E T I A M A N T E Q U A M D I E S.) Nunc loquitur de aeternitate Dei. sed tenendum est consilium Prophetæ. Nam qui originem habet, nec à te ipso est, non potest imperio suo regere, & non tu moderari quo non creauit. Aeternū igitur se pronuntians Deus, admonet mundū esse suā fabricam: quia hic naturæ ordo non temerè exitit: sed ex admirabili Dei consilio & sapientia manauit. quo sensu paulo post addit. Non esse qui crux est manu sua. vnde clarissimus ab aeternitate probari summam & immensam potentiam. nisi enim aeternus esset, neque omnia manu sua continere, nec populi vindicere esse, nec creaturis pro arbitrio vii posset: at quum aeternus sit, omnia ipsius imperio subdita esse necesse est. Eodem pertinet quod dicit. Non posse quicquid facere decretu ullo obstatu auertire. Iudeos terreant ac debilitent hostium copias ac vires.

14 SIC DICIT JEHOVA.) Docet Propheta Cyru fore quasi mercenarium militis, qui operam suam Domino impendat ad populum liberandum. Cyrum quidem non nominat: sed loquitur de exercitu, quem in manu haber ad Babylonem subigendos. Hoc autem à Cyro & Dario effectum esse sciimus, idque auctoritate Dei, à quo iam longo prius tempore id prædictum erat. Nec tantum alloquitur eos in quorum conspectu haec impleta sunt, sed alios omnes quos sustinere voluit Dominus hac spem liberationis, quam nulla ratione animo cōcipere potuissent. Captiuos enim cōpellat, qui durauilla Chaldaeorum tyrannide oppressi, nulla ratione eripi posse videbantur: quibus haec promissa ridicula videri poterat, quod nulla spes redemptionis humano iudicio appareret. Hic autem honos Rom. 4.18 est deferendus Verbo, ut credamus ea quæ aliqui incredibilia sunt: ut in spē contra spē erigamus. Talis enim est vis fidei, ut in externum rerum conspectu hæretæ non debeat, sed supra celos euerehi, & ad Deum usq[ue] ipsum penetrare. Emphaticè autem assertur se propter eos misericordia Babylonon, quia cum ambitione & inexplicabilis dominandi cupiditas Cyru impelleret, ac multæ essent belli causæ, nihil minus vulgo creditum fuit, quam illius Monarchia ruina cōcūsum fuisse orbem, ut in patriam redirent Iudei qui tunc abiectissimi erant in hominum oculis. Atqui testatur Deus se faciles datum ratione victorias Persis, ut Orientem subigant, quia propius erit suæ Ecclesiæ. Hac ratione prefatur se esse Redemptorem populi, & Sanctum, quo melius persuadeat charos sibi & pretiosos esse quos elegit in populum peculiarem. Hec tamen videntur pugnare cum iis quæ prius vidimus cap. 33.

Exod. 19.6 Ver. 1. Væ qui prædaris, quoniam præde eris expositus. Significabat enim Dominus se crudelitatem Babyloniorum vlcifici, atq[ue] vices ipsius rependere quas promeriti erat. nunc verò pronuntiat se Persas mittere, ut libere populum suum. Verum haec facile conciliari possunt: quanvis enim Dominus animaduertiteret in Chaldaeos, simul tamen populi sui ratione habebat. nam ut prouidentia Dei extenditur per vniuersum orbem, ita præcipua rationem habet Ecclesiæ sue: atq[ue] ut singulari amore profequitur electos, ita omnia in eorum salutem disponit. Non frustra igitur dicit se misericordia gratuita impulsum, quia vellet suorum esse seruator. Eodem sensu adiungit suo iussu desceleros: quia etiæ Persæ ac Medi aliud spectabunt, eorum tamen expeditio celesti instictu gubernabitur: atq[ue] sic in tempore testata facere voluit electo populo suâ gratiam, ne sub multis tristissimis cladibus deciferet. Hęc igitur promissio insigne fidelibus consolatione afferre debuit, quod licet contemptui, odio, atq[ue] etiæ horroci essent omnibus, tamē Deo chari essent: quia tandem ipsis affutatus erat, atque eorum causa Babyloniorum regnum delecturus. Fugitiuos autem fore dicens, talem successum

sum se daturum Cyro ostendit, vt cius aduentu expaescant Chaldei, atque trepidè armis abiectis fugam artipient. Sæpe enim contingit bellum tuncipi ab aliquo Principe potentissimo atque instrutissimo, infelicitate tamen geri. Quare non iatis erat Cyrum cum valido exercitu mitti, nisi propter quoque successus ei daretur. Et quod melius exprimat fugam præcipitem, addit fore clamorem vel tumultum in navibus: nec enim terra fugere poterant. Commodissimum autem fluuium habebant: nempe Euphratem coniunctum Tygi, quo facilis poterant eudere. Quanquam haec etiam in parte eos frustrata est tua opinio propriæ fæcatum alueum.

I. E G O I E H O V A , S A N C T V S .) Hic veritus nullam sententiam continet: tantum ostendit quis loquatur, quanta sit eius vis & maiestas, deinde quām propensus erga populum electum anor, vt plus ponderis habeat superior promissio. In summa, est veluti sigillum proximæ sententiae, quo magis latum sit ante diutum est, Deus est qui promittere se affirmat. At quis Deus? Sanctus vester, Creator Israels, Rex vester. **S A N C T V S**, quia populum delegit atque segregauit, quem sibi consecraret, nam hoc titulo in memoriam reuocat adoptionem, qua sibi peculiariter ipsos coniunxit; vt cum sibi patrem ac feruatore fore intelligent. Atque eadem ratione nos hodie Deum Sanctum nostrum agnoscere debemus, quia nos segregauit vt membra Ecclesiæ esse muscius rei certiores reddimur ex vocatione. **C R E A T O R I S** nomen non est referendum ad uniuersalem creationem, qua infideles etiam formantur: sed ad reformationem, ob quam etiam vocamus ipius *in misericordia* secundum iam alios locis dictum est. **R E X V E S T E R**. Hoc quidem absurdum *Eph. 2.10* videbatur: nec enim regni species apparabat, nec quicquid spectabatur in Iudeis nisi probrolum & *supradicta 27* ignominia plenum, quoniam omni ope & auxilio nudati essent. Dandis tamen fuit locus fiduci, vt regni huius, quantus in specie deleti atque protinus extinti, instaurationem sperarent, Deumque Regem suum agnoscerent.

I. S I C D I C I T I E H O V A .) Iterum repetit ac confirmat quod alioqui incredibile fuit. & quod plus authoritatis habeat hæc confirmationis, induit per sonam Dic. Reuocat autem priora beneficia in memoriam, vt cum potenter ipium atque beneficum experti fuerint, cum non minus in posterum sibi propitium fore statuant, nec minus potenter ad ipsos liberandos. ac si dicaret, Dominus qui loquitur, re ipsa ostenderet quanta sit potenter ipius magnitudo. Patres vestri experti sunt: vos non minus experiemini. Ingrati autem sumus Deo, nisi ex prioribus beneficiis spem etiam in posterum conceipimus: praeterea ubi certum & illustre continuo erga nos auoris documentum edere voluit. Hac autem lege eduxerat Iudeos ex Ægypto, vt nunquam intercederet liberationis *Exod. 13.9* effectus. Deum igitur quasi in re presenti locat, & eundem esse admonet qui obstatu quælibet virtute sua superauerit, vt esset populi sui Redemptor. Tunc enim viam stravit per mare: deinde per *Ibid. 14.21* aquas violentias, id est, per Iordanem, quem, tandem rapidissimum esset, Dominus exiecauit. Atque *Iosue 3.16* stupenda hæc miracula nominatio commemorat, quoniam existimare poterant præclusum sibi in Iudeam redditum, atque fabulosum esse quicquid de eo promittebatur.

I. C M F D V C I T , C V R R V S E T E Q V S .) Ostendit nullas vires aut copias impedimento fore quominus populum tuum liberer, quoniam ei visum erit. Mare quod intermedium erat obstarere Deo non potuit quominus educeret populum tuum: sed medium eius cursu diuisi, atque inequites hostes cum suis copiis & curribus demersit. Est igitur hic amplificatio: perinde ac sidicet, Tametsi vniuersus orbis in exitum vestrum conspiret, atque liberationem Ecclesiæ meæ impetrare conetur, nihil tamè efficier, quia non modò via inueniet Deus per abyssos ubi visum fuerit, sed profligabit & cueret omnes aduersos conatus: & quidem eos ita conteret, vt in posteru se non effera, nam fieri potest, vt qui in uno prælio victus fuerit, redintegrat in altero vires, atque superior eudat. Hic autem Dominus perpetuam victoriam promittit. sic enim hostes prostratum iri significat, vt omnino extinguantur. Et lini similitudine magis exprimit subitum hostium interitum, nam linum ardere potest, sed protinus consumitur.

I. N E R E C O R D E M I N I P R I O R V M .) Haec ostendit Propheta quanta fuerit potentia Dei in populo liberando, nunc significat omnia miracula, quæ Deus edidit in primâ illa redēptione parvi momenti fuisse præ et in signioribus quæ paulò post edenda erant: nēpe, tantam fore gloriam secundum huius liberationis ut priorem illam obseueret. nec enim vult tanti beneficii immemores esse Iudeos, quod omnibus seculis celebrati, perpetuique monumentis consignari iussit, nam & initio Legis prefatur in hunc modum, Ego sum Dominus Deus tuus, qui te eduxi *Exod. 20.2* de terra Ægypti, de domo seruitus. Filii etiam à patribus hoc scripti inculcari, atque nepotibus *Ibid. 12.26*. & posteris de manu in manum tradi voluit. Hoc igitur per comparationem intelligi debet: quemadmodum illud Ieremias, Ecce dies veniunt, inquit Dominus, & nondicetur ultra, Vixit Dominus *Iere. 23.7*, qui eduxit filios Israel de terra Ægypti: sed, Vixit Dominus qui eduxit & adduxit sicut men domus Israël de terra Aquilonis, & de cunctis terris ad quas eiceram eos: & habitabunt in terra sua. In summa, posteriore hanc redēptionem, si cum priore comparetur, longè illustriorem forc ostendit. Unde sequitur perpræm vaticinium hoc restringi ad paucos annos: quia progressus à suo exordio non separat Propheta, sed fructum redditus ad Christum usque extendit, qui suo aduentu vere erexit Sacerdotium & Regnum.

19 ECCÉ EGO FACIO REM NOVAM.) Hinc clarissimum quid voluerit Propheta superiore versu. Opus enim nouum, id est, inauditum atque intolitum fore promuntur, & quod pte magnitudine & excellentia tua omnium aliorum famam obseruet: non aliter ac solis fulgor dū celum & terram occupat ita solum à conspicere subducit. Et iam exoriturum dicens, significat non longum fore tempus. At qui non tam citò hæc impleta sunt. verum, si Deum respiciimus, quadrin-

Psal. 90. 4
2. Petr. 3. 8

gēti aut etiam mille anni instar momenti coram ipso astimantur, quo minus lepida ginta annorum mora debuit eorum animos tædio frangere? Quum addit, AN NON EAM COGNOSCETIS? hæc interrogatio plus vehementer atque efficaciter habet, quam affirmatio simplex. Est autem Hebreis frequentior, quam Græcis aut Latinis. Transitus in deterto promittens, alludit ad desertum illud quod inter Iudeam & Babylonem medium erat: quia de redditu populi concionatur. Ideo viæ adiungit flumina. Nam iter faciendo per aridam regionem, siti aretare ac perire potuissent. Propterea Dominus aquas & omnia ad commutatum necessaria suppeditaturum te dicit, perinde ac si dicaret: Proseque vos viatico, ut medue in patriam redeatis. Sed videtur inmodice esse Prophetæ, atque hyperbolice omnino loqui, dū tantoperè liberationē hanc extollit. Nec enim legimus

Exo. 7. 20.
C. 10. 22.
C. 12. 29

conuersa in sanguinē flumina, tenebras in acre sparsas, primogenitos eos, immissa infecta quæ totam regionem depasta sunt, & alia eiusmodi portenta, quæ in Ægypto acciderunt. nihil enim tale in Babylone editum est. Quid ergo libi vult hæc noua redemptio? Hoc omnes fieri interpretes Christianos coegerit simpliciter hunc locum de adventu Christi interpretari. quia in re haud dubie falsi sunt. Falluntur item Iudei, quum ad redemtionem Babyloniam restringantur. Ergo vt iam aliquoties moniti, omne tempus illud quod redemtionem Babyloniam sequutum est, vtque ad Christi adventum, simul hæc comprehendendi debet. Redemptio ex Ægypto, velut prima Ecclesiæ narrativa fuit: quia populi corpus collectum est, & stabilita Ecclesia, cuius nulla antè species erat. hæc aut liberatio non restringitur ad eipsum quo populus ex Ægypto abiit, sed continuatur vtque ad possessionem terræ Chanaan, quæ eiecit Regibus, populo tradita est. Idem *deut. 26. 17. 18. 19.* quia populus è Babylone crepus, atque in patriam reductus est, censeretur debet. nam instauratio illa ad exitum è Babylone restringenda non est, sed ad Christum vtque extendenda: quo toto tempore magna res procul dubio & stupendè euenerunt. An non admirabile fuit captiuo populo, quem, vt vile aliquod mancipium, omnes contemnabant, immo vero vt feelus excrababant, ab ethniciis Regibus libertatem & redundi facultatem dari? neque hoc tantum, sed commutatus præberi, atque alia que tum in itinere, tum domi ad res constitutas, ad ædificandam civitatem, ad extrahendum templum necessaria forent? Sed multe maiora sequuta sunt, quum pauci redire vellent, sicque animis fracta esset maior pars vt misericordiam seruitutem præferret beatæ libertati. Quum inquam præingenti illa multitudine, quæ abducta fuerat, pauci in Iudeam redirent, maxima adhuc impedimenta allata sunt. Conspiraciones enim factæ, inflamata odia in populū antea plus fatus exsuum, interruptum opus, omnique via tentata quibus omnino prohiberi posset. Itaque frustra eos reduxisse videbatur Dominus, cùm multo graviora ipsius pericula imminenter. Extructo templo, haud tranquilloris status potius sunt. erant enim gravissimis & infestissimis hostibus vindiquaque oblecti, à quibus magna sepe incommoda sustinebant. Postea arumnis, cladibus, variisque persecutionib[us] afflictati sunt, vt enceti, obruti, ac prorsus deleti putarentur. Et tamen in mediis exedibus & flammis mirabiliter à Deo conseruati sunt. Quid si miserum & infelicem eorum statum, & graves tyrannorum persecutions consideremus, mirabimur vel unum tantum ex ipsis reliquum esse potuisse. Vt ergo intelligamus quanta posterioris huius redemptions præstantia fuit, quo modo priorem superauit, ad Christum vtque continuanda & deducenda est, à quo ingens prioribus beneficiis tandem cumulus additus est. Ita minimè dubium quin secunda redemptio primam longo intervallo supererit. Hæc interpretatione nihil habet coacti, & vñstato Prophetarum styllo consentanea est. semper enim Messiam profini habent, atque in eum perpetuò intendunt. Sed hoc apertius reddet, quod refertur ab Haggæo. nam cùm instaurari cepisset templum, scens, qui præfieri illius gloriam viderant, ingemiscentes, hoc nihil præ illo esse aiebant: parumque aberat quin i.e. destitutos à Deo, atque irritas promissiones esse arbitrarentur. Haggæus vero, vt ipios consolatur, & maiorem noui huius templi gloriam fore confirmet, quanvis ædifici structura longè esset inferius, ipsos ad redemptorem adducit. Sic ait Dominus exercituum, inquit, Adhuc semel, sicutque

Ez. 1. 4

Heb. 12. 26 breui: Ego commovebo cœlos, & terram, mare, & continentem, & omnes gentes, & veniet desiderium omnium gentium, implebitque dominum istam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum est argentum, meum est aurum, dicit Dominus exercituum. major erit gloria domus istius posterioris quam prioris. Quemadmodum igitur Haggæus instaurationem templi ad Christum vtque continuat, & veram eius gloriam ad ipsum refert: ita hæc liberatio (res enim coniunctæ aut potius ex eadem sunt) ad Christum vtque propagata fuit. Atque ita nihil mirum si Ægyptiacam antecelluit omnibus modis.

20 HONORABIT M E BESTIA AGRIC.) Exornat superiore sententiam. nam in tantarum desperatione, Dei virtutem magnificè extolli oportuit, vt suppleretur verbo quod rei decife

descere videbatur. Significat autem virtutem Domini tam apertam & conspicuam fore, ut ipsi & be-
stia eius sensu percussis, Deum agnoscant ac venerentur. Respondet hoc vaticinum cantico, Mare Psal. 114.3
vidit & fugit, Iordans virtus est retrorum. Montes exsiderunt ut arctes, & colles sicut agni ouium:
A facie Domini contremuit terra. Eundem hic tentum a tribuit Iudeus bruis animalibus: quia arc-
ano instinctu cedere coguntur, ut securum populo transfiguratum praebant. Quanquam longius patet
caute reddito: quod feliciter velut attonita tubsistit visis miraculis. Significat in summa Deus, te
non pallorum ut populis rebus necessariis destitutus iter retro flecat: sed hyperbolice commen-
dat tuum erga ludros amorem, ut tibi tuae altitudine mundum transcendat. Nos quoque dum
huc audimus, ne metiamur Dei potentiam ex rerum naturated fide supra omnia qua certi aut ap-
prehendi possim, euchamur. Nam vero ne alienationis signa a tecelestis gratiae & auxili misericordiis
exules arecat, reuec illis adoptionis tue memoriam: quid dicet eos in tristitia dissipacione
miserere tamen populum Dei: quia consilium non mutet quod temel eos elegit. Ego quoties animam
di erimus ad beneperandum occurat nobis Dei vocatio. Tametsi enim indigni sumus, sufficiet
tamen deber, quod nos Dominus tanto honore dignatus est.

21 POPVLVM HVNC CREA VI MHI.) Significat Dominum necessarium facturum quod
prius dixit, quoniam in crest gloria ipsius, populum, quem sibi delegit, conseruati. Proinde haec
quoque verba ad populi consolationem pertinent: An putatis me pauperum ut gloria mea conci-
dit? at qui ei salutem vestram conioneta est, vestra igitur talus mihi cura erit. Seito deinde vos fore
falso, quoniam interire non potestis quin gloria simul mea in creat. Eritis ergo tuperstitiosi: quia
gloriam meam a vobis perpetuo celebrari volo. Cum ait se populum creasse, intelligamus id a fu-
liper iturali gratia proficeri, quod populus Dei temus. nam tenendum illud principium de quo
antea diximus: non agi de communia hominum natura, sed de reformatione spirituali, vel de ado-
ptione qua Ecclesiastis segregat a reliquo mundo, & quidem cum suis appendicibus. Ne quis ergo
sibi regenerationem suam, aut ullis honum meritis arroget: sed tantum beneficium intercedit.
Dei omnino acceptum ferre discamus. LAUDEM MEAM NARRABIT. Tametsi Pro-
phetae consilium sit demonstare quod dixi, talum ideo fore populum, quia id gloriae Dei interficit.
tamen hinc quoque discimus electionis nostrae finem esse, ut Dei gloriam modis omnibus illustrer- Exo. 14.4.
mus. Sunt quidem & reprobus instrumenta gloriae Dei: sed ea longe altera dicitur in nobis relucere. 17.18
Nos enim elegit, inquit Paulus, ut essemus sancti & irreprochabiles coram ipso per charitatem: Ephes. 1.4
qui praedestinavit nos, ut adoptaret in filios per letum Christum, in fide, iuxta benedictum vo-
luntatis tue, ut laudetur gloria gracie tua, qua charos reddidit nos per illum dilectum. Huc etiam
pertinent Petri verba, cum ait: nos estenchi seductos esse in admirabile regnum Dei, ut ciui virtu- 1.7 Pet. 2.9
tutes enarreremus. Item Zicharia: Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus Lyc. 1.74
ipsum cum tanacitate & iustitia, omnibus diebus vita nostra. Hic igitur est finis nostre vocationis, ut
conferat Deo, cum tota vita nostra laudemus ac celebremus.

22 ET NON INVOCASTI ME.) Confirmat non sine obliqua exprobatione quod pro-
xime dixit, se nolle populi meritis prouocatum fuisse, ut tam humaniter cum eo ageret. Nulli igitur
alius auctor haec liberatio, quam bonitatem Dei signanda est. Ut hoc prober, ait, Tu me non in-
vocasti. Invocatio nomine totum Dei cultum comprehendit, cuius principia pars est Invoca-
tio. More igitur Scripturæ visitato, per tynedochen loquutus est. Satis vero ostendit Dominus a-
libi, se potissimum collinocatione nam Psal. 50. postquam sacrificia & externas ceremonias se re- Psal. 50.15
spuere dixit, subiungit, Invoca me &c. Vnde etiam Scriptura, cum de cultu Dei loquitur, inuoca-
tionis principiū mentionē facit. Miesen in cum restituū Dei cultū significat: Tunc, inquit, cepit Gen. 4.26
invocari nomen Domini Particulari, in secundo membro verius, pro adulteriata accipio. Quin
potius ratio mei affectus es. Alii veritatem, Qualaboras, aici dicere, Cum fastidio taceperisti quic-
quid à me præcipiebatur, quod eodem fore recidi. Quod madmodum vero Dominus obedientiam
requirit, ita alacres & promptos esse vult qui ipsum colunt. sicuti Paulus testatur, Hilarem datorē 2. Cor. 9.7
ipsum diligere: quia autem iniuti parent, veri & probi cultores dici non possunt, neque ab ipso con-
tentur. Ut ergo demonstret se cultum à Iudeis non fuisse ut decebat, inuitos id fecisse dicit. Quod
si cui magis libeat causa reditio nem, atque ita vertere, Tu me non inuocasti, quandoquidem
nullum mihi cultum exhibuisti sine molestia, & quasi vi extorci: quia quod rei summa patrum in-
terest, non admodum repugno, quod tamen reddi, significantius exprimere videtur Prophetæ
mentem. Ceterum antithesis caute quoque reditio nem in te continet. Si igitur officia nostra
Deo accepta esse volumus, prompto illi animo obsequamur.

23 NON ADDUXISTI MIHI.) Queritur cur Prophetæ hoc exprobret Iudeis, quos
constat sedulò atque ex scripto Legis sacrificia obtulisse. Quidam hoc referunt ad tempus ca-
pitulatatis, quo tametsi voluerint sacrificia offerre Deo, tamen nequistissent: quoniam id nulquam fa-
cere, preterquam Ierosolymam, licet, non poterant igitur Deum sacrificis promereri. Ego vero
potius vniuersitatem exprobationē esse putto, nam eo ipso tempore quo populus sacrificabat, me-
ritia sua aut dignitatem iactare non poterat, quasi Deum sibi hoc modo obstringeret: quandoquidem
deceperat sacrificii quæ præcipiū à Deo cōmandantur; nempe, sides & obedientia: sine quibus nihil

Deo gratum esse potest. Nulla erat animi integritas: manus eorum sanguine redundabant: rapinis & fraudibus omnia referta erant: nec ullus erat iustitiae aut aequitatis locus. Quanuis igitur quotidie in templum pecudes adducerent, ea que immolarerunt, tamen meritò negat sibi quicquam offerri. nec enim accepta Deo esse poterat sacrificia, cum à veritate sciuncta erant: & cuius potius quam Deo offerebantur. nam ea per se non requirebat, sed quatenus populus in fide & obedientia exerceretur. Vnde colligimus nihil noui Prophetam dicere, sed insistere in eadem doctrina, repudiari scilicet à Deo tam seruiles, quam alios onnes vitiosos cultus.

24 NON E M I S T I A . Calamum intelligit ex quo fiebat vnguenti preciosi confessio, cuius

Exo. 30, 25 non erat vulgaris vsus: quemadmodum refertur Exodi 30. Nam eo summi Sacerdotes, deinde Tabernaculum conuentionis, & Arca testimonii cum suis instrumentis vngebantur. At igitur, Tametsi calamum mihi emas pecunia, tamen hoc mihi expensum ferre non debes, quasi ratum habeam. Ludebant enim operam suam in omnibus istis ceremoniis, quia in rectum finem non intendebant, quando minime exercerant se in fide, nec Deum colebant pura conscientia. Quod adiungit, Se non fuisse inebriatum, legali loquendi forma respondet, ubi testatur Dominus sacrificia epulas sibi gratas ac suaves esse: nō quod ex animalium cæde voluntatem caperet, sed quod talibus exercitiis ad veram obedientiam populum suum ducere vellet. Hic igitur è concuso significat populum haud riù sacrificia obtulisse, quoniam impietate omnia compurecabat. Itaque significat se quodammodo famelicum & vacuum fuisse: quia nihil recte oblatum est: ed omnia corrupta & insipida. Continuò pòst amplificat Prophetus grauitatem mali istius, quod non tantum populus defuerit officio suo, nec se Deo subiecerit: quinimò Deum sibi subiucere conatus sit, ut eius voluntati aut potius libidini inservieret. Qui hunc locum de Christo exponunt, sensum Prophetæ torquent: quare simpliciter mihi videtur hæc interpretatio. Conqueritur enim Dominus quod homines cum peccatis suis molestum onus subire coegerint, qui tamen reverenter se ei subiucere debuissent. Nam cum insultimus aduersus Deum, cum quasi seruum protervia & petulantia nostra reddimus. Hoc autem melius exponit, cum ait se LABORASS: id est, varia tædia deuorasse ob nequitiam populi sui. Ipsum enim quodammodo vulneramus & configimus, ut inquit Prophetus, cum respumus ipsius vocem, neque ab eo regi nos patimur. Alludere autem videtur ad id quod prius dixerat de tædio vel molestia populi in colendo Deo. Nam ex aduerso testatur Deus multas sibi à populo molestias exhibitas fuisse.

25 E G O , E G O S V M .) Hoc epiphonemate priorem sententiam concludit, ac si diceret, se iure suo posse gloriari, quod iniquitates populi sui delcat, cumque in libertate vindicet: nulla enim esse merita, quibus id impetrare possit: quandoquidem grauissima pena, in modo vero exitio dignus erat. Bis vero idem repetit, ut ingratitudinem hominum magis castiget, qui ad se rapere suum viuius honorem, aut quouis modo obsecrare solent. *¶* Demonstrativum est loco Substantiu, ut sepe alhâs. Frigidè ac dilutè accipiunt Prophetæ verba, qui Deum sibi ius & potestatem asserere putant in remittendis peccatis: quia potius suam misericordiam aliis omnibus causis opponit, quasi negaret aliunde se induci cur peccata remittat: sed contentum esse mera sua bonitate, idéoque vel meritis, vel ullis piaculis perperam adscribi redemptionem, cuius ipse gratuitus est author. Summa huc tendit, sperandum esse redemptum populo non alia de causa, nisi quia Deus gratis ignoret peccatis, & clementia sua ultra placatus paternam manum porrigit. Hic agitur de remissione peccatorum, videndum qua occasione. Nec enim dubium quin Prophetæ gratuitam redemptionem fore significet. Remissionis igitur potius quam redemptio mentionem facit: quia cum grauissima pena ipsorum peccatis inflicta esset, veniam prius dari necesse erat, quam liberarentur. Causam enim morbi tolli oportet, si morbum ipsum curare velimus. & quandiu durat ira Domini, standiu etiam flagella durabunt. Prius igitur eam mitigari, nōsque Deo reconciliari necesse est, quam à peccatis liberemur. Atque hæc loquendi forma diligenter notanda est, aduersus puerilem Sophistarum distinctionem, qui remitti quidem à Deo culpam aiunt, sed peccatis satisfaciendum esse contendunt. Hinc satisfactiones, indulgentiae, Purgatorium, & infinita alia commenta prodierunt. Prophetæ vero de culpa sola non loquuntur, sed nominatim de pena, quæ remittitur, quod gratuitò peccata remissa sint. Quod elarius exprimitur addita particula P R O P T E R . *¶* E. Certū est omnibus meritis hanc exceptionem opponi, Deum videlicet rationem nostram, aut ullius rei quæ in nobis sit non habere, ut peccata nobis remittat: sed bonitate sua tantum ad id impelli. nam si respectum haberet nostri, quodammodo debitor esset, nec gratuita esset remissio. Itaque apud Ezechiel exprimitur

Ezech. 36. antitheton, Non propter vos hoc faciam domus Iacob, sed propter me. Vnde sequitur, Deum sibi authorem esse, & ultra ad remittenda peccata propensum: quia in hominibus causam non repetit. *I D E O P E C C A T O R V M .* Hoc ad consolationem piorum addidit Prophetus, qui delictorum suorum conscientia in desperationem ruere alioqui poterant, propterea ipsos in meliorem spem erigit, & confirmat in ista fiducia: nempe, Tametsi indigni essent, tamen remissum ipsi peccata, indéqué eos liberarunt. Hinc utilis doctrina colligenda est, Neminem scilicet deimpertranda venia certum esse posse, nisi recumbat in mera Dei bonitate. Eos enim qui opera sua respiciunt, identidem vacillare, & tandem desperare necesse est. quia nisi eos deludat crastis hypocrisia, semper

per occurret illis sua indignitas, quæ de amore Dei ambigere coget. Quod autem ministri quoque peccata remittere dicuntur, cum hoc loco non pugnat, quoniam testes sunt huius gratuitæ remissionis. Vulgaris distinctio est, Deum potestia sua remittere peccata: ministros vero, ministerialiter. Sed cum ea distinctio minimè explicet Prophetæ mentem, tenendum est quod admonui, Deum non modo pro imperio remittere peccata, sed quidquid sperandum est bonorum, fluere ex fonte mere eius liberalitatis. Sic autem Dominus Euangelij prædicationem, atque eius ministros ornauit, ut plenaria sibi autoritatem reseruerent.

26 REDVC MISHI IN MEMORIAM.) Quia non facile corrigi potest hominum superbia, Dominus hoc argumentum virget: ac pluribus insistit, ut Iudeos deiecta omni operum fiducia, humiliores reddat. Defert autem eis libertatem quidvis dicendi ac proferendi, ut causam ipsi sum probent, nisi se victos fateantur. Per Concessionem sibi in memoriam reuocari iubet, ac si dicceret, Si obliuiosum me putas, narratu ipse: sic ut reminiscaris, si quid boni profere potes. habe lo cum dicendi, ego tacebo. Ac forma quidem ista loquendi magis insultat hominibus, quam si id quod res habet, more suo pronuncias. Homines enim cum aliquid sibi arrogant, stultissimos esse ostendit. nam etsi libertas eis detur sese iactandi, inanes & vacui reperientur, nec quicquam habebunt quo suam causam tueri possint. **V T V S T I F I C E R I S.** id est, ut causam tuam obtineas, atque superior sis, permiso tibi dicere quicquid voles. Vehemens insultatio est, qua hominum ora melius obstruuntur, quam si in persona & pro imperio iudicis sententiam ferret. Notandum interea Prophetæ consilium est: quia necesse habuit Iudeis detrahere lauam dignitatis, quod submissi ac subacti gratiam Dei exciperent.

27 PATER TVVS.) Omnes ferent hunc locum de primo parente Adamo intelligunt. alij de Gen. 3.6. Abrahamo interpretari malunt: ac si diceret, Non peccatis soli, sed pater velter Abraham, ta- Iof. 24.2. meti eximia sanctitatis esset, ipse peccauit. Per DOCTORES, Moysen & Aaronom intelligunt, qui Num. 20. cum mirifica sanctitate pollerent, tamen peccarunt: quanto magis vos qui longè inferiores es- 12. tis: ut sit argumentum à maiore ad minus. Ego verò alterius accipio, nam PATRIS nomine, non vnum tantum aut alterum ex maioribus comprehendit, sed plures. Est enim enallage numeri, que plurimum Hebrais visitata est. Quæ obiurgatio satis frequenter occurrit in Prophetis & Psalmis, nam quum scirent diuinitus se censeri genus sanctum, quasi hic honor Patrum excellente vel meritis debitus esset, contra Deum ipsum ferociebant, ac ius hereditariū illis inflabat animos. Hac ratione Prophetæ Patrum flagitia per singulas etates detegunt, & Stephanus eos sequutus, dicit semper restitisse Spiritui sancto perinde ac si diceret, Non incipitus nunc primum esse peruersi, iampridem Patres veluti nequam & scelerati fuerunt. A malo coruo, malum ouū produxit, vos autem longè peiores etsi, atque Patres vestros superatis nequitia: ita ut si vos tantummodo spectassem, iamdudum perdisti atque in vniuersum deleti esfis. Doctores autē simul adiungit, ut ostendar non in sola plebe culpam harere, qui enim aliorū duces esse debuerant, impege- 18. runt primi, atque alios in errorem duxerunt: nempe, Sacerdotes & Prophetæ, denique, ostendit nullum ordinem à vitiis & corruptelis immunē esse: Eant nunc, & gloriantur suis virtutibus, atque rationem vel minimam proferant, dempta bonitate mea, ob quam eos tutari debuerim. Si quis obuiat, nullam esse causam cur Patrum sceleris ipisis exprobarentur, quod scriptum sit, An- Ezech. 18. nimiū quæ peccavit, moritur am: nec filios puniri pro patribus: responsio facilis erit, nam Dominus parentum peccata rependit in filios, cùm ipsi similes sunt patribus, neque tam en pro alienis peccatis pœnas luunt: nam peccarunt & ipsi. Et cùm Dominus in totum corpus animaduertit, pa- 20. trates cum filiis pari iugo coniungit, ut omnes eidem condemnationi subiciantur.

28 IDEO POLLVAM.) Copula hinc pro illatia capitur: præteritum vero in futurum resoluti debet, tametsi in præterito quoque verti posset. Sed futurum malui, ut conferatur in tempore captiuitatis. eos enim propriæ compellat qui sub capiuitate victi erant. Si quis ad diuersas clades, quibus populum suum ignominia afficerat Deus, exredere hoc malit, & sinu cōiungere exilium Babylonicum, nihil erit incommodi. Et forte melius conuenit narrari quid pridē & sepius illis acciderit, ut in posterum commonefant, nullo mite sibi bene se esse in unitos, quin rufus cum summio dedecor pœnas suas ingratitudinis luant. Huius ergo exitij causam ostendit: quoniam sclera patrum & filiorum puniri oportebat, quum scilicet nullus esset peccandi finis, sed quotidie iram Dei contra se accenderent, donec tandem in ipsis animaduertit. Polluere autem vel profanare Ecclesiæ suam dicitur Dominus, cùm eam, ceu rem vilem, contemnit & profluit. Sicuti Psalmo 89, & aliis pluribus locis. Ut enim segregati ab ipso & sanctificati, sub fide & Verf. 39. tutela ipsius degimus, quæcumq; sancti sumus; ita cùm deitatumur, dicimus profanari: quia des- nimus ipsi esse facili, atq; ipsius tutela indigne redditur, & quos ante Christos suos vocabat, at- Psal. 105.15 que tāgi prohibebat, hostium præde exponit. At indigne videbatur Sacerdotes, qui vices Christi gererent, profanari: verū haec causa est, quod præcaricari sint, cùm aliorum doctores esse de- buissent. Vbi IN EXECRATIONEM posui, non enim Hebraicum est ἔντα, quod Excidium, sed Execrationem quoque significat: atque hoc secundum melius huic loco conuenire mihi visum est. Nam poslea sequitur, IN opprobria. Hæc autem ex Moysi mutuatur Propheta: cuius linea-

menta, sic refert ut stylum Mosis in his verbis facile sit agnoscere: nec quicquam nouum aut a-
men Deut. 28,37 huius proficeri à Prophetis. Sic enim Moses, Erisque in stupore, patabolā, & fabulā omnibus po-
pulis ad quos te duxerit Dominus. Deūciat ergo se ita afflictū populum ut execrabilē ipsum
reddat omnibus: vt qui execrari volet, ipsum exēpli loco adducat, sitque formula execrationis: ita
ludibriis hominum expositurum, vt in ore omnium qui deridere volent, sit loco proverbijs. quē
admodum hodie videmus Iudei nomine, quanu[m] honorificum per se, tamen probri atque igno-
minie plenum esse. Proinde horrenda ista per Isaiam minatus est Dominus, ut intelligentes si-
tis graue supplicium ipsis pro scelerum atrocitate interrogari non posse: ne cūm in ipsis animad-
uerteret, quereretur le graues nimium penas sustinere, néue nimium acerbas Prophetarē repre-
hensiones eis existimarent.

C A P V T X L I I I I .

- 1 **N**unc tamen audi Iacob sc̄rie meus: et Israel quem elegi.
2 Sic dicit Ichoua factōr tuus, & formator tuus ab ytero: tibi auxilia-
bitur. Ne timeas serue meus Iacob, dilecte quem elegi.
3 Quia effundam aquas super sitiērem, & flumina super aridam. Ef-
fundam sp̄iritum meum super semē tuum, & benedictionem meam su-
per germina tua.
4 Et germinabunt quasi inter herbam, quasi salices iuxta riuos aquarum.
5 Hic dicet, Ego sum Ichoua: ille vocabitur nomine Iacob: aliis scribet manu sua, Ic-
houa (sum,) & nomine Israēl cognominabitur.
6 Sic dicit Ichoua, rex Israēl, & redemptor eius, Ichoua exercituum: Ego primus, &
idem nouissimus, & pr.eter me non est Deus.
7 Et quis sicut ego vocabit, annūciabit hoc, & ordinabit hoc mibi, ex quo constitui po-
pulum seculī: & que pendent, & que ventura sunt, illis annūciant.
8 Ne timeatis, & ne terreamini. An non ex tunc audire te feci, & annūciaui? Itaque
vos testes mei, quod non sit Deus pr.eter me: & non sit fortis quem ignorēt.
9 Fictores sculptilis omnes vanitas: & desiderabilia eorum nihil profundit: & testes co-
rum ipsi, quod non vident, nec cognoscunt: ideoque confiduntur.
10 Quis formator Dei? & quis sculptilis confitator, quod nullam ad rem ysi est?
11 Ecce omnes socij eius pudecent, & artifices ipsi sunt ex hominibus. Ut conueniant
omnes, ac stent, pauebunt, & pudecent simul.
12 Faber ferrarij limam sumet: operabitur in pruīs, malleis formabit illud: operabitur
in eo, brachio virtutis sue: etiam famelicus, ut deficiant vires: non bibet aquam, ita ut
fatiſcat.
13 Faber lignarius extendit regulam, illud delineat filo timeto, aptat planulis, circino
figurat: facit illud secundum formā viri, secundum effigiem hominis, ut sedeat in domo.
14 Succidet sibi cedros, tollet ilicem & quercum: roboretur ad ligna sylue: plantabit pi-
num, quam planitia enutrit.
15 Tum erit homini in incendium: nam accipiet ex illis, & calcfaciet se: pr.eterea furuum
accendet, & coquet paxes: Deum quoque efficiet, atque adorabit: fingeat idolum, & proster-
net se coram eo.
16 Partem eius comburēt igni: ex parte carnem comedet: assabit assaturam, & saturabi-
tur. Deinde calcfaciet se, ac dicet, Obe calcactus sum, & vidi ignem.
17 Reliquias eius in Deum vertit, in sculptile suum: incurvat se coram eo: adorat &
precatur illud, dicens, Liberame, quia Deus meus es.
18 Nescierunt, nec intellexerunt: quia obliteruit oculos eorum, ne videant, & cor eorum,

Aur, forci- 12 Faber ferrarij limam sumet: operabitur in pruīs, malleis formabit illud: operabitur
pen. in eo, brachio virtutis sue: etiam famelicus, ut deficiant vires: non bibet aquam, ita ut
fatiſcat.

13 Faber lignarius extendit regulam, illud delineat filo timeto, aptat planulis, circino
figurat: facit illud secundum formā viri, secundum effigiem hominis, ut sedeat in domo.

14 Succidet sibi cedros, tollet ilicem & quercum: roboretur ad ligna sylue: plantabit pi-
num, quam planitia enutrit.

15 Tum erit homini in incendium: nam accipiet ex illis, & calcfaciet se: pr.eterea furuum
accendet, & coquet paxes: Deum quoque efficiet, atque adorabit: fingeat idolum, & proster-
net se coram eo.

16 Partem eius comburēt igni: ex parte carnem comedet: assabit assaturam, & saturabi-
tur. Deinde calcfaciet se, ac dicet, Obe calcactus sum, & vidi ignem.

17 Reliquias eius in Deum vertit, in sculptile suum: incurvat se coram eo: adorat &
precatur illud, dicens, Liberame, quia Deus meus es.

18 Nescierunt, nec intellexerunt: quia obliteruit oculos eorum, ne videant, & cor eorum,

ne intelligant.

19 Non redit ad cor suum, non est sensus, nec intelligentia, ut dicat, Partem eius combusti signi: etiam super prunas eius coxi panem: assuvi carnem, & comedи: residuum eius in abominationem vertam: cor am trunco ligni incurvabo me.

20 Pascit cinerem, cor seductum inclinat eum, ut non liberet anima suam, neque dicat: An non mendacium in dextera mea?

21 Mc mor esto horum Iacob, & Israel, quia seruus meus es, formauit te: seruus meus es: Israel ne obliuiscaris mei.

22 Deleui, ut nubem, iniquitates tuas: ut nebulam, peccata tua. Reuertere ad me, quia redemi te.

23 Laudate caeli, quia fecit Iehoua: iubilate inferiora terra: erumpite montes in laudem: sylva & omnis arbor que in ea est: quoniam redemit Iehoua Iacob, & in Israel glorificabitur.

24 Sic dicit Iehoua, redemptor tuus, & factio[n]s tuus ex utero. Ego Iehoua facies omnia, extendens caelos solus, expandens terram meam a virtute.

25 Disipans signa diuinatorum, ariolos dementans, conuertens sapientes retrosum, & scientiam eorum infatuans.

26 Suscitans verbum seruū sui: & consilium mortiorum suorum perficiens: dicens Ierosolymae, Habitaberis: & ciuitatibus Iuda, Extruemini: & ruinas eius erigam.

27 Dicens profundo, Exiccare: & flumina tua arrefaci.

28 Dicens Cyro, Pastor meus: & omnem voluntatem meam perficiet: dicendo etiam Ierosolymae, Aedificaberis: & templo, Fundaberis.

I N C A P V T X L I I I .

VNCTAMENTA VIDI.) Quum nuper Isaia exagitauerit populi scelera, & omnes pariter aeterno interitu dignos esse pronuntiauerit, quod & principes & plebej omnia sceleribus polluissent, nunc illa prenarum atrocitate mitigat, & populu cōsolatur, nō hoc loco particulā, pro aduersatia capio, ut sepe alias, ac si diceret, Tametsi graues aerant tibi imminent, nunc tamē audi quid ego tua causa facturus sim. Hic enim verius cū superiori arguento coniungi debet: quia declarat Dominus se nunquā passurum ut populus omnino intereat, tametsi grauite affligatur. Hinc collige, Deum nunquam ita irasci Ecclesie sue, quin aliquem misericordiae locū relinquit: ut sepe iam vidimus. Hinc fit, ut quoties Prophetae minati sunt, semper consolationem aliquam, velut tēpamentū, subiungant. Sed ne exultinemus homines id officiis suis promeritos esse, ideo subiungit, QVEM ELEGIT. Nec enim seruimus Deo, quod digni sumus, aut ipsum promereamur, sed quia nos electione gratuita idoneos reddit. Sunt igitur hoc loco synonyma Seruus & Electus: sic tamen ut Electio ordine procedat. Ideo David se Dei seruum fuisse dicit antequam nascetur, Psal.116.16
Psal.22. &

SIC DICIT IEHOVA FACTOR TVVS.) Quanuis asperius tractauerit Iudeos, ut prava 71.6: omni fiducia exinaniti suppliciter ad Dei gratiam confugerent: nunc amico blandōque sermone eos suauiter demulcet, ut sciens nullam se facere iacturam sibi ipsis renuntiando. Itaque subaudiendae hic sunt antitheses: Tu quidem Iacob nullus in te es, sed Deus factio[n]s tuus non contemnet opus suum: nulla te nobilitas generis ab interitu eximeret, sed adoptio, qua te dignatus es est celestis pater, fatis supērque valebit ad te redimendum. Porro tenēdum est quod sepe antehac dixi, nō loqui Prophetam de prima creatione qua homines nascimur: sed de regeneratione que est electis propria & peculiaris ut locū in Ecclesia Dei obtineat. Ne vero homines sibi quicquā arrogēt, quali ipsum prouocarint ut eis benefacret, addit, FORMATOR TVVS AB UTERO. Quibus etiam verbis fēdus hereditarium illis proponit, quo Deus nondū genitos sibi in peculium segregauerat. Quod ad personam Iacob quidam hoc cōferunt, quia fratri pedem tenendo Gen.25.26 insigne electionis sue specimen ediderit, coactum est. ego itaque latius interpretor: nēpe Domini populo suo beneficiū & liberalē ab initio fuisse, & antevertisse omnia merita: quia gratui-

tō ipsum formauit, ac deinceps omnia ei beneficia gratis præstis. A V X I L I A B I T V R. Alij subaudiunt relatiuum qv:i: aci diceret, Auxiliator tuus: commodius tamen videtur seorsum accipere. Clarius fuisse in prima persona, Auxiliabor tibi. sed in r̄ ipsa nihil est disçriminis. Summa huc tendit, eūdem qui populi creator est, præstò fore ad eius auxilium vbi opportunum tempus aduenerit. Itaque liberum sit vnicuique lectionē eligere quam volet. Maluit tamē simplicem ac minus coactum sensum sequi, vt nihil subaudiatur. Dic̄tio Ḥ̄wā variè exponitur. Alij enim à Ḥ̄wā deduci volūt, quod est Rectum esse, vel Placere alij à Ḥ̄wā: alij ab Ḥ̄wā. Sed potius iis assentior qui Dilectum vertunt, ac deducunt à radice Ḥ̄wā: quo etiam titulo Moses populum illum insignit in canticō suo, Deut. 32. quāuis enim illuc Rectum quidam vertant, sicut & hoc loco, melius cōuenit veteris interpretatio. In cratilis est dilectus. His autē titulis ornat populum suum, vt ex p̄teritis beneficis spem in posterū lūdai concipiāt. Hęc enim perpetua regula apud omnes pios vigere debet, vt cūm beneficentiam Dei erga se experti sunt, in futurū quoque ipsam expectēt. alioqui nimium ingratit ent, nec se in promissis Dei acquiescere ostendēt: quē cūm animis nostris inhārent, haud dubiè tranquillitatem & securitatem adferunt: non vt omni timoris sensu vacui simus, sed vt omnem metum ac diffidētiā eluctemur. Id eoque rufus inculcat, Ne timeas,

I. 12. 32. Iacob. Eōdem pertinet Christi consolatio, Ne timeas pusille gres, quia Patri meo in te complacitum est. Et certè inter disçrimina que vndique mortem minantur nō aliud est ad sedādos metus remedium, nisi quid Deus fauore suo nos complecti dignatus est, vt in perpetuum seruat.

DILECTI etgo nomine magis inculcat, hoc à gratia & libertate Dei pendere. Ad se enim reuocat, sibique omnino adscribit quicquid populo inerat boni.

3 QVIA EFFUNDAM AQUAS.) Pergit in eodem argumento: ac simul explicat quale futurum sit auxiliū illud quod promisit. Semper autem memoria tenendum est, in illud tristē & calamitofūm tempus conserui has prophetias, cuiusant̄ meminīt: nempe cūm deploratissimo rerum statu, populus omnino se deficitūm arbitrari poterat, omnēq; Dei promissiones inaneas esse. I. Huic dubitationi occurrit Isaías: atque populum cōparat aride & sitiulose terrę, cuique nihil omnino supereftumoris, qua similitudine David etiam miseriā suā declarat. Ergo vt cōque nullis exhaustos deficeret vitalis humér, ne tamen animū in extremis angustiis abiicerent, hanc Prophetę sententiā sibi proponere debuerunt. Nos quoque cūm in summa pericula adducemur, nec quicquam aliud quām p̄sente mortem animo comprehendemus, ad hęc promissa p̄. equē confugere oportet, quibus aduersus omnes tentationes sustineantur. Interea ariditatē nolstram & inopiuā nobis sentiri ac percipi necesse est, vt istam aquarum irrigationem fameliceq; animae excipient. Quid per Aquas & Fluēta intelligat, ipse exponit: nēpē Spiritū suū. Alii bi quoque Spiritus Dei vocatur aqua, sed alia significatione. Cūm Ezechiel tribuit Spiritui sancto aquarū nomē, simul purgationis intuitu aquas mādas appellat. Postea etiā Isaías, Spiritū, a quas vocabit, sed alia ratione: quid scilicet arcano virtutis lux succo animas vegetet, verū l̄tius patet hęc Prophetę verba, quia h̄c nō simpliciter agitur de Spiritu regenerationis, sed allusio est ad vniuersalē gratiā quę per omnes creaturas expansa est: & cuius méto fit Psalm. 104.

Ezech. 36. 25. I. 55. 1. Psal. 104. Emitte Spiritū tuum, & creabūtur, & renouabis faciē terra. Sicut enim illie predicit David animari omnes mundi partes quatenus arcanū illis vigorē Deus inspirat: deinde instruit Deum virtute & potentia, quā repente, quiores vīsum fuerit, collapsū cœli & terrā statum instaurat: ita nunc eadem ratione aquā vocat Isaías subitam Ecclesia renouationem: aci diceret in arbitrio Dei esse Ecclesię restitucionem, non minus quām steriles & prop̄. astu torridas terras rore vel pluia fecundat. Ita Spiritus aquā confortat, quia sine ipso ariditate omnia deficiunt ac pereunt: totūq; mundū arcana virtutis suā irrigationē vivificat. Deinde, quia sterilitati ex siccitate & flūque cōtracte sic medetur, vt noua facies appareat. Hoc etiā magis explicat Benedictionis nō men quod subiunxit.

4 ET GERMINABUNT.) Nihil aliud h̄c continet quām quod ex Psalm. 104. citatur: Spiritu Dei emisso vniuerſam terra faciē renouari, atque virescere & florere quā prius astu exaruerant: quemadmodū post irrigationem pluiaarum, herba crescent. His enim similitudinibus rem amplificat, atque apertius declarat Deo non minus esse facile, noua sobole augere orbatā Ecclesiam, & siquic̄ solitudine deformem, quām terra insillare vim germinandi. Ceterū, quānū de regeneratione non loquatur, tamen ad eā transferre hanc sententiā possumus: quoniam de instauranda Ecclesia loquitur, cuius precipua pars est reformatio, quā in electis imaginem suā Dominus restituit. Hęc quidem doctrina deduci ac fusius tractari potest: sed prius exprimenda est mens Prophetę, atque simplex & genuinus sensus patefaciens est.

5 HIC DICET.) Haec tenus metaphoricē loquutus est Prophetā: nunc sine figuris rem ipsam apertē declarat. Qualia enim sint ea germina & herba de quibus loquutus est ostendit: quia scilicet Dominus ex omnibus populis colligit suos, & qui prius alieni erant, in Ecclesiam suam deducet: cāmque, cūm nulla prius eis videretur, instaurabit atque augebit. Nā vndiquaque omnes Pf. 1. 87. 4. ad ipsam conuenient, atque piorū numero censi volent, quemadmodū etiam Psalm. 87, Ecce Phi-

Philista, Tyrus, & Ethiopia, ille natus est ibi. Qui locus est si interpretum errore obscurus ante hac visus est, illustrande tamen huic propheti & opiniū conuenit: quia non nisi exiguum numerum ab exilio reuersum esse scimus, sua paucitate terri & pudefieri poterant fideles, quomodo spe comprehendenter preclaram & magnificam illam Redemptoris gratiam quae celebrata fuerat à Prophetis. Occurrit igitur Propheta quisquis fuerit Psalmi author, pronuntiatque Babylonios & Agyptios fore ex Ecclesiæ domesticis: venturos Ethiopiaes & Tyrios, & quicunque tunc alieni erant, ut inserantur in populum Dei. Nunc, inquit, deserta est Ierosolyma: sed Deus non tantum dispersos aliquando colliget, sed vindique etiam accerget, ac in unum coadunabit qui nunc maxime dissident, ut gloriatur se esse ciues Ierosolyma: nec minus pertineant ad corpus electi populi, quam si indigenæ essent. Idem hoc loco docet Propheta nostre, ex quo haud dubie mutuatus est Psalmi author sententiam illam. Summa est, ingentem fore concursum hominum, qui si de simul coalescent in obedientiam vnius veri Dei. Quoniam autem in censu agendo nomen suum quisque dictat, vel inscribit, ad hunc morem respiciens Propheta usurpat has loquendi formas, Scribet ille manu sua, Ego sum Dei, & cognomen Israëlis assumeret: ille profitebitur se esse Dei, & vocabitur nomine Jacob. Nouum enim & insolitum aliquid designat: quia gloriabitur se à Deo adoptatum qui prius nihil habebat cum ipso communio. Vocari hoc loco significat quod vulgo dicimus, *Se reclamer*. Ut prius cap. 4, Inuocetur nomen tuum super nos: id est, nomine tuo *Supradictum* 4.1 censeamus, quum de fratribus nostro esset quibus instar umbrae est virorum nomen. Etsi autem videatur Isaïas hic distinguere inter eos qui disertis verbis profitebuntur se esse ex populo Dei, & censi- feri volent ex nomine Jacob, ad eisdem tamen refertur utrumque membrum, quia indiuiduo nexu coniuncta sunt hæc duo, esse filium Dei, & esse Israëlit: quia Deus suis omnibus filiis matrem Ecclesiam destinat. Sed notandum est, non alios esse legitimos Ecclesiæ ciues nisi qui se Dei imperio subiiciunt. Si præterito Dei nomine Propheta Jacob & Israël dixisset, incipiendum tamen esset à capite, unde omnis cognatio tam in cœlo quam in terra manat. Sed ne qua ambi- *Ephes. 3.15* guitas maneret, ordinem hunc bis expressit, non reputari in semine Jacob nisi qui se Deo addixerint. Ex his facile appetet quæ sit mens Prophetae. Ostendit enim Ecclesiæ, quandiu benedictione Dei destituta est, a recere, ac paulatim ad interitum tendere, ubi vero spiritus Dei effusus est, vegetari, atque vires tandem colligere non modò ad recuperandu pristinum statum, sed ut miris incrementis præter spem angelcat. Ceterum, meminerimus non de naturæ ordine loqui Propheticam, quasi noui Ecclesiæ filii tales ab utero nascantur, quia tantam dignitatem sibi nemo propria industria acquirit: sed ubi fide regeniti fuerint qui prius alienigenæ erant, dicit nomen certatim daturos, ut se filios Dei esse testentur. Itaque describitur mutatio que naturam & omnes humanae sensus exuperat, dum ex maledicto genere Adæ spiritualis Israël efficitur. Quidam existimant hinc paucitatem fideliū notari, cum ait, *I. L. L.* inuocabitur, alius scribet. Sed argumentum illud minimè firmum est, & eorum error faciliè refellitur ipso contextu, ac meo quidem iudicio potius intelligendum est, turmatim ex variis nationibus ac dispersis Ecclesiæ collectum iri: quia Deus alienos sub imperium suum cogit, atque excitabit, ut vera non inanibus verbis se ex eius populo esse iacent. Est etiam notandum, veram fidem stare non posse quin protinus in confessionem erumpat, nam huc pertinent hæc quatuor verba, Inuocari nomine Israël, Scribebit, Cognominari, Dicere, Ego Domini sum. Nec enim obmutescere oportet qui verè Deum colunt: sed quod intus in animo gerunt, factis etiam & dictis testari. Profitentur se Dei seruos esse, & eius nomine toto vita sua cursu gloriantur.

S I C D I C I T I E H O V A. Nunc Propheta nihil aliud agit quam ut superiorem doctrinam confirmet, sicuti admodum necesse erat, quoniam ut sunt proclives ad diffidentiam animi hominum, rebus aduersis facile deiciuntur: nec una aut altera exhortatione ergi possunt. Pluribus igitur hoc confirmari superuacaneum non fuit, quia nunquam Dei potentia quantum opus est tribuimus: sed variis cogitationibus distrahimur, & præsenti rerum statui nimium inhæremus. Postquam necesse Dei ineffabili virtus est Propheta, R E G E M etiam & Redemptorem vocat: quia non satis est potentiam Dei apprehendisse, nisi de ipsis erga nos benevolentia certi simus. Ut ergo valeant apud nos Dei promissiones, non tantum glorie sue, sed bonitatis quoque mentionem facit, ut eam ad nos pertinere intelligamus. Poterat autem ridiculum videri, quod regem se vocabat, cum nullus ferè populus esset, prius tamen in hac promissione recubere oportuit: ut tametsi regnum oculis minimè intuerentur, fide tamen ipsius apprehenderent, atq; in futurū spectarent. Et certè in animos summis angustis constrictos, imò desperatione ferè obrutus nunquam penetraliter hæc doctrina, nisi aditum patet fecisset hæc præfatio. Sed ubi Deus familiariter nos cōpellans se nobis coniunctū esse declarat, etiā ex ipsis inferis emergit fides tam blanda invitatione allecta. **E G O P R I M U S.** His verbis non prædicat æternitatem Dei, sed cum tibi perpetuò similem esse ostendit, ut cum talē erga te futurū sperne qualem antea experti sunt. Quorum aut hoc, dicit quipiam, cum fideles aliquantur, quibus hoc fatus notum erat: Respondeo, tametsi Deo credant homines, tamen eū qualis est non agnosceret, & plus interdū creature quam ipsi tribuere. Puras igitur mentes nostraras, atq; omni figura vacuas in cœlum erigi vult, ut in

vnum Deum penitus defixi sumus. Adde quod populum tam miserè vexatum contra tam violentos impetus stabiliri necesse fuit, ut gradum suum constanter retineret.

7 Et QVIS SIC VTEGO.) Hic Dominus confert se cum idolis, ut iam antea alio loco vidimus. Hoc autem est spectat, ne cum Babylonij viatores ipsi proterè insultarent, animis deficerent, scilicet fraudatos esse arbitraretur. nam duræ sunt & graues admodum illæ voces, quales ob*psal. 79.10* iiciebant ab impiis, Vbi est Deus eorum? Cur vobis auxilio non est? Talibus blasphemis concurti poterant fideliū mentes, atque ita turbari ut spem & fiduciam abiicerent. Ideo tam accurate in hoc insistit Prophetæ, ut piros magis confirmet. Luctuosa illa clades populi in star densæ erat caliginis, quæ Dei conspectu adimeret fidelibus. Interim tripudiabat increduli, quasi plenū fulgorē adepta esset deorū suorum potestia. Prophetæ vt illas erroris tenebras discutiat, fulgere tam interea certas gloriæ Dei notas & insignia ostendit, quæ ipsum ab idolis discernantur. nequaquam in tēpore palā fecerit quicquid futurū erat, vt in flagellis iusti Iudicē agnoscerent Iudei, & tamē exorabile ac propiciū fore speraret. VOCARE hīc bifariā accipi potest, ut vel ad præscientiā vel ad actū referatur. Deus enim quædam modū omnia prouidentia sua administrat, ita nouit quæcumque futura sunt, atq[ue] præscientiæ suæ testimonii reddit. Non est autem nimis anxius in significacione huius verbi laborandū, quoniā aperte constat Propheetā & præscientiā & administrationem rerum omniū Deo tribuere. Ego tamen potius ad actū referendū puto: An reperietur inter deos Gentium qui vocare, id est, suscitare liberatores, annuntiare atque ordinare possit, non ex his aperte constat me solum esse Deum? Itaque insultat idolis, quibus frustra homines potentiam vllam tribuant. Annuntiandi verbo, quod cōtinuō pōst addit, specialē gratiam cōmendat, quod Deus electo populo consiliū suum per Prophetas manifestare dignatus sit. Per POPULVM SECVI alijs intelligunt omnes gentes, singulare pro plurali: quod simulque Dominus nationes propagauit, alias distinxit ab aliis, cumq[ue] ordinem statuit qui in posterū duraret. alijs extendunt ad omnes creaturas, ut stellæ sint veluti unus populus, herbæ alijs, item animantia & eiusmodi. Sed cum proprius expendo, cogor in contrariam sententiā inclinare: nempe quod Dominus de populo suo loquatur. Et Populum seculi vocat, quod omnibus aliis preferatur. Alios quidem antiquiores fuisse certum est, Ägyptij sua vetustate gloriantur. item Arcades & alijs: Abraham vero ex Mesopotamia educitus est, cūm res Chaldaeorum maximè florenter: vixitq[ue] domi solitarius ac si cum morte paulo pōst delenda esset eius memoria, quoniam & hominum copia & alii rebus celebres essent vicina terræ. Antiquitas ergo Israëlis non ex annorum numero aut externo rerum statu, sed ab electione Dei cōstimanda est. vnde etiam fundamenta Ierusalem æterna appellantur. Perinde ergo est acsi diceret, Antequam fabricarentur idola ab hominibus, constituit me Ecclesia habiturum, quæ in omne euū duraret. Hic ergo populus omniū antiquissimus & præstantissimus est: tametli alijs aut tēpore aut gradu antecedant, nam quædam modū omnia hominis causa creata sunt, ita omnes homines in vllum Ecclesiæ destinati: vt nulli sint, tametli dignitate præstantiores, qui non inferiore gradu subsidunt. Ecclesia enim corpus Christi est, quo nihil antiquius aut maius esse potest. Cum Iudeis quidem fabulari ridiculū esset, conditam statim ab initio fuisse Ierosolymam, quia hic non habetur temporum ratio: sed tamen principium hoc tendendum est, electum populum ordine præcellere profanas gentes quod proprius ad Deum accedit qui fons est æternitatis. ANNVENT. Hæc permisso ostendit homines frustra ab idolis reuelationem expectare, quæ si quid nuntient, præstigiis aut flexuosis ambagibus deludent suos consultores, ut iam antea dictum est.

8 NE TIMEATIS.) Nunc exponit Isaías quorsum antea de potentia Dei loquutus sit, nempe, ut fidem populi confirmaret. Hoc enim ex superioribus concludit: Cūm Dominus adeo potens sit, atque omnia nūtu suo gubernet, populo quem protegendū suscepit, extimescendum non esse. Deinde repetit quod iam dixerat, Deum non solum occulte Iudeis opem tulisse, & repente quasi ē machina, ut dicunt, apparuisse, quū minimè expectaretur, sed fidē eorū aliisque multis vaticiniis: deniq[ue], luculenta signa dedisse paterni faoris, ut non obscura esset sua diuinitas. Nihil enim prodierat nobis, Deum scire & posse omnia, nisi etiā patefaceret quantā intersit nostræ salutis. Tametli ergo multa nobis incognita esse velit, tamen omnia cōmunicat quæ nobis cogniti vtilia sunt, & nos scire nostra interest. *180*, longū tempus significat: aut si cui magis placet, designat opportunitatē, nam Dominus reuelat arcana sua electis, cūm tēpus opportuni videt. Sed altera interpretatio mihi simplicior videtur. ITAQVE VOS TESTES MEI. Significat id quod iam attigi, populum ignorantium prætexere non posse, quominus contentus sit vno Deo: quandoquidem fere illis abunde patefecit, ut testimonii de ipso reddant. Huc enim spectat notio gloriæ Dei, ut veritatem eius prositeamur coram hominibus, ut iam antea dictum est, nisi lumen quod nobis per Spiritum suum attulit, extingui velimus. Ceterum, testes Deo esse non possumus, nisi veritate ipsius confirmati. nec enim testimonium ex opinione dubia valere posset. Nos ergo Dei verbo doceri necesse est, ut certam & indubiam salutis spem habeamus. FORTIS nomen, ut sepe alijs, tribuit Deo: quia non sufficit æternam Dei essentiam agnoscere, nisi fortitudinem quoque ipsi tribuamus. Alioqui nihil ipsi relinquetur præter nudum & inane nomen:

mentici faciunt impij, qui ore tenus Deum fatentur, ac deinde hoc atque illuc transferunt potestiam ipsius.

9 **FICTORES SCVLPTILIS.**) Ex aduerso nunc ostendit Dominus quām miseri sint idololatriæ, qui vagantur in suis figuris, nec in æterna Dei veritate fundati sunt. nihil enim sensus aut sanae intelligentia habent. Sicut enim merito nuper dānauit populi ingratitudinem, nisi gratiae Dei documentis ad fidem animaretur: ita nunc contra omnes Gentium superstitiones armat & munit. Quia vero tam multitudine & turba, quām opibus pollebant increduli, dicit omnes esse nihilum: deinde in toto splendore nihil esse nullū fallaciam. **PER DESIDERABILIA,** non solum idola, sed omnem eorum cultū, ornatum, honorem, obsequium, quā stulti homines ipsi impendunt, comprehendit: cāque admodum proprio nomine significat, nam cūm p̄cipuum sit in vita, Deum agnoscere & venerari, / hoc enim uno maximē differimus a beluis.) cum rebus omnibus vel præstantissimis præferri decet: vt omnia vota nostra, omnes deniq; animi cogitationes in eū conferamus. Non frustra igitur Scriptura, cūm de cultu Dei agitur, hoc vocabulum usurpat. sed hīc de peruerso cultu agitur, & insano idolorū desiderio, quo homines transuerteri rapiuntur, propterea quicquid exoptant, aut studiose agunt, vanū & futile esse dicit. Sepe etiam desideriu hoc *Hof. 2.2* comparatur amori meretricio, quo falcinati homines ac penitus exceperat, turpitudinem suā non cernunt, nec vlli ratione parent. Sed de his prius cap. i. tractavimus. Quod statim addit, Testes e- *Supr. 1.2* orum esse, &c. nōnulli exponunt, idola aduersus sc̄i testimonium ferre, atq; aperte docere quām vana sint, vt stupidiſſimos homines esse oporteat qui id non animaduertant. Sed illa expōitio nullo modo placet. malo eos sequi qui ad cultores idolorum hoc referunt, qui ipsi consciēt sunt tantæ vanitatis. illa enim nihil videre aut intelligere sciunt. Atque hoc loco est antithesis inter testimonia populi Dei, & idololatriarum. Ille insignis testimonium reddet glorie Dei ab operibus, à promissis & vaticiniis: hi obmutescere cogentur, nūl falsa & vana cōmenta tradere velint, quia proflus nihil certitudinis habent. Istant quidem impij magno superciliosu sūos cultus, coq; magnopere cōmendant: sed conscientia eorum testis est quām incerta & vana sint que agunt. semper enim trepidant, nec vlla in re conquiescent, licet sua peruvacia tumultu ſe ferantur. Ergo ipsi aduersus idola ſua testimonium ferēt, quemadmodum si quis indocto magistro utatur, testis incitare eius esse potest: ita deos ſuos nihil aut ſcire aut poſſe teſtabuntur. Nam lapide aut ligno aut alia materia fabricatos vident, nec quicquā ab iis aut ſentiri aut intelligi poſſe. Soli ergo fi- deles verum Deo ſuo testimonium reddent, quid omnia norit, ordinet, atq; adminifret. Cæteros tandem pudetere neceſſe erit, tamē nūc furioso impetu errores ſuos tueantur. nam cōscientia ipsorum testis est quid nihil præter opinionē & vanam imaginationē mentes corū captiui tenet.

10 **QVIS FORMATOR DEI?** Deridet hominum infamiam, qui deos fingere audet. Eſt enim horrendū diuī & abominandū, homines tantum ſibi arrogate vt Deū creāt, nemo profectō erit qui tantā dementiā non magnopere detinetur. Et tamē homines promiscuē infana libidine ferū turad deos fabricandos, nec vlla monitione reuocātur. At dicent, nemini hoc vñquam veniſſe in mente, ſibiq; iniuriam fieri cūm tāta infamia accusantur: vt hodie Papistæ nos calūniari dicunt cūm his Prophetæ argūmentis in ipſos vñtimur. Sed fruſtra nituntur cauillis ſuis hoc crīmē effuge-re, veriſſimum enim eſt quid ait Prophetæ, adeò infanos eſſe ipſos, vt ſe Deum formare putent, nam lapidi & ligno, ſimilatq; fabrefactū aut politum eſt, diuinitatē tribuunt, ad id configunt, vota faciunt, iniuocant, protelunt ſeſcēdenię etiā tribuunt que ſciunt ad Deū ſolum pertinere. **QVOD NVLAM AD REM VSVI LS 1.1.** Notāda eſt diligenter hęc particula, qua figuræ omnes quibus repræ ſentatur Deus, vt vna & inutiles dānuntur. Vnde ſequitur non modō cōtumelia affici Deū quoties transformatur eius gloria in imagines mortuas: fed quicquā idola ſibi cōpartant nō abiq; noxa operā malē perdere. Papistæ libros idiotatū eſſe obtendūt: fed puerile effigiu eſt, nam testatur Prophetæ nullum ipſorū vñm eſſe. Aut igitur eradant hoc testimonium ē libro Iſaiæ, aut vana & inutilia ſimulachra eſſe fateantur. Antea plus quiddā exp̄reſſit, cūm nihil aliud ab iis quām mendacium diſci poſſe aleretur. Sed de hac re ibi fatis multa diximus. *Cap. 42. 3*

11 **ECCE OMNES SOCII EIVS.**) Non tantū inuechitur in opificis idolorū & fabros, sed generaliter in omnes etiam corū cultores, quād adō ſtupidi atq; hebetes ſunt vt ſimulatq; trūcus nouā aliquam formā accepit, in eo potestate Dei includat. Non tantū igitur artifices pœnam audacieſ ſua daturos significat: sed omnes qui ſe iſtē ſuperſtitionib⁹ implicant, iſdem enim pœnis ſubiici aquā eſt quos idem reatus tenet. Nec vero vllā excusationem obtendere poſſunt: quia vident muta & vana eſſe ſua idola, quae ab hominum manu prodiuerunt: tantum abeft vt dij eſſe poſſint. **VT CONVENIANT.** Qualiſcūque impiorū conſpiratio fiat, tamen vbi ventum fuerit ad tribunal Dei, pudeſcere ipſos neceſſe erit. Nec vero abs re Prophetæ pauorem & pudorem ipſis minatur, quoniam impij superbè efferi, & alios omnes p̄tē ſcēpſcere ſolent, gloriantur ſua multitudine: vt hodie Papistæ paucitatem noſtrām contēptū habent: atque inſolenter efferuntur, & mira arrogantia aduersus Deum & doctrinam eius influrgunt. Itaque impiorum conscientias hic appellat Iſaias: quia eſti ſumma eos obſtinatio & peruvacia occupet, tamen interdum trepidare coguntur, dum reputant ſecum, Quid agimus? & operū ſuorum ra-

tionem inquirunt. Nihil enim firmi aut solidi habent, in quo tutò conquiescere possint. Audaces sunt cum abripiuntur suo impetu: vbi verò ad se redeunt, & spaciū aliquod cogitandi sumunt, paucore consternantur, non est igitur quòd cotum furore, superbia, aut multitudine terreatur: quoniam hac citò interibunt. Quare ne Papistarum conspirationes, pompa, fastus, furores, consilia nos commoueant, cum ea omnia ipsis in ignominiam & perniciem cedere intelligamus. nam quòd insolentius sese effuderunt, atque in Deum insurgunt, co graviore casu corruent, & maiore dedecore afficiuntur.

12 & 13. FABER FERRARIUS.) Non frustra longā hīc descriptionem texit Propheta, vt stuporem & infaniam superstitionis excutiat, si quo modo expergeferi queāt, vel saltē à simili vccordia prohibeat Indeos, qui longè latēq; oblidebantur ab innumeris falsorum deorum culto ribus. Nam tudi, quod aiunt, minera singula enumerat, quibus maximè perspicit ipsos infanos ac furiosos esse, potuisse quidem alioqui vno verbo aut paucis hoc scelus damnare: sed ista hypotyposis rem velut digito ostendit, atq; oculis subiicit, dum fabrorum instrumenta, labores, indultriam, sollicitudinem cōmemorat, vt ferè in rem præsentem ducamur. Sic enim magis permouentur homines, qui natura infixos animis istos errores habent, quam simplici doctrina: nec unquam ex vetero suo, nisi magnis clamoribus & assiduis excitari possunt. Singula verò ipsis tradi atque in minuta frusta concidi, mandi etiam atque ori inscri tanquam pueris infantibus necesse est: vt doctrinam, que alioqui noua & insolita ipsis videtur, percipiāt. ETIAM FAMELIUS. Exprimit ardorem quo feruntur superstitionis ad fabricandos deos: quia sic ardent atque inflamantur vt neque modum, neque rationem tenere possint, nam sua libidine tanquam æstro impulsu ruunt, adeoque se precipitant, vt merito amori meretricio istum ardorem compareremus: sicut iam antea dictum est. Omnes & animi & corporis vires in id intendunt: quod per Brachiū virtutis intelligit, quasi diceret, Quicquid est roboris in brachiis ipsorum, hoc applicati: fraudant genium suum, ac vix quantum necesse est alimēti sumptu denique nulli labori, nulli sumptui parcent, vt deos, quos concupierunt, efficiant. Etsi aut̄ notatur laboris assiduitas, quum dicit famelicos non laſſari, sed famem & siti perferre potius quam vt opus relinquant: cōmodè tamen hoc idem extenderet licet ad omnes conatus inconsiderati zeli, videmus enim vt incredulis fertuā sua deuotio, vt loquuntur, instar carnificinæ sit: sed quòd magis illi strenuè satagunt in suam perniciem, eò f̄rdior est magisque pudenda nostra segnities, vbi Deum legitimo cultu fraudamus. A fine verò demonstrat quam insipida sit tanta sedulitas: quia non aliud tandem laboris sequitur pretium, nisi vt idola vbiunque locata fuerint otiosa sine metu desideant: acsi quis ignauis ad focum torperet, vel decumberet in lecto.

14. SVCCIDE T.) Non tantum ardorem & impetum furiosum idololatrarum, sed etiam peruiciaciam & obstinationem exprimit Propheta, nam cum dicit ipsis succidere cedros, & plātare pinus, ostendit eos diutissime infaniam suam persequi, non repentina quodam impetu rapi ad deos effingendos. Non solum, inquit, deligunt arbores que iam excruerint, sed etiam ipsas plantant, irrigant, excolunt, atque expectant donec ad iustum magnitudinem peruenient, vt apte sint conficiendo idolo. Cum haec legimus, de hac horribili infaniam admoniti sciamus nobis quodammodo manum iniciā Deo vt nos ab ea retrahat: deinde vt nos contineat in vera pietate. Maturè quidem obuiām ire conuenit, ne mora longior morbum reddat insanabilem: quia semper timendum sum: lac nos abripiuerit stulta cupiditas ad impios cultus, ne in voragine illā precipitemur. Omnes enim huius furorū semē aliquod gerimus, quod nullo modo euelli potest: imò emergit assiduè, ac pullulat, nisi spiritu Domini repurgemur. Præterea animaduertendum est, cum idololatræ tanto impetu ferantur ad colenda idola, pudore nos affici debere, qui in vero Dei cultu frigemus. Pudeat nos, inquam, adeò negligentes esse ac frigidos, imò cōglaciatos, cum ita ardenter idolorum cultores: nobisque reddendam esse rationem cogitemus. Qua rabie perciti sunt Turcae, cum de tuendis Mahometi sui delitiis agitur, pro quibus & sanguinem & vitam suā libenter effundunt: quo furore incitatūr Papistæ ad suas superstitiones: nos interea vix tememus, atque interdum scincillas ardoris extinguimus, quas in nobis Dominus excitauit. Huc etiā pertinet illa Ieremie exprobratio, An est vīla gens quæ reliquerit deos suos? Populus verò meus me reliquit, fontem aquæ viuæ, & fodit sibi cisternas, quibus aqua contineri nequit. Hęc igitur cōparatio diligenter notanda est, vt non minus constantes simus in veritate tuenda, quam illi pertinace in vanitate.

15. 16 & 17. TVM ERIT HOMINI.) Inscitiam coarguit, quòd crassa experientia nō colligant truncū ligneum nō esse Deū: cam ingratitudinē etiam peritrangit quòd verū Deū, cuius virtus in ipsis arboribus resulget, suo honorē fraudat, ligna enim in vīlis multiplices aptari nequeunt, quin se oculis ingerat Dei liberalitas, quoties in furno panis coquitur, vel caro in olla, vel afflantur edulca ad prunas: quoties nos calcetacimus, vel qualibet ex ligno cōmoditas à nobis percipitur, inexcusabilis est stupor noster, nisi reputam⁹ quam̄ benigne nobis Deus profixerit, ne quod deciset necessitatibus nostris subfidiū. Huc pertinent haec verba, Ohe, caletactus sum: quibus exprimitur corū lētitia qui omni incōmoditate moleſtiaq; leuati quodammodo triūphum agunt.

Quid

Quid autem magis indignum vel præposterum, quām homines dum suauiter fruuntur Dei beneficiis sibi plaudere, & gratulari: interim authori nullas agere gratias: imò largis eius copiis abuti ad violandū eius honorē. In ciborū coctione aliusq[ue] cōmodis agnoscunt homines lignū suo imperio subiectū esse & addictum: qui fit ergo ut corā lignea hominis effigie se prosteruant: nōnne hoc modo suo iure spoliatur Deus? Quum verò simulachra inuocant, nōne Deo cripiunt quod maxime exigit sacrificiū? A profanis etiam scriptoribus derisā fuit olim h[ab]ec vesania, quod ex corruptibili materia, quam prius spernebant, Deos suo arbitrio auderent formare. Inde illud Horatij,

Olim truncus eram ficulua, iniuste lignum,

Quam faber, incertus scānum sacerēte Prisapum,

Maliuit effe Deum: Deus inde ego.

Sed fons impietatis non fuit verè ab illis cognitus, quod animos non adiicerent ad considerandam vnius Dei bonitatem & potentiam, quæ in omnibus creaturis sese exerit. Cūm autem Propheta in hunc modum inuictus est aduersus idolorum cultores, atque stuporem corum & insaniam patefecit, minimè dubium est quin ipsi conquesti sint immerito se traduci, & speciosis coloribus fucauerint suos errores, quod faterentur deos in eis esse, vt scriptis etiam prodiderunt, neque lapidem aut lignum Deum esse vellent: quemadmodum etiamnum Papistæ eandem cum ipsis causam aduentum nos tuerunt, nec patiuntur se damnari tam crassæ excitatis. Sed iam diximus Prophetam non immorari in nuda Dei essentia: que si tantum reliquiat Deo, inane erit spectrum. Omnia ergo quæ ipsi propria sunt, illibata manere vult: p[ro]ficietiam, potestatem, administrationem, iustitiam, salutem, & reliqua eiusmodi. Nunc cūm impii erigunt statuas aut simulachra, atque ad ea opis petende causa configunt, & quoties ea ante oculos posita habent & alloquuntur, à Deo se audiri putant, nōnne salutem suam perperam illis alligant? Verū hic stupor inde oritur, quod ignorant qualis sit Dei natura: nam cūm simplex atque spiritualis sit, eam crassam atque carnalem esse fingunt. in quo nimis maligne de ipso sentiunt, & gloriam eius abiiciunt atque confusurant, dum rebus terrenis atque caducis similem reddunt. Nihil enim tam alienum à maiestate Dei, quām simulachra: quæ qui colit, Deum in iis includere, atque suo arbitrio tractare nititur. Merito ergo in eiusmodi corruptelas inuicitur Propheta, atque acriter furiosum superstitionis studium insectatur, cūm nihil detestabilius dici aut cogitari possit.

18 N E S C I E R V N T, N E C I N T E L L E X E R V N T.) Concludit fieri non posse ut homines ratione prædicti ita hallucinarentur, nisi crederent ac dementati essent. si qua enim mica rationis iis reliqua esset, perspiccerent quām absurdum ac ridiculum sit, adorare partem eius ligni quod cōbulerunt ipsis, & oculis suis viderūt consumi & redigi in cineres. Sed cūm nihil animaduertunt, nec villas rationes audiūt, ostendunt profectō se in pecudes degenerasse. Tantundem enim valet istud Nefarie, quod illis exprobaret illas, ac si dicaret mēte esse captos, omnīq[ue] intelligentia priuatos. Et si autem plerosque valde acutos ac perspicaces fuisse certum est, hac tamen in parte bruta corum insulitas satis superque conuicta fuit. Ratio qua subiicitur non ad extenuandam culpam spectat, sed admonet quām detestabile sit prodigium: quia nunquam ita desperent homines, nisi cœlesti vindicta proiec̄ti in sensum reprobū. Aliqui h[ab]eunt Deum: alij Pſeu doprophetas, atque hi populum cœcum esse aiunt, quod à Pseudoprophetis seductus sit: quia nisi eorum impostoris delclusus, nunquam tam fœdis erroribus se immergeret. impiae enim doctrinæ oculos perstringunt. Alij accipiunt in neutra significatione. Posset etiam ad diabolum referri. Sed quenam diuersa expeditio magis vistata est Scripturis, ego potius eam sequor, Deum videb[us] ipsos iusto iudicio excusat: nisi quis malit de ipsis accipere, quod sponte & mentes & oculos sibi perstringant, atque tunc numeri mutatio esset, quæ non infrequens est Hebreis. Ceterum dixi quid mihi magis placet: & satis titum est Hebreis, vbi fit Dei mentio, eius nomen subitiare. Quomodo verò Deus execrare, atque in reprobū sensum tradere dicatur, patet ex variis Scripturæ locis: nempe, cūm lucem Spiritus sui aufert, & frana laxat hominum libidini, vt nulla amplius ratione cohiberi possint. Satanam quoque armat efficacia erroris, vt neque ab eius insidiis caueant, & fallaciis obnoxij sint qui recularent veritati patere. Quid enim tunc in nobis reliquum esse potest, præter densissimas tenebras & crassam ignoratiām, vt intus & extrā græscetur pro sua libidine tyrannus ille mendacij & tenebrarum pater? quia in nobis non modò nulla reperiatur lucis scintilla, quæ erroris nebulas disceutiat, sed spiritu vertiginis, quo Deus reprobos percudit, impulsu prodigiosum in morem feremur ad nutum Satanae. Nec verò culpa huius cœcitat[us] in Deum reticienda est, semper enim iusta habet causam, tametsi non semper oculis nostris pateat: nec est cur eam anxiè inquireamus, & in arcum illius consilium penetrēmus, nisi pœnas date velimus nostræ temeritatis. Step[us] verò notissimæ sunt causæ: nempe, ingratitudo luominū, & contumacia in Deum: quemadmodum satis docet Paulus Roman. 1. Eorum enim iusta pœna, execratio est. Nihil ergo excusationis habent homines, etiamli ignorantiā obtendunt, nunquam enim tam crassis erroribus implicarentur, nisi essent ob sclera sua à Domino excusat. Certissim. K. iii.

2. Theſſ. II

Rom. 1. 28

num autem argumentum duci potest à iudicis Dei ad sceleram hominum: Deus enim iustus est, nec sine iusta causa in quempiam animaduertit: neque hominem, nisi merentem & sponte oculos sibi obstruentem, excusat. Itaque culpa in solis hominibus heret, qui cætitatem sibi sua spōte accerterunt: nec dubium est quin huc tendat Prophetæ consilium, homines qui diuinitatem regendi erant, ut naturaliter prædicti sunt aliquo iudicio, derelictos esse à Patre lumenum, ut sint Satanæ mancipia.

19 NON REDIT AD COR SVVM.) Confirmat proximam sententiam, & omnes excusationis ansas praescindit: quia sponte ignorantiam suam foueant increduli. nam quod naturaliter homines circunspecti sunt ac prouidi in terrenis negotiis, in autem Dei cultu prorsus cœutiunt, non aliunde fit, nisi quia ad priuatas suas vtilitates satis superque sunt attenti: regni autem cœlestis non magna cura tanguntur. Neglectum pietatis hinc coarguit Prophetæ, quod nec post longos quidē circuitus secum expendant increduli, an rectam viam teneant, an vero frustra se fatigent in peruersis erroribus. Socordia quidem minimè excusabilem esse docet, quum ita superstitionibus suis indulgent, nam si animum paulisper adiicerent ad rem considerandam, nihil facilius esset quām crassum illum stuporem animaduertere quum non videant, sequitur ipsos velle decipi, atque sibi in errore suo placere. Nulla ergo tergiueratione, nullo prætextu se à reatu existent, nec ignorantiam obtendere poterunt: quoniam ad veritatis inquirendæ studium animum applicare non dignantur. REDIRE AD COR accipit pro Reputare secum & attendere. Nemo enim puer tam rudis est, qui non idoneus iudex futurus sit tam insignis dementia. Sibi igitur nimis licentiosè indulgent superstitiosi, nec simplici ignorantia labuntur. neque hoc vitium prime hominis corruptioni tantum, sed peruicaciæ imputandum est.

20 PASCIT CINEREM.) Hoc etiam versu superior sententia confirmatur. Pascere cinerem, idem est quod Pasci cinereum quædammodum Palcere ventum, pro Pasci vento. Vtrumque enim dicitur: sicut è conuerso, Pasces veritatem, pro Pasceris veritate, id est, satiaberis, Psalmo trigesimo septimo. Alij exponunt, Administrabis pabulum spirituale: alij, Fideliter pasces: sed priorem illam interpretationem sequi malo. His autem significat homines quidem inflatos esse & tumidos: sed nihilominus inanes & vacuos esse: quoniam referti tantum sunt imposturis, quæ nihil firmi aut solidi habent. Crepabunt portius tali fastu homines, quām satientur. Deinde rursus vtrumque complectitur, fallacibus blanditiis captos nihil cernere: & tamen sponte & libenter se coniicere in vanas decipulas. In hoc plurimum infistit Prophetæ, vt ostendat homines non aliunde impelli ad peruersos & impios cultus, quām quod illuc sponte ferunter. non est igitur quod alii hoc vitium imputent, cùm fontem repellant in semetipsis, quem ipsi studiose fouent ac tenuerunt. Mira arroganter efferuntur aduersus Deum, turgent falsa persuasione superstitionis suarum, denique impiorum crepant ac disrumpuntur superbia. Nos interea solido veritatis pabulo vescamur, nec ullis præstigiis abduci nos sinamus. Tamen exaggerat, quod in re tam seria blanditiis sibi faciant. Quis enim negligenter ignorat vbi de salute agitur? Videmus quām sollicitè singuli pro caduca vita laborent, vbi periclitatur æterna animæ salus, quid minus ferendum est quām securè torpore qui cam adhibito studio redimere poterant? Liberare porrò animam suam dicitur qui relipiscendo ex diaboli laqueis se eripit: sicut dicuntur alii alias seruare, dū sanctis admonitionibus reducent in viam crantibus. Vnde ergo fit vt idololatriæ in exitium suū recipitcruantur: quia velut incitato cursu eō festinant, obstinant animos, nec se reuocari sinunt. Tadē in fine versus breuiter modum ostendit quo se homines ab exitio liberare possunt: vbi scilicet et expendunt opera sua, neque sibi adulantur. quisquis ergo sibi in errore suo placet, nec inquit an rectum sit institutum suum, is nunquam animam suam liberabit. Quemadmodum Papistæ rationem cultus sui inquirere nolunt, eamque stupiditatem tegunt nomine simplicitatis: ac si Deus veller nos esse belugas, nec distingui iuberet inter cultum quem probat, & eum quem reuicit: ac diligenter inquiri que sit ipsius voluntas, ne omnia sine discrimine probentur. Omnia enim ad regulam quam nobis præscripsit, examinari debet. Hoc si fiat, exitium facile patimur, nobis ipsis exitium nostrum imputemus.

21 MEMOR ESTO HORVM, IACOB.) Nunc accommodat in usum populi quæ toties dixerat de Gentium superstitionibus, & mendaciis quibus homines non probe edocti falluntur in colendo Deo. Nec tantum seculi sui hominibus haec scribit, sed posteris maximè, qui cùm abducendi essent in Babylonem, diurna Chaldaeorum consuetudine corrumpi, atque à vero Dei cultu abduci poterant, nisi Dominus ipsos frānis istis cohibusset. Admonet igitur Prophetæ, vt cùm tenebuntur captiuis, exhortationes illas in memoriam reducant, iisque animos suos in grauibus arrumnis illis sustineant, T E S S E R V S M E V S. Hanc rationem subiungit, cur harum promissionum memorcs esse, & caueat à communī aliorum contagione debeat: quoniam minus tolerabile fuisset, electum populum, quem Legis suæ cancellis Deus circundederat, vt ab aliis

aliis segregaretur, sese promiscuè & nullo discrimine miscere. Gentium inquinamentis: ac si dicebat, Chaldaeos vagari in suis erroribus nil mirum est: sed tu iis dissimilis esse debes. Nam formae ut te vt mihi seruire: regenerauit te ac sanctificauit, vt hæres vita externe esses. De hac creatione prius abundè dictum est, eam scilicet ad reformationem animæ pertinere. Hoc autem argumento scripti virtutis Scriptura, Ad sanctificationem, non ad immunditionem vocati estis. Ambulate vt filii lucis in medio nationis præuale ac tortuose: & eiusmodi. Hinc colligendum est nos duplices. ^{1. Thes. 4.7} peccatas daturos, si lumen quo nos illustrauit Dominus negligenter vel torpore suffocare continuit. Crimen enim longè atrocius erit, quam in aliis quos simili gratia non ornauit. Dabunt quidem peccatas profani homines, nec vlla ignorantia excusatio ipsos iuuabit, sed longè grauior es dabunt qui gratia Dei abutentur. NE OBLIVISCARIS. Significat fieri non posse vt qui semel in rectam viam ingressi fuerint, abducantur, nisi obliuione Dei inducant. nunquam enim errores & imposturæ præualetere possunt, quandiu memoria Dei animis nostris haeret. Malitia ergo sue impuræ quicquid à Deo avertitur, atque in superstitione aut impietatem declinat. Apostasie igitur causa diligenter norâda est: nempe, obliuio Dei, qua sensim nos à recto abducit, donec penitus alienemur. Ceterum, hoc remedio à defectione rutos fore admonet, si se cotinua meditatione exerceant quia facile sua segnitie rubiginem, vt ita loquuntur, contrahunt metes nostræ, quæ eminem Dei notitiam inficit ac corrumpt, donec proflus aboleatur.

22 DELEVI VT NVBEM.) Promitti Dominus populo suo futuram liberationem, nec enim animi nostri verè in Deum erigi possunt, nisi ipsum nobis proprium esse sentiamus. Vt ergo populum quem sibi semel deuinxit, retineat, promissionem adhibet qua ipsum consolatur, vt certò statuat nō fore perpetuum exilium: quia Deus, vt est indulgentissimus pater, correctiones suas sic temperat, vt semper ignoscat filii suis. Quod se iniuriantes eorum deleuisse dicit, hoc propriè ad captiuos pertinet, qui scelerum suorum peccatas dabant. Consequens autem erat ipsos placato Deo liberatum iri. Est enim demonstratio à causa ad effectum: remissa est culpa, ergo similiter pena remissa est, pena enim qua ob culpam infligebatur, leuati sunt Iudei simulac reconciliati fuerunt Deo. Subest autem tacita exhortatio ad penitentiam, vt non modò gemant sub duro onere castigationis, sed iustas scelerum peccatas dare cogitent, quia Dei iram prouocarunt. Et certè quoties asperius nos Deus tractat nō simpliciter optanda est leuatio à molestia & dolore, sed exordium à venia facere conuenit, vt Deus imputare nobis peccata definat. Interea hinc exhortatur distinctio Sophistarum, qui remitti culpam fatentur, penam vero negant: vt iam aliis locis plenius dictum est. Similitudo Nubis tantundem valet ac si diceret Dominus, se nolle ipsos amplius iudicio suo persequi, aut peccatas sumere: quod, remissa culpa, sint ipsi reconciliati. quemadmodum vbi celo redditur serenitas, delentur & euangelunt nubes quæ Solis lucem terris ablulerant. Explodenda igitur diabolica hominum commenta, quæ totam hanc de remissione peccatorum doctrinam conuallunt, cùm aperte Prophetarum doctrinæ aduersentur. Quod addit, REVERTERE AD ME, bifariam accipi potest: vel vt Dominus populum hortetur ad penitentiā: vel vt erigat in spem liberationis. Vt que vero sensus optimè quadrat potest: Diximus communè Scripturæ vsum esse, quoties Redemptronis mentione facit, ad penitentiā hortari. Vult enim Dominus nos ad se hoc modo reuocare, vt ad percipiendam sua beneficia idoneos reddat. Ceterum, quia populus infidelitate sua longè à spe salutis aberat, potest etiam pro confirmatione accipi: vt populus statuat se haud dubiè reuerlur: ac si diceret, Tametsi me alienum à te esse existimes, tamē scito me curam tui habiturum. Arque hic posterior sensus mihi magis placet, & aptius contextui videtur. In hoc enim maximè laborat Propheta, vt promissiones Dei cōfirmet, ac penitus animis infigat. Reuerti vero ad se Iudeos ubi, quibus exilium obstaculo erat quo minus eum fore liberatorem sperarent, quasi diceret, Quanvis à vobis alienatus videat, confidite tamen, quia mihi decrecum est vos redimere.

23 LAUDATE.) Nunc hortatur Iudeos ad reddendam gratiarum actionem: non tantum vt gratitudinem suam testentur, sed etiam vt spem illâ liberationis certiore ipfis reddat. Adducit ergo si. teles in rē præsentem, acti iam essent à Domino liberati. Magis vero afficiuntur animi nostri huiusmodi locationibus, quam si promissiones nude offerrerentur. Cum igitur dubitare possent fideles de salute sua, quod interea tabescerent in miseriis suis, ac penè mortui essent, excitat eos Propheta: nec modò canticum illis dicat, quo vota sua perfoluant, sed tale opus Dei fore ostendit, vt celū & terrā & mutas creaturas magnitudine sua & nouitate cōmoueat. ERVMPI TE MONTES. Posseimus simpliciter interpretari, Cœlū sursum, & terrā deorsum: sed cùm mentione faciat de montibus, Inferiora terræ vocat loca magis demissa, planicies scilicet, & conualles: vt omnes quaquaverum regiones ad laudē & celebrationē nominis Dei incitentur. Subiicit deinde, opus illud, in cuius admirationem omnes excitabat, Ecclesiæ redemptiōē: arque significat futurum, vt in eo gloria Dei magnifice relueat. Porro, tenendum est quod alibi admonui, non modò celebrari populi redditum in patriam, sed finem ipsum comprehendendi: qui a hac lege redimendi erant ab exilio Babylonico, vt Deus tandem sub uno capite Eccleiam ex toto orbe colligeret.

24. **SIC DICIT I E H O V A .**) Propheta suo more virtutem Dei & potentiam mox describet: quia promissiones nudæ parum authoritatis & fidei habent, nisi occurreret potentia Dei, que omnem ex animis nostris dubitationem eximeret. Solemus autem differentia & periuicacia nostra virtutem Dei & bonitatem minuere, hoc est, minus ei tribuere quam deceat. Atque ideo Propheta in signibus elogiis, que paulò post videbimus, pios animabit ut supra spē sperare discāt. Incipit tamen a commendatione bonitatis, paternique fauoris quo Deus Ecclesiam complexus est, vultque prosequi usque in finem. Nam prædicatio potentiae & virtutis eius parum apud nos efficieret, nisi ad nos ipse accederet, atque certiores redderet de benevolētia sua. Non est igitur initium faciendū à maiestate ipsius: nec tam altè cōscendendum, ne obruamur: sed bonitas, qua nos ad se comiter inuitat, amplectenda est. Nomen Redemptoris hoc loco refertur ad tempus præteritum, quia Iudei, qui in credibili miraculo semel ex Agypto quasi ex abyssō emerserant, Redemptionis illius memoria confirmari debebant in spe continui progressus. Fictorem vocat eo sensu quo diximus antea: quia scilicet Spiritu suo regenerans quos adoptat, facit nouas creaturas. Ideo verò obiter cōmemorat priora beneficia que experti erāt, vt ex his in posterum statuant, Deum promissi suis staturum. **A B V T E R O .** Hoc addidit, vt agnosceret populus gratitudo fuisse beneficia omnia que à Deo accepit. cū enim præuenit misericordia sua, priusquam ipsum vel solummodò inuocare posset. Hac consolatione David in extremis angoribus animum suū erigebat. Tu is es qui me ex utero extraexisti: in te fuis sum pendēs ab eteribus matris meæ. In te cōiectus sum à partu: ab utero matris meæ Deus meus es tu. Quanquā hīc non agitur de generali gratia, qua Deus in lucem quoslibet mortales producit, sed fœdus suum cōmendat quo adoptauerat semē Abram in mille generationes. Neque enim dubitare fas erat, quin opus suum tueri vellere usque in finē. Sequuntur postea virtutis elogia, quod cælorū & terræ spatia suo arbitrio dimēsūt. **E X P A N S I O N I S** autē nomine significat se administrationem habere totius mundi, nec quicquam esse non sibi subiectum. sic enim potentia Dei cum verbo ipsius coniungi debet ut nunquam separarentur.

25. **D I S S I P A N S S I G N A .**) Hoc nominatim addidit Propheta, quod Babylon non solum vi armorum, copiis & præsidiis cæteras nationes anteibat: sed etiam singulari quadam prudentia, qua in celos usque penetrare videbatur. Quid enim in commodi accidere poterat iis qui futura longè præuidebant, & pericula imminentia facile, ut vulgo existimat, porerant declinare. Astrologi qui apud ipsos celebres erāt, omnia prædictiebat, ab ipsis enim orta est Astrologia adulterina, quam Iudiciorum vocant, qua etiamnū præclara ingenia permulta corrumpuntur. Usū parunt autem Mathematicorum nomen, quod se magis populo venditarent. Eius scientię authores se esse gloriabantur Agypti, quod antiquiores essent, eamq; priores tradidissent: sed eis suū certamen relinquamus. Certum est Chaldeos eiusmodi artē iam ab initio tractasse, atque ei plurimum tribuisse, ita ut Chaldeorum nōmē eiusmodi Astrologistum à Græcis, tum à Latinis inditum sit. Cū igitur multum fiducia ponerent in ea scientia, Dominus omnia que ad ipsam pertinent, se dissipaturum denunciat. **S I G N A .** Hoc nomine notat positus, concursus, & variis aspectus syderum, de quibus Astrologi philosophantur: postea se eos infatuare dicit. בְּרִכָּה accipiunt nonnulli pro Mendaciis, quali diceret in diuinationibus, quas Astrologi videntur, non nisi meras esse imposturas: sed malo accipere pro Diuinis, quemadmodū sepius in ea significacione reperitur. Queritur, an Chaldeorum astrologiam in universum damnet, an abusum & corrupcionem? Respondeo, hīc simpliciter dānari signa illa ex quibus vaticinabantur Chaldei, & se futura noſt̄a existimabant. ea enim vanillima cīlē Dominus pronunciāt. Nec abs re vetuit ne populus Chaldeos, Astrologos, Diuinos, Coniectores, aut alios eiusmodi vates consulenter: néve quispiam qui artē istam exerceret, in populo toleraretur. Quod si aliquid certi colligi posset ex astri ſitu & aspectu, haud dubiè Dominus eam scientiā non ita damnaret. Cū ergo sine exceptione veterūt, ostendit profectō eam nihil preter meram imposturam continet, à qua omnes

D e u t . 1 8 . 1 0

G e n . 1 . 1 4 .

pij abhorrent debent. At verò huius vanitatis patroni allegat sydera & stellas in ligna à Domino data esse. Ut ego principium illis hoc concedam, respondeo, quarum rerum signa sunt, animaduertendum, nec enim damnamus Astrologiam illam que cursus syderum contemplatur, in quibus admirabilem Dei maiestatem agnoscere debemus: sed curiosos homines, qui ex iis iudicare volunt quam diuturnus futurus sit aliquis principatus, quid huic ciuitati aut populo, aut etiā hominibus singulis venturum sit. nam illi modum excedunt, & signis abutuntur: que nō ea ratione dantur ut nobis sint præfigia rerum futuratum. Fateor quidem nos colestibus signis interdum admoneri, ut pronocatam à nobis itam Domini aut impudentia flagrante conspiciamus: sed non ut singula ex iis definire aut statuere audeamus, atque adeo res arcanae & occultas quas scrutari & inuestigare nefas omnino est. Præcipue tamē notāda est impietas causa & origo: quia simulacra inualuit error ille, astrorū imperio gubernati hominū vitam, euertitur Dei tribunal, ne mundi sit iudex in pœnis infligēdis, vel sua misericordia perditos in vitam restituat. Nam qui sydera irreuocabili motu suo trahere hominū vitam existimāt, simul obdurescunt ad imaginationē fati, vt iam Deo nihil reliquū faciant. Ita sepultis Dei iudiciis extinguitur pietas, & aboletur omnis inuoca-

inuocatio. S A P I E N T E S & S C I E N T I A M , per Concessionē vocat, quoniā illi sapientia tūlo admodum gloriabantur, cū proferrent ea quae ex astris didicērāt, acsi in consilium Dei esſent admissi. Significat ergo inanes istas sapientia larvas impedimento non fore quominus omnem eorum statum Dominus cuerat: nam omnia eorum consilia & astutiae in nihilum redigentur.

26 SVSCITANS VERBVM.) Nunc Prophetā inſtituto ſuo accommodat id quod prius dixit: tametī enim generaliter loquuntur eſt, certum tamen ſcopū habuit, vt ad p̄fēſtis cauſe circumſtantiam aptaret quiequid dicebat, ne ſcīcet populus falſi illa Chaldeorū ſapientia perturbatetur, aut dubitatetur quin Deus ipſos aliquando eſſet liberaturus. Vanas ergo eorum p̄dicationes promiſſionibus Dei opponit, ne monarchiam illam ab omni periculo immunem eſſe existimarent. Talis autem erat promiſſio, Babylon corruſt: populus verò meus in libertatem reſtituerit. Has promiſſiones ridebat Chaldei: Quasi verò ex altris p̄evidere nō poſſimus quid nobis venturum ſit. Ideo dicit Dominus ſe fuſcitatūr, id eſt, re ipsa comprobaturum quod promiſiſit, atque ea effeſtūr quae ſapientes illi nec p̄auideſt, nec animo cōcipere poterant. quod enim nunciabat Prophetæ, impīj pro inani ſonitu habebant, qui mox cōciderebāt. Huic opinioni Excitandi verbum opponit: quo ſignificat Deum facturum vt conſeret dictis fides. S E R V I nomine intelligit omnes Prophetas: nūl velimus Iſaiam p̄cipuē designari, qui luculentus p̄e aliis huius liberationis nunciis ac teſtis fuit, ſed ad vnum id reſtrīgere minime opus eſt, quoniā ad omnes pertinebat, quos etiā communī nomine vocar Legatos Dei, vcl Angelos, quia plures miſerat, vt vno omnium conſenſu melius fulciret populi ſuī fidem. Cōſilijs nomine decreta quidem Dei intellegit, ſed non quilibet. nefas enim eſt de arcanis eius conſiliis inquirere, quaē per seruos ſuos non manifeſtat: ſed vbi nobis aperit quid facturus ſit, non minus reuerenter excipere conuenit quod denunciant Prophetæ, quām ſi in penitiflīma cōlōrum adyta nos Deus admittere. Ne ergo diſquirāt homines pro ſua libidinis, poſquam Deus ore Prophetarū loquitus eſt. In ſumma, voluit cōmendare authoritatem Verbi, quod nobis hominē mīnisterio p̄dicator, aciē aeternū Dei conſiliū nobis pateſceret. D I C E N S I E R O S O L Y M A E. Poſquam generaliter loquuntur eſt Prophetas, certitudinē illam promiſſionē Dei ad p̄fēſtē cauſam propiis accommodat. nullum enim alioqui fructū populus hinc percipere potuifet. Nominatim ergo mētionem Ierosolymæ ſubiecit, vt eā iſtaurātū iri intelligent. Itaq; poſtissimum in hac re cōſideranda eſt nobis potētia Dei, quod Ecclēſiā ſuā mirabiliter tucrī, & quoties ita res poſtulat à morte in vitā excitare velit. Si igitur Deū veraē eſſe ac potētē arbitramur, ne dubitemus aliquā ſemper fore Ecclēſiā, & vbi tristis valſitas appetat, de iſtauratione bene ſperemus. quod enim de Ierosolyma hic dicitur, ad totā Ecclēſiā pertinet. Ergo ſi hoſte diſſipatā iſlam, & dirutas eius vrbes videmus, nec quicquam p̄ter horrendam deformitatē & ſolitudinē appetat, confidamus huic promiſſioni, quoniā aliquid excitabitur iſla, atque in integrum reſtituetur.

27 D I C E N S P R O F V N D O.) Hic Babylonem allegoricē dēſcribi putant: nec certē repugno quin eam comprehendat, ſed tamen ad iſlam hēc reſtrīgi nolo, nam malo ſimpliciter accipere de mutatione quadam inopinata. Ostendit enim magna quadam rerum conuerſione opus fore, qualiē ſe profundo mari populum extrahit neceſſe forerat Deum ſuperandis omnibus obſtaculis parem fore doceat: quaē facile p̄ profunda exiſcare & flumina arefacere potefit. ac meo quīcū juditio alludere potius videtur ad priorem illam rediptionē, cū Dominus populum ex Agypto Exod. 14. eduxit per mare rubrum, aciē diceat, Hoc p̄aſtūtū patribus veſtris adem igitur ex me ſperare, ne p̄aſtūlū vobis in patriam reditum eſſe exiſtimetis.

28 D I C E N S C Y R O.) Inſignis locus, in quo non modō mirabilem Dei p̄uidentiam cōtempplari licet, ſed etiam Prophetarū fides & authoritas p̄cēlare allērit. Hic enim Cyrus nomi natus eſt multō antequam naſceretur, nam inter Manassē mortem, a quo imperfectus eſt Iſaias, vſque ad Cyri nativitatem, plusquam ſeculum intercessit. Deinde etiam ſi natus fuſillet Cyrus, quiſ diuinaliter cum ex remotissimiſ Persarū montibus in Babylonem venturum? Hac igitur diligenter notaſt: ex quibus appetat Iſam humano ſpiritu minime loquutū eſt. Nemo vñquam exiſtimat fore aliquē Cyrus, qui ex remotissimiſ barbarisque regionibus ad liberandum populum Dei aduolaret. Quod autē impīj cauillantur, hēc à Iudeis conſingi fortius poſquam impleta ſunt, tam incepit atque absurdum eſt, vt refutatione non egeat. Evoluebat enim illas Prophetias Iudei, dū captiui tenebantur, vt ſpēm liberationis animo conciperent: atque omnino fracti eſſent, niſi Dominus ipſos huiusmodi promiſſis exiſtisſet. Hac igitur monumenta piorum animos in ſpe ac fiducia ſuſtinxerat. Nec dubito quin ad ea obſtupuerit Cyrus, cū ſe ducem ac paltorem reducēdo Iſraeli alio deſtinatum eſſe intelligeret: atque ideo bene animatus erga populum fuerit, vt ei comeatūtū aliaq; ne ceſſaria ſubministraret. Designat ergo Dominus cum iſlum cuius manu populum reducere ſtatuit, ne anceps huc atque illuc circunſpetet. D I C E N D O E T I A M I E R O S O L Y M A E. Conclusio eſt, qua ſuperiora conſimantur, vt ſi ne controuertia Ierosolymam extruitū iri confidant: atque inde colligat quām ſint Deo charati & pretiosi, vbi videbunt ad Perlas transferri tonus Orientis Monarchiam. Simul notat firūm ob quem Ierosolyma redintegranda ſit, nempe, vt reſtituatur purus Dei cultus. nec enim

Supr. 221.9

promittit hanc instauracionē, vt homines quietem suam aut vitā commoda spectent: sed vt si-
ne villa perturbatione Dominus purē ac integrē à suis inuocetur. Id quod diligenter notandum
est. multi enim commoda sua atque externam quietem pluris faciūt quam honorem & cultum

Hagg. 1. 4. Dei. Vnde etiā Haggēus grauiter querebatur, quod omnes adificandis suis domibus intenti es-
sent, templū verò ferè ab omnibus negligenter.

At Dominus eius potissimum rationem habet
volebat. Huc ergo spectat quod dicit Propheta: ET TEMPLO FVNDA BERIS. Nobis verò

2. Cor. 6. 16. hodie non ita lignum aut lapideum templum commendatur, sed viua Dei templa, quæ sumus
ipsi: quoniam in nobis domicilium suum elegit Dominus. Hæc igitur templa diligenter adifi-
canda sunt doctrina Verbi, vt sancte & innocenter viuamus, atque cum quem decet cultum Deo
exhibeamus. Hac enim ratione vult Dominus aliquam in mundo Ecclesiā esse: scilicet me-
moria nominis eius extinguitur.

C A P V T X L V.

1.  Ic dicit Ichoua Meschiae suo, Cyro, cuius apprehendi dexteram ad subi-
gendas coram eo Gentes: itaque lumbos Regum dissoluam, ad aperienda
coram eo ostia: ideo portæ non claudentur.

2.  Ego te præcedam, & tortuosa dirigam, ostia cœna confringam, & ve-
tēs ferreos comminuam.

3. Et dabo tibi thesauros tenebrarum, & arcana latebrarum: vt scias quod ego sum
Iehoua, vocans te nomine tuo: nempe, Deus Israel.

4. Propter seruum meum Iacob, & Israel electum meum, vocabo, inquit, te nomine tuo:
cognominabo te, quanvis non noueris me.

5. Ego Iehoua, & nullus præter me: non est præter me Deus: accinxite, vt cuncte non
noueris me.

6. Propterea sciant ab ortu Solis, & ab occasu, quod non sit præter me. Ego Iehoua, &
nemo præter me.

7. Formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum: Ego Iehoua
faciens omnia haec.

8. Rorate cœli supernè: & nubes stillent iustitiam: aperiatur terra: & proueniant salus
& iustitia: proferat eas simul: Ego Iehoua creaui eum.

9. Hei litiganti cum factore suo. Testa ad testas terræ. An dicet lutum factori suo, Cur
fecisti me? & operi tuo non sunt manus.

10. Hei qui dicit patri, Cur genuisti? & mulieri, Cur parturis?

11. Sic dicit Iehoua, Sanctus Israel, & factor eius: de futuris interrogate me: super filios
meis, & super opere manuum mearum præcipite mibi.

12. Ego feci terram, & hominem super eam creaui: ego cuius manus extenderunt cœlos,
& toti multicie corum præcepī.

13. Ego excitavi illum in iustitia, & omnes vias eius dirigam. Ipse extruet vrbcem meam,
& captiuitatem meam dimittet, non pretio nec munere, dicit Iehoua exercitium.

14. Sic dicit Iehoua, Labor Ägypti, merces Äthiopie, & procri Sabæi ad te transi-
bunt, & tui erunt: ibunt post te, in compedibus transibunt, & adorabunt, (atque) te obse-
crabunt." Vtique in te est Deus: & nullus ultra præter Deum.

Vel, tantu

15. Verè tu Deus abscondens te, Deus Israel seruator.

16. Pudore afficiuntur, atque etiam erubescunt omnes ipsi, simul cum pudore abibunt o-
mnes fabricatores sculptilium.

17. Israel seruatus est in Iehoua salute æternâ: non afficiemini pudore, ne que erubescetis
usque in secula.

- 18 Quia sic dicit Ichoua creans cœlos, ipse Deus factus est terre, qui fecit eam, parauit eam: non in aucto creauit, ad inhabitandum formauit eam: ego Ichoua, & nullus præter me.
- 19 Non in abscondito loquutus sum, in loco terræ tenebrarum: non frustra dixi semini Jacob, Quærite me: ego Ichoua loquens iustitiam, annuncians reæta.
- 20 Congregamini, venite, accedite simul," abiecti Gentium. Nihil intelligunt, qui effrunt "Vcl, remo-
lignum sculptilis sui, & orant Deum qua non scruat.
- 21 Annunciate, & adducite, etiam consultant simul: quis audire fecit hoc ab initio, &
iam olim municiavit? amon ego Ichoua? & non est ultra Deus præter me, Deus iustus,
& scruator non est præter me.
- 22 Respicite ad me, & salvi critis omnes fines terræ: quia ego Deus, & non est amplius.
- 23 Per me iuravi: cōfessum est ex ore meo in iustitia verbum, quod non recueretur, quod
mibi flectetur omnē genu, iurabit omnis lingua.
- 24 Vtique in Ichoua mibi dicit, iustitiae & robur: ad cum usque veniet: pudecent au-
tem omnes qui provocant eum.
- 25 In Ichoua iustificabuntur, & gloriabuntur, totum sēmen Israel.

IN CAPVT XLV.

Sicut dicit dominus.) Prosequitur argumentum quod tractare cœpit. Ostendit enim se non frustra liberationem populo promisisse, quoniam eius ratio apud ipsum decreta omnino & cōstituta est. Nā vbi agitur de salute nostra, semper pro modū & rationem inquirimus. Etsi autē sepe nos Deus suspēsos tenere ma-
ult, atque ita modū quem in promptu habet, nobis abscondit: hoc tamen loco
suum indulget imbecillitat, atque modū declarat quo ipsos liberaturus est: eumq; nominat
eius manu ipsos reducit. Nam quum aliis tērationibus satis acriter examinanda eset ipsorum
fides, hac in parte occurrere voluit dubitationi, ne ob difficultem rei eventum labaseret. Et quid
plus efficacit habeat hic sermo, ad Cyrum sese conuertit, Ego te mihi Regem elegi: Appre-
hendam manum tuam, atque Gentes in potestatē tuam redigam: ita vt tibi aditum patet
ac sponte se dedant. Hac enim verba magis afficiunt quam si Dominus populum suum
alloqueretur. Absurdum tamē videri posset, quod Meschiam vocat Cyrum. sic enim vocati sunt
Reges Israēl & Iuda, quod Chriſti personam sustinerent: ideoque propriè loquendo, vnicus est
Christus Domini. Egredius est Dominus, inquit Habacuc, cum Christo suo in salutem populi *Habac. 3.*
sui. Nam in persona Davidis erēctus fuerat regnum, quod imaginem Christi & figuram p̄f sc̄ 13.
ferebat. vnde & Prophetæ ipsum paſſim Davidē & filium Davidis appellant. Specialis quidem *Ez̄e.37.*
fuit vniuersitas, quæ sacerdotiale illud Regnum ab omnibus profanis distingueret. Cū ergo solis 24.25.
Iudei Regibus conueniret hic titulus, absurdum videri posset quod hīc ethnico Regi & idola
coleti tribuitur. Nam etiē edictus est à Daniele Cyrus: non legimus tamen ipsum religionem
mutatis. Deum quidē Israēlis reverebatur, cūmque summum esse censebat: verū sc̄io animi
affectionē ad eum colendum impulsus non est: nec vñquam eō progreſsus est vt superstitiones &
impios cultus abnegaret. Meschiam ergo suū vocare dignatur non perpetuo epipheto, sed quod
ad tempus Redemptoris officio functus sit: quia & Dei Ecclesiā vltus est ab hostib⁹ Allyriis,
& eam liberavit: quod munus ad Christum propriè sp̄det. Atque ordinatio hīc regum appellatio
ad hanc circumstantiū restringit debet, quod populum Dei in libertatem restituit. Vnde
ebterūndum est quanti sit apud Deum Ecclesiæ salus: quia vel huius tantū beneficii gratia
Cyrus homo ethnicus, Meschias nominatur. **CIVVS APPREHENDI DEXTERAM.** Hac lo-
catione significat omnia Cyro prosperè cellūra: quoniam auspiciis Dei bellum geret. Itaque in
gratiam Ecclesiæ, vt eam liberet, omnia ei prospera à Deo conciliūm iri promittit Isaías: atque
iterum hīc cōmendat Dei prouidentiā, vt inter turbulentos motus certò statu int Iudei, Deum
è tubili cuncta sic regere vt electis suis consulat. Iam quia non facile erat Cyro, quum ad frangendos eius conatus consipisset tota Asia, Babylonem usque penetrare, testatur Prophetæ quic-
quid virium opponet mortales liquefactum iri à Deo. Quoniam vis tota in tenibus sit, ideo
Lumbos aperiunt aut dissolui, pro viribus delittiū Hebrei accipiunt. Possemus etiam paulò aliter,
nempe, quid Dominus lumbos eorum nudabit aut dissoluet, more Scripturæ vñfato, quo reges
discipi balthœ dicuntur, iniungi videlicet regio, quum exauthorantur, quia etiam locatione
vñtū lob, ac mox ipse Iuda subiungit, Accingim te. Quamobrem sensum istum in agis ample- *Iob. 21. 18.*
ctor, vt melius coniferet ratio antitheticos. Hinc appetat tantum roboris & vitium esse Regibus, *Vñf. 5.*
quantum eis Dominus tribuit ad confutacionem vniuersitatis gentis. Vbi enim vult trāſferre

eorum principatus, nullis armis aut gladiis statum suum tueri possunt. **A D A P E R T I E N D A C O -**
R A M E O O S T I A. Hac locutione significat nullas munitiones obſtare Deo, quod quidem fa-
 tentur omnes: sed non definunt vanam in propugnaculis ac munitiobus fiduciam locare. Vbi
 enim muris bene ciñē sunt vrbes, & portae ocluſa, illie se homines in tuto esse putant. Cōtrā
 verò Prophetæ omnia p̄ficia inutilia esse ostendit, ac fruſtra omnes aditus obſtrui, vbi Domi-
 nus viam hostibus patefacere vult. Eſi autem portas fuisse clausas & bene obſeratas certum eſt,
 quia tamen equè pernici curſu penetravit Cyrus acsi peruit & fuſſent omnes vrbes, iute Propheta
 nihil fore clauſum dicit.

2 & 3 E G O T E P R A C E D A M .) Hi duo versus nihil noui cōtinent: ſed in ſumma, oſtent vi-
 ſtoriam Cyro facilem & expeditam fore, quod Dominum ducem itineris ſui habiturus fit. Ideo
 promittit **T O R T V O S A** omnia directum iti, quia obſtacula omnia Deus auertet. Iam quia pecu-
 nia neruſi ſunt bellorum, Cyrus autem ex aridis & egenis Persarum montibus prodibat, the-
 ſauros qui pridem reconditi fuerunt & occulti, venturos dicit in eius manum, vt opimis p̄adis
 locupletatus, ad ſumptus quoſlibet ſufficiat. Nam theſauros tenebratū intelligit qui in tutis &
 profundis cuſtodiis quaſi deſoſi latebant. Hæc omnia accidiſſe ex hiſtoriis abunde patet: quia
 Crœſo rege Lydie capto, qui tunc omnium erat diſiſimus, in ḡtibus pecuniis potitus eſt. Nec ve-
 rò quisquam ſperaſſer tam faciles ei fore viſtoriaſ. Rito autem hīc adiungitur tantę felicitatis,
 quod Dominus iſpum vocauit, ac dixit, vt inſigne iſpī potētia ſuā documentum daret. Subiū-
 git enim, **V T S C I A S :** Cyrus quidem, vt ante dictum eſt, licet Deum Iſrael verum Deum eſſe
 agnouerit, atque admiratus fit: non eſt tamen ad iſpum cōuerſus, nec vnuquam purū eius cultum
 ex Legi regula amplexus eſt. Hæc igitur particularis cognitio fuit: quatenus ſcilicet Ecclesiæ
 interfuit, ad quam liberandā ipſe deſtinatus erat: vnde neceſſe fuit iſpum hac notitia tāgi, vt hoc
 Dei opus exequeretur. Nō loquitur ergo de cognitione qua illuminamur, aut de ſpiritu regene-
 rationis, ſed de particuliari notione, qualem profani homines habere poſſunt. **V O C A N S T E**
N O M I N E T V O . Hanc locutionem frigidè quidam interpretari ſolent: Antequam naſceretur
 Cyrus, nomine ſuo vocatum diuinitus ac deſignatum eſſe: ſed antē vidimus cadem loquēdi for-
 ma aliud Prophetæ intellexiſſe. Deus enim nomine vocate dicitur, quos elegit, atque ad certum
 opus aliquod deſtinat, vt ſint à vulgo ſegregati. Notatur enim hac voce propior & magis fami-
 liaris communicatio. Sic paſtor dicitur oues vocare nomine, quia diſtingueſſe lingulas cognoscit.
 Hoc quidem fidelibus maximè conuenit, quos Deus in grege ſuo, & inter Ecclesiæ domésticos
 censet, qua gratia Cyruſ dignatus non eſt: ſed quia iſpum ducem cōſtituens tam p̄eclarat li-
 berationis, ſingulares ei virtutis ſue noſtas inſculpit, iure in eum tranſfertur eximia vocationis
 elogium. **D E U S I S R A E L .** Hoc diligenter notandum eſt: quia ſuperfluiſi homines idolis
 ſuis viſtoriaſ acceptaſerūt. & quēadmodum ait Habacuc, Immolat, quiſque deo ſuo. Vagantur
 ergo in ſuis cogitationibus, & numen qualecumque animo concipiunt, quū Deus ſolus ac verus
 agnoscendus eſt. Quod de Cyro dictum eſt, nobis multò in iſigis accommodari debet: ne qualecumque
 Dei notitiam concipiamus, ſed ita diſcernamus ab idolis ut cum vniq̄e amplectamur,
 atque in ſolo Christo agnoscamus: extra quem nihil p̄aſter idolum, aut etiam diabolum coli po-
 teſt. In eo igitur Cyruſ vincamus, cui notitia Dei patefacta eſt, vt abieciſſis ſuperſtitionibus, om-
 niq̄e impio cultu, purè iſpum atque integrè venetur.

4 P R O P T E R S E R V V M M E V M .) Oſtentat quicm in finem tam felices & p̄eclaros ſucceſ-
 ſus daturus fit huic Principi nempe, vt populum ſuum conſuet, perinde acſi diceret Dominus,
 Tu quidem potieris inſigni viſtoria, ſed rationem meorum potius quām tu ſum habiturus. nam
 in eorum gratiam Reges ac populos in potestate tuam redigo. His quidcm vaticiniis
 pierum animos erigere voluit, ne in anguiliis illis deſperarent: ſed dubium non eſt quin Cy-
 ruſ quoque permouere voluerit, vt agnolceret ſe illi populo debere omnia que confequutus
 erat, quò propenſior ad p̄eſtādā omnem humanitatē foret. In ſecundo membro repetitio
 eſt qua cauſam illam magis inculcat, interim oſtentat quo iure ſeruos ſuos Iſraelitas cōſeat: nem-
 pe quia gratis eligere dignatus eſt. Neque enim eſt in hominū arbitrio ſe facie Dei ſeruos, vel
 proprio marte tantum honorem acquirere. Exegetice ergo additum eſt hoc membrum, vt an-
 tea. Sed interim notatur quoque electionis finis, nā cū ſumus naturaliter mācipia Satanae, ideo
 vocamur vt in liberrātē vindicati Deo ſeruiamus. Eo tamen honore, quēadmodum dixi, nemine
 dignū eſſe oſtentat niſi qui ab ipſo eligitur. Quiſ enim dignū ſe iactabit tanto munere, aut quid
 à nobis Deo p̄aſtari vel offerti poterit? Non ſumus ergo idonei ex nobis: ſed nos Dominus ido-
 neos reddidit, vt inquit Paulus. Itaque initium ſalutis noſtræ eſt gratuita electio Dei: finis eſt,
 obſequium quod ei p̄eſtare debemus. Tametli verò hoc ad hiſtoriam Cyri reſtringit, tamen
 generalē ex eo doctrinam colligere poſſimus. Cū variæ accidentū in orbe mutationes, Deus
 interim ſalutem ſuorum procurat, & turbulentis temporibus mirabiliter Eccleſiam conſeruat.
 Nos quidem in operibus Dei cōcutimus, atque hallicinamur: hoc tamen certò nobis ſtatūdum
 eſt, cū temere omnia volui, ſuriūque ac deorsum ferri videntur, Deum nunquam obliu-
 ſi Eccleſia ſuā: quin potius occulit modis premouere eius ſalutem, vt tandem ipſius tutor ac
 defenſor

Cap. 43.1.

Iob. 10. 3.

Habac. 16.

2. Cor. 3.5.

defensor appareat. Iosephus memorabilem historiam narrat de Alexandro, qui cùm obsideret *Libr. II. c. 8* Tyrum, Legatos Ierosolymam misit ad petendum tributum, quod à Iudeis Dario solubatur. Iaddus pontifex, qui iurauerat se tributum illud solutorum, in potestatem Alexandri venire noluit, eique tributum denegavit. Indignè tulit Alexander, atque elatus ferocia, Ierosolymam perdere statuit: ac vieto tandem Dario, ad eam contendit, quasi ipsam delecturus. Obuiam ei prodiit Iaddus cum aliis Sacerdotibus & sacrificis, induitus sacerdotali ornatu: quem cùm vidisset Alexander, desiliens ex equo velut supplex ad eius pedes procidit. Rem adeò infolitam atque ab eius animo alienam cùm mitarentur omnes, eumque despere existimaret: Parmenioni, qui solus ex omnibus ipsum rogauit, respondit se non hunc hominem adorasse, sed Deum, cuius officio fungebatur. Sibi verò, dum adhuc in Dio ciuitate Macedoniae esset, talem hominis atque ita ornati, tanquam Dei speciem, in somniis oblatam esse, qui eum ad capiendam Asiam incitabat, sc̄q; ducem exercitus fore pollicebatur, ne villo modo de victoria dubitaret. Itaq; eius conspectu se non potuisse non vehementer commoueri. Proinde liberata est hoc modo Ierosolyma e saucibus immanis illius prædens, qui nihil aliud quam cædes & incendia cupiebat. immo maiorem, quam antea libertatem, dona etiam & priuilegia ab ipso obtinuit. Hoc exemplum adduxi, ut ostendam Ecclesiam Dei nouis & insolitis rationibus in mediis periculis conferuari. Tunc enim turbulentissima tempora fuerunt: nullus propemodum terra angulus quietus fuit. Iudeas autem inter alias terras directioni quadammodo addicta. En Ecclesia mirabiliter quadam & noua ratione eripitur, dum alij delectant populi, atque vniuersa propemodū erbis facies immitatur. Quod additur in fine versus, *N E Q V E T A M E N N O V I S T I M E*, ad maiorem amplificationem valet: non modò ut intelligat Cyrus nullis hoc suis meritis concedi, sed ne Deum Israël quanuis sibi incognitum contemnet. Nos quidem (pe)re hac de re monet Dominus, se præuenire quicquid est in hominibus industria, vt enīem carnis altitudinem reputand: sed alia in Cyro ratio est: nam si in suam ipsius gratia hęc sibi concessa à Domino esse existimat, neglexisset ludeos, iisq; veluti mancipiis abusus est. Propterea testatur nullo ipius merito id accidere: sed tantum in gratiam populi, quem statuit è manibus hostium liberare. Deinde nihil præcliuus fuit homini cæco, quam rapere ad sua idola, quod proprium erat veri Dei: quia praus superstitionibus imbutus, obscuro & incognito Deo non libenter locum dedisset, nisi hoc vaticinio edocetus.

¶ *E G O I E H O V A .)* Confirmat superiorē sententiam: nec verò superuacanca repetitio est, nam oportuit Cyro inculcari vnum esse Deum, cuius manu omnes principatus & populi administrantur, vt ab omnibus fallacis retractus, mentem conuerteret ad Deum Israël. Deinde clarius exprimitur non alibi querendam esse Deitatem: acsi diceret, Cœu ne idolis tribuas hanc victoriā, aut confusum aliquod numen concipias, quale homines imaginantur: scito Deum Israël vnicum huius victoriae authorem esse. Et si autem non eousque in hac admonitione profecit Cyrus, vt idolis suis valere iussis vero Deo se addiceret, percūlit tamē eius animum, vt summum eius imperium & numen suspiceret: interea domesticos Ecclesiæ hanc doctrinam amplecti oportuit, vt filii tuis omnes deos audacter spernent. *A C C I N X I T E.* Accinctio ista responderet nuditat, cuius antea meminit, cùm aperiti Regum lumbos diceret. Accingere enim dicunt eos, quos virtibus & fortitudine munit, atque viatores reddit. Vnde colligendum est, nullus esse animos hominum, nisi quem Dominus vim iis suam & fortitudinem inspirat: nihil effici armis aut copiis vllis, nisi adit: denique præesse bellis omnibus, atque iis quibus visum est victoriā dare, ne quis fortuitò ipsam eamne putet. Iterum repetit, *T V M E* non nouisti: vt magis confirmet haec in gratiam Ecclesiæ Cyro concedi, quò gratum se & memorem præbeat, atque populo Dei pro tam insigni beneficio gratiam referat.

¶ *P R O P T E R E A S C I E N T I .)* Significat tam insigne hoc beneficium fore vt ab omnibus nationibus celebretur: quod quidem statim impletū nō est, nam etsi longè latèque peruagata sit fama victoria istius, pauci tamen intellexerunt Deum Israëlis authorem esse: sed vicinis hoc statim patet factum est: deinde aliis atque aliis, donec ea fama per totum orbem spargeretur. Nec enim prædictit quid mox, sed quid in posterum futurum sit: tametsi hac diu latuerint. Deus ergo minimè paullus est huius rei memoriā deleri: sed perpetuus monimētus tradi voluit, vt per omnes etates à remotissimis etiam nationibus vlsque in finem mundi celebraretur. Tendendum etiam est quod prius docui, quia populi reditus futurae redemptionis præludium fuit, Prophetam vltima primis cōtexere: atque ita de solida Ecclesiæ instauratione loqui. Adde quòd vbi contingit ingratitudine & malitia hominum sepeliti præclarā Dei opera, non tamen verum hoc esse definit, perspicua fore toti mundo: quia etsi cæcos p̄ttereunt, palam nihilominus resfulgent.

¶ *F O R M A N S L V C E M .)* Ac si diceret, eos qui prius aut fortuna, aut idolis omnia tribuerē solebant, Deum verum agnitos, vt ei soli potentiam, omniumque rerum administrationem & gloriam attribuant. Non loquitur de perfecta cognitione: tametsi ad eam hæc intelligentia requiratur, sed cùm Ethnici etiam hoc palam fore dicat Prophetæ, nēpe omnia Dei arbitrio regi atque administrari, pudere debet eos qui Christianum nomen gerunt, cùm nudant eum sua

potentia, ut ad varios gubernatores transferant, quos sua libidine fixerunt: sicuti in Papatu fieri videmus. Nec enim agnoscitur Deus quem tribuitur ci nudum & inane nomen, sed quem plena authoritas defertur. LVCIS ET TENEBRARVM nomine tam pacem & bellum, quam aduersa & commoda qualibet metaphoricè designat. Pacem vero Hebraico more ad profleros omnes successus extendit. idque ex antithetu abunde patet: quia pacem non tantum bello opponi, sed aduersis quibuslibet. Fanatici homines hanc M A L I vocem detinquent, ac si Deus malis, id est, peccati author esset. Sed facile apparet quam præpostere hoc Prophetæ testimonio abundantur. Antithesis enim id satis explicat: cuius membra inter se referri debent. Nam opponit Pacem Malo, id est, tristitia, bellis, rebusq; aduersis. Quod si Iustitiam Malo opposeret aliquid haberent coloris: verum, haec contrariarum inter se rerum oppositio aperta est. Ideo vulgaris distinctione non improbanda est, Deum mali esse authorem, non culpe, sed peccata. Sed ea Sophista perperam exponunt: quia dum fatentur famem, sterilitatem, bellum, pestem, aliaq; flagella à Deo proficiunt: negant, dum nobis ea ab hominibus accidunt, Deum authorem esse. Quod falso atque huic doctrina omnino aduersum est. Improbos enim excitat Dominus, ut nos eorum manu castigetur: quemadmodum ex variis Scriptura locis perspicuum est. Dominus quidem ipsis malitiam non inspirat, sed ea vtitur ad nos castigandos, atque officio iudicis fungitur: quemadmodum Pharaonis atque aliorum malitia vius est, ut in populum suum animaduerteret. Itaque tenenda haec doctrina est: Deum unum omnium rerum authorem esse: id est, aduersa & prospera ab eo immitti, etiam si hominum manu vtatur: ne quis aut Fortuna, aut alij caute quicquam tribuat.

8 RORATE COELI SUPERNE.) Hic quidam precatio formam subiici putant, qua vti debuerint fideles interea dum redemtionem, de qua hic agitur, expectabant: atq; sic hunc versum cum superioribus coniungunt. Non tam citò vos liberabit Dominus: sed interea vestri officii est, precibus diligenter incumbere. Ego vero aliter interpretor: nempe Prophetam semper Dei nomine loqui: nam pro suo imperio cœlum & terram compellat, ut operam Ecclesiæ & creationi impendant. Atq; hic versus multum habet energię ad confirmados pios in spic future redēptionis. quo cuncti enim populus intuebatur, nihil præter desperationem videbat. Si in celum conuerterebat oculos, illic ira Dei: in terram, illic etiam plaga & flagella apparebant. Nihil ergo vsquam bona spic ostendebatur. Quoniam obrem eos confirmat Propheta atque cœlum & terram, à quibus nihil præter minas & terrores imminiebar, salutem & iustitiam producere iubet. Quod in agi emphaticum est, quam si promitteret hoc futurum, vbi omnibus elementis quis ad Dei obsequium præstò sunt, edicitur quid ipse fieri velit. Atque ita continuus erit tenor sententiæ, quæ alioquin abrumpetur, si de precibus hunc locum intelligamus. Haec aut̄ loquendi forma satis vñitata est Scripturis: quemadmodum Psal. 72, Et afferent montes pacem populo, & colles iustitiam. Item, Psal. 85, Pietas & veritas sibi obuiam facta sunt: iustitia & pax osculatæ sunt. Veritas de terra germinabit, & iustitia de cœlo prospexit, vbi describitur à Davide regnum Christi & eius fœlicitas: atque in eo iustitiam, pacem, misericordiam, veritatem, simul coniuncta fore ostenditur. Idem hic quoque agitur. Alludit autem ad ordinarium hominum vietū, qui pane & aliis fructibus sustinentur: talibus enim ad miniculis indiger eorum vita. Ve aut̄ terra fruges producat, necesse est cœlo vim suam concipiatur, atque è nubibus aquam hauriat, qua fecundatur: ac deinde herbas & fruges & hominibus & animalibus producat. IVSTITIA vero nomine nihil aliud intelligit quam fidem, qua Dominus suos tuerit & conseruat. sic enim Dominus stilat è cœlo iustitiam, hoc est, ordinem ritè compositum: cuius fructus est falsus. Tractat enim de liberatione populi è Babylone, in qua Dominus se eius vindicem fore ostendit. Vbi porrè genuinum Prophetæ sensum tenemus, descendere conuenit ad regnum Christi: ad quem anagogie facienda est, nec enim restrinxit Deus has promissiones ad paucos annos: sed beneficia sua prosequitur usque in aduentum Christi, in quo hec omnia abunde impleta sunt. Non dubium igitur quin æternam quoque iustitiam & salutem cōmendet, quæ nobis assertur per Christum: sed prius simplex illa interpretatio de redditu ab exilio Babylonico obscuranda est.

9 & 10 HEI LITIGANTI.) Locum hunc variè exponunt, quidam enim de Rege Balthasar intelligunt, qui, ut ex Daniele constat, superbè insultabat Deo, quum vasa templi profanaret. Verum nimis coacta est illa expostio: probabilior videri posset altera, Dominum longè plura concedere filiis suis, quam homo mortalis liberis, aut artifex operi suo concedat. nam huiusmodi comparationem fieri existimant: Si filius insurget in parem, & contendat cum ipso, non auditetur. Pater enim potestatem suam recinere volerit, ac meritò filium coercet. Eodem modo si Iutum in opificem confurgat. Deus aut̄ patitur se interrogari: ac liberaliter se offert ad satisfacendum populo suo: quin etiam ultra se interrogari iuber. Atque ita decimum & undecimum versum simul contextum, ac volunt hinc apparere indulgentiam Dei, quod humanius nobiscum agat, & magis familiariter se dimittat: quam mortales erga filios solent. Hæc quidem expostio plus coloris habet: sed utraque à mente Prophetæ aliena est. Itaque simplicior hic mihi videtur sensus: ut intelligamus Prophetam cohibere hominum querimonias, qui in rebus aduersis obmurmurant,

1. Reg. II.

14. 23

Exod. 1. 11,

C. 2. 23

Psal. 72. 3

Ibid. 85. 11

murmurant, & litigant cum Deo. Tempestiuā autē hēc admonitio fuit, ut patienter, & compositis animis crucē ferendo consolationem sibi oblatam admitterēt Iudei. Nam quoties nos suspendit Deus, caro nos ad obstrependum sollicitat, Cur non citius faciat quod facturus est? quid cum iu- uat sua cūctatione nos torquere? Vt igitur Prophetā hanc proteruiā castiget, ait, An testa contēdit cum figulo: an filii litigant cum patribus? annon penes Deum est ita nos tractare ut visum e- rit? Quid restat, nisi ut a quo animo feramus pœnas quas nobis infligit? Est igitur permittendum Deo, quod ipsius est, nec eius potestati atque authoritati derogandum. H E I, accipio hīc pro interiectione obiurgantis & castigantis. TESTA AD TESTAS. id est, quod vulgo dicere sole- mus, *Que chacun se piegne à son pareil*. Testa cum testis terrae contendat. Homines enim ad suis miles relegant temperitatem & audaciam eorum obiurgat, quod non reputant non posse certamen cū Deo nisi exitiale suscipi: ac si dicaret, Cum quo putant sibi esse negotium? sciunt enim se Deo non fore pares, ac tandem cedendum esse. Quod si suæ fragilitatis immemores Gigantum more co- culum impetuunt, experientur tandem non fuisse bellandum cum opifice suo, qui vasa que formauit nullo negotio in frusta cōminuere, adeoque in puluerem conterere potest. Alij διωργον, inter- pretantur Opifices aut figulos: atque sic intelligunt, An testa in figulum insurget? Verū ij punctū immutant ac legunt Schin pro Sin, quod variare & facile mutari posse fateor: sed visitatam lectionē sequi, & simplicem hunc sensum amplecti malo. AN LVTVM DICET FICTORI SVO. Conceditur figulo ut vas aliquod quacunque forma voluerit, effingat: patri ut filius imperet: an- non plus iuris erit concedendum Deo? Proinde reprehendit eos qui rebus aduersis cum Deo ex- postulant, nec patienter grumias ferre possunt. Audienda est igitur Petri monitio, dum iubet vt i. Petr. 5.6 discamus nos subiictere Deo, atque humiliare sub potenti manu ipsius, ut feramus eius imperium: nec, si quando variis nos eternis exercet, cum ipso litigemus. Hoc enim ipsi meritò tribuendū est, ut nos arbitrio suo regat. Si ad disceptationem veniendū sit, tam firmas quidē ac solidas habe- bit, rationes ut coniūctos obmutescere cogat, neque verò cōpescit hominum proteruiam, quod ratione destruitur: sed quod nos eius arbitrio totos regendos tradere ac cōmittere aquum ac re- stum sit: sed interea hanc sibi potestatem iure vindicat, ne à suis figuris vocetur ad rationem reddendam. Quid enim magis indignū, quam non probari eius iudicia, nisi hominibus placet? Paulus eandem similitudinem usurpat: sed maior in re. disputat enim de eterna Dei prædesti- natione: atque stultas hominum cogitationes reprimit, qui cum Deo cōtendunt, cur hos eligat, illos reprobet ac condemnat. Hanc enim saltem Deo potestatem tribuendam esse ostendit, que figulo aut opifici tribuitur, propterea exclamat, O homo, quis es, qui respondes Deo: an lutum di- cer fiḡlo, cur me ita fecisti? Quis tam audax ut se Deo opponere, & licet cum eo suscipere au- deat? Optime ergo conuenit cum Prophetā tametsi in re dissimili & magis ardua hanc similitu- dinem usurpet, vicerque enim affert plenam esse Deo in homines potestatem, ut se ab eo regi & gubernari suant, atque omnia aduersa aequo animo patiantur. Hoc tantum discernere est, quod de praesentis vita tuis distlerit Isaías: Paulus verò ad eccl̄sem & eternam transcendent. N O N S V N T M A N V S. Visitato more loquitur Prophetā, ut dicimus, Apponere extremam manum, quum res perficitur: de celis verò manus, quum opus indigestum, confusum, aut imperfectum est. Sic quoties obmormurant Iudeo homines quod ipsorum votis non obsequatur, vel ignauia vel incitiae cum insimulant.

II. SIC DICIT IEHOVA.) Iam mihi non placere dixi, quod verbum hunc ita cum proximo quidam coniungit, ac si Deus iure suo cedens liberum faceret Iudeis inquirere plurquam inter homines licet, non multū absimilis est alter sensus, ideo miseris esse Israēlitās, quod voluntatē Domini ignorent, inīc nec scire quidem velint: quod non requirant consolationem, ac ne admirant quidem: denique virtus populi accidere, quod in suis eternis extrema tristitia opprimitur: quia scilicet os Domini non interrogant: quod si recipimus, tenendū esset de alia inquirendi ra- tione nunc agi. Nam sicuti nefas est in arcana Dei consilia prorūpere, ita quatenus expedit libe- raliter quid facturus sit, aperire suis dignatur. meritò autē ubi sacrum os aperit, aures sibi aperiri. iubet, attentēque excipi quicquid pronuntiat. Iam quod veteri populo exprobaret Isaías, ipsi quo- que experimur. Sed magis consentaneū est sententiam hanc à proxima pendere, ut sit applicatio similitudinis hoc sensu, Filio non licet sit patri intendere, nec luto ius cum figulo suo disce- ptiandi dabutur, quanto minus tolerabilis haec licentia est, dum præscribunt mortales Deo qualiter filios suos tractare debeat? Nam aliqui suspenſa esset ac mutila sententia. Concinne autē hæc duo membra inter se aptantur, Figulus suo arbitrio lutum formabit, qui genitus est ab homine mortali non audebit cum parte expostulare, mihi qui summus sum omnium pater & opifex, simi- lis potestas in filios meos & figura negabitur? Si artideat prior sensus, exprobaret hominibus ignauiam suā, quod Deum interrogare non dignantur, atq; ex ipsius ore intelligere quæ ad consolationē eorum pertinebat, nam ex prophetis intellexissent se Deo curare esse: atq; exitū miseri- arum suarū agnoscēbant. & certe nullū remedium maius in aduersis, quam si os Domini interro- gemus: ne oculos defigamus in præsentē rerum statu, sed futurā salutem animo cōprehendamus,

1. Cor. 10.13 quam Dominus pollicetur. Fidelis est Dominus, qui non patietur nos tentari vltra id quod ferre possumus: sed dabit cum temptatione etiam exitum: gratia que sum in nobis adaugebit. Et quod addit paulo post, **PRAECAPISTE MIHI**, hinc non est ex imperio capiendum: nec enim nostrum est praecipere Deo, aut ipsum importunare vrgere, nec quisquam proficeret poterit in verbo Dei, nisi qui humilem animum afferet. Verum ita se offert Dominus, ut ab ipso petamus quae scire nostra intereant, perinde ac si diceret, Mandate mihi: ego ad ea patefacienda sum paratus quae vos scire plurimum refert ut ex eis consolationem percipiat. Sed quoniam coactus essem hic loquendus modus, simplicior est illa querimonia quam diu, Deum spoliari paterno iure, nisi absque controvrsia Ecclesiam sub disciplina contineat. ita interrogandi verbum in sinistram partem accipitur, dum homines omnis modestia oblitus non dubitant Deum quasi obstrictum interpellare, & causam ab eo exigere cuiusque facti: quod melius patet ex Pr. recipienti verbo, quasi diceret, Vestrum scilicet erit mihi praefigere quam formam operi meo dare oporteat. In summa, Prophetae consilium est ad sobrietatem & tolerantiam hortari homines: quia simulacrum disceptare cum ipso incipiunt, detrahere e celesti folio conantur. Iudeos autem solos non compellat, quia blasphemias, quae passim tunc etiam inter incredulos volitabant, compescere opus fuit. perinde acti Deus ius suum assertare volens, totius mundi obtestationes ita refelleret, Quorum tandem profiliat velut arrogancia, ut me non sinatis in officina mea dominari: & familiam meam prout visum est regere?

12 Ego feci terram.) Videtur simpliciter astrarere Dei potentiam, ut iam antea fecerat: ut sit obliqua antithesis inter Deum & idola, quae a superstitiosis coluntur. Stulti enim homines interrogant idola, perinde ac si coru nutu orbis regeretur: Deus e conuerio nos ad se reuocat, qui ait se creasse terram, & hominem in ea collocasse: caelos expandisse, &c. Sed meo iudicio melius concuerit totum hunc sermonem accommodare ad circumstantiam huius loci. Quid enim magis preposterum, quam homines stare in suo gradu, Deum autem cuius maiestas ceteros superat, protinus interrogari, & trahi in reatum? Obliquè itaque perstringit hominum vesaniam, qui supra caelos ipsos effterre se non dubitant. Admonet tamen interea, si ad legitimam disquisitionem venire oporteat, Deo quod pro sua causa respondeat minimè defore, nam si vniuersum mundum administrat, certè peculiarem quandam pro suis sollicitudinibus gerit, nec curat alienos, ut domesticos suos vagari ac dissipari sinat. Sic igitur intelligo hunc verbum: Egone, cuius immensa & incomprehensibilis sapientia & virtus in caelo & terra resplendet, non solum humanis legibus obstringar, sed detundat infra communem forem? Quid si de exequitate mea ambigitur, ego qui omnia manu mea rego atque administro, nonnulli sollicitus ero de his quos in familiam meam adoptavi: annon excubabo pro coram salute? ut sit argumentum à minori ad maius. Atque hic sensus Scripturae consentaneus est. Scimus enim nos ita adoptatos à Deo, ut in tutela ipsius recepti manu eius protegantur: nec quisquam nobis, nisi eius permisso, nocere possit. nam si pascucus iniussu eius in terrâ non cadit, ut ait Christus, an nos, quos pluris estimat, temere furori hostium & crudelitati exponet? Itaque quum Deus omnes creaturas sua prouidentia soueat, Ecclesiam quam toti orbi anteponit, negligere non potest. Quare, ad hanc prouidentiam rebus vel deploratissimis confundendum: neque ullis tentationibus, quibus nos variè adoritur Satan, cedendum est.

13 Ego excitavi.) Nunc prosequitur argumentum quod initio capituli ingressus erat. nam quum hoc sibi proposuerit Iesu, ut afflictionem temperet, quae dura admodum atque acerba erat, spem liberationis afferat, & manum illis porrigit, ut certissimam redēptionem expectet: Tametsi videamini periisse, Dominus tamen vos ab exitio vindicabit. Quorum autem interposita fuerit obiurgatio quam vidimus, ex re ipsa colligere promptum est: quia nisi in eam abrupto sermone digressus esset Iesu, impatiens sue feruore Iudei ad desperationem rapti essent. IN IUSTITIA, tantundem valet ac iustitia & veracriter, & relatiuè accipitur, quia causam assignat cur Cyrus excitat staturit Deus: neque quia fidelis est Ecclesia suæ custos, nec cultores suos frustratur. Alij exponunt, In iustitia, id est, ut puniat Chaldeos: alij, Ut iustus regnet: sed Propheta nihil tale vo-

Psalm 5.9. luit. Sexpius vero iustitia in Scripturis pro fide accipitur: quod Dominus promisit prelato & tandem seruos suos, iustitiam suam declarat. In eo enim potissimum relucet iustitia Dei, quod suos seruando summe & perfecte rectitudinis specimen edat. Nam etsi nullum sit Dei opus cui non insculpta sit iustitia nota, multo insignius tamen ac luculentius testimonium visitur in Ecclesia salute. Significat igitur se Cyrus excitasse, ut in eo iustitiam suam declarat: quem populo

Exod 20. reducendo ducentum atque authorem constituit. V R B E M M E A M. Ierosolymam intelligit, quam suam vocat, quod ibi memoriam nominis sui fieri voluisse, atque sibi peculiariter consecraret: *24* *Psalm 46.5.* quemadmodum etiam Deus ipse monuerat: Vbicunque memoriam fecero nominis mei, venia *6. & 132.* ad te, & benedic tam tibi. Nulla autem erat alia vrbs, quam ad sacrificia & vota, ad inuocationem nominis sui designaret. Quamobrem Psalmus 46. etiam dicitur Civitas Dei, Sanctum tabernaculum Altissimi: quoniam Deus in medio ipsius: & alibi, Hoc requies mea in seculum seculi. Cyrus autem non extruxit hanc ciuitatem manu sua: sed edidit, ut ne quis eam instaurari prohiberet: viatica etiam & sumptus populo suppeditauit. *NON PRETIO,* id est, gratis. Hoc autem in solitum est, nam si captiuui dimittantur à victore: aut exigitur pretium, aut conditiones

iis graues imponuntur. nihil tale à Cyro factū est. Vnde sequitur, hanc liberationē diuinitus, nō ab humana voluntate accidisse. CAPTIVITAS autē hoc loco collectiū pro Captiuis accipi debet.

14 SIC DICIT IEHOVA.) Loquitur adhuc de restitutione qua auspiciis Cyri postea facta est: fed in memoria tenendum quod prius diximus: las promissiones longius extendendas esse. Vniuersum enim tēp̄ comprehendit quod secutum est vīque ad Christi aduentum. Quod si quis recte consideret, & visitatum Propheta scr̄monem perpendat, nihil immodicum in eius verbis reperiet, neque hyperbolice loquutum existimabir. Alludit autē Propheta ad sumptus quos Cy-
rus extrudo atque ornando templo suppeditauit. tunc enim impletum est quod dicit, Laborē Eſdr. 6.8
Ægypti, ac mercedem Æthiopie ad Iudeos peruenisse: quoniam Ægyptus & Æthiopia tributarīa erant, & subditæ Regi Persarum. Ex illis tributis templum Ierololymā instauratum est. Sed quemadmodum instauratio illa præludium tantummodo fuit eius que à Christo facta est: ita etiā obsequium exterarum nationum que populo Dei seruerunt, initium tantum fuit eius obsequij quod varia nationes, postquam mundo patefactus est Christus, Ecclesie Dei præstiterunt. Ceterū, sub nomine Ægypti, Æthiopie, & Saborum, qui ex tempore floruerunt, reliquas etiā nationes comprehendunt, perinde acti dicteret, Vos nunc tyrannide alienarū nationum oppresſi estis: sed aliquando accidet tempus quo vobis subiicientur. Hoc statim adimplatum non est: sed tunc demum quum adueniens Christus subegit tibi ferreas & prius indomitas animas, vt mansuetate iugum impositum suscepserent. Ideo verò Dominus popule suum redemit è Babylone, vt aliquam Ecclesiā conferuerat vīque in aduentum Christi, cuius imperio populi omnes subiiciendi erant, ideoque nihil mirum si de reditu populi verba faciens Propheta, ad finem & consilium Dei simul orationem suam ditigat, faciatque vnicam Redemptionem. Quod autē Israëlitas Gentium omnium dicit forte viatores, ex mutua capitū & membrorum cōmunicatione pēdet. Quia enī vīgenitus Dei filius sic fideles suo sibi associat, vt simul vnum sint: sēpius quod illius pro prium est, ad Ecclesiā, quæ eius corpus est ac complementum, transfertur. Hoc sensu & regimē tribuitur Ecclesiā, non vt superba dominatione capitū gloriam obscureat, vel etiam arroget sibi proprium imperium: denique separatum quicquā habeat à suo capite: sed quia Euangelij prædicatio, quæ apud eam deposita est, spirituale est Christi sceptrum, quo potentiam suā exerit: hoc modo supplex corā Christo nemo se humiliare potest, quin Ecclesiā quoque se addicat, quatenus fidei obedientia cum doctrina ministerio coniuncta est, sic tamen ut ipsius caput Christus emineat, lōlus, potestatemque suam exerceat. CERTE IN TE DEVS. Refert quid dicturi sint iij qui Ecclesiā oblectabunt honoris causa. Deum enim apud ipsam esse fatebuntur. ¶ nonnulli vertunt, Tantum: quod etiā non repudio, in modō fateor ap̄tissimum esse ad exprimendam Prophete mentem, non tamen profluo male conueniet affirmatiōne accipere. Vtique in te Deus est. Exponit autē quomodo exteri populi subiiciendi sint Iudeis: quia agnoscēnt vnicum esse Deum, quem Iudei coluerunt. Si quis obiciat, hoc nihil ad Iudeos pertinere, qui nunc ab Ecclesiā alieni sunt: respondeo, ab iis nihilominus Euangelium manasse, atque propagatum esse per vniuersum or-
beni: atq; ita Ierosolymam vt fontē, vnde pura doctrina prodit, agnoscimus. Soli certè Iudei in-
tellexerunt olim quis esset Deus, & qualiter ritè colēdus esset: ceteri fallacibus nūgē dediti, figura-
menta sua adorabant. Vnde etiā Christus, quim Samaritanā alloqueretur, Nos, inquit, scimus 1ob. 4.22
quid adoramus. Meritò ergo hic dicitur, Deus in te est: quoniam alia nationes ignorabant Deū.
Quia autē sebēst tacita antithesis, libenter exclusiuam particulam admitto, vt testimonium sit pœnitentiæ Gentium, dum uno Deo contente idolis suis valedicent. Summa est, Qui antea superbiebat, atque elato animo Ecclesiā contēnebant, ei esse submissiōes, vbi innotuerit Sanctuarium fēse veri Dei: neque enim, vt dictum est, Ecclesiā suam extollens Deus, proprio imperio se abdicat. Atque hoc lignum est verē conuersiōnis, quod non colimus Deum quem finimus, sed qui in Ecclesia agnoscitur. Notandum est etiam hoc Ecclesiā encomion, Deus in te est. nam Deus in medio eius, quia illuc domicilium elegit: quemadmodum prius citauimus ex Psalmo 46. Pſal. 46.6
Si enim populus Dei sumus, atque salutari ciui doctrinæ subiecti amur, sequitur ipsum nobis affutum: quia Iudeos desetere non vult. nam haec promissio perpetua est, nec ad tempus illud solum-
modō referri debet.

15 VERE TU DEVS ABSCONDENS TE.) Nunc exclamat Iſaias, longa patiētia opus esse, vt promissis Dei fruamur: quia populū ad desperationem sollicitari poterat, quum impiis omnia fluenter ex voto: ipsiis verò aduerfa omnia accidenterent. Scio aliter à plerisque exponi. Hebrei enim vulgo huc trahunt, Quod Dominus abscondet se Gentibus: populo verò suo se patefaciet. Christiani verò interpres aliū sensum, sed longè petitor affertunt. Argutū quidem est quod aiunt, Christum absconditū esse Deum, quod eius diuinitas lateat sub humilitate carnis: verū alienum est à Propheta tentatio, nam absconditum vocat Deum, quod se subducere & quodāmodo occultare videatur, cūm affligi suo, & ærumnis premi sinit. quamobrem spē erigendi sunt animi nostri. Spes autem, vt ait Paulus, non est corum quæ videntur. Atque hoc sensu Deum absconditū vocat Iſaias: quia non statim patent oculis nostris quæ promisit. Ita à consideratione rerum presentiū abducere animos nostros voluit, & supra cælos erigere, si op̄e ipsius apprehendere Rem. 8.24
L. iii.

& amplecti velimus. Opus igitur est patientia: ut quum differt promissa, desideria ipsi nostra suspendamus. Dixerat nuper incredulos, quanuis tunc cæci & stupidi essent, sensuros Dei præsentiam: sed quia nondum manifestationis tempus aderat, non abs re intericitur hæc exclamatio, quod Deus antequam gloriam suam illustreret, virtutem suam occultet ad probandam suorum fidem. Porro non de essentia Dei, sed de auxilio Prophetam loqui ex epitheto quod proxime additur, colligere promptum est, quum vocatur Deus seruator. Explicat enim Dcum in modo seruanda Ecclesiæ scilicet abscondere: quia manum suam ad tempus perinde occultat, ac si eam deserere profrus statutum est. Salutem enim nostram velut in tenebris latere vult, ut si ea frui cupimus, sciamus egrediendum nobis è mundo esse: quia nec subito se nobis ingeret, neque oculis nostris patet. Inuieta ergo constantia à nobis expectanda est. nam & hoc modo fidem nostram exerceri ac probari à Deo utilissimum est, ut cum variis vndiquaque ætumnis prememur, nichilominus in Deo atque eius promissis conquietescamus.

16 & 17 PVDORE AFFICIENTVR.) Hic Propheta Iudeos cōparat cum Gentibus, ut graui & difficulti tentationi occurrat, qua potenter sollicitari, cū Gentes profperis rebus frui videbēt. Suspicari enim in tāta perturbatione poterant, Deum Gentibus propitiū esse, aut abieciisse curā populi sui, aut cæco fortunā impetu omnia gubernari. Monet igitur Propheta, Tametsi ad tempus florent Gentes, atque in cælo esse videantur: tamen perire tandem ipsas, Israëlem verò saluum esse oportebit. In summa, hortatur ne Dei potentiam ex presenti rerum statu æstiment: ne in momentaneā felicitatem defixas habeant mentes: sed eas in æternam salutem attollant, atq; manu Dei percussi patienter ferant conditionem suam: ne impiorum felicitati inuident, quam infelix mutatio sequitura est: quæadmodum etiam Psal. 37. præclarè describitur. Atque hæc sententia cum superiori coniuncta est. Quisquis enim intelligit Deum, cūm seruator est, esse absconditum, non mirabitur impios prospero rerum statu frui, pios verò abiectos esse & miseros, variisque crūnus exerceri. Sic Dominus probat fidem & patientiam nostram: nec quicquam interim nobis depredit de æterna salute: tandem verò peribunt qui nunc videntur talui centies ac beati. Quicquid nunc boni obtinent, in grauius ipsiis exitium cederet: quia beneficiis Dei abutuntur: atque, ut prædones, in aliena inuadunt: etiam si optimo iure sibi videantur omnia possidere. Proinde quoties oboritur animis hęc cogitatio, Impius bene est, ergo Deus ipsiis fauet, inanis sunt promissa quibus nitimur: ad hanc Prophetę sententiam, velut ad certissimam anchoram confugiamus, eaque muniamur, Dominus non frustrabitur nos expectatione nostra: liberabimur tandem: tametsi nunc probris, iniuriis, ludibriis, & seuitiæ impiorum expositi simus.

18 QVIA SIC DICIT IEHOVA.) Hic versus ad superiorum confirmationem pertinet. vult enim Propheta Iudeis omnino persuasum esse, ipsos tandem liberatum iri à Domino: tamen si misera servitute oppressi sint. Ideo nonnulli per TERRAM hic Iudeam intelligent: sed puto argumentum esse à minore ad maius, ut prius versu duodecimo diximus: quod quā Dei prouidentia ad omnes in vniuersum creaturas extendatur, multò magis ad eos pertineat quos adoptauit pro filiis, eos enim potissimum curè habet. Tale denique est argumentum Prophetæ: Quā Deus terram creavit vt in ea homines sedem & domicilium haberent, multò magis vt sit aliquis Ecclesiæ locus: maiori enim curæ Ecclesiam habet, quām reliqua omnia. Si igitur firmauit terra, si formam ei vsumque certum tribuit, ut ex frugibus quas produceret, homines alerentur: haud dubiè primū locum, & summū honoris gradū filii attribuit. Hoc nō semper oculis nostris patet: quāobrem spē erigēdi & sustinēdi sunt animi nostri, ut aduersus omnes rationes inuicti stēm⁹.

Infr. 54.9 Deniq; quandiu habitat terra, tādiu Ecclesia Dei futura est: quādiu sol & luna erunt, non deficiet. **Gen. 9.9** posita vctetur etiā maiore arguento, Si pactū quod Dominus cum Noë inīt de statu huius mundi ordine, firmū est: multò magis quod de Ecclesia iniit, firmū esse debet. Mundus enim caducus & corruptibilis est: Ecclesia verò id est, regnum Christi, æterna futura est. Quia igitur ad ipsam spē etant promissiones, haud dubiè firmiores & constanteres reliquis omnibus fore consentaneum est. Quia verò præcipuis terræ ornatus est habitari ab incolis, addit non ideo fuisse creatum vt sua inanitate defortis ac vasta esset. Si quis obiciat contraria, terram inanem & vacuam fuisse cū creata est, vbi codem nomine vtitur Moses quo hic Propheta, in scilicet, quod informe & vacuum significat: solutio facilis est. Nec loquitur Propheta de inicio creationis, sed de consilio Dei quo terra in vsum & habitationem hominum destinata est. Nihil igitur hīc contrarium est iis quā à Moze dicuntur: quoniam Isaías finem & vsum spectat. Quod verò sequitur, **A D I N H A B I T A N D V M**, hīc quidem sententia extenditur ad omne genus humanum. nam omnibus terra ad habitandum destinata est. Vnde enim sit vt Dominus nos alat, omniāque necessaria suppeditat, impios etiam sustineat, nisi quod stare voluit decretum suum, quo terram hominibus inhabitandam dedit? Est enim alioqui stupendum quomodo tot sceleræ & flagitia sustineat, nec in vniuersum deleat humanum genus: sed consilij sui rationē habet, non nostræ dignitatis. Hinc ergo stant regna & principatus: hinc ordines & politiæ etiā inter barbaros & infideles conseruantur. Quanquā enim propter hominū peccata in vastitatē terras qualidā spē redigit Do-

Gen. 1.2 minus, & quasi falsagine aspergit vt sterilescat, nec alere possint amplius suos incolas: hoc tamē **psal. 107.**

semper tēperamentum adhibet, vt habitetur terra: quia hoc eius decretum in uiolabile est. Interea retinendū est quod iam dixi, fieri non posse, quandiu habitabilis erit terra, quin suos cultores foueat Deus, à quibus inuocetur. Ceterū hinc maximā consolationem pīj omnes percipere debent: quod tametsi contemptibiles mundo, pauci atque exigui sint: & dum impīj numero, potentia atque autoritate superant, ipsi tam abieci sunt vt intra mundi excrementa esse putentur, tamen Deo pretiosi sunt: quoniam ipsos in numero filiorum habet, nec eos perire inquam patietur. Quod repetit se Deum esse, non tantum ad afferendam essentiam spectat, sed vt se discernat ab omnibus idolis, Iudeosque in pura fide retineat. Nam & superstitionis fatentur vnum esse Deum: sed cum pro libidine sua fingunt. Agnoscendus ergo Deus qui se patefecit Patribus, atque per Mosem locutus est. Nec enim tantum hīc agitur de aeterna essentia Dei, vt nonnulli putant, sed de officiis omnibus que ad ipsum solum pertinet, ne vlla ex parte ad creaturas transferantur.

19 NON IN ABSCONDITO.) Nunc reuocat populum ad doctrinam Legis, quoniam Deus hominum sensu cōprehendi non potest. Verū ut absconditus est intelligentia carnis, ita abunde se in Verbo patefacit, atque remedium præbet. Quod igitur nobis debeat, suppeditatur ex Verbo, ne quid amplius desideremus. Hoc si desierit, nihil haberemus spei: ac penitus animo cōcideremus. Testatur autem se nō frustra nos inuitare, etiam si differat auxilium suū: certissimum enim esse quod promisit. vt aperte docuit quod nobis configiendum, in quo conquiescendum est, ferita re ipsa comprobatur, non inanem fuisse corum spem qui in eius Verbo acquieuerunt. Hinc appetat quām impie sunt eorum voces qui nihil certi ex Verbo colligi posse alit, atque nam sum cœci esse fingunt, vt ab eius lectione alios absterreant. Sic enim blasphemant scelerati homines, quid errores suos sola Verbi doctrina detegi ac conuici vident. Sed respondemus cum Davide, Lucerna pedibus nostris verbum tuum Domine, & lumen semitis nostris. Respondemus cum Isaia & reliquis Prophetis, nihil obscurū, ambiguum, aut fallax à Domino traditū esse. Psal. 119.
2. Petr. 1. 104. Respondemus etiam cum Petro, firmorem esse Propheticum sermonem: cui dum attēditis, inquit, ceu lucernæ ardēti in loco caliginoso, recte facitis: donec dies illucescat, & lucifer exoriatur in cordibus vestris. Quod si haec de Lege & Prophetis dicta sunt, quid de Euāgeliō dicemus, quo lux clarissima nobis patefacta est? Annon dicemus cum Paulo, Si obscurū est Euāgeliū, iis qui percunt, obscurū esse, quos princeps huius mundi Satan excœavit? Scipios igitur accusent cœci & lusciosi homines, cūm hunc splendorem Verbi nequeunt sustinere. Nos verò quantafcumque tenebras offendere conetur, in hac celesti luce stabiles & fixi simus. Porrò videtur Prophetia alludere ad vaticinia que ex antris & tripodibus idolorū dabantur, nam incerta & fallacia erant: cūm nihil tale in responsis Dei reperiatur. Palam enim loquitur, nec quicquā aut fallax aut flexiloquium tradit. Atqui experientia docet Scripturam esse difficultē & subobscenam. Hoc quidem verū est, sed hebetudini sensus nostri & tarditati, non Scriptura imputandū: nec enim accusandus est sol à cœcis aut lusciosis, quid cum intueri non possint. Interea fixum hoc manet, quicunque dociles & morigeros sūt præbent Deo, non frustra operam consumere: quia Deus fit deliter optimi doctoris officio fungitur erga humiles & parvulos. Iā quanuis non omnes ad summum gradum perueniant, nunquā tamen profectū carebit corum studium qui Deum ex animo querent. Atque hoc verbo præcipiū Legis finem & vsum notat Isaías, vt homines ad Deum inuiterit. Et certe haec solida eorum est felicitas, coniungi cum Deo: sacrū verò coniunctionis vinculum fides est ac sincera pietas. Portò hoc secundo mēbro non modò perspicue & sine ambigibus se loquutū tuisce affirmat, sed prædicat firmitatem & constantiam verbi sui, acsi diceret se non fallēdi causa liberaliter promittere, nec verbis latetare famelicos, sed re ipsa præstare quicquid pollicitus est. Hinc coniunctur eorum ingratitudi qui vocati non respondent: quando non aliud Deo consilium est, nisi vt nos bonorum omnium participes reddat, quorum alioqui inanes & vacui sumus. Quod mox sequitur, Deum loqui iustitiam, exegeticum est: quia diceret nulla fraudis macula aspersum esse sermonem, quo sibi conciliat electos suos, sed rectissimam puritatem continere. Eloqua Domini, vt inquit David, munda sunt, vt argentum excoctum catino terro, septics purgatum. Lucidam ergo iustitiam habemus in verbo Dei, quæ sublati tenebris, statim animis nostris illucesceret. Psal. 12.7.

20 CONGREGAMINI.) Prouocat omnes superstitiones, si que veluti dīc dicit, vt equo arbitrio se se summittant: sicuti anteā aliis locis vidimus: vt ostendat nihil ab us obieci posse quod non facilē evertatur, nunc quidē sibi placent in superstitionibus suis: sed facile discutentur omnes eorum fumi, si veniant ad dicendā causam; nullōque negotio conuincentur. Colligant igitur se turmatim omnes ac conspirent, fraudibus, minis, ac terroribus omnia moliantur: veritas tandem superior euadet. Haec confirmatio valde necessaria fuit Iudeis, quin ybique gentium & locorū graffari viderent impios erōres quibus obruebatur veri Dei cultus. Ad hoc igitur prætidium hodie quoque configiendum est, cūm paucitatem nostram & tenuitatem cœtimus. Turcæ magnam orbis partē obtinent: Papilie longē latēque credid triumphant: nos interīm pauci ac tenues vix habemur numero hominū: sed veritas tandem præualebit, omniēm.

que cellitudinē prosternet, qua nunc hominū oculi perstringuntur. **וְיַהֲ**, alij vertunt Abiectos, alij Profugos, vel, Qui euaserunt: ac putant ludæos qui ab exilio redierant, compellari. Verū, sensus ille nimis coactus est, magis receptum est vt intelligat Abiectos Gentiu, quia **וְיַהֲ** significat Abiicere, non quod designet obscurum vulgus, vel hominū quisquilias; quin potius sermonem ad eos cōuertit, qui dignitate, opibus, potentia, sc̄iētia inter Gentes præcellebat. Eos enim **A B I E C T O S** vocat, quod in cōspectu Dei nihil sunt: tamen si ab hominib⁹ magni astimetur, quod **Luc. 16. 15.** enim altum est corā hominibus, corā Deo abominabile est. Quāquam siquies malit accipere p̄ro Remotis, non admodū repugno, ac si diceret, Conueniant ab extremis terra. **Q V I E F F E R V N T.** Ostendit quanta dementia occupet idololatras, qui simulachra adorant, quā ipsi humeris gestant, & thensis circumferūt. Vel Efferre hīc accipiēmus pro Collocare in edito & cīmēti loco, quemadmodū h̄ec Satān astutia fuit, erigere statuas in columnis & altioribus locis, vt homines raperet in admirationem, & solo carum respectū ad cultum & venerationē adduceret. Verū, simpliciter interpretari possimus de omni cultu qui statuas exhibetur: vt cū vanitatis & insaniæ conuincent. Scιunt enim superstitionis, idola hominū ope & auxilio potius indigere, quām homines idolis; quia sine hominū opera confundere non possunt. Atque hoc rēdit quod proximē se quīt, Orare Deum qui non seruat. Quid enim insulsius, quām vota & preces dirigere ad lignū, vel lapidem? & tamen salutis petenda causa ad mortuas statuas cursitant increduhi.

21 ANNVENTIATE.) Prouocat hīc iterum eos omnes qui poterant Iudæis molesti esse, ac eorum fidē concutere suis ludibriis. Semper enim hoc habet propositum, vt fidem populi aduersus omnes Gentium inflūtes muniat. Nam in multis tētationibus, iisque grauiissimis, periculum erat ne labascerent Iudæi miserè afflīcti, nisi validæ rationes contrā fuissent oppositæ, quæ eos in cultu ac fiducia veti Dei retineret. Permitit ergo vt proferant atque adducant homines profani quæcumque habebunt cauſæ sue adiumenta. Quod s̄equitur, **I N E A N T C O N S I L I V U M**, maioris fiduciae causa additum est. Significat enim Propheta, quantumuis inter se consultant ac conspirent, nihil profecturos, vt iam diclū est. Quanquam simul fortè notare voluit euanidam esse ipse ciem & faciem, quicquid excogitant increduli ad excusandos suos errores. Ergo vt cuncte splendida ostentatione venditent sua figmenta, docet Propheta in verbo Dei satis fultur, et esse, ne labascat piorum fides. Prouocata autem eos ad seruum examen, vt cum Lege & vaticiniis cōfertatur quicquid increduli à suis idolis prædictum fuisse iactant. Libenter amplector quod communiter receptum est, Prophetam loquacem populi redēptione: sed quia simul coniuncta erat eiusdem monarchie Babylonica, eam simil comprehēdi sentio. Quoniam autem repetitio est eiusdem sententiae, **דָבָר** & **וְיַהֲ** idem valent: ac si diceret, Ab initio & iam olim. Hoc enim vaticinium multò antequam res accideret editum fuit, vnde certō colligere poterant fideles, Deum loquutū esset. Præscientiae adiungit potentiam, vt prius: quanquam simul exprimit quorsum sit potens: nempe, ad scruandū populū suū.

22 RESPICTE AD ME.) Haec tenus solos Iudæos alloquutus erat, ac si salus ad eos solos pertinere: nunc latius sermonem suum extendit. Vniuersum enim orbē inuitat ad spem salutis. Et simul ingratitudinē damnat cunctos populos, qui suis erroribus dediti quasi data opera vita lucem fugiebant. Quid enim magis indignum quām salutē suam vltro respicere? Iubet igitur omnes in se respicere: atque præceptio promissionē addit, que plus momēti habet, atque magis confirmat, quām si mandato simplici v̄sus esset. Itaq; hīc habemus insigne testimonium vocationis **Eph. 2.14.** Gentium: quod diruta maceria, qua Iudæi à Gentibus disiuncti erant, omnes promiscue Dominus ad se inuitet. Ceterū, hīc etiam moneatur quæ sit vera ratio consequētæ salutis: nempe, cū respicimus in Deum, toro que animo ad ipsum conuerteri sumus. Respiciendus est autem ocu-

Iob. 3. 16. lo fidei, vt salutem omnibus propositam in Christo amplectamur. Sic enim Deus mundum dilicit, vt filium suum venigenitum daret: vt omnis qui in eum credit, non pereat. Cū autē horatur omnes fines tertiæ, simul ostēdūt mortales omnes haec tenus esse vagatos, neque respectū veri Dei habuisse nā vbi est infidelitas, ibi certus Dei aspectus est: non potest, qui eum distinguat ab inambus larvis. Denique hāc omnibus exitij causam esse docet, quod circuagantur prauis suis cōmentis, atque ita à vero Deo deficiant, ex cuius notitia certa & æterna salus manat. Porrigit ergo manum Dominus, vt omnes eripiat, atque rationem ostendat obtinendæ salutis. Vnde apparet Euangelij doctrinam non temerè nationibus omnibus prædicatam esse, sed decreto Dei, à quo iam olim id statutū erat. Quāquam, vt paulo ante attigi, locardiam Gentium accusat, quod sensus suos huc illuc, quoconque tulit libido, flectant ac versent. Etsi enim naturaliter ad Deum accedete non poterant, iñō vñā cum laeti imberbant superstitiones quibus erant exercitatiure tamen illis impium gratia sua contēptum obiicere Deus potuit: quia semper ignorantiae implícita est hypocrisia, dum homines vanis blanditiis decipi malunt, quām rectā ad Deum tendere.

23 PER ME IVRA VI.) Subiicit apertiorē confirmationē proximæ sententiae, quod enim insolita est & portento similis hēc vocatio, iusurandum adhibet: sicuti rebus noīis & difficultibus creditu fieri solet. Poterant enim repugnare Iudæi, quod soli nomine electi populi cōfrentur, sed cū iurciurando id cōfirmat, tollit omnis controvērsia. Collimat quidē adhuc Propheta

Propheta in eundem scopum, nempe in Ecclesia instaurazione sic conspicuam fore Dei gloriam vt totum orbem ab ortu solis usque ad occasum in sui admiratione exerceat: vel, vt breuius dicam, inflige ac magnificum fore hoc specimen virtutis Dei, quod populos omnes metu percellat. Interim recte ex his verbis colligitur quod dixi, Gentes videlicet exequandas esse Iudeis, vt Deus sit communis omnium pater, & ubique regionum colatur. Deus vero per ipsum iurat: quia non potest alium habere latius idoneum testem veritatis. Ipse enim solus veritas est. Homines, vt inquit Apostolus, per maiorem se iurant: Deus vero, cum maiorem non haberet, per secundum iuravit. Causa iurandi notanda est, quia infirmata suorum succurrere voluit, ne dubius fluctuerentur. mira certe indulgentia, quod ut medeatur diffidet, et nostra vitio, non grauatur nomen suum quasi pignoris loco in mediis profere. quod turpior magis celesta est nostra incredulitas, si ne iuratur adum quidem nobis sufficit. Porro, cum Deus omnem veritatem confirmationem ad se reuocet, diligenter cauenda est, ne in iurecurando, cum ad ipsum adigimus, alia nomina aut diuorum, aut nullius creaturæ admisceamus: sed qua decet reverentia nomine ipsius usurpantes, integrum ei & illibatum honorem suum seruemus. EGRESSVM EST VERBUM. Significat firmum & stabile esse quod promulgari iussit a Propheta suo, ac si diceret non temere vel inconsiderate ex ore suo fluxisse hoc edictum. Atque hoc sensu iustitia sepius accipitur in Scripturis: nempe, pro verbo non fallaci, cuius certissima constabit fides: itaque irrevocabile decretum esse ait. Quo etiam pertinet altera loquutio, Non reverentur: nempe quia suos habebit progressus donec effectu ipso pateat, a iusto, verace, & omnipotente Deo progressum esse. Reuertitur enī aliquis, cum longius progrederi aliqua difficultate prohibetur: at quia nihil obstat Deo potest, quo minime exequatur quod decrevit, meritò colligit Propheta nihil esse quod cursum huius verbi impedit, aut retardet. Et hoc loco pro expoitiua particula accipi debet: nempe, Hoc verbum est. MIHI FLECTE TUR OMNE GENUS. Hac loquutione significat Gentes omnes fore Deo supplices, quia mirifica Ecclesia liberatio cunctis incutiet tetrorem. Inde tamen etiam sequitur cultum eius ad omnes Gentes propagandum esse, nec enim verè possimus coram Deo curvare genus, nisi prius nobis innotuerit. Deo quidem ignoto homines cultum aliquem exhibere possunt: sed fallax est, atque inanis. His autem loquitur de vera professione, qua ex notitia Dei penitus animis insita nascitur. Nam ubi nulla est fides, nullus Dei cultus esse potest. Fides autem non est rei ignota aut incerta. Proinde, rem a signo notauit, ut sepius fieri solet. Vnde obseruandū est, ex-ternum etiam cultum requiri a Deo, nec enim Propheta externam professionem religionis ab interiore animi affectu distinguit. Frustra igitur fanatici quidam se Deum colere & venerari iactant, dum coram idolis sese proferunt. Frustra, inquam, obtundunt mentem suam in Deum erectam esse: quoniam animi cultus ab externa professione diuidi non potest: sicuti anima dicari Deo & adduci nequit, ut intēsum corpus diabolo addicatur. Vtrunque enim Deo cōsacrari debet, atque ita cum animi cultu externa quoque professio cōungi. Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem Ro. 10. 10. confessio fit ad salutem. Vnde etiam Dominus piecat suorum atque integratatem probans, ait, 1. Reg. 19. eos non flexisse genu ante Baal. Paulus hunc Ierusalem extremo iudicio accommodat, dum ad 18. tribunal Christi omnibus standum esse dicit: cum tamen hic de populi Redēptione & publica-Rem. 11. 4. tione Euangeli, & stabilendo Christi regno agatur. Verum id pro confesso sumit quod omni-Ro. 14. 10. bus notum esse debet, quae ad regnum Christi pertinent ad aliquam eius partem restringenda non 11. essem: ad totum eius cursum patere, donec ad cumulum & perfectionem ventum erit. Flectitur genu Christo, dum paretur eius doctrina, atque Euāgelij prædictio admittitur. Sed multi adhuc repugnant, & securi ipsum contēnunt, plurimi molitur Satan, & assidue bellū cum ipso gerit. Longe ergo absimus ab huius prophetie complemēto. Tunc ergo verē flectetur Christo omnino genu, cum vietis & funditus delictis hostibus triumphabit, maiestatēque suā omnibus conspicuam reddet, que nunc à Satana & impiis oppugnatur. Itaque docet Paulus, dum Christus tribunal ad iudicandum orbem concendet, completerum iri quod fieri cepit ab Euāgeliū exordio, & quotidie adhuc fieri cernimus. Verbum Iurādi synecdochice pro cultu, reverentia, vel subiectione positum est, iurrandum, species est honoris qui debetur Deo. Eo enim fatetur & agnoscamus ipsum authorem esse & patrem veritatis, & legitimum eius vindicem, omniaque nuda ipsi Hebr. 4. 13. & aperta esse. Cum igitur hic honos transferatur ad idola, execrando sacrilegio violatur maiestas Dei. Ergo per ipsum solunmodo nomen iurant, qui purē ipsum colunt. Sed de hac re alibi Supradicta 19. dictum est.

24 VTIQUE IN DOMINO.) Ostendit qualis sit vera fides, verūque Dei cultus: nēpe, cum non tantum agnoscamus, aut mente comprehendimus aliquem esse Deum, sed etiam sentimus qualis erga nos esse velit. Quisquis enim contentus erit nuda notitia, plurimum aberrat a fide, quae nos Deo ita coniungere debet ut ipsum sentiamus in nobis: sicuti Paulus Christum vult habitare in cordibus piorum per fidem. nec enim qui Deum imaginatur otiosum in celo sedere, vel coram ipso syncretum humiliabitur, vel in seriam professionem erumpet. IUSTITIA ET ROBUR. Quia haec duo præcipua sunt salutis nostrae capita, dum vtrunque a Deo se habere fideles profitentur, solidam beatę vitę laudem in eum transcribunt. quod autem eius gratia ferunt

acceptum, sibi deesse telantur. Itaque agnoscunt sibi nihil aut iustitiae, aut virtutem ex seipso esse; sed in solo Deo queruntur, ut iure suo non itaudetur. **A D E V M V S Q Y E V E N I E T.** Hic varians interpres. Ego tamen simpliciter intelligo hunc locum de fidelibus qui se Deo subiiciunt, ut constet ratio antitheseos inter ipsos & rebelles, qui contumaciter Deo obfistere non desinunt. Sic igitur expono, Qui iustitiam suam in Deo locatam esse fatebuntur, ad eum accendent. Significat enim accellum patere ad Deum per fidem: ut praesentem eum sentiat quicunque iustitiam sua in ipso sita esse agnoscunt. Et certe nemo nisi Deo reconciliatus libenter vnde ad eum accederet, quin potius logissime refugiet omnes quibus formidabilis erit eius maiestas. Hic ergo iucundissimum gratie fructum commendat Propheta: quia Deo coniungere homines quos ante abigebat sua impietas, cui responderet quod legitur Psalmus 65, Tu Deus exaudiens precationem, ad te omnis caro veniet. Postquam enim restatus est Deum alienos ex dissipazione velle colligere, ut eos familiarietate sibi conciliet, vindictam denuntiat contemptoribus, qui sine Deo lasciunt, cōquose spreto ingurgitant se mudi delitiis. Nam quemadmodum sola fide obedimus Deo, ita sola incredulitate ipsius iram prouocari docet Ieremia: dum hac nota insignit omnes incredulos, quod Deo sunt immortigeri, immo eum ad certamen lacestant, quanuis ergo triumphos suos nunc agant, ignomonia puerum iti-pronuntiat.

- Rom. 5.1.2** **Eph. 5.12** **Psl. 65.3**
- 25 IN DOMINO IUSTIFICABVR TVR). Nunc breuiter occurrit obiectioni quae afferri poterat, quod absurdum videretur Gentes à Domino vocari, quae semper alienæ fuissent: An frustra Dominus elegit semē Abrahā? an irrita est promissio roties ab ipso repetita? Ut dubitatio nem hanc tollat, significat Dominum nihilominus promissis suis statorem esse: quanvis Gentes eligat, sicut tamen quod cum Patribus inierat, non fore irritum, quia gradum sue prerogativa tenebit electus populus. Neque enim hic, ut sibi alibi, de reiectione illius genitū agitur: sed Propheta simpliciter docet gratiam Dei, quae se diffundet per totum orbem, oritur ab illo fonte. Quod majorē numerum Deus abdicavit, nō rediget tamen in nihilum sedus Dei: quia reliqua adoptionis semper fuerunt verus & legitimus Israēl: & quanvis pauci essent numeros, fuerunt tamē primogeniti in Ecclesia. Deinde quicunque ex Gentibus in isti fuerint in corpus illud, cēseri etiā ceperit filij Abrahā, sicuti ante vidimus: Hic dicit, Pertine ad Iacobille scribit manu sua,

- Cap. 44.5** **Gal. 6.16**
- Quod simus progenitus ab Israēle, atque hoc iure nūc reputamus genuinus Israēl Dei, quanvis ab Israēle progeniti non simus. Hoc igitur addidit Propheta, tum ne Iudei sedus Domini iuritū esse existimarent, tum ne in genere suo gloriarentur, ac Gentes despicerent. **T O T V M S E M E N T S R A E L.** Latius extendit hoc semen, ne ad genus Abrā: & restringendum esse putent. Colligit enim Dominus populum suum promiscue ex Iudeis & Gentibus: atque hic in vniuersum de toto genere humano loquitur. Observanda etiam quid Propheta dicit nos iustificari & gloriari in Domino. nec enim alibi iustitia aut gloria querenda est. Gloriam coniunxit, quia depedet à iustitia, cīq; annexa est. Unde etiam Paulus, Vbi est gloria tua? Exclusa est. Per quam legem? Operum? Non: sed per legem fideli. Item, Si operibus iustificatus est Abram, gloriari habet, sed non apud Deum. Sequitur ergo eos solos merito gloriari qui in Deo iustitiam suam querunt, neque in seipso ullam gloriam eis agnoscunt.

C A P V T X L V I.

"Vel, prostratus est.



Ncuruatus est Bel: **depressus** est Nebo. Simulachra eorum bestiarum & iumentorum erunt, gloriante vos à vobis onerata, pondus ad lastitudinem.



Incuruata sunt, **depressa** sunt pariter, (ɔ) non potuerunt se subtrahere oneri: & anima eorum in captiuitatem abiit.



Audite me domus Iacob, omnes reliquiae domus Israel, qui gloriam ab utero, qui portamini à vulva.

4 Et usque ad senium ego idem, & usque ad caniciem ego portabo. Ego feci, & ego feram, & ego portabo & seruabo.

5 Cui similem me facitis, & equatis, & comparatis me, ut similis sim?

6 Promentes aurum ex sacculis, argētum in statera ponderantes, conducent aurifabru, ut ex eo faciant Deum, cui se incuruerint, & quem adorent.

7 Portabunt super humerum, deferent, ponent in loco suo, illic stabit, loco suo non mouebitur. Adhuc, si quis clamet ad eum, non respondebit, neque ex tribulatione eius liberabit.

bitem.

- 8 Recordamini hoc, & erubescite: redite praevaricatores ad cor. "Vel, robe"
- 9 Recordamini priora à seculo: quia ego Deus, & nullus præterea Deus, & nihil ramini-
- 10 Nuntians ab initio nouissimum, & à vetustate quæ nondum facta erant: dicēs, Con-
siliū meū stabit, & quicquid volucro faciam.
- 11 Vocans ab Oriente" auctem, è terra longinqua virum consilij mei. Loquutus sum, ideo "Vel, cogita-
tionem, adducam hoc: cogitau, idem faciam.
- 12 Audite me præfracti corde, qui procul estis à iustitia.
- 13 Appropinquare faciam iustitiam meam, nec clongabitur, & salus mea non morabi-
tur. Et ponam in Sion salutem, & in Ierusalem gloriam meam.

IN C A P V T X L V I.

 **N E C R Y V A T U S E S T B E L .**) Idem argumentum prosequitur Isaías, nec enim sectionem capiti morari debemus, quæ non semper aptè diuisa fuerunt: sed ipsas sententias expendere, quæ inter se quo dixi modo optimè coherent. Quanquam si quis exordium esse malit nouæ concionis, quia de ruina Babylonis inox vaticinū subiiciet, non admodum pugnabo. Bel & Nebo idola erant, quæ à Chaldeis colebantur: ac veluti patronos eorū sum mos fuisse verisimile est: vt semper idololatri & præcipios quosdam diuos habere solent, sub quorū tutela le esse arbitrantur. Nebonē quidem istum quasi secundatium deum fuisse consentaneum est, qui Belo summo deo adiungebatur, vt Mercurius loui. Sub horū nomine cetera etiam idola comprehendit: atque significat omnes Gentium superstitiones & cultus impios subuersum iri, vbi Deus prostratis eorum cultorib⁹ triumphem ager: quia tunc patet eum esse illum Ecclesiæ fux vindicem. Nam quum falsorū deorum præludio superbè gloriarentur Chaldaei, fallacem illam confidentiam retundit Propheta: quia Deus Iraelis non modò impiam illum gētem profligabit, sed eius quoque deos ignominie deficer. Propterea iumentorum onera fore dicit: quoniam plausis imposita aliō transferentur, & quidē sine honore proiecta, prout aurigis placuerit. hoc enim valet Deprimi, quia deos illos quibus sublimis prius erat statura, raptiores in densum aceruū compingent. Hoc quidem impletum esse dubiu non est, quoniam Babylonom Perse & Medi expugnatunt. Translata enim monarchia, hæc idola, vt pars prædicta ablata sunt. Sed quanvis hoc prædicaret, longius tamē spectauit Isaías: nemp̄ ad Christi aduentum, quo impij cultus summouēdi ac delendi erant. Nam stabilito eius regno, idola omnia statim cōcid intinec fieri potest: vt cum eius notione, falsa religio & impij cultus retineantur. Omnes tenebras suo fulgore discutit, vt nullū falsis diis aut superstitionibus locū relinquat. Quid enim Christo cū Beli: vt inquit Paulus: 2. Cor. 6. 13. Quid luci cū tenebris? Simil notandū est Prophetam habuisse rationem temporis, quo Iudei captiuū tenebantur. Videbant enim Chaldeos idolis sufficiām facientes, summaque tribuentes potentiam, quali summa retum ab his pendēret. Deus autem Iudaicorum ludibrio habebatur, quali populum suum rueri non posset, aut contemneret. Propterea tantam rerum conversionem fore ostendit, vt dij Chaldeorum concidant, qui tantopere euhebantur: Deus autem qui videbatur iacēre, exurgat, & suos vindicet.

2 N O N P O T V E R V N T S E S V B T R A H E R E .) Vanitatem talium deorum rideret, qui nullum aut vigorem aut motum habent, nec se tueri aut sustinere possunt: qui denique iumentorum virtibus egent, à quibus deferantur. Subest igitur tacita antithesis inter idola & vetum Deum, qui nullius omnino rei eget, de iumentis quidē interpretor: sed ignominiam amplificat Propheta, iumentis quoque ipsis molestum fuisse onus, & quod libenter excusū silent: itaqū falsos deos, vbi inutiles fuerūt suis cultoribus, iūmēta quoque fatigallē. **A N I M A L O R V M .** Locutio est Hebraica. Peritringit autē illos deos quibus neque anima neque sensus inest. Hec igitur ironice in vana & muta idola dicit: nēpe futurū vt cum lūa anima in captiuitatē abducātur. Sed videndū est, à mon h̄ec in verū Deū tetorqueti poliū: cūus Arca à Philistæis capta est, in qua præsentia 1. Sam. 4. 11. fuit te timonū dabant. sic enim Dominus quodammodo captiuus esse videbatur. Huic obiectiōni facilis responso est: quia etiū Dominus volebat Arcam præsentia fuit te timonū esse, tamen Iudeos in eam defixos esse atque hæc verabat: sed iubebat in celū euectos esse, vt illuc Deum quererent, atq; veneratētur. Semper enim spiritualiter coli voluit, neque adorab̄itur Arca pro Iob. 4. 2. Deo: sed s̄ymbolum erat, quo populus ad Deum veluti manu sursum ducebatur. Gentes vero in

idolis hærebant, iisque affigebant potestatem numinis. Posset etiam dici Philistæos tandem pœnas dedisse sui sceleris, atque agnouisse sibi cum vero Deo esse negotium: sed ea responsio non sufficeret, quoniam aliquandiu passus est Dominus Arcam suam ludibrio haberi: vt satis ex historiæ contextu patet. Vera igitur solutio est, Tametsi Dominus se nobis per symbola & Sacramenta communicet, tamen in cœlo quæti velle. Huc accedit, quod memorandis vaticiniis palam fecerat, se non trahi captiuum à victoribus, sed hostium libidini sponte exponere sua facta, vt populi scelerata vlcisceretur. Neque poterant Iudei, quæ tēplo direpto & incenso vasa Babylonem translata sunt, ambigere, eundem illum Deum quem coluerant, esse huius pœnae authorem, quando toties per suos Prophetas minatus fuerat quod tunc accidit.

3 AVDITE ME.) Hic eleganter ostendit Propheta quantum verus Deus differat ab idolis. prius enim dixit plaustris & vehiculis trahendos esse deos Babylonicos, quia constet ex mortua materia: nunc longè alias partes attribuit Deo Israelis, nempe quod populum suū vehat: iudiciorum in star matris in utero gestauerit, & inde egredium perpetuū gestet in limu suo. cōpellat autem ludos ut respondeant sua experientia. hoc enim vehementius eos afficeret debuit, cū recipi sentirent se & sua onera cū sustinere. Aptissima ergo antithesis virtutis, atq; ex superioribus concludit, Agnoscite me verum esse Deum, & valde dissimilem idolis, que inania sunt & mortua pondera: quandoquidem vobis nota est ac comperta mea virtus ex afflictuis beneficiis, quibus non destiti vos ab utero prosequi. Nec enim sibi tantum potens est Dominus: sed potestatem suam diffundit per omnes creaturem, ut vim & efficaciam ipsius sentiamus. **GESTAMINI AB UTERO.** Expressior est similitudo, qua Deus matris factum in utero gestanti se se comparat. Loquitur autem de præterito tempore, quo gratia sua testimonio ipsi dare coepit. Quanquam simplicius possent accipi verba, quod Deus populum illum tanquam infantem à matris utero exceptum suauiter aluerit, ac portauerit in suo gremio, sicut dicitur Psal. 22. Sed quia non solum ex quo natus est populus ille patrem & nutritum Deus se præstare coepit, sed etiam spiritualiter genuit: non displicet eousque verba extendi, quod velut ex Dei visceribus in nouam vitam & spem æternæ hæreditatis. **PSAL. 22.11.** tis editi fuerint. Si quis obicitur, Deum ubique vocati Patrem, atque aptiorem hunc ei titulum **Mal. 1.6.** esse: respondeo, nullis figuris singularem Dei erga nos affectum exprimi posse. Immensus enim est atque multiplex: adeò ut si in unum congerantur omnia quæ de amore dici aut cogitari possunt, ea tamen sua magnitudine supereret. Nulla igitur similitudine incomparabilis eius bonitas exprimi potest. Si simpliciter intelligas, ex quo genuit eos Deus in sinu suo moliter portans & soufles, optimè conueniet quod legitur in Canticu Mosis, Sustulit eos, & portauit tanquam aquila pullos in aliis suis. Denique hoc tendit consilium Prophetæ, Nisi sunt originis obliuisci velint Iudei, aliter statuerit non posse, quanm se non frustra genitos: ac Deum, qui se illis & patrem & matrem præbuit, semper afflustrum. Deinde ita expertos esse continuo successu eius virtutem: ut minimè debeant idolis se addicere. Reliquias vocando significat, ut suprà, magnam partem sua defensione alienatam fuisse ab Ecclesia, ut spes liberationis non nisi ad paucos pertineret, Ideo audienciam ab illis exigit: quia increduli non minus quam profanae gentes prorsus ad eius vocem obfurderant. Quanvis autem tunc non esset integer status, sed ex populi dissipatio exiguus numerus restaret: Deus tamen iubet eos reputare quam mirabiliter huc usque seruati fuerint, ne dubitent, ut iam olim, patris & matris officio erga ipsos functurum. Cum verò audienciam sibi fieri postulat, ostendit verum, immo unicum esse remedium ætumnis & calamitatibus nostris, si ab eius ore pendemus, & sumus attenti ad promissiones gratiae: tunc enim nobis satis fore animi ad omnia tolerandas: si minus, desperationi viam patari: nec quicquam aliud quam exitium expectandum esse.

4 ET VSQVE AD SENIVM.) hic pro illatua particula accipio, Itaque. Et diligenter illatio ista notanda est, sic enim concludit, Genui vos ac peperi: deinde, Infantes adhuc tencos gestauit brachis, itaque cultos vitæ vestræ in finem usque sum futurus. Sic etiam ratiocinatur David, Tu is es qui me ex utero extraxisti: in te consilii sum pendens ab vberibus matris meæ: In te conieetus sum à parte: ab utero matris meæ Deus meus es tu. Promitrit ergo Iudei se patrem perpetuò fore, unde videmus certò colligendā esse fiduciā salutis, ex quo cæ fœmel in nobis Dominus inchoauit. Vult enim opus suum persequi usque in fine. Dominus, inquit David, perficiet quod inchoauit in me. item, Domine tua benignitas sempiterna est, nec deserteras opera manuum tuarum. Particula nra multum hic habet ponderis, meo iudicio, quanvis alij interpretes simpliciter vertant per demonstratum Pronomen: sed eundem, ac sui similem perpetuū Deum esse significat, non tantum in essentia sua, sed respectu nostri, ut eundem ipsi sentiamus. Quod dicit, **VSQVE AD SENIVM,** posset absurdum videri: quia ubi nos ab infante exultit Deus adolescentem conuenit. verum si quisque se probè excusat, reperiens nullos unquam esse tantos profectus quin Dei virtute sustentari opus sit: quia alioqui vel perfectissimus quisque singulis propè momentis deficeret: sicut alibi etiam David testatur, Ne deserteras me tempore senectutis, ubi declinat virtus mea ne te subducas. **EGO FECI ET GESTABO.** Eodem modo iterum ratiocinatur. Deus non respicit quid mereamur, sed gratiam suam prosequitur in nobis. Itaque hinc fiducia

Psal. 71.9. propè momentis deficeret: sicut alibi etiam David testatur, Ne deserteras me tempore senectutis, ubi declinat virtus mea ne te subducas. **EGO FECI ET GESTABO.** Eodem modo iterum ratiocinatur. Deus non respicit quid mereamur, sed gratiam suam prosequitur in nobis. Itaque hinc fiducia

fiducia colligend. est, Tu nos creasti, non ut homines tantum, sed ut filii tui essemus. Ergo in cursu paterna & materna & solicitudinis tibi vsque ad finem constabat.

5 C V I S I M I L E M M E F A C I T S . , E T A E Q V A T I S .) Hic Propheta introduceat Dominum expostulante cum Iudeis, quod ipsi diffiderent, atque dubitarent de eius potentia: quod denique ipsum parē facerent idolis, atq; etiam idola ipsi antecferrent. Nam quā videbant Chaldaeos prospero rerum statu frui, inanem fuisse spem suam, extinctamque memoriam fœderis, ac vix Deum in cœlo esse, & curam sui agere arbitrabantur. Propterea conqueritur Dominus, quod idoli tribuant aliquid potentis, atque ita potentiam suam obscurant. Idem argumentum prius tractatum est capite quadragesimo secundo, quadragesimo tertio, & sequentibus, quamobrem singula repetere minime necesse est. Ne ergo ex præsentirerum statu potentiam Dei metirentur, animos altius tolli iubet. vt si hodie, dum videmus Papistas feliciter agere, dubitaremus an veram religionem haberent, eadem monitione reuocandi essemus. hoc enim esset Deum conferte cum idolis. Atque diligenter notanda hæc circumstantia est, qua præterita, & neglecta, multi frigi interpretes extenuant hanc sententiam, dum existimant Prophetam simpliciter inuehi in superstitiones, qui ligno aut lapidi numen aliquod tribunt: quia ita deformetur gloria Dei, dum rebus mortuis comparatur. sed non dubito quin peruersum illud & malignum iudicium coarguat, quod scilicet populus, cum rebus aduersis premeretur, Deum Babylonis propitiū esse fingeret. Nam si propitiū ipsis esset, sequeretur idolorum cultum ab ipsis probati. atque sic ad mutas creaturis ipsius honor transferretur. Ceterum, hinc etiam generalis doctrina colligi potest, Deum ipsi solari sua gloria, quam mutis rebus & vanis comparatur: quemadmodum & Paulus eam aptè accommodat.

Act.17.25

6 & 7 P R O M E N T E S A V R V M E X S A C C V L I S , A R G E N T V M I N S T A T E R A .) Hæc prius dicta fuerant à Propheta, nunc ea repetit, ut magis ac magis hanc doctrinam animis hominum infigat: quoniam superstitio in eorum animis tam altè radices egit, vt reuelli nullo modo queat, nisi Dominus naturam nostram penitus immutet. Excidunt itatim ea quæ de hac infânia audierimus: quia semper gerimus aliquod semen superstitionis, nec quicquam proculius quām vt in eam relabamur. Dicit igitur ad eudenda idola ab uno materiam, ab alio formam afferri: atque ita duos quodammodo eis talium deorum genitores: diuitem scilicet à quo promittitur aurum aut argentum: deinde fabrum, à quo additur forma, atque idolum effingitur. Quo palam conuincitur eorum vecordia, qui deitatem in suis loculis & manu artificum querunt. Quid enim sibi vult tam subita mutatio, quod scilicet prosterunt coram metallo simulacra aliam formam induit, & quidem ipsorum arbitrio vel libidine? quia non aliud est Deus, nisi quem suis impensis fabricare placuit. Et particula ἐσ in secundo verbo auget hanc demissionem. Èssem enim aliquis forsan venie locus, si quis præoccupatus subito errore, falsum aliquem Deum adoraret: sed hi obstinate persequuntur errorem suum. Amplificat ergo istam peruvicaciam, ac penitus excusat eos ostendit. Nimis autem crassus est, vt dixi, hic stupor, quum homines Deum adorant quem ipsis manibus suis fabricarunt. Ad hanc quoque amplificationem pertinet id quod sequitur proximo versu, P O R T A B V N T S V P E R H V M E R V M , &c. nam quum sensu emni careant, stupidissimos, imò peruvicacissimos esse oportet qui ad eos opis petentia gratia configuntur.

8 R E C O R D A M I N I H O C .) Potest bisfaria accipi hic versus, vel ut Iudeos, vel ut Gentes Dominus alloquatur. Homines enim qui non sunt alioqui credöti in Lege, ideo falluntur, quod notionem, quam Dominus animis eorum accedit, extinguat: quia nemo est qui non habeat insitum natura aliquod semen religionis: sed ipsum suffocant homines sua infidelitate, vel corruptunt & adulterant suis figuris. Hac ergo ratione possumus hæc ad vniuersum genus humanum extendere. Sed alterum sensum amplecti malo, sicuti eum flagitat contextus: quia subiiciet paulo post quæ non nisi in Iudeos competunt, quos ideo prævaricatores vocat, quia brevi tentatione victi à vero Deo defecerant, ac si captiuitas oblitterare ex eorum animis debet quæcumque in eos contulerat beneficia. Ergo quum illis excusa esset vera religio, ingratitudinem eorum asperius obiurgat, quod tam facile ad impia commenta abrepti fuerint. Dum iuber R E D I R E A D C O R , significat eos non esse lanæ mentis. Alij vertunt, Reducite, quod magis dilutum est, & iam paulo ante iussit reminisci, & idem itatim repetet. nunc ergo potius eos ad cor reuocat, quia obliuio beneficiorum Dei species erat dementia. E R V B E S C I T E . Alij vertunt, Viriliter agite, ac deducunt ab οὐν: alijs ab ων, quod Fundamentum significat: ac si dicaret, Colligitе animos: nolite de auxilio meo desperare, sed magis assentior Hieronymo, qui deducit ab ων: quia melius conuenit, vbi recteum est illis suum dedecus, pudescere, quām viriles animos induere: tametsi liberum cuique iudicium relinquam. Vult ergo ipsos suæ vecordiae, ingratitudinis, atque impietatis pudere, vt ad Deum reuertantur.

9 R E C O R D A M I N I P R I O R A .) Expeditio est superioris sententiae, plenus enim

declarat quid prius voluerit: nempe Deum sat multis documentis de se testatum esse, atque ostendisse qualis & quantus esset. idque non triduo duntaxat, aut annis aliquot, sed à seculo. Continuauerat enim beneficia sua, eosque assidue gratia sua prosequutus erat. Inde colligit luculentia extare signa sue Deitatis, ne alio animos suos transferant. Particula enim in hoc loco non tam causalis, quam expositiva est. Adde quod non tantum agnoscit Deus, sed solus agnoscit vult: quemadmodum prius dictum est, idcōque vult ab omnibus diis, quos sibi hominesinxerunt, separari, ut in eum penitus defixi simus: quia si quem admitteret solum, concideret, vel labaseret folium eius, vel enim unus est Deus, vel nullus.

10 **N V N T I A N S A B I N I T I O N O V I S S I M U M , &c.)** Fusiū iam differit quomodo recordari vult Iudeos præteriti temporis, nēque quia continuis vaticiniis edocti fuerint, quatenus ferebat corum utilitas. sed ab hac præfatione mox transitum sibi facit ad spem liberationis. nec verò miremur hac sapientia reperti, quia res persuasus difficilis erat: populus ipse nō modò tardus ad credendum, sed etiam refractarius. Admonet igitur eos pridem, neque sc̄mē didicisse quām tutum sit fidem habere Deo. neque solam eius præscientiam hīc cōmendat, sed quæ decreuerat testatū fuisse per Prophetas suos dicit. nec verò vlla vaticiniis esset certitudo, vel firmitas, nisi idem Deus qui pronuntiat hoc vel illud futurum, retum eventus haberet in manu. Interēa admonet veraciter se loqui & proferre sua decreta in omnibus oraculis, ne dubitet certò acquisētē Iudei simulac loquuti fuerint Prophetæ. Ceterū quia hēc copiosius iam exposui, nunc tantum parē attingo.

11 **V O C A N S A B O R I E N T E A V E M , E T T E R R A &c.)** Postquam Propheta de præscientia & virtute Dei locutus est, ac commodat generalem sententiam qua vñs est, ad institutum suum. Iudeos enim consolari volebat, atque ostendere non ita esse in exilium abductos, quin spes manet aliqua liberationis. Speciem ergo subiungit, atque Cyrum venturum promittit, tametsi id incredibile videretur. Vbi ego Cogitationem reddidi, Interpretes ferē vertūt DAN. 2.14Auem: & certè hēc genuina est vocis significatio. Sed quum ex Danielis secundo colligere licet pro Consilio interdum sumi (nam epenthesis illa in nomine ψυχ Chaldaic visitata est) malo hanc interpretationem sequi, vt Hebreis quibusdā probatur. Interēa fieri potest vt alludat ad auem, acsi diceret subitum fore consilium: nec repugno quin celeritatem aduentus Cyri notare velit. Quod rursus Cyrum V I R U M consilij sui vocat, reperitio est frequentissima Hebreis: vnde etiam patet priore membro nomen ψυχ pro Cogitatione vel decreto esse positum. Virum autem consilij vocat, quia decretum Domini exequatur. Si cui tamen placet nomen Auis, ego non contendo. elegans enim metaphora est: nam adeò repentinus atque inopinatus Cyri aduentus fuit, vt tanquam auis aduolasse videretur. Repente inuasit Babylonem atque expugnauit, quum tamen Chaldaei nullum ei aditum patere existimarent. Potest etiam dici, si cui magis hēc interpretatione placet, Isaiam alludere ad auguria, quibus valde intenti erant Chaldaei. Ut enim astrologia iudicaria vtebantur, ita auium volatus & garris obscurabant, atque existimabant certam esse scientiam rerum futurarum. Dominus verò se auem, quam non præuiderant, missurum denunciat. Mihi tamen prior expositio magis placet nempe vt alludat ad celeritatem Cyri: atque significet nullas ei vias præcleras fore, nullas munitiones obstauras quoniam in Babylonem statim penetreret. Quum dicit A B O R I E N T E, hoc non solum pertinet ad certitudinem promissionis: sed vt sciānt nulla distāntia vel longinquitate tardari posse opus Dei: idcōque secundo membro expositionis vice additur, E T T E R R A L O N G I N Q Y A . Hinc discamus in quem finem conferri debeant quæcumque passim de præsencia & virtute Dei legimus in Scripturis. nec enim dicuntur ista vt hæreamus suspensi, sed vt in vñsum nostrum accommodemus. Iam tacitè opponit consilium Dei nostris cogitationibus quoniam ita liberat suos, vt non possit ratio ab hominibus comprehendendi. Tametsi ergo incredibile videret quod promittit Deus, dicit tamen sibi facile viā patefacturum, ne tam ardua eius consilia ingenio nostro metiamur. COGITAVI. Alij vertunt Formauit: sed magis quadrare videret, vt ψυχ hoc loco Cogitare significet. Confirmat autem quod antea dixit: nempe, hoc ita se constitutum, idcōque fore stabile & irreuocabile. Quod autem addit, LOQVVTVS SVM, ET ADDVCAM, perinde valet acsi diceret, nihil à se frustra prædictum esse, atque hoc vaticinum, quod prouulgari iussit, habendum pro re completa. Primum igitur hoc membrum posuit ad astruendam sibi fidem: altero autem coniungit cogitationes suas cum Verbo prædicato. Quod diligenter notandum est: quoniam variis cogitationibus distrahimur, ac dubitamus an Deus ex animo loquutus sit: eumque nobis similem, id est, duplēcē aut simulatorē esse suspicamur. At nihil à se exire pronuntiat nisi quod iam antea apud se statuerit: ita vt prædicatio Verbi nihil aliud sit quam certum testimonium occulti eius consilij, quod nobis patet fieri iubet. Nos ergo simulatque Dominus vocem aliquam protulit, de eius effectu certi esse debemus.

12 **A V D I T E M E P RÆF R A C T I .)** Iterū obiurgat Israēlitas, quod fidē habere Deo non

non possent, nec villas consolationes admitterent in rebus aduersis. Dura quidem & acerba est ista obiurgatio, sed ea dignissimi erant, quorum animi nulla promissione, nulla Dei vltro se offarentis quantumvis benigna invitatione leniebantur. Duo epitheta, quibus h[ic]e vtitur, notanda sunt, quibus significat miseris & afflitos ianuam claudere auxilio Dei p[ro]pter suam contumaciam: quia tumultuando vel tremendo excutiunt timorem Dei, & ita se in desperationem proiciunt, ut palam ferociant contra Deum. Alloquitur Iudeos, qui tametsi propemodum oppressi essent, tamen factu & arrogancia turgebant, & abiectione Dei timore, insaniebant magis ac magis: quemadmodum hodie multis vsuuerit, qui ex umbris & calamitatibus peruvacatores redduntur. Nullam ergo medecinam, nullum angoribus suis remediu admittebant. Si cui magis placeat Iustitia pro Dei auxilio, vt mox proximo versu, sumi, fruatur suo sensu, nec verò male conuenit, eò quod Deum repellunt, eiisque gratiam respicient obstinati homines, qui promissi eius adhaerere non sustinent. Sibi enim à Deo beneficiari non patientur, qui ope[re] ipsi suam offerebat.

13 APPROPINQVARE FACIAM.) Si magis arrideat quod nuper dixi, vocari Remotos à iustitia, qui capaces non sunt Dei gratia, eadem manebit significatio: sin verò recipimus procul fulle à iustitia Iudeos, quia vt solent desperati homines, sceleribus dediti erant, erit concinna antithesis inter hominum & Dei iustitiam. Quanuis ergo ab omni studio pietatis defecerint, & alienati sint Iudei, Deus tamen suam iustitiam affirmat propinquam esse, quasi dicere, incredulitatem maximum quidem impedimentum esse: sed tamen eiusmodi, vt Deo obstatre non possit, quin veritatis sua vim tandem patetfaciat. Nec enim, vt ait Paulus, incredulitas hominum, veritatem Dei irritam facere potest: atque vt mendaces sint homines, Deus semper vexat erit. Et certè nisi malitiam hominum bonitate sua superaret, omnes ad unum interierentur, quis enim Deum admittit, eiisque gratia vtitur vt decet: Quod igitur beneficia sua non profectur in nobis, non aliunde eueniit, quād quod alieni sumus à iustitia ipsius: & tamen inuitis & repugnantibus nobis appropinquat, vt iustitiam suam exerat, quantumlibet indigni sumus. Hoc autem ita efficit, vt impij nihil omnino fructus ex ea percipient: neque enim impios apostatas complexus est Propheta, ac si futuri essent salutis quam promittit confortes: sed tantum dicit rationem Deo esse in promptu, qua emergat ipsius iustitia. Hic verò considerandum qualis fuerit populi status, cui haec dicebantur: nam omnia infidelitate corrupta erant, pauci admodum heterabant promissis Dei: & qui ex electorum numero erant, interdū praefractos se prebebant, vt eadem impietatis lue cum ceteris abcepti viderentur. Totum igitur populū obiurgat: tum vt conuineat reprobos, tum etiam vt electos castiget, atque in viam reducat: præfertim tamen insultat incredulis, vt dixi, qui veler ex professio arcebant spem omnem gratia. **ET SALVS MEA.** Hinc magis perspicuum est quid sub Iustitiæ nomine voluerit, nempe auxiliū, quod Dominus populo suo promittet. Idem ergo significat Salutis & Iustitiae nomine: quia hoc maximè est illustre specimen iustitiae Dei, vbi conseruat suos, tutatur atque eripit. Quod dicit non elongari, nec morari, superuacaneum non est: quia maiorem in eo clementiam exprimit, quod reluctante & penè invito populo Dominus iustitiae sue cursum nihilominus absoluist. **ET PONAM.** 1, hic ponitur loco causis particulæ: Quia ponam. Est aut altera confirmatio sententiae superioris: quia scilicet constituit Dominus Ierosolymam seruare, non posse hoc bono eam fraudari. Gloria verò suam coniungit cum priorum salute: quemadmodum etiam gloria à Paulo pro misericordia usurpatur, tunc enim maximè conspicua est gloria Dei, cum vindicat suos ab interitu, atque in libertatem ascensit: quia voluit Ecclesiæ salutem insolubili vinculo cum sua iustitia coniunctam esse.

C A P V T X L V I I .

Descende, & sede in puluere, virgo filia Babel. Sede super terram: non es solium filie Chaldeorum. Quoniam non fiet amplius vt te vocent teneram ac delicatam.

Tolle molas, & mole farinam, dissolute cincimis tuos, demuda pedes, discoopcri crura, vt transeras flumina.

Retegetur turpitudu tua, & videbitur probrum tuum: ultionem sumam, & non occidam, homini.

Redemptor noster, Iehova exercitu[m] nomen eius, sanctus Israe[li].

Sedc quieta, ingredere in teuebras filia Chaldeorum: quoniam non fiet amplius vt te vocent dominum regnorum.

^{"Vel, homo"}

- 6 Iratus fui in populum meum, profanaui hereditatem meam, & tradidi eos in manum tuam: non praeflisi illis misericordias: super senem aggrauasti iugum tuum valde.
- 7 Et dixisti, Ego in aeternum domina. Hactenus non applicuisti huc animum: neque recordata es finis eius.
- 8 Nunc verò audi hoc delicata, sedens confidenter: quæ dicit in corde suo, Ego sum, & nihil amplius: non sedebo vidua, nec sciam orbitatem.
- 9 Atqui venient tibi ista duo repente, die uno: orbitas & viduitas: ad perfectionem suam venient super te," ob multitudinem diuinationum tuarum, & copiam augurum tuorum.
- 10 Nam confusa fuisti in malitia tua: dixisti, Nemo me videt. Sapientia tua, & sciëtia tua ipsa seduxit te. Et dixisti in corde tuo, Ego, & non amplius.
- 11 Itaque veniet super te malum, cuius diluculum ignoras: cadet super te contrito, quam non poteris auertere. Veniet repente vastatio super te, quam nescis.
- 12 Sta nunc inter diuinationes tuas, & in multitudine augurum tuorum, in quibus fatigasti te à pueritia tua: si forte possis proficere, si forte robore te.
- 13 Fatigata es in multitudine consiliorum tuorum, stent nunc & seruent te colligatores cœlorum, speculatores astrorum, qui lunationes docent, ab ijs que ventura sunt super te.
- 14 Ecce erunt quasi stipula: ignis comburet eos: non liberabunt animam suam è manu flammæ: non præna ad calefaciendum: lumen ad quod sedeatur.
- 15 Sic tibi erunt cum quibus te fatigasti: negotiatores tui à pueritia tua. Quisque in plaga suam errabit: nemo erit qui te seruet.

IN CAPVT XLVII.

DESCENDE ET SEDE IN PVLVERE.) Nunc fusius exponit Isaías quod de consilio Dei & eius executione breuiter atrigerat. Babylonis enim excidium apertè exprimit: quia nulla omnino spes de reditu populi concipi poterat, quandiu stabat monarchia Babylonis. Proinde hæc duo simul coniunxit: nepe euerisionem illius Monarchiæ, & populi, quæ deinde sequuta est, liberationē. Nam vrbis illius altitudo profundum veluti sepulchrum fuit, vbi defossi erant Iudei: quo aperto Dominus populum suum in pristinam vitam reuocavit. Quod imperandi verbo vtitur, plus efficacia habet, quam si nudis verbis & simplici narratione idem significasset: nam magnificè & veleti à tribulacione ipsam compellat: quia mandata Dei profert: deoque audacter pro imperio promulgat quod futurum est: quemadmodum scimus hanc à Deo autoritatem Prophetis datam esse. Ierem. 1. Ecce ego te hodie constitui super gentes & regna, vt euellas & extirpes, perdas & subuertas, adfices & plantes. Nulla enim est potestas quæ authoritati Verbi non subiiciatur. Denique Iudeos in rem præsentem adducere voluit: quia vix mutatio ista concipi poterat, nisi Deus cœlo tonaret. **FILIA BABEL.** Hæc figura satis vñstata est Hebræis, populum videlicet aliquem, Filiae nomine appellare. **VIRGINEM** vocat, non quod pudica aut casta esset, sed quod molliter & delicate instar virginum educata, nullam vim passa esset ab hostibus: quemadmodum prius de Sidone dictum est. Atque hodie idem de Venetiis & aliis quibusdam dici posset, quæ opibus abundant & deliciis, & beatissimæ, hominum iudicio, existimantur. nam hæc rerum conuersio non minus ipsis quām Babylonii extimescenda est: etiam cūm longissimè à periculo absentevidetur. **QVIA NON FIET AMPLIUS:** id est, non amplius applaudent tibi homines, qui te beatam esse exultimabant.

TOLLE MOLAS.) Tota hæc descriptio eò spectat, vt summam apud Chaldaeos mutationem fore demonstret: vt quæ in summō prius honore erat, extrema ignominia & omne genus contumeliis affecta insigne iræ Dei spectaculum præbeat. Hæc enim sunt indicia extremæ seruitutis: sicuti olim vilissimi servi in pilstrinum abdeebantur. Durissimam ergo captiuorum, qui eò redigebantur, sortem esse oportebat. Nam alioqui honestius & liberalius interdum tractari solebant captiuos à victoribus. His verò miserrima proponit conditio, ne dubitent fideles sibi liberum fore exitum, vbi ergastulis inclusi fuerint Chaldei, à quibus tunc constricti tenebantur. Et si autem non legitimus regni proceres tam ignominiosè fuisse deicetos, hoc ad cōplendum vaticinium

ticinium satis valuit, quod seruibus operis addictos Cyrus effeminavit, & ingenios attribuit, & cœgit renuntiare. Iam quia suis lauitiis absque modo luxuriati fuerant, iterum per circumcisos. Hoc dicit ad virginum habitum. Scimus autem puellas plus satis curiosas esse in capillis concubinatis, & reliquo ornatu. Hic ex aduerso statum atque habitum valde dissimilcū describit: neinde a veritate ad calcem usque ignominia, & qualore & fôrdibus contextum iri qui prius exquita elegit nitebant. Virgines vix solent ambulare in publico, saltem viis bene stratis ite facere: at Chaldaeos flumina transeunda esse dicit, & quidam nudis cruribus.

3 RETEGETVR TVRPI TDO TVA.) Concludit superiorē sententiam. Quandiu florenti terum statu portia est Babylon, retinet existimationem suam, summoque honore affecta est, nam sub opibus & potentia, tanquam sub velis, vlera sepequamplurima latet: quæ sublati velis conspicua redduntur, nec sine maxima ignominia apparent. Atque, ut ait Demosthenes, de statu Philippi loquens, ἔστερον τὸν σώματον οὐδέποτε, τὸν μὲν αὐτοποιόντος τὸν πόλεων καὶ τηρίαν τὸν πάντα τούτα τοντούντος, τὸν μὲν πολεμούντος, τὸν δὲ πολεμούντος, τὸν πάντα τούτα τοντούντος, τὸν πολεμούντος, τὸν πολεμούντος. Retegetur enim probra que latebant, cum perturbatur eorum statu, opibusque & copiis spoliantur. Quia & securia, fraudes, & rapines, & periuria, & iniuriae vexationes, & alia scelerata, que in prospero successu honori dabantur, in dedecus cedere incipiunt. VLTIONEM SVAM, ET NON OCCVRRAM HOMO. Nonnulli hinc suppleri volunt, vt homo, ac si diceret, Ne putas tibi cum homine esse negotium, cuius impetum sustinere possis. Et certè aliis locis cum loquitur de manu hominis, moderationem aliquam designat. Hic autem significat nullum remedium relinquere, quod Deus ipsis in nihilum redactus sit. Alij vero trasferunt, non occurram homini: id est, occursum hominis non recipiam, quisquis occurrat, aut intercedat, eis non parcam, nec prenas remittam, nec mitigabo. Atque hic sensus optimè congruit: sed aliquid coacti haber in constructione. Sic enim γένεα accipendum esset passum, quod vix tolerari posset. Præterea non simpliciter ait Propheta, quod non rogabitur, sed quod placari non poterit. Prior itaque expositiō melius fluit, quod ad verborum contextum attinet. Liberum tamen univice sit eam eligere quam voleret. Quamcumque enim expositionem sequarit, summa est, Dominem Chaldaeos delecturum, nec ullum omnino misericordia locum fore. Tantum dico priorē magis probari, quod textui inclusus conueniat.

4 REDEMPTOR NOSTER.) Ostendit Propheta in quem finem Dominus pœnas sumptuas sit de Chaldaeos: nempe in fletu eti populi sui, sicuti prius monuerat. Verum haec sententia multò plus energie habet, quod velut ex abrupto & quasi è somno quodam exergescens loquatur, cum dirutum Babylone videt, que prius alias nationes subiugere, ac pedibus calcare solita erat. Atque hoc nulla alia de causa accidere demonstrat, quam quod Dominus se redemptorem ac vindicem populi sui præberet. SANCTVS ISRAELIS. Ac si diceret, non frustra electum esse hunc populum, & segregatum ab aliis Gentibus: in eo igitur potentia sue specimen edere voluit, itque ideo SANCTI titulum potentiae coniunxit.

5 SEDE QUIETA.) Prosequitur idem argumentū: atque ostendit finem monarchie Chaldaeorum in istate. Quod autem id incredibile videretur, ideo pluribus verbis idem repetit, atque inculcat quod breuis dici potuisset: adeoque hypotyposes illas proponit, vt veluti in rem presentem adducat. Quod sedere ac silere ipsam iubet, pudoris vel probri indicium est. Quanquam potest hoc silentium pristino statui opponi, dū imperabat: quia tunc non modè sublimius veluti è suggestu loquatur, sed personabat magno strepitu, siisque editis totum Oriētem terrebatur: nunc mutata conditione ipsam tacitā sedere iubet: quia non modè terrificas voces edere non audebit, sed ne leuiter quidem fremere. Ceterum quoniam subiicit, IN GREDERE, libenter amplector priorem sensum, vt pudorem significet. Quorum enim mutata in peius conditio est, os suum præ pudore obstruant, & vix hiscere audent. QUONIAM NON FIET AMPLİVS. Seimus quam latissimè monarchiam illam patuisse, multisque ac magnas ditiones sibi subiectas habuisse. caput enim multorum regnum fuit. Prepterea captiuum populum his promiliobus muniri oportuit, atque admoneti de eius casu, vt certam salutis spem animo concepissent.

6 IRATVS FVI.) Occupatio est, qua Iudeos, vt sepius antehac, admonet, ex ilij calamitatem flagellum esse diuinitus infictum: quia si alii hunc profecta esset, remedium non erat in manu Dei. Ergo vt persuasi sint plagas suas ab eodem qui eos perculserat sanari posse, suis peccatis ascribere eos iubet, quod tam duriter oppresi fuerint. Inter ea ad bonam spem hortatur: quia modum castigationi Deus adhibere velit: in modo causam hanc commemorat, cur perdendi sunt Chaldaei, quia Deus qui iustus est vindex crudelitatis & securitatis, multò magis iniurias populo suo illatas vlefecerit. Ceterum priore membro Iudeos ad pœnitentiam vocat: quia tot mala suis sceleribus sibi acceruerint. Deinde Chaldaeos accusat, quod hanc seueri occisionem arripuerint, quemadmodum si quis puerum quem pater castigari mandat, excarnificet. unde sequitur frustra superbit Chaldaeos, quali potentia sua Iudeos subegerint, & abduxerint in captiuitatem: quin potius dum perpetram abusi sunt victoria, & crudeliter captiuos tracta-

runt, merito pœnas daturos esse. Quod autem se iratum fuisse dicit, atque ideo hereditatem suam profanasse, ne putemus consilio mutato, ita fuisse offensum, ut populi sui curam cum fœderis memoria abiiceret: idque patet tum ex euentu, tum ex eo quod populum suum vocare adhuc dignatur, qui tamen magna ex parte erat alienus, quemque optimo iure profanauerat. Sed rationem habet fœderis sui, dum ita loquitur. Originem enim & fundamentum spectat: ut censcantur ex populo Dei qui erant ab Abraham oriundi: tametsi paucissimi verè ad ipsum pertinenter, & inani eius titulo gloriarentur. Itaque nomen Itæ in Scripturis ad affectum Dei referendum non est, qui saluum cupit populum suum: sed ad nos ipsos, qui eum sceleribus nostris prouocamus. Iustam enim irafendi causam habet: tametsi nos amare non definat. Sic igitur profanat Ecclesiastis suam, id est, proflituit, & hostium predæ exponit, ut non pereant electi, nec aeternum fœdus ipsius violetur. Atque interea misericordia sua in medio iste Dominus recordatur, & moderatur plagas quibus in populum animaduertit. Pœnas etiam tandem de iis sumit qui in populum suum leuierunt. Ergo si Dominus ad tempus profanat Ecclesiastis suam, si eam tyranni crudeliter opprimunt, ne concidamus animis, sed ad hanc promissionem confugiamus, Qui barbaram hanc Chaldaeorum immanitatem vultus est, non minus istorum truculentiam vilicetur. Diligenter etiam notandum est, non esse cuiquam victoria abutendum, ut in captiis leuiat, quemadmodum sepe fieri videmus. Homines enim exuta omni humanitate, vertuntur in bellus, neque atati aut sexui pareunt cum superioribus se esse vident: & conditionis sue penitus obliuiscuntur. Hi postquam abusus fuerint potestate sua, tandem impunè easluri non sunt. nam iudicium sive misericordia sentient qui misericordia caruerunt. Quæritur tamen quomodo prescriptum à Deo modum excedere potuerint Chaldae, acsi eorum libido nullo freno cohibetur. Et ubi erit illud, Capillus non cadet è capite vestro sine decreto Patris vestri? responsio facilis est, Quanvis non fuerit in eorum arbitrio modum re ipsa excedere, spectari tamen eorum truulentiam, quia miseris & supplices proflus delere conati fuerint. Sic apud Zachariam de Gentium intemperantia conqueritur: quia cum paulisper iratus esset populo suo, violento impetu ad eum perendum se proiecerint. Crimen vero exaggerat, quod ne semibus quidem pepercissent, quibus reuerentiam naturaliter conciliat ætas. Vnde colligitur quād immutatis fuerit eorum furor contra hostes armatos.

7 ET DIXISTI, ERO IN AETERNUM DOMINA.) Hic Babyloniorum superbiā notat, quod perpetuum sibi dominatum pollicerentur, nec ullo aduerso casu corrue se posse existimarent. Ita prospero rērum statu inebriantur filii huius mundi, atque omnes præ se despiciunt. Hanc verò confidentiam rider Iaías, atque Deo summopere exolam esse ostendit. DICERE hic capitulū pro statu in animo, sicuti paulo post clarius patet. Nec enim sic palam loquuntur superbi homines, sed ita persuali sunt, tametsi dissimulēt. Est aut̄ intolerabilis vecordia, dum homines fragilitatis sue oblieti, à cōmuni sorte se eximunt: quia hoc modo se homines esse obliuiscuntur. Fidelibus quidē sua est securitas, quia protegente manu Dei, intrepide ad omnē discrētū expectandū parati sunt. Interim tamen reputare non desinunt, quia nihil stabile est in mundo, multis incomodis se esse obnoxios. Deo igitur insultant profani homines, quoties stulta imaginatione inter assiduas mundi fluctuationes firmā quietem sibi promittunt. Iam amplificandi furoris causa addit, ne longo quidem temporis progressu moderationes esse factas. Parta enim victoria statim elatos fuisse haud adeo mirum est: sed ferocire in dīc magis ac magis, & captiis insultare immane proflus atque intolerandū. Hoc autem ex superbia, ut dixi, oriebatur: quod vicissitudinem rerū tandem fore, & præclarum illum statū mutari posse non cogitarent. Itaque hæc secunda causa est, cur Dominus monarchiā Babyloniorum cuerterit. NE QVÆ RECORDATAES FINIS EIVS. Aliqui personæ mutationē hīc esse putant, sed hoc nimis coactum videtur, mihi vero dubium non est quin de fine Ierosolymæ loquatur, ut etiā magis receptum est. Dominus enim sepe de Ecclesiastis, καὶ οὐχίων, sine expressione nominis, loqui solet: ut cū erga aliquem vehementer affecti sumus. Impij vero finem Ecclesiastis ignorant, & quorū in eam Dominus animaduertat. Priorū calamitatū insultat: quia proflus deletos vellet ac perditos, nec eos curare Deo esse considerant. Si quis obiciat, hoc Babylonii notum esse non potuisse, nihil ad rem pertinet: nec enim poterat nisi ignotus esse Deus quem colebant Iherusalem. Cū ergo magis efferrarentur in Iudeos, ac ferocirent, Deum ipsum afficiebant iniuria: ac si ipsum & factus quod cum populo inierat data opera conculcassem.

8 ET NVNC AVDI.) Hic Propheta iterum denuntiat exitium Babylonii: atque verbis appositis viritur ad animos piorum confirmandos, ne prospero Babyloniorum statu stupefacti animum despondeant, neque tamē alloquitur Babylonem ut eam afficiat, sed ut pios confortetur. Deliciis vero ebris fuisse adiungit: quia prosperitas, ut Dei donum est, non erat per se damnanda: sed quād proclue sit filiis leculi à lauitis ad arrogantiā probali plus satis notum est. Ad hæc iam exponit ipse quale sit illud Dicere, de quo superiori versu tractauimus: ne per persuadere fibi atque itatuerit ita futurum, ut superbi & arrogantes solent, qui tamen hoc sepe facta modestia dissimulant, nec palam fieri volunt. EGO SVM, ET NIHIL AMPLIUS. Intolerabilis hec

hæc arrogantiæ est, qua se toti orbi præfert, primùm, quod se esse putet; deinde, quod reliquum orbem sibi imparem esse arbitretur: tertio, quod pollicetur sibi tranquillitatem æternam. Ac primùm quidem verè esse nemo dicitur, nisi solus Deus, cui hoc proprium est, Ego sum qui sum. Hac Exod. 3,14.

enim nota discernitur à creaturis. Erupit igitur Deo suum honorem, qui se putat sua virtute subsistere, atque ita Babylon se attollens cum Deo bellum gerebat. Præterea vniuersum mundum afficiebat contumelia, cùm ei se se præferret. Ita superbi homines incipiunt à Deo, ut cum sibi hostem constituant, atque in hemines definint, vt nemine dempto omnes sibi infestos reddant suo fastu. Tertium membrum & quasi cumulus superbius est, quod statum suum æternum fore putet, neque consideret imbecillitatem rerum humanatum: nam quod altius euecti fuerint homines, cùm interdum gravis deprimuntur.

9 ATQVE VENIENT.) Cùm Babylon se extra omnem periculi aleam esse existimat, extreman ei calamitatem Prophetæ denuntiat, quum dicaret le nec viduam nec orbam fore: contrà, utramque ei cladem venturam significat, ita ut misere desituta probroso fit spectaculo. Addit, AD PERFECTIONEM: id est, In solidum, ut nihil omnino defit orbitati: ac tacita est antithesis inter mediocrem penas, quarum sperari potest aliqua mitigatione, ac horribilem Dei vindictam, cuius non aliud est finis quam interitus. Nam quod maiore confiditati clati fuerint impi homines, cùm grauius puniuntur. OB MVLITIVDINEM DIVINATIONVM. alij vertunt Diuinatum: sed mihi videtur nomen hoc rem aut vitium notare potius, quam personas. Exponunt Propter, & accipiunt pro caſali: quo sensu plerunque occurrit in Scripturis: quanquam possit commodè exponi, Chaldæi nihil opis vel subſidijs fore in fallaci, qua turgebant, diuinationū scientia: pro eo quod dicimus vulgo, Non obſtante: ac si diceret, Non impedit diuinatorum vel augurium copia ne hæc Babylonii accidant. Ridet enim fiduciam quam locabant in vanis suis auguribus, a quibus futura prævidendi existinabat: quia tamè paulò post in hac parte magis infisit, libenter recipio hic recenseri inter caſas vindictæ, quod talibus præfigi confitit nihil timerent.

10 NAM CONFISA ES.) Explicat id quod dixit superiore versu, tamē si latius extendi posset; nempe ut fraudes & iniurias, vim & iniustas artes perstringat, quibus Chaldaei in tamam potentiam euecti sunt. nam amplius omnibus ferè regnis accidit quod Archipirata ille dicebat, magna esse latrocimia. Nec enim aliter amplificant ditiones suas quam per vim & iniuriam alios extorquent, atque iustos possidenses expellendo eis suis sedibus, ut soli latè imperent. MALITIA M autem vocat, quā potea magis speciosis nominibus ornatis, Sapientie videlicet & scientia. Sic enim suas astutias facere solent tyranni, dum possidunt rebus & aequi respectu callide populos circumueniunt: sed comprehenduntur à Domino arque deteguntur, ut palam sit eos frumenta inequitatem suam in anibus velis contexti. Ita tibi, possidens sapientiam in sapientia sua deprichet: Iob. 5,13.

di dixit, et explicans, Astutia vocat. Quod mox sequitur, Babylonem putasse flagitiū sua non confici, ad peccandi licentiam spectat, quum enim homines contineat metus vel pudor in officio, qui neque Deum testem veretur, neque homines fore cōscios putat, perrumpit in omne genus leviterum. Verum quidem est, pessimos quoque conscientia aculeis interdum pungit: sed oculos claudendo in torporē non fecus, atque in latebras se demergunt, sensus deniq; suos omnes obdurant: præfertim videmus Deo audacter illudere, ac si uita uirtutis oblinere possit eius oculos, nam quoties simplices fraudare volunt, satis esse putant si non comprehendantur: quasi Deo imponere possint, sed frustra sibi blandiuntur in astutia: Dominus enim larvā ipsi facilè detrahet. Detestanda igitur ab omnibus hæc sapientia, quia homines seipso fallunt, atque exitium sibi accersunt. EGO, ET NON AMPLIUS. Iterum repetit illas blasphemias, ut quām exercitandarint Deo omnes aperte intelligent, & quām propinquum sit exitium omnibus qui gradum suum transcendent.

11 ITAQVE VENIET.) Prosequitur argumentū quod prius attigerat, vanam Babyloniorum fiduciam ridens, qui ex astrorum situ putabant se omnia præuidere. Illis ergo instare dicit quod generaliter cunctis Dei contemporibus denuntiat Scriptura, nempe quā dixerint, Pax & securitas, ut eos repentinus obruat interitus: ac dilucido ignotum illis fore quod vesperi cōpletbitur. Atque ita accidit sibi ex Daniele aperte liquet.

12 STA NVNC INTER DIVINATIONS.) Sic loquitur Prophetæ, ut cum hominibus deplorata soliti sumus, quibus nullæ monitiones profundit, Age ut toles: tandem res ipsa te docebit: teles quid tibi angues ac diuinatores profundit. Porro Stadi verbo alludit ad augurium morē, qui defixi uno in loco manet donec signum aliquod appatuerit. Sic & Astrologi regiones suas in celo designant ad minima vīque pœcta. Si quis de hominibus accipere malit, quia nomen **בָּהַרְמָה** ambiguum est, non adinodum contra pugnabo. si FORTE ROBORES. ac si diceret, Non poteris cladem qua tibi immunit augurium tuorum opera amoliri. Insultat enim peruersi corum confidenti vīquia vbi omnia experti fuerint, nullus sequetur profectus.

13 FATIGATA ES.) Nunc etiam apertius declarat ea quæ prius aliquantum obscurè indicauerat: nempe omnia cōfūsas, quæ iam olim inierat Babylon, ipsi exitio fore. Vanam enim fiduciam.

ciā intus conceptam fovebat ex persuasione potentia & sapientia sua, ac si nulla res ei nocu-
mento esse posset. Nec tantum Consilia vocat, sed Multitudinem consiliorum; vt significet fru-
stra inflati ipsos atque efferris, quantunq[ue] ingeniosi ac periti sint fallendi artifices: quoniam astu-
ta eorum consilia quod plura & speciosiora fuerint, ed plus ipsis molestiae exhibebunt. Generalis
est sententia aduersus eos qui ingenio suo freti, consilia hinc inde captant, & excudunt: pruden-
tiaque sua nixi, quicquid potest excogitari doli vel noxa coaceruant ad opprimendos alios. Deus
enim: omnes eorum machinas dissipat, fraudesq[ue] discutit: sicuti capite zo infautum illicitis om-
nibus mediis euuentum minatus est. Audent, inquit, consilium capere, sed non ex me: telam or-
diuntur, sed non ex spiritu meo. Atque ideo pessimè cedit multorum institutis, quod Deum in con-
silio minime adhibeant: à quo omnis sapientia petenda erat. Nam quod plus fatigunt, eo ma-
iores subeunt molestias: nec fructum ullum consequi possunt. Praeclarè Solomō frustra laborare
dicit, qui manè surgunt, & serò eunt cubitum, comeduntque panem doloris, nam de infidelibus
loquitur, qui non reiiciunt curas suas in Dominum: sed industria sua freti, multa audacter susci-
piunt. Hanc confidentiam ridet Dominus, atque efficit ut tandem frustrati, sentiant quām nihil
sunt peruersa studia & conatus, atq[ue] hoc modo pœnas luant sua temeritatis: cūm interea placide
dormiat dilecti Dei quemadmodum illic habetur: non quod molestiæ omnibus eximantur, sed
quod non fatigent se inani labore, atque euentum omnium rerum suarum Deo commendent.
STENT NVNC. Hic perspicimus quos potissimum consiliarios intelligat Prophetæ: nempe di-
uinatores illos, qui vano scientia nomine seculo populo venditabant, quali futura omnia tenerent
ex astrorum conspectu. Sed de iudicia ista Astrologia, & eius vanitate prius diximus. Si quis
obiciat, istorum non fuisse pericula quæ impendebant amoliri: respondeo, horum monitu id
facturos fuisse Babylonios, si cladem prævidissent. Cūm non præuiderint, sequitur vanissimam
iporum esse artem. Frustra verò nōnulli obtendunt inscitiam artis, non artem ipsam exagitari
à Prophetæ. Alloquitur enim Chaldaeos, à quibus haec scientia profecta est. Sallè autem dicit,
cœlos ab ipsis sociari: quia perinde proferunt sua decreta, ac si stellarum colligatione & cœplexu
constrictum teneret humanum genus. Quanquam si quis malit Incantatores vertrete, sensus non
malè conueniet: & verbum ἡρά vtrunque significat. Etsi verò astrorum ordinem speculari per
se malum non est, longius quām liceat prorumpere dicit Prophetæ, qui obscuros rerum euentus
inde colligunt: ac videtur obliquè speculatores istos opponere Prophetis, quod magis detestabili-
les reddat: quia diuinæ omnes prædictiones extinguant. Vbi enim fatalis necessitas hæc affi-
gitur, necesse est excidere omnia Dei iudicia.

14 ECCE ERVNT QVASI STIPVLÆ.) Hic etiam actius inuehit in Astrologos illos, qui
Babylonii superbiā in ani sua iactantia adaugebant. Solent enim eis modi impostores omnem
Dei timorem ex animis hominum eximere, dum omnia altris attribuunt, ita ut nihil prouidetie
Dei relinquantur. Hinc contemptus Dei omniumque minarum ipsis: quia penè nō attribuuntur
iudicio Dei, sed cuidam fato & complexui rerum quem stulte imaginatur. Haec ratione tam
vehementer inuehit in Chaldaeos, eis que similes fore dicit stipulae accense, que citò consumi-
tur, nec enim ligno comparat, cuius aliquis ad calefaciendum est vñus: sed stipula, ut nihil leuius
aut vanius esse ostendat.

15 SIC TIBI ERVNT.) Postquam Astron omis illis cladem denuntiavit, iterum reuertitur
ad Babylonios: ac denuntiat non esse iis expectandam opem vnde existimabant: nec recum-
bendū esse in vanis cœli illis, quibus frustra se diu multumque torserūt. NEGOTIATORES vo-
cat, quos dicimus vulgo des praktiqueurs: metaphora sumpta à mercatoribus, qui infinitas artes fal-
lendi, omnisque generis imposturas nouerunt. Nec enim pro sua dignitate consultant Principes,
sed pudendis artibus negotiantur. Etsi autem ad socios omnes à quibus adiuti fuerant Chaldaei,
extendere hoc licet: Diuinos tamen præcipue respicit Prophetæ. Cūm addit, A P V E R T I A,
amplificat scelus Babylonis, quod à prima vetustate vana illa persuasione imbuita sit, atque hunc
errorem ingenitum habuerit. QVI SVQ[UE] IN PLAGAM SVAM. Existimant hic Prophetam lo-
qui de fuga Astrologorum, quod vñus quisque salutis sua consulet. Et ego certè assentior, sed al-
lusionem huius est arbitror ad plagas cœli, quas Astrologi diuidunt ac metuunt, ut ex iis pro-
gnostica sua deducat. Ridet igitur vanam eorum iactantiam: Diuertent in plagas suas, sed erra-
bunt: nec illus erit praesidio locus. Si quis ad eorum defectionem trahere malit, quorū opem
præstò sibi fore paratam putabat Babylon, non repugno.

C A P V T X L V I I I .



1 Vdite hoc domus Iacob, qui vocamini nomine Israeli, qui de aquis
Iuda exierunt, qui iurant in nomine Ichouæ, & Dei Israël recordan-
tur, non in veritate, neque in iustitia.

2 Quoniam ab urbe sancta denominantur, & innituntur Deo Israël,
cuius

cuius nomen Iehoua exercituum.

3 Priora iam olim annuntiaui, ex ore meo egressa sunt: publicauit ea, repente feci, et venerunt.

4 Quia cognoui quod durus sis, et neriis ferreus ceruix tua, et frons tua arcuata.

5 Annuntiaui tibi iam olim: antequam venirent indicauit tibi, ne forte diceres, Idolum meum fecit haec: sculptile meum et conflatile meum praeccepit ea.

6 Audisti, vide omnia. Et vos nomine annuntiabitis? feci te iam nunc audire noua et abscondita, que neciebas.

7 Nunc primum creata sunt, non iam olim, neque successu temporis: non audieras ea: ne dicas, Ecce noueram.

8 Certè non audieras: certè non noueras: certè non fuit pridem aperta auris tua: quia sciebam quod transgrediendo transgressus esses. Ideo rebellem ab utero vocauit.

9 Propter nomen meum differenti furorem meum, et in laudem meam moderabor mihi ergate, ut te non succidam.

10 Ecce examinavi te, et non instar argenti: elegi te in fornace afflictionis.

11 Propter me, propter me faciam. Nam quomodo profanabitur nomen meum? Et gloria meam alteri non dabo.

12 Audi me Iacob, et Israel vocate mi. Ego ipse, ego primus: adhuc ego nonissimus:

13 Vtique manus mea fundauit terram: et dextera mea palmo mensa est caelos. Vo- "Vel, susti-
cante me eos," adstant pariter. "nuit.
"Vel, asta-
bunt.

14 Congregamini vos omnes, et audite. Quis in eis annuntias ista? Iehoua dilexit eum. Et voluntatem eius exequetur in Babylone, et brachium eius in Chaldaea.

15 Ego, ego locutus sum, vtique vocavi eum, adduxi eum: ideo prosperè habebit in via sua.

16 Accedite ad me, audite hoc. Non ab initio in abscondito locutus sum. Ex quo res fa-
cta est, ibi fui. Et nunc Dominus Iehoua misit me, et Spiritus eius.

17 Sic dixit Iehoua redemptor tuus, Sanctus Israëlis. Ego Iehoua Deus tuus, docens te
utiliter: dirigens te per viam quam incedis.

18 O si attendisses ad mandata mea! Tunc fuisset uti fluminis pax tua: et iustitia tua ve-
fluens maris.

19 Fuisset ut arena sement tuum, et filii veteri tui ut lapilli eius. Non succideretur, neque
aboleretur nomen eius a conspectu meo.

20 Exite e Babel, fugite a Chaldaea. Voce exultationis annuntiate hoc, diuulgare, offer-
te usque ad extremum terrae. Dicite, Redemit Iehoua seruum suum Iacob.

21 Itaque non sicuti sunt cum per solitudines duxit eos: aquam fecit illis fluere e petra, scia-
dit petram, et fluxerunt aquae.

22 Non est pax, dixit Iehoua impius.

IN CAPVT XLVIII.

VDITE HOC.) Nunc sermonem conuerit ad Iudeos, ut etiam ipsorum, præcipue rationem habuit in toto proximo capite. Nec enim missus erat Ba-
byloniis, sed ita ipsos compellat ut a Iudeis audiri velit, quibus porissimum destinatus erat. Babylonii ergo excidium nuntiauit, ut Iudei liberationem placide expectarent, nec interea ipsorum magnitudine & potētia terrentur, atque his promissis freti, aduersus omnes tentationes iniuncti starent. Cum autem præfacti es-
sent Iudei, nec missis istis fidē haberent: atque præuideret Isaías qualis futura esset in exilio

quoque ipsorum durities, & contumacia: ideo vehementius ipsos obiurgat. Quanta porrò fuerit
 corum incredulitas, magis ex Ezechiele patet: cùm obloqueretur Deo, omnemque fiduciā ab-
 iiceret, nec pluris faceret promissa Dei quā inanē fabulas. Non abs re igitur hac vehementia
 vñus est Iaías, vt ostenderet ab iis summam Deo fieri iniuriam, quod in gratia ipsius recumberet
 nollent. Alloquitur Israēlem, sed qui re ipsa degener, titulo tenus tunc erat Israēl, nec enim ho-
 norificū hoc nomine usurpat honoris caūla: sed potius vt falsam corū iactantiam cōuinat, quod
 frustra illi hoc titulo gloriarentur, à cuius veritate erant admodum alieni. Cur enim hoc no-
 mine à Deo insignitus est Iacob, nisi quod se forte & inuictum in aduersis præstissem? quod
 luçta illa in qua congreſsus est cum Deo, significabat. Nam quum Dominus variis nos arumnis
 exercet, quodammodo in certamen nobiscum venit. Qui igitur hoc nomen cōueniebat poste-
 ritati, si rebus aduersis fracta omnem ex animo spem abiiciebat: Exprobrat deinde quod cùm o-
 riginem ducant à sanctis Patribus, sicut tamen prorsus ipsi dissimiles. Nam per Aquas Iuda me-
 taphorice intelligit fontem & scaturiginem, ex qua Iudei orti erant, nec enim ascensor fudris,
 qui Aquarium nomine sperma intelligunt, quod liquidum & aquosum sit (hoc enim puerile est)
 sed aperte huius similitudo ab aquis ducta, que alicunde oriūtur. Vbi verò eos perstrinxit, quod san-
 ctorum Patrum degeneres essent ac peruersi filii, adiungit fallaciter obtendere Dei cultū, & spe-
 ciem pietatis à qua longè sunt remoti. Quia verò iustisū species est cultus Dei, specimen hic
 pro viuēso genere ponit, synecdochice, quemadmodū enim idololatriæ Deum afficiunt contu-
 melia, dum per idola sua iurant: ita veri Dei cultores Deum honore afficiunt, eius nomen adhi-
 bendo iniuramentis. Profitentur enim se vñi habere Deum, cuius nomine gloriantur. Hic au-
 tem inuehit in hypocritas, qui plenis buccis detonabant nomen Dei, ciuque sepius mentio-
 nem faciebāt: interea verò animis erat ab ipso valde alieni. Propterea dicit, **N O N I N V E R T A T E, N E Q U E I N I V S T I T I A.** Iustitiam autē accipit pro integritate cordis & sinceritate, sine qua
 nihil Deo acceptum esse posset: vel Iustitia & veritas synonyma sunt: quasi dicaret, meram esse
 simulationem & fucum, quod profitebātur se populum esse veri Dei: quia corum persidia men-
 dacium aperte colrieguebat.

P. 2. Q U O N T A M A B V R B E S A N C T A.) Idem argumentum prosequitur, & aliis verbis re-
 fellit mendacem iactantiam: quia falso iactabant se vrbis sanctæ ciues, quam flagitijs & sceleri-
 bus suis fœdabant. Sancta debuit esse Ierusalem, cùm Deus eam sibi cōsecrasset: sed tot tantisque
 inquinamentis confutprata fuit vt nihil ferre sancti haberet. Quales autē deceat esse veros Iero-
 salym & ciues, Psal. 15, & 24. videamus. Sed quum Iudei nullus esset pudor Deo illudere, satis erat
 protegi Templi vmbra. Quod dicit Iehouæ inniti, non loquitor de vera fiducia, sed confiden-
 tia inani. nam vt pij regnabit in Deo, rotibque animo cōquietur: ita hypocrita falso nomen
 eius obredunt, vanaque persuasione inebriantur, & securi omnia contineunt: confidenter e-
 etiam iactant istas voces, Deus nobis aderit, nō reiciet populum suū: acsi Deus ipsorum nequit
 fauere vellet. Denique cùm pedibus calcando, magnifice predicat sibi esse salutis fulturā, atqui
 ne existimat ludibriū hoc sibi impune fore, admonet Propheta, dum ita transfiguratur Deus
 ab hypocritis, nihil minui de eius imperio. Nam quod Deum exercituū vocat, hoc addit ad com-
 minationem, vt intelligerent Deum, cuius nomen falso obtinebant, satis potenter fore ad ipsos
 puniendo, ac minimē tandem passurum se ita ludibrio haberi.

P. 3. P R I O R A I A M O L I M.) Accusat Iudeos ingrātitudinis: quod diffidant Deo, qui nullum
 non specimen edidit sive bonitatis, sive eos in vera fiducia confirmaret. Omne ergo iis excusa-
 tionem adimit, cùm se priora annuntiasse dicit. Videtur autem loqui, non de exitu Babylonico,
 sed de aliis beneficiis que. Dominus in gentem illam contulerat: acsi diceret, Deum iam multo
 prius tempore cōpissle predicere populo suo quæ ventura erant: nec quicquam promisisse, quod
 re ipsa non præstiterit: nec tamen populum post eum experimēta liquidæ & indubia veritati fi-
 dém habere. Potest etiam dici, Prophétam non solum eos qui tunc viuebāt, sed qui postea in ex-
 ilio viūcti erant, alloquuntur esse: vt cū accidisset hec calamitas, iam anteā predicātum esse co-
 gitarent. Hanc enim prophetiam Deus celebrem esse voluit, vt tempore exilii scirent huc fortui
 tāqñ esse, & eonfolationem aliquam p̄cepissent. Eos igitur obiurgat Iaías, quod cū verita-
 tem rei cognoscant ex ipso euēt: tamen opus Dei agnolcere, eique fidem habere non possint.
 Ac merito sanè in ipsos acerbè inuehit, & eorum peruvicaciam accusat. Deo enim manū porri-
 genti obſtiterunt, atque ipsius gratiam respuerunt: rediūt sibi in Iudeam permissum iri nō cre-
 debant: & cum patet facta est via, vix patet animus & redeundi fuit. Alij sibi melius esse existima-
 bant in Babylone, quā moleftias & pericula itineris subire. Alij suspicabantur astutē edici à
 Cyro vt redirent: vt detectis cordū animis, vel opprimeret ipsos, vel durius tractaret: nēque cōli-
 derabant hac à Deo predicta, nec esset vētura esse, nec posse vlla hominū potētia impediri. Sic
 itaque accipio istas predicationes de quibus loquitor Propheta, vt vētora quidem oracula com-
 prehendantur, quibus predixit Dominus Abrahā, semen eius captiuū fore, postea verò resti-
 tuendum in prælitinam libertatem. deinde suo ordine accedent alia vaticinia, que etiam diuerso
 tempore sequita sunt: nam hoc ipsum subfinde aliis atque aliis temporibus confirmatum est. Ni-
 hil

G. 15.3. P R I O R A I A M O L I M.) Accusat Iudeos ingrātitudinis: quod diffidant Deo, qui nullum

hil ergo vñquam à Domino prædictum esse ostendit quod non euentus rei comptobaret.

4 QVI A COGNOSI QVOD DVRS 1^o.) Ad verbum est, Propter scire meum, vel, à meo scire. Hic Dominus testatur per Prophetam se ob duritatem populi de rebus futuris loquuntur esse; ac si diceret, se plus ei præstribus quam debebat, non quod vñcum hunc finem spectaverit; quia sicimus præcipuum doctrinae vñsum ad pios referri, qui placide ad obscurum flectuntur, & libenter obedient; sed Ieremia, cui negotiorum erat cum præfatis hominibus, merito dicit, nisi infanabilis esset eorum prauitas, Deum optimo remedio vñsum esse, multis subinde vaticinis Legem suam comprobando. Quemadmodum igitur futuri prædixerat Patribus, ita se cunctem cursum sequi ostendit, vt periuaciam populi & duritatem vincat vel emoliat. Cetericę eorum, NERVVM ferreum vocat; quia fleti nequit. Nec quidem duri sunt, sed tamen flexiles; hic nullum flexum esse dicit; quia sunt indomiti. Addit FORTES TEMPERAM: ut impudicitiam noteat. Duo autem sunt quibus in officio retineri possimus; primū, si dociles sumus, & restem moranti aut iusta præcipient obretemperemus; deinde, si cùm in aliquam turpitudinem lapsi sumus, tāgat nos ingenuus pudor, vt nos facti nostri peniteat. Vbi haec defant, perdite nequit signum est. Haec igitur duo argumenta deplorare gentis notauit, quod indocilis esset, atque impudens. Et tamen Dominus cùm aliter mederi non potest, prauitati quoque nostra co-sigie indulget, vt de futuris rebus admonitos velit. Ita siccè quodammodo vertit in omnes partes, vt nos ad se reuocet, atque in viam reducat.

5 ANNVENTIAVI TIBI.) Iterum repetit eandem sententiam, vt cùm populus ereptus esset ē Babylone, agnoscere beneficium Dei, nec idolis aut fortuna hanc liberationē tribueret. Si queratur, cur idolorum mentionem faciat Propheta, cùm vnius Dei cultum Iudei profiteretur: respondeo, sic iam depravatos suis consuetudine Gentium, & degenerasse in superstitiones, vt Dei prorsus oblitus essent. Quia de re conqueritur Ezechiel, in ea visione qua videbatur tibi Ierosolymam transiret, sanctorium Dei variis idolis conspurcatum intueri. Non abs te igitur ad unum Deum authorem ipsos reuocat, vt ab eo se redemptos esse agnoscant. NE FORTE DICES. Significat inexcusabiles fore Iudeos, nisi agnoscant beneficium Dei, cùm emissi fuerint ē seruitute, quod enim tam longo prius tempore prædictum erat, fortius accidere non potuit. Dei igitur præscientiam coniungit cum virtute; ac non tantum haec ab ipso prauisa, sed etiam præbita esse significat. Hic autem quasi in speculo nobis statuit ingenij nostrī malignitas, que semper excoigitat quomodo Deū ipso fecit sua laude. Quoties vel nobis opitulatur, vel illa in parte beneficium se præstat, quasi portæta manu ad se nos inuitat. Interea mundus, quasi data opera refragari velit, aliò deriuat quod à Deo profectum est: vt videmus in Papatu omnia Dei beneficia sanctis mortuis perinde adscribi ac si Deus altum somnum dormiret. Quare necesse est fulgere doctrinae lucernam, que iudicium nostrum regat, nam in operibus Dei confidetandis perpetram semper errabimus, nisi ipse Verbo suo præluceat. Sed nunc quoque multis idem continet quod in gente sua deplorat Ieremia, vt ne admonitus quidem idola tibi fabricare desinat, que velstant Dei spoliis. Clara voce testati sunt Petrus & Ioannes se non meritis aut pietate sua miracula edere: videmus tamen vt inuitos & reluctantes onerent Papistæ. Etsi autem que eueniunt non antea prædictit Deus, non minus tamen ad damnandam nostram ingratitudinem valebit Legis & Euagelij doctrina, quam si opera, quorum authorem se illic assertit Deus, vaticiniis testata essent.

6 AVDISTI: VIDE OMNIA.) Hinc magis perspicuum est, Prophetam loqui de exilio futuro, & redemptione quæ postea sequutura erat: in quo voluit tuus sui temporis hominibus, tum posteris consulere: vt hi non proficerent iij qui tunc viuebant, posteritas saltem monita, relipisceret. Fit enim se penumero vt Prophetatum doctrina præsentes atque audientes parum moueant: interdum etiam ludibrio habent: posteri vero meliore animo ipsam admittant. Quod aspiceret iubet, nonnulli existimant Prophetam ita clementem rei proponere, ac si diceret, nihil à Deo dictum esse cuius veritas non collaret. Sed ego hanc dictiōnē nō aliter interpretor, nō répē. Cùm Dominus loquutus sit, officij tui est expendere verba, & te attentum præbere. Vnde obliterandum est, fieri nostro torpore vel discordia vt nobis statim effluant quæ proficiuntur ex ore Dei, ac frustra obici a multis ignorantie prætextū: quia Dominus satis dilucidè aperit quidquid cognitum vtile est, si sedolò & qua decet attentione qui audiunt expéderent. Plus deinde quiddam requirit Dominus à populo suo, quam vt intelligat & consideret sermonem suum: nempe vt prece sit ac testis miraculorum quæ expertus est. Et certè ea lege suos instituit, vt alios deinde ad eandem fidei confessionem adducant. I AM NVNC tantundem valet ac si diceret, Obserua hunc diem, quo Dominus tibi per os meum prædictit ea quæ nesciebas. Hac enim humana cœcatura apprehendi aut præunderi non possunt.

7 NVNC PRIMVM CREATA SVNT.) Ostendit Propheta se non disputare de rebus notis, aut ipso vñ compertis: non tantum vt arrogantium corrigit, quæ ingenita est omnibus hominibus (sibi enim arrogant quod solius Dei est) sed etiam ne fortunæ aut alijs cauſis, huius rei pars vlla tribuatur. Variis enim modis homines Deo gloriam suamcripiunt, omnésque a-

Ezech. 8.3

Act. 3.12.

nimi sensus in id intendunt, ut inter creaturas partiantur quod ipsius tantum est: vt nudum ipsi & inane nomen relinquant. Ne igitur populus existimaret le vietū Chaldaorū potentia, aut deinde humanis viribus aut fortuio restitutū in libertatem, ideo toties repetit atque inculcat, hoc Dei opus esse. Quod audisse negat, quidam exponunt populū respusile monitiones Dei, nec fānis consiliis obtemperasse. Sed ex illo alium esse Prophetæ sententiam: nēpe quod humanitus sciri non poterat, & quod incognitum fuerat Iudeis, fuisse ita patefactū vt nequeant Spiritum sanctum sua laude fraudare: idque satis ex contextu liquet.

8 SCIEBAM QVOD TRANSGREDIENDO.) Significat h̄c Dominus se non frustra urgete, ac tantopere instare vt populus agnoscat se ab ipso castigatum, ac tandem eruptum ē tantis miseriis. Nam (quæ erat peruicacia populi illius) cōqueri poterat, frusta h̄c toties repeti, atque obrudi. Prophetæ nihil mitum esse respondet, quod negotium sit cum obstinatis. Atque ita aliis verbis confirmat quod nuper dixit de ferreo ceruicis neruo. Summa est, quum gentis illius peruersiras probè nota esset Deo, nihil ab eo fuisse omnissimum vt eos sibi addictos teneret: & quum certis documentis satis supérque fuerint conuicti, eō minus esse excusabiles. Postquā verò detrahit laruam huius populo, qui falso Israēlis nomine gloriabatur (vt antea vidimus) nouum ei titulum imponit, atque rebelle vocat. **VTERVM INTELLIGO,** non primam originem ex quo populus censeri cōpit: sed ex quo à seruitute Ägyptiaca liberatus est, nam ea liberatio fuit veluti quadam Ecclesiæ iustitas. Populus vero, tamēsi immensam Dei bonitatem expertus, perfidè cum ipso agere non desit, magisque ac magis praeuaricatus est, vt meritō ipsum rebellē ac praeuaricatorem vocet.

9 PROPTER NOMEN MEVM.) Postquam exprobrait populo malitiam quæ ab initio patribus ingenita ad filios & nepotes transierat, nunc admonet sua misericordia eis superstitiosos, qui digni aliquo fūlēt centies perire. Duplex autem huius admonitionis vsus fuit: quia oportuit fideles sustineri, ne in exilio deficerent. Deinde vbi data est redeundi libertas, nō minus operi: represtitum fuit eos humiliari, vt mero & gratuitō Dei benefacito acceptam referrent suam liberationem. Arque hinc perspicimus superiorē obiurgationē cō pertinere, vt populus inteligeret nullo eius merito accidere quod Dominus ei manum porrigit vt eum ē sepulchro Babylonis educat: quandoquidem extremo exitio dignus erat. Quod igitur nunc quoque nobis parcit Dominus, quod pœnas mitigat aut remittit, quod denique villam nostram rationem habet, id omne à sola eius gratia proficiunturne quid vllis hominū meritis aut satisfactiōnibus tribuamus. Atque hinc concidit sophistarum distincō, sicuti iam aliis locis docuimus, de remissione pœnæ, quam gratuitam esse nolunt, quod satisfaciendum sit Deo. At h̄c gratuitō remitti propter nomen Dei, testatur Isaias. loquitur enim de pœna quam meritō poterat Iudeis infligere. Iustissimam enim causam delendi populi huius habebat, nisi gloriam suam tueri voluisset.

10 ECCE EXAMINAVI TE, ET NON INSTAR ARGENTI.) Ostendit Dominus se ei⁹modi temperamentum adhibere in castigandis suis, vt eorum saluti prospiciat. Prius dixerat se ideo pepercisse ipsi⁹ vel parsurum, quod rationē haberet gloriæ suæ: nunc significat se plagas quidem infligere, sed ei⁹modi, vt līnt ipsi⁹ salutaires, nam probandi atque examinandi causa ipsos castigat. probamus autem quod perditum nolumus. Cum ergo hunc finem propositum habeat, sequitur ipsum salutis nostræ prospicere. Porro anticipandi causa examinis meminit, ne quis obniceret Dei indulgentiam minime in tam duris afflictionibus apparere. Maturè igitur occurrit Prophetæ, & admonet quanvis non penitus ignoscat Deus, clementer ramen agere cum suis. Hoc etiam addit, quod non examinat nos instar argenti, quia penitus absumeremur. nam in argento aliquid est purissimum nobis verò nihil præter teoriam reperiatur: inō nisi Deus argentum nos efficeret, non secus ac palea vel stuppa in cinerem & nihilum redigeremur. nihil certè puri eliceret ipsa castigatio. Ergo in ipso examine considerat Dominus quid ferre possimus, ne ultra modum progrediatur: similiusque arcana Spiritus sui virtute facit ne profectū careant pœnæ, quæ alioqui exitiales nobis essent. **ELIGERE** h̄c accipit pro Discernere. Eligimus enim quod conseruare & tueri cupimus, quemadmodum prius in eadem significatione dixit, Eligere bonum, & reprobare malum. Hoc igitur verbo docet quantum differant pœnæ quæ irrogantur pīs, ab iis quas impīj sustinent. Illis enim in exitium cedunt: nos verò tamēi vrat atque secerit Dominus, tamen acceptos habet, atque benevolentiam erga nos suam retinet in mediis afflictionibus: inō efficit vt inde examinamus probatores, atque sacrificium boni odoris ipsi⁹ simus. Denique intelligit Deum etiam vbi videtur suos consumptioni addicere, nihilominus esse illis propitium.

11 PROPTER ME.) Idem repetit quod antea dixerat, sed interrogationem subiungit, qua vtuntur Hebrei, cūm de rebus absurdis verba faciunt, Fierine potest vt profanetur nomen meum? Secundum membrum quod addit, **GLORIAM** meam alteri non dabo, est vice explicationis. Nunc ergo pluribus exornat. Iaīas quod antea perstrinxerat paucis, atque altius paulo assurgit. Nec est nuda explicatio prioris sententiae, sed potius exornatio ad maiorem confirmationem.

mationem. Significat autem his verbis, homines quantum in ipsis est profanare nomen Dei, & gloriam ipsius alio transferre: sed Dominum admirabili prouidentia sua occurrere huic malo, atque efficere ne gloria sua concidat. Tamen ergo nostra culpa prostruit nos gloriam Dei, tamen ipsam tuebitur, dum nostri vindex erit. Hinc mira consolatio ad nos redit: quod Dominus salutem nostram coniungit cum sua gloria: vt iam ahis locis annotauimus. **N O N D A B O.** id est, non patiar mihi eripi gloriam meam. Hoc futurum erat, si deleto ac perditio populo derisus esset Deus Israël. vt solebant impii eiusmodi blasphemis insultare populo Dei, dum opprimebatur, Vbi est Deus eorum? Similem porrò rationem afferebat Moses, cur Dominus populum in **Psal. 79.10** vniuersum delere nollet: Ne forte, inquit, hostes eorum id sibi arrogent: ac dicant, Manus nostra **Deut. 32.27** excelsa, & non Dominus fecit hac omnia. Et certè vbi Dominus ira sue signa profrens terram incutis fidelibus, vnicum hoc asylum restat, cum adoptionis sua fore memorem, ne impiorum maledictis factum suum nomen exponat. neque solum his verbis Propheta ad gratitudinem hortatus est populum suum, vt frateretur merae Dei gratiae se esse incolunem, sed precandi materiam suggestis suis, & clypeum quem desperationi obicerent.

12 AVDI ME IACOB.) Quorsum aeternitatem suam prædicet Dominus, antea di- **Cap. 41.4,** Etum est, nempe, vt ipsum sibi perpetuo constare intelligamus, nec cum ex ingenio nostro me- **G 44.6** tiatur. Admonet autem vt ipsum audiamus: quoniam ideo hallucinamur, & abdecimur falsis opinionibus, quod ei aures accommodate nolimus. Cum Israëlem à se vocatum dicit, tacitè opponit hanc sententiam reprobationi, cuius meminit initio capit. Ostendebat enim Iudeos sibi falso arrogare hoc nomen, eoque inaniter gloriari, quod veros se Israëlitas non præberent. Hic verò pronuntiat Israëlem eum vocatum suum, perinde ac si pater aliquis filium suum obiurgans, plurimum vocaret, ac deinde nihilominus ipsum pro suo agnoscet: ita Dominus Iudeos, sic degenerasse ostendit, vt meritò ipsos reuiat: sed quanvis indigni sint tanto honore, tamen habere rationem sue vocationis, quam nulla hominum ingratitudo aut nequitia irritam facere **Rom. 3.3.4.** potest. In continuationem significat hoc loco, nihil enim aliud docet, quoniam Deum sibi perpetuo **G 11.29** constare, nec variare more hominum, aut consilium mutare. Propterea dicit se primum esse ac nouissimum. Ceterum, hic etiam notandum est, Israiam non concionari de aeterna Dei essentia, sed hanc doctrinam ad usum nostrum accommodare, vt cundem erga nos ipsum fore sciamus qui semper fuit: deinde ut discernere eum ab idolis meminerimus, ne mentes nostræ vagis figurantis abstractæ, ab eius timore excedant.

13 VTIQUE MANS MEA.) Hic clarius explicat Propheta quid voluerit superiore versu. Posquam enim de perpetua & constanti erga nos Dei voluntate concionatus est, eius quoque potentiam prædicat ab operibus quæ ipsi quotidie intuemur. In iis Dominus se quodammodo nobis conspicendum præbet, atque è sacrario suo prodiens, ad nos ipse per ea appropinquat. **MEUS** sine Mensa est, siue Sustinuit virtus, idem sensus erit: nec multum in verbi interpretatione laborandum est. Nam Merenti verbo admirabilis Dei sapientia notatur, quod immensum cœlorum spatiū tam apta proportione vndique equauerit, vt neque terra proprius esset, neque ab ea remotus, quoniam vt vte ad ordinis conseruationem esset, ac in tanta vastitate nihil esset hincū, vel deforme. Si magis arrideat verbum Sustinendi, est hoc quoque non vulgare sapientie & virtutis Dei elogium, quod ingentem cœlorum molem in continua agitatione sustinet, ne labascat vel inclinet in hanc vel illam partem. Sed posterius membrum, vbi præstò omnia ad suum mandatum adeste dicit, plus quiddam habet difficultatis: nam potest referri vel ad primam creationem, vel ad perpetuam administrationem mundi. Si ad primam creationem referamus, futurum **τοῦ**, erit loco præteriti, Similatque iussit Dominus vt extarent, protinus obsequuntur sunt, sicut habetur in Psalmō trigesimo tertio, Dixit, & facta sunt. Atqui **Psal. 33.9** si placet hic sensus, quod subiungit **PARTER**, non satis conuenire videtur cum historia **Gen. 1.2.6** creationis quam Moses refert. Nec enim cœlum & terra uno momento creata & ornata sunt. primum enim res erant incondita & confusa: quas Dominus postea digessit. Solutio facilis est, quia nihil aliud significat Propheta, quoniam Dominum solo nutu creasse omnia, formaque cœlo & terræ dedisse, ita vt statim eius mandato patuerint. Ego verò libentius extendeo ad perpetuā mundi administrationē, acsi diceret, Cœlum & terrā imperio Domini obsequi, & vocie eius obtemperare, & quæ longissimè dista sunt incredibili consentiū vltro citroque occurtere, non fecis ac rotæ eodem motu feruntur: Tamen longo interhallo cœlum à terra disiunctum sit, tamen vocem Domini vbiique exaudiri. Nullus igitur nuntius ad significandam voluntatem suam, sed nutu omnia, etiam momenta, exequitur. An illus est Princeps qui suos vbiique ministros habeat eius nutui obsequentes? Minime verò. Immensa est igitur Dei potentia, longeque & latè patet, & ad vniuersas mundi partes extenditur, quemadmodum testatur Scriptura, **Psal. 47.3** atque experimento fidei percipimus.

14 CONGREGAMINI VOS OMNES, ET AVDITE.) Minime profectò dubium est quin Propheta Iudeos compellat, tametū hīc nihil pronunciat quod non debeat agnoscī ab omnibus. Sed quia incredulishominibus & profanis defunt aures, ideo ipsos ad audiendum

non inuitat. Scimus Iudeos hac prærogatiua præ cæteris nationibus donatos, quod Deus sese
Psalmus 76.2. illis patefecerit. Notus in Iudea Deus, inquit Psaltes: magnum in Israele nomen eius. Quod
Canticum 147.19. minus excusabilis erat eorum vel socordia vel peruvicacia, dum suam felicitatem pro nihilo fe-
 re ducebant. Vnde enim tanta leuitas vel ad defectionem propensio, nisi quod inestimabilis
Romanus 3.2. celestis doctrina thesaurus nullo aut vili in pretio apud eos erat? Digni ergo fuerunt quos gra-
 vius & asperius obiurgaret Propheta, sicuti in eos inuechitur, oblique perstringens quod
 maligne & peruersè ad obscurandam Dei gratiam inter se conspirent. Videatur genitum Deus hinc
 permittere Iudeis, ut si quid habeant quod obiciere possint, in medium proferant: quemadmodum iij qui freti bonitate cause, aduersarios provocare audent: Adduc rationes tuas: si quid
 in te est acuminis, ostende. Vlrorè igitur lacessit ipsos: ac liberum facit, ut si qua ratione possint,
 ostendant talia à diis Gentium nunitiata esse. Licebit etiam extendere ad Diuinos & augures qui
 sibi arrogabant scientiam rerum futuratum, à quibus haec nullo modo prauideri potuerunt. At-
 que in eundem sensum repetet ea que sequentur proximo versu: Ego, ego loquutus sum. Huc
 tendit summa, Iudeos ideo vacillare, imò excidere, quod non sat, astiment quām singulare
 bonum sit, cognoscere ex sacro Dei ore quicquid ad salutem expedit. Continuò post speciem
 vnam designat: quia iam Deus finem exilij Babylonici dignatus fuerat illis prædicere. Cyrus
1. Samuel 10.10. huius gratiae ministrum non nominat: sed quasi de homine certo & noto loquens, suppresso
 nomine dicit electum esse diuinitus, qui Babylonem expugner. Dilectio autem non simpliciter,
 sed ~~opus~~ n accipitur: ideoque ad felicem expeditionem euentum restringitur. sicuti Saul
 secundum quid Deo charus fuit, ut ad tempus regnaret: atque etiam prædictus esset dono Pro-
 phetiae alia piorum ratio, quos Deus immutabili amore complexus, nunquam à se excidere pa-
 titur. Significat autem Cyrus ideo expugnatorem Babylonem, quod Deo authore & duce o-
 pus hoc suscipiat, non data quidem opera, sed quemadmodum Deus vel inscos & cacos quod
 vult impellit, vel ab iniuitis obsequiis extorquet: nec enim voluntaria obedientia laudatur in
 Cyro, sed petius extollitur prouidentia Dei, qua dirigit cunctos mortales ad exequendum suū
 consilium. **B R A C H I V M E I V S.** Aliqui in accusatio legunt, alii in nominatio. Sed pa-
 rum est discriminis, quod ad sensum attinet. Potest autem Brachium accipi pro Operc, idque
 metonymicè: atque hic melius fluer oratio, Consilium eius exequetur in Babylone, opus eius
 in Chaldaea. Scimus enim hoc Prophetis peculiare esse, ut Opus Domini & Consilium simul
 coniungant. Obliquè vero exprobavit Iudeis ingratitudinem suam, quod Deo pollicenti fidem
 adhibere nolint, tametsi rem ipsam velut digito ostendat: ac longè alter loquatur, quām aut
 Diuini, aut fūtitij dij solent. In lamma, vult persuasum esse Iudeis, opus Domini forte quod Cy-
 rus Babylonem expugnabit. Omnia enim auspiciis eius peragat, idque ut tandem Ecclesia libe-
 retur.

15 I D E O P R O S P E R E H A B E D I T.) Iterū ad varicinia reuocat Iudeos, atque hunc
 honorem Deo vindicat, quod re in tempore prædicta omnem dubitationem abstulerit. Deinde
 addit ratum fore quicquid prædictum fuerat. Ergo in promonime repeito duplex subest em-
 phasis, non alium quām Israëlis Deum de rebus futuris & abfconditis loquutum esse: deinde,
 quia verax, neque vnuquam fallit, eorum omniū de quibus testatus est eucentum fore indubium.
 Itaque in fine versus copulans, pro illatuia accipio, ac duos hinc sibi fines proponit Isaías. Pri-
 mū, ut Iudei captivi liberationem expectent: deinde, ut liberati agnoscant Deum tanti be-
 neficij authorem: neque existimet hæc vel hominum ope, vel fortuitò accidisse. Ideo vero
 prosperè celstra Cyro omnia significat, quod cum vocari: non quod dignus esset tanto benefi-
 cio, aut sua industria aut potentia id consequitus sit: sed quod Dominus eius opera ad liberan-
 dum populum suum vti vellet. Nam quod **D I L E C T Y M** vocavit superiore versu, atque hic
 v o c a t u m & adductum dicit, nuper admonui non esse referendum ad amorem Dei, quo nos
 adoptat in filios, & ad se vocat. nec enim ita dilectus fuit aut vocatus Cyrus: qui tametsi magnis
 virtutibus prædictus esset, maximis tamen virtutis laborauit, ambitione & libidine dominandi, a-
 uaritia, crudelitate, aliisque virtutis: & qualis esset, infelix eius exitus demonstrauit. Intelligit
 ergo Propheta Deum Cyro propitium esse, ut eum externa benedictione prosequatur, non ut
 ipsum adoptet, atque ea gratia dignetur qua electos solet. Specienda enim causa est ut eum
 his nominibus vocet: nempe quod eius ministerio ad liberandam Ecclesiam vtatur, sicuti iam
 antea dictum est.

16 A C C E D I T E A D M E , A V D I T E H O C.) Iterum compellat Iudeos, eosque
 accedere iubens, quasi obuiam prodit ut eos humaniter recipiat. Interim tamen oblique per-
 stringit eorum defectionem, quod sana doctrina capaces non essent, nisi se colligerent ab errore. Hoc portò non leue crimen fuit, à Deo tam procul temotos esse, cui familiariter coniuncti es-
 se debuerant. Longè vero abeant non loci interuallo, sed animi consensu. Hic ergo accessus est,
 ut positis affectibus nostris ad ipsum audiendum parati simus. Atque hoc ab eius gratia profi-
 ciens necesse est, nec enim ita comparati esse possumus, nisi nos ad se adducat. **N O N A B**
I N I T I O. Hunc locum variè exponunt interpretes, multi ad Christum trahunt, cùm ta-
 men

men nihil tale voluerit Propheta. cœnanda autem sunt nobis violentia & coacta interpretationes. Alij de Propheta ipso interpretantur: sed nihilo magis conuenit. nec enim hic sermo homini congrueret. Existimo igitur Deum loquentem ab Isaia introduci, ut ingratitudinem populo exprobret, quod ab initio, id est, ex quo se patefacere coepit patribus eorum, haud obfucare aut clam locutus sit. unde sequitur, quicquid in illis fuit ignorantia, debuisse eorum malitia imputari, quia lucem sponte fugerunt. Quod dicit se adfuisse quum res facta est, tantundem vallet ac perfectum fuisse eius virtute & manu quod ote prodiderat. Merito itaque predicat se de-disse præsenti. e sue signa, quum omnia prestanto non solum vaticinia comprobauit ipso even-tu, sed monstrauit suo arbitrio gubernati que fortuita putantur. In summa, commemorat ve-tutas Dei promissiones & complementum ipsarum, ut Deum sui similem perpetuo fore ostendat. Qui dicunt Isaiam adfuturum spiritu, quum Dominus populum suum reducat, torquent Prophetæ verba, nec quicquam afferunt quod eius menti conueniat. **E T N V N C D O M I N V S I E H O V A M I S I T M E , E T S P I R I T U S E I V S.** Nunc de se subiungit Isaias, atque superiori doctrinae accommodat hanc sententiam, ac testatur Deum illum, qui ab initio locutus est, per ipsum loqui. itaque sic habendam esse fidem iis qua nunc Deus per ipsum loquitur, ac si palam adferet. Hinc utilis doctrina colligenda est: nempe, miracula omnia qua edidit Dominus, in me-moriam reuocanda esse, vt veritatem ipsius in animis nostris obseruemus. Nec enim leue argu-mentum est, quod Dominus ab initio certum habuit populum, cui se patefecit, quem docuit, cui certa promissa dedit, ac prestatit, nec cum vniuersam vel minima in re fecellit. Omnia enim suo tempore prescrita atque impleta sunt. Ad huc igitur exempla, quoties incidit aliqua dubitatio, confugiendū est, Deus semper adfuit suis: non est nunc primum locutus: nec verò obscuris am-bagibus populum suum delusus: sed planè & aperte locutus est. Testatur ergo Propheta se nihil adferre suum: sed nullum à Deo, qui se fideliciter comprobauit. Spiritus mentionem facit, non quasi diuersum aliquid à Deo significet, cùm eiusdem sit cum ipso essentia. nam in una Dei es-sentia agnoscimur tres hypostases: sed ideo Spiritum nominat, quod sit unicus magister ac direc-tor omnium Prophetatum. Paulus ait neminem posse Iesum Christum dicere, nisi in Spiritu. **I. Cor. 12. 3.** Atque paulò post, diuersa Dei dona esse ait: sed unus & eundem Spiritum esse, qui omnia effi-cit in omnibus. Hic etiam aperte probat diuinitatem Spiritus, cùm ab eo Prophetæ mittantur. **nam: eos mittere solius Dei est;** quemadmodum am sola Principis autoritate legati mitti solent. id cùm Spiritus faciat, cùm dirigit ipsos, atque vim & efficaciam iis praebat, procul dubio Deus est. Colligimus etiam ex hoc loco, eos qui hac Spiritus directione carent, tametsi se à Deo missos iacent, repellendos esse: veluti Papisticas illas luporum cohortes, quæ Pastorum & Doctorum nomine gloriantur, & missionem impudenter iactant, cùm alienissimi sint à Spiritu Dei & eius doctrina. Frustra enim iactant se à Deo missos aut inauguratos, cùm donis Spiritus instructi non sint, que necessaria sunt ad tale munus execendum. Porro Spiritus afflatum obtendere, quum siue prorsus vacui sint, ac ne minima quidem doctrina scintilla prædicti, nimis putidum est: se-debunt scilicet cornuti Episcopi: nota crit maioris partis inscita: amò vix ex trecentis decem re-perientur qui modicè gultauerint rudimenta pietatis. quid stultus est, quam iactare talem con-fessum regi à Spiritu?

17 Sic dicit Iehova.) Hunc versum cum quatuor proximis vñā coniungo, quod eodem pertineant, atque iis Dominus liberationem populo suo promittat: sed ita ut prius ostendat ipsum culpa sua in seruitutem redactum esse: ne scilicet obloqueretur populus, atque obii-ceret, satius fuisse ipsum in patria retineri, si Dominus ei adesse vellet, quam abductum reduci. Nam minor gratia habetur medicis qui curant morbum quem præcauere potuissent. Occurrit igitur Propheta, ac dicit hoc populi culpa accidisse, qui poterat hoc excidium vitare, si ad man-data Domini attendisset. Hanc igitur iustam nequitix populi mercedem esse ostendit. Nec enim pridem sterterat per Dominum quin populus bene haberet, sed eius gratiam respuerat. Et tamē Dominum bonitatem sua hanc nequitiam superaturum docet, quod populum suum perire nolit, tametsi ad tempus ipsum affligat. **D O C E N S T E V T I L I T E R.** Intelligit talen-*c*esse doctrinam Dei, ut populum sartum & tectum (quod aiunt) seruare possit, si modò in ea conquiescere vellet. Docet autem nos Dominus non sua causa, sed ut salutem nostram consulat. quid enim utilitatis ei afferre possemus? Ergo per doctrinam uniuersique nostrum prospicit: ut ea instructi prospero rerum statu fruamur. Sed cùm in gratitudine nostra respuumus beneficium ultrò oblatum, quid supereftnis ut militer per camis: Merito itaque exprobret Iudeis Isaias, nisi seipso standalient doctrina fructu, nihil quod vt. le esset in salutē tuille illis ecclatū. Quod si de Lege hæc dicta sunt, Dominū per eam utiliter populum suum docuisse, quid de Euangeliō dicemus, quo plenissimè omnia qua nobis vtilia sunt declarantur? Hinc etiam apparet, quam execranda sit blasphemia Papistarum, qui periculosa ac noxiā esse sacerdoti Scripturae lectionem aiunt, ut simplices ab eius lectione absterrent. An verò arguent Deum mendacijs, qui utilitatem eius prædicat ore Pro-pheta: tan sibi potius quam Deo fidem haberi volunt? Ut blasphemias suas impudenter euomāt, nos certe ab hoc studio abduci non decet. nam te ipsa experiemur quam verè loquutus sit Isaias,

si sacras literas piè reuerenterque tractemus. D I R I G E N S T E. His verbis clarius ostenditur vtilitas, cuius nuper meminit. Significat enim salutis viā nobis monstrari, si Deum loquentem audiamus. Paratus enim est se nobis præbere ducem toto vitaे nostræ cursu, si modò ipsi morem gerere velimus. Hoc modo testatur Moses se populo vitam & mortem proposuisse. item, Hæc est via, ambulate in ea. Nam regula bene viuendi continetur in Leges, quæ fallere non potest. E-
Deut. 30.19 go, inquit Moses, præcipio tibi hodie ut diligas Dominum Deum tuum, ambules in viis eius, &
Deut. 30.16 præcepta eius custodias, statuta & iudicia eius, ut vias & multipliceris, & benedicat tibi Do-
minus in terra ad quam possidendum pergis. Summa est, non destitui vel luce intelligentia, vel
confilio, quicunque ad parendum sunt dociles.

18 O S I A T T E N D I S S E S A D M A N D A T A M E A !) Cùm populus conqueri posset quòd in exilium duceretur, Propheta murmuribus occurrere volens, causam notat: quòd scilicet doctrinæ salutari non dedit locum, nec vnum ex ea fructum percipere sūt inueniuntur. Du-
biu[m] verò non est quin alludat ad Canticum Mosis, vbi eadem ferè loquendi forma habetur,
Deut. 32.29 O si sapient, atque intelligenter! sib[us] optantis est, Osi! vel Utinam. Non tantum expostulat Dominus cum Iudeis, quòd neglexerint utilitatem quæ ipsi offerebatur: sed, ut pater, filiorum misericordiam deplorat. nec enim voluntatem capit ex malis nostris, neque severus est, nisi cùm ma-
litia nostra ipsum cogimus. Est igitur h[ic] anthropopathia, qua Deus commiseratur exitium eorum qui sponte perire, quam salvi esse maluerunt. Nam paratus erat ad beneficia omnis gene-
ris præstanda, nisi nostra contumacia ipsum repelleremus. Interim velle ad arcannum eius con-
filiu[m] penetrare, & sciscitari cur non addiderit verbo externo Spiritus efficaciam, præpostu-
rum est: quando h[ic] non de eius potentia agitur, sed tantum arguitur hominum durities, ut
reddantur inexcusabiles. Certè quoties nos ad se Deus inuitat, in eius verbo constat plena felicitas, quæ malignè à nobis repudiatur. Pacis nomine prosperos omnes successus significari a-
libi diximus. Perinde ergo est acsi diceret, Tibi uberrima bonorum omnium copia largè flu-
xisset, nec timenda fuisset vlla mutatio, quia nunquam exarescit Dei benedictio erga piis. I V-
S T I T I A M verò quam paci coniungit, possemus exponere Ius, quod vulgo dicimus, Tu bon
droict. Sed malo Iustitia nomine intelligere statum Reipublicæ optimè constitutum, in qua sci-
licet omnia ritè atque ordine administrantur: acsi diceret, Omnia domi bene composta ha-
buisles, atque abundantes copia rerum omnium. Ac meritò hunc statum paci coniungit, nam
eversa politia, omnia peccatum sunt atque euertuntur: nec fieri vlo modo potest ut pace fruamur
si iustitia, id est, equabilis & moderata rerum administratio defit. Ergo si pacis studiosi sumus,
similis felicem hunc statum optemus, cui Dominus benedicat. Quidam h[ic] philosphantur
de iustitia spirituali, & remissione peccatorum: sed vagantur extra Prophetæ mentem, quæ sim-
plex & aperta est.

19 F V I S S E T T A N Q Y A M A R E N A S E M E N T V U M .) Hoc quoque ad felicem
vitam pertinet, cùm soboles succrescit, cuius ope senū labores subleuentur, & quæ resistat ad-
Psal. 127.5 uersariis in porta. Liberos enim eiusmodi, sagittis valida manu missis Psaltes cōparat: ac beatum pronunciat cū qui pharetram ex iis suā impleuit: id est, talium liberoru[m] copia abundat.
Gen. 22.17 Cùm ARENAE mentionem facit, alludere videtur ad promissionem quæ Abraham data est. Mul-
tiplicabo semen tuū sicut stellas cœli, & velut arenam quæ est in litorie maris. Ad repetit ean-
dem sententiā diuersis verbis more Hebreaco, pro semine ponens filios, & lapillos pro arena. In summa, ostendit populu[m] oblitis Deo quominus promissionis illius fructu[m] perciperet. Postea ad interruptionem gratia descendens, clarus exprobrat, quā mirabiliter collecti esent
Dei manu, quæ sitam ab illis fuisse dissipationem. Nam per NO M E N intelligit legitimū populi statū, qui semper floruerint, nisi benedictionis cursus fuisset auersus. Quod autē s v c i -
s v m populu[m] esse dicit, id respectu terræ Chanaan intelligendū est, è qua eiects[us] populus Dei,
velut è demo patti abdicatus esse videbatur. Téplum enim quo priuat[us] erat, symbolu[m] tuit
præsentia Dei, terraque ipsa pignus vel arrha beatæ hereditatis. Abactus ergo in exiliu popu-
lus, quodammodo à conspectu Dei eiects[us] ac profligatus erat, nec vllu[m] diuini auxilij testimonium
habebat, nisi promissionibus istis Dominus eoru[m] miseriā subleuasset. Hec autē miseria diligenter
nobis consideranda est, quod ablegati in longinquā regionem, tēplo, Sacrificiis & conuentibus
sacris carerent. ut quibus hodie nulla forma, nullus Sacramentoru[m] usus, nulla Verbi adminis-
tratio est, cogitent se quodammodo à conspectu Dei eiects[us] esse, atque votis ardentibus inlaurationem Ecclesiæ optare & assidue postulare discent.

20 E X I T E E B A B E L , F V G I T E A C H A L D æ I S .) Hoc secundum membrum
est huius expostulationis, quo testatur Dominus se populo, quanvis indigne & ingrato, redem-
ptorem fore. Postquam enim se boni doctoris officio funeratum testatus est, populum verò at-
tendere noluiss[us], ita ut propria culpa exiliij panam sibi accersuerit, iam infatigabilem tole-
rantiam prædicans, subiungit se nihilominus ei ad futurum, ut ipsum ē seruitute educat. Iu-
bet igitur ipsos excedere è terra Babylonis, vbi captiui erant. Vnde perspicimus Deum pro in-
efabilis sua indulgentia, quanvis iusta nobiscū expostulandi causam habeat, malis tamen nostris
suc-

succurrere, atque opitulari indignis, adeoque iis qui gratiam ipsius proterue reiecerat. Quod sequitur de v o c e x v l t a t o n i s, pertinet ad confirmationem liberationis. Fidem enim facere voluit promissioni, qua incredibilis omnino erat. Ut ergo dubitationem omnem tolleret beneficium hoc magnifice commendauit. A N N V N T I A T E. Magnitudinem fiduciae exprimit, qua Iudeos erigi volebat. Solemus enim pleno ore & audacter ea taclare de quibus certi sumus; quod si dubitemus, vix audemus proferre, atque obmutemus. Sic autem de re futura loquitur Isaia, acsi coram adesse: vt populus maiorem fiduciam ac firmorem animo conciperet. Atque impetrandi verbo vitetur, quod multo plus efficacie habet, & vehementius permoveat animos, quam si nudis verbis hoc ipsum retulisset.

21 I T A Q U E N O N S I T I E R V N T.) Quoniam via Iudeis ad redditum non patebat, magnae que solitudines & pericula se intercedebant: ideo Propheta virtutem Dei praedicat, eiusque exempla proponit, ne vlla difficultate terreatur. Ipsos ergo considerare iubet, nun satis potenter fuerit Deo ad etiendos ipsorum patres esse seruitute Aegypti per vastas solitudines, vbi ipsis Exod. 16, cibaria, aquas, omniaque alia necessaria suppeditauit. Iudei pro more suo stultas hic fabulas co- & 17, & minuscuntur, & miracula fingunt, quae nunquam edita sunt. Neque id ignorantia sit ab ipsis, sed Num. 20 audacia, qua tibi quicquid plausibile est, etiam si omni ratione careat, facile permittunt. Hoc autem fuit Prophetæ consilium: nempe in memoriam reuocare exitum illum priorem ex Aegypto, & miracula quae tunc à Domino edita fuerunt: sicuti moris esse Prophetis iam antea monimus, cum opera Dei summiopere commendare volunt. Quemadmodum David, cum victorias quas obtinuerat, celebraret, ait montes tremuisse, ac defluxisse, aërem esse diffusum, Dominum apparuuisse ē celo, cum tamen id nusquam ipsi acciderit: sed descriptionem Aegyptiacæ redempcionis immitatur, vt ostendat Deum qui eius author fuit, sibi etiam in vincendis hostiis authorē ac dum fuisse, nec minus virtutem eius in sua victoria, quam in illis signis & portentis agnoscendam esse. Ita nunc Prophetæ vult à populo miracula illa considerari, vt incredulitatem suā corrigit, neque vlla dissidentia tentetur. Sancti enim Dei servi semper in liberationem illam ocoulos coniicere solebant, vt tanti beneficij memoria omnium animos in spe ac fiducia confirmarent: sicuti alibi dictum fuit, scilicet omnibus sperandum fuisse redempcionis illius fructum, vt Dominus continuo progressu populi redempti custos esset. Dominus ergo facile superatutum impedimenta omnia significat, patens factum viam que clausa est, aquas abunde suppeditaturum, ne siti perent, quemadmodum iam olim stupendo miraculo ē rupe eduxit, cum populus de se actū esse Exod. 17.3. existimaret. Itaque nullam esse causam cur de redditu desperent, si potestiam Dei quā experti sunt, & contemplari, atque animo complecti velint.

22 N O N E S T P A X.) Nonnulli includunt parenthesi huc verba, Dicit Dominus: sed possumus hunc contextum retinere: quod Dominus pacem impiis neget, qua indigni sunt. Atque hoc nominatum additum est, ne hypocrita, suo more, inanem ex his promissionibus fiducia conciperet. Eas enim ad ipsos pertinere negat, vt excludat omnino à spe salutis. Sed & aliud res exiit: videtur Isaia, nam cum maior populi pars impietate laboraret, atque hoc beneficium repudiaret, infirmi ac debiles permulti vacillare poterant, ac terri iudicio multitudinis: quemadmodum hodie videmus infirmas conscientias turbari, cum à maiore hominum parte laetus doctrinam contemni vident. Cum igitur plerosque pericitati videret, auertit eorum mentes ab eiusmodi tentatione, ne impiorum atque incredulorum multitudine turbulentur, qui gratiam Dei & prosperum hunc statum reiiciunt: sed nulla eorum habita ratione amplectantur ipsi hoc beneficium, atque eo fruantur.

C A P V T X L I X.

A Vdite me insule, & attendite populi ē longinquō. Ichoua ex utero vocauit me ē ventre matris meā habuit in memoria nomen meum.

2 Et posuit os meum quasi gladium acutū: in umbra manus sue protexit me, & posuit me in sagittā ter sam, in pharetra sua abscondit me.

3 Et dixit mihi: Scruus meus es Israēl, in te gloriabor.

4 Ego autem dixi, Frustra laboravi: inaniter & vanè fortitudinem meam consumpsi. At iudicium meum coram Ichoua: & opus meum coram Deo meo.

5 Et nunc dicit Ichoua, qui formauit me ab utero in seruum sibi, vt reducam ad se Iacob. Atque vt Israēl non colligatur, tamen glorioſus ero in oculis Ichoue, & Deus meus erit fortitudo mea.

6 Et ait Leue est vt tu mibi sis seruus ad suscitandas tribus Iacob, & desolationes Israēl
N. iii.

ut reflitias. Itaque constitui te in lucem Gentium, ut sis salus mea ad extremum terræ.

7 Sic dicit Ichoua redemptor Israël, Sanctus eius, ad contemptibilem animam, ad gentem abominabilem, ad seruum dominantium. Reges videbunt, & consurgent Principes, & adorabunt propter Ichouam, quia fidelis est Sanctus Israël, & qui elegit te.

8 Sic dicit Ichoua: In tempore placiti exaudiui te, in die salutis auxiliatus sum tibi, & seruabo te, & dabo te in foedus populi, ut suscites terram, ut hereditate obtinas hereditates desolatas.

9 Ut dicas vincitis, Exite: iis qui sunt in tenebris, Ostendite vos. Super vias pascuntur, in omnibus verticibus pascua eorum.

10 Non esurient, neque sitient: non percutiet eos aestus & Sol, quia miserator eorum dirigit eos: & super scaturigines aquarum ducet eos.

11 Et ponam omnes montes meos in viam, & servitæ meæ cluabuntur.

12 Ecce isti è longinquo venient: & ecce isti ab Aquiloni, & a mari: & isti è terra

^{"Vel, Smini"}

13 Laudate cœli, & exulta terra, & erumpite montes in laudem: quia consolatus est Ichoua populum suum, & pauperum suorum miserebitur.

14 Atqui dixit Sion, Dereliquit me Ichoua, & Dominus meus oblitus est mei.

15 An obliuiscetur mulier factus sui, ut non misereatur filij veteri sui? Etiam si istæ oblitæ fuerint, ego tamen non obliuiscar tui.

16 Ecce super palmas sculpsite: muri tui coram me sunt semper.

17 Festinant stræctores tui: destræctores tui & vastatores tui procul abs te discedent.

18 Leuæ per circuitum oculos tuos, & vide. Omnes congregati sunt, venerunt tibi. Vnu ego, dicit Ichoua, quod omnibus quasi ornamento vestieris: & circumligaberis illis tanquam sponsa.

19 Quoniam desolationes tue, & vastitates tue, & terra tua deserta, nunc tamen angusta erit ob multitudinem habitantium: & procul abscedent consumptores tui.

20 Adhuc dicent in auribus tuis filij orbitatis tue: Angustus mibi locus est. Secede alio mibi, ut habitem.

21 Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos? Nam ego" orba & solitaria demigrans, & exul, quis ergo istos educauit? Ecce ego relicta eram sola: isti unde sunt?

22 Sic dicit Dominus Ichoua: Ecce leuabo ad Gentes manum meam, & ad populos extollam vexillum meum: & adducent filios tuos in simu, & filie tue super humerum facientur.

23 Et erunt Reges nutriti tui: & Reginae eorum nutrices tue: prono in terram vultu adorabunt te, & puluerem pedion tuorum lingent. Et scies quod ego sum Ichoua, quia non pudecent qui me expectant.

24 An auferetur forti preda? an captiuitas" iusti liberabitur?

25 Atqui sic dicit Ichoua, Etiam captiuitas fortis auferetur, & prædatyanni liberabitur: quia cum eo qui contendit tecum, ego contendam: & filios tuos ego seruabo.

26 Et pascam spoliatores tuos carnibus suis, & quasi musto sanguine suo inebrabuntur: & sciat omnis caro quod ego sum Ichoua seruator tuus, & redemptor tuus, fortis Jacob.

VDITE ME INSVL A.) Postquam differuit de futura populi redemptione, descendit ad Christum, cuius auspiciis populus è Babylone, quemadmodum & clm ex Ægypto, eductus est. Oportuit autem superiorcm propheticam hac doctrinam confirmari: quoniam vix sperasse se à Domino redemptum iri, nisi Christi sibi ob oculos posuissent, quo solo fracti animi, erigi ac confitari possint. Nam ab ipso non solum æterna salus, sed temporaria quoque non minus speranda est. Addit quod Prophetus sollempniter est, vbi de reparacione Ecclesiæ concionantur, Christum preferre in medium, non modo quia cius minister futurus erat, sed quia in eo fundata erat adoptione populi. Et Iudei, quibus aliquid est sanacmentis, non de alio quam de Christo hunc locum intelligi posse confidentur. Sed interea hæc series quam notauius, ab omnibus animaduera non est, nec enim Propheta ex abrupto transilit ad Christi mentionem: sed eam attexit, quod aliter populus liberationis spem animo conceperet nequiciret, quia inde pendebat reconciliatio cum Deo. Et quod plus efficacie habeat oratio, Christum loquentem introducit, nec tantum Iudeos compellat, sed trantinatos & exterios populos qui procul aberant à Iudea, quos Insularum nomine significari aulo loco dictum est. **I**EHOVA AB VTERO VOCAVIT ME. Quæritur cuiusmodi sit hæc vocatio. Nam cùm ante mundi constitutionem in Christo electi simus, sequitur ipsum præcedere: nam est initium & fundamentum nostræ electionis. Proinde minus dicere quam res habeat videri posset Isaias, cùm ab utero vocatum dicit: nam multò prius tempore vocatus erat. Sed facilis est responsio: quoniam hic non agitur de æterna electione, qua adoptarunt in filios: sed tantum de ordinatione vel inauguratione, qua Christus ad hoc munus destinatur: ne quis cum temere illuc irrupisse putet. Nemo enim, vt inquit Apostolus, usurpat sibi honorem: sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron. Sic & Christus non glorificauit semetipsum, vt Pontifex fieret: sed qui loquutus est ad eum, Filius meus es tu: ego hodie genui te. Ceterum, nō definit Propheta initium temporis, quasi Deus ab utero denum experit ipsum vocare: sed perinde est auctor diceret, Priusquam ex utero prodirem, statuerat Deus me subitum hoc munus. Quemadmodum etiam Paulus se ab utero segregatum dicit, quum tamen ante creationem mundi electus esset. Ieremie etiam dicitur, Antequam prodires ex utero, cognoui te. Denique summa est, consilio Patris Christum carne nostra induitum fuisse, vt munus Redemptoris, cui destinatus erat, impleret. Eodem respicit posterius membrum. Nominis enim recordatio tantundem valet ac familiaris notitia. Discemit ergo se à vulgo hominum, quia ad rarum & singularum munus electus sit.

G.d.l. 1.15.
Iere. 1.5.

2 ET POSVIT OS MEVVM.) Dupli similitudine vtritur: nempe Gladij & Pharetræ, ad vim & efficaciam doctrinæ extimendam: atque ostendit quorsum vocatus, ac tam præclaro & celebri nomine insignitus sit: nempe vt doceat. Hoc enim ORIS nomine significat. Christus ergo constitutus est à Patre, non vt Principum more, vi & armis imperet, aliique externis munitionibus instructus formidabilem se populo suo præbeat: sed totum eius imperium consistit in doctrina, in cuius prædicatione querari atque agnoscere vult, nusquam enim alibi reperiatur. Vim autem oris sui prædicat, id est doctrinæ, quæ ab ipsius ore proficiscitur, dum gladio ipsam comparat. Viuis enim est Dei sermo & efficax, & penetrans omnigladio utrinque incidente ac pertingens vsque ad diuisionem animæ simul ac spiritus, compaginque ac medullatum, & discretor cogitationum, & intentionem cordis. Sed & sagittæ comparat, quod non solum cominus, sed etiam eminus feriat, & ad eos usque penetret, qui procul abesse videntur. Postquæ verò Isaias de efficacia doctrinæ loquutus est, adiungit Deum virtute sua, Christū & doctrinā eius protegere, vt nihil eius cursum impeditre possit. Idque addi pernecessarium erat. nā simul atque aperatum est os Christi, id est, Euangeliū docetur, vndique insurgunt aduersarij, innumerique hostes conspirant ad ipsum opprimendum: ita vt efficacia quā tribuit doctrinæ, non sufficeret, nisi accederet ipsius tutela, qua aduersarios summoueret. Ceterum non disputatur hic de persona Christi, sed de toto Ecclesiæ corpore. Et quidem à capite initium faciendum: sed deinde ad membra descendendam est, atque omnibus Verbi ministris applicandum quod hic de Christo prædicatur. Datur enim iis hæc efficacia Verdi, vt non inaniter aërem feriant eorum voces, sed penetrant in animos, ac serio percellat. Efficit quoque Dominus vt nō vno tātum in loco, sed longè lēque per vniuersum orbem vox Euangeliū personet. Denique quia sub fideli custodia eos tuerit, quanvis exposti sine multis iniuriis & vndique eos impetrat Satan & mundus, non tamen desistunt à suo cur lucide nobis vnu sati compertum esse debet. Omnes enim ad vnum iamduum sublati esent coniurationibus & insidiis aduersariorum, nisi Dominus ipsos præsidio suo muniverit. Et sicut in star prodigijs est, vnicum Euangeliū præconem inter tot pericula reliquum esse. Hoc ergo fit, quod Dominus ipsos vmbra sua defendit, atque abscondit velut sagittas in pharetra sua, ne pateant hostium iniuriis, ac perdantur.

3 SERVVS MEVS ES ISRAEL.) Hunc versum superioribus coniungere operæ pretium est, quoniam ex eo apparet non de vno tantum homine, sed de vniuerso populo agi: quod interpres minimè obseruarunt. Nec enim ad Christi personam restringendus est hic locus, neque

N. iii.

ad Israëlem solum referri debet. sed obseruanda hac in parte Scripturæ ratio est. Nam cùm de toto Ecclesiæ corpore agitur, Christus velut in medio collocatur, qui omnes Dei filios comprehendat. Audimus quid dicat Paulus, Abrahæ data sunt promissio[n]es, & semi[n]i eius. Non dicit, Et seminibus, vt in multis: sed tanquam ex vino, Et semi[n]i tuo qui est Christus. Nec enim tota liberorum multitudinē, qui ab ipso Abraham secundum carnem orti sunt, comprehendit: cùm omnes benedictionis participes non fuerint. Reiectus est Ismael, reprobatus Esau, aliique multi rese[n]ti sunt. Cùm eruptus est ē Babylone populus, exiguae tantum reliquiae collectæ sunt: maior pars insigne Dei beneficiū repudiauit. Vbi ergo semen? In Christo, qui caput est, ac reliqua sub se membra continent. in eo enim connectitur vniuersum semen, atque indissolubili nexu coniungitur. Eodem modo Isaia[us] ISRAELIS nomine, quo Christum significat, totum populi corpus, veluti membra sub capite comprehendit. Neque id nouum videri debet, nam &

Gal. 3.16. 2. Cor. 12. 12. 1. Tim. 3. 15. *Iob. 17. 1.*

Paulus cùm de vniione loquitur, adducta similitudine corporis humani, subiungit: Ita & Christus. Illic enim Christi nomen tribuitur Israëli, id est, vniuerso cœtu fidelium, qui Christo, cœu capiti mœbra, adhaerent. Denique, hoc nomine insignit Dominus Ecclesiam, quæ sponsa Christi est, quemadmodum vxor viri nomine & titulo insignitur. Israëlem autem SERVVM vocat, id est, Ecclesiam ministram suam: quia columna est & firmamentum veritatis. Nam sermonem

suum apud Ecclesiam depositum, vt eius ministerio per vniuersum orbem propagetur. Tandem in fine versu ostendit quis sit huius ministerij finis, & quossum Euangelij Doctores à Deo vocentur: ne[m]pe, vt gloriam ipsius studiose illustrent, atque etiam apud alios promoueant. quod etiam Christus docet in Euangelio, Pater glorifica Filium tuum, vt Filius glorificet te. Summus vero est hic honor, quo Dominus nos homunciones, tametsi corruptos & impuros, ad procurandam gloriam suam constituit: cōque nos animari decet, vt fideliter operā ei nostrā & obsequium præstemus. Quanquam plus aliquid exprimere voluit Deus, quidquid moliatur Satan cum omnibus impiis, viētricē fore Dei potentiam, vt gloriose triumphet Christus, & in eius Euangelio resulgeat Dei maiestas.

4 Ego AVTEM DIXI.) Grauem h̄c Propheta querimoniā subiungit nomine Eccl[esi]æ: sic tamen vt initiū à capite fieri debeat, sicuti antea diximus. Conqueritur ergo Christus cum suis membris, quod opera ludere videatur. nam cùm antea magno & memorabili encomio prædicari vīm & efficaciā verbī quod proficiunt ab ore ipsius, atque interea parum aut nihil promoueat, nec reluceat h̄c gloria, quā Deus ab eius ministerio requirit: ideo Ecclesiam introducit conquerentem, quod frustra operam suam consumat, quia scilicet prædicatione cœlestis doctrinæ non relispificant homines. Et certè hoc à Propheta subiungi valde necesse fuit p[ro]mūm, vt sciamus fructū illū, cuius meminit, non semper oculis hominū patēre. Nam aliqui veritatē Verbi in dubiū reuocare possemus, ac suspicari num sermo Dei esset qui tanta proterua à multis contemnit. deinde, vt innato & constanti animo pergamus, atque labore nostrum Domino cōdemdemus, quemū tandem inutile esse non sinet. Periculosa ergo tentationi occurrere voluit Propheta: ne propter hominū periuaciaciā animū in medio curru despondeamus. Et certè sic à querimonia incipit Christus, vt afferat nihil sibi fore obstaculo ad munus obcūndū. Clarior hoc modo esset oratio, Quāuis irritus sit labor meus, imò viribus propè exhaustus sim absque profectu: mihi tamen satis est probari obsequiū meum Deo. Atque eō pertinet quod subiungit, **SED IVDICIVM NEVM CORAM IEHOVA.** Tametsi palam nobis minimè conflet fructus laboris nostri, tamen eo contenti esse iubemur, quod seruimus Deo, cui obsequiū nostrā gratū est. Christus enim pios doctores ad strenuē luctandū hortatur & animat, donec supra hanc tentationē viatores emergant, & posthabita mundi malitia pergent alacriter in officio, nec tardio flaccescant eoru[m] animi. Ergo si Dominus eō vsque fidem & patientiā nostrā nolit probare velit, vt frustra nos fatigare videamur, in hoc tamen conscientiā nostrā testimonio acquiescere conuenit. Quod si nos deficiat h̄c consolatio, certè non ducimur puro affectu: nec Deo, sed mundo & ambitioni nostra seruimus. Itaque in eiusmodi tentationibus nobis ad hanc sententiam configiendum est. Obseruandum est interea h̄c à Christo & Ecclesia vniuersum mundum accusari ingratitudinis. Nam sic conqueritur Ecclesia apud Deum, vt cum mundo expostulet, quod Euangelij doctrina, quæ per se efficax ac potens est, nihil apud ipsum effectuat. So[lo] autem culpa hetero in contumacia & ingratiitudine hominū, qui oblatam sibi à Deo gratiam respuunt, ac sponte perire volunt. Eant nunc, & Christū accusent, qui exiguum Euangelij fructum extare dicunt, atque impiis calumniis doctrinam Verbi traducunt: & labores nostros, vt vanos & inutiles subfannant, indéqué potius excitatas turbas, atque licentiam peccandi maiorem arreptam esse aient. Considerent, inquam, cum quo sibi negotium sit, & quid proficient sua impudentia: cùm soli homines accusandi sint, qui inutilem (quantum in ipsis est) Verbi prædicacionem reddunt. Pij vero Ministri, quibus valde acerbū est homines tam misere sua culpa perire, quiq[ue] se interdum excedunt, & mætre conficiunt, dum tantam petuaciam expeririuntur, hac consolatione animos suos erigant: neque ita perturbentur, vt clypeum & haſtam (tametsi satius nonnunquam ipsis videatur) abiiciat. Cogitent sibi hanc causam cū Christo communem esse.

esse, nec enim de se tantum loquitur Christus, sicuti antea dictum est: sed omniū qui fideliter ipsi seruiunt, causam suscipit: ac veluti procurator, omniū nomine accusationē intendit. Conquistare igitur in eius patrocinitio, atque ipsum causam suam tueri sinant. Prout occident ad diē Domini, sicuti Paulus facit: neque aduersariorū calumnias, probra, aut coniuria morentur. Nam iudicium ipsorum apud Dominū: quia ut centies vituperentur à mundo, Deus tamen fidelis quam impendunt operā approbator erit ac vindex. Contrā, impij & contēptores Verbi, atque hypocritas cōtremiscant, nā accusante Christo, nullus erit defensioni locus: nec quisquā cocondēnante, absoluēt. Danda igitur est opera ne fructus qui ex Euangelio manaret debet, culpa nostra intereat, nā idea gloriā suā patefacit Dominus, vt efficiamur Christi discipuli, & plurimū fructū afferamus.

1.Cor. 4.4

5 ET NUNC DICIT IEHOMA.) Confirmat hoc versu superiore sententiam: atque pleniorē consolationē affert, vocationem illam repetens, & conscientię testimoniū, quod nobis instar propugnaculi esse debet. Nihil enim est quod nos magis torqueat atque anxios reddat, quām si dubitemus quo authore, quibuscū auspiciis institutū aliquod aggrediamur. Properea nos ad certitudinem vocationis nostrae reuocat Iāias. Ac primō pīj doctores cum Principe suo Christo diuinis ſe formatos eſe dicunt: quia ſemper neceſſariis dotibus infiltruit & ornat Deus quoſcumque ad munus docendi vocat, nam quibuscumque donis excellant, ab uno Spīritu fonte prodeunt omnia. Sic vngenitum filium signavit pater: deinde alios ſuo quēque gradu præparat, vt idonei fint ad obeyendum munus. Oſtendit ſimil finem vocationis: nam in hunc finē conſtituti ſunt & Apostoli, & Doctores Ecclesiæ, vt dissipatum gregem Domini colligant, quoꝝ mnes in idem corpus ſub Christo coalescamus. Nam in mundo misera dissipatio eſt: in Christo verò omnium aſſeſſa, vt inquit Apostolus, neque enim aliud vinculū vnitatis eſe potest. Quod attinet ad verbum Creandi vel Formandi, fruſtra hīc nonnulli philophantur de humana Christi effentia, qua creaſta eſt. Luce enim clarius eſt, formationem ad officium referendam eſe. ATQVE VT ISRAEL NON COLLEGATVR. Iudei interrogatiū hec legunt, Annon reducam Iacob, & Iſrael non colligetur: atque ſupplent particulam. ¶ Verū illa lectio nimis coadēt: nec ſpectant Iudei quid volerit Propheta: ſed quantū in ſe eſt, textum deprauant, vt tegant ignominiam ſuę gentis. Alij exponunt, Non perdetur, vel, Non peribit. Nam ἡς, interdum significat quod dicimus vulgō, Trauer. Colliguntur enī ea qua ſequenda ſunt: item que confumenda, unde ſepiuſ cūm aliquem ē medio ſublatum ſignificamus, dicere ſolemus vulgō, Hęſtrauer. Nec malē conueniret hic ſenſus, Miflū ſum, ne Iſrael pereat: ſed malo diuerſam interpretationem ſequi: nempe, Tamē Iſrael non colligatur, tamē glotiosus ero. nam opponit hoc loco res inter ſe contraria probabile eſt. Si destinati ſunt ministri Verbi in ſalutem hominū, glorioſum ipſis eſt, multos ad eam adduci: ſin minus, hoc ipſis dedecori & ignominia cedit. Pādūs enim vocat eos quos lucifecit Christo, gloriam & coronam ſuam. Contrā vero, vbi homines percutiunt, nihil pīter padorem & ignominia reportamus: quoniam viderur Deus male dicere laboribus noſtri, neque nos dignari tāto honore, vt regnū ipius opera noſtra prouehatur. At Propheta nihilominus eos qui Christo ſeruerint, glorioſos fore pronuntiat, loquitur enim tum de capite, tum de mēbris, vt iam antea dictum eſt. Quanuis igitur Iſrael colligi nolit, tamē ministerio Christi integra manebit ſua gloria: quoniam hominū prautitati & nequitia imputabitur, quōd non ſint collecti. Haec ratione Paulus quanuis Euangelij præcones odor ſint mortis in mortem reprobis, bene tamē & ſuauiter corā Deo ſpirare affirmat, cui placet impioſ hoc modo magis reddi inexcusabiles. Bis quidem glorificatur Deus ſi ſoris ſuccellus reſpondeat: ſed vbi nihil omiferint Verbi ministrī, quanuis merito ipſis doleat in fructuolum eſſe laborem, non eſt tamē cur eos pīnereat Deo placuisse, cuius approbatio hīc peruerſis totius mundi iudiciiſ opponitur: ac diſceret Propheta, Quāuis pīſſimē audiant inter homines, multissime pībris onerentur, facile tamē ac eque animis hoc illis eſe deuorandū: quia Deus aliter ſtatuit, & corona decoris dignetur eorū tolerantiā, que petulat̄ ab improbis traducitur. Eodē ſenſu mox ſequitur, ſufficiere quod Deus ſit fortitudo, ne terreatur hoſtium ſuorum multitudine aut potentia, cūm robur ſuum habeant in Deo constitutum.

Philip. 4.1.
1.Theſ. 2.19.

2. Cor. 2.16.

6 ET AIT, LEVE Eſt.) Ulterius etiam progreditur Iāias: atque laborē Christi & totius Ecclesiæ noſtātū corā Deo, ſed etiam coram hominibus glorioſum fore oſtendit. Quanuis enim initio vanus & iniutilis videatur, Dominus tamen efficiet ut tandem aliquis fructus præter opinionē hominum emergat. Iam ſatis eraſt laborē noſtrā à Deo probari: ſed cūm addit non inanem fore etiam apud homines, hoc etiā nos magis conſolari atque acerius incitare debet. Vnde ſequitur, bene de ſuccellū ſperandum eſe, ſed Dei ipius arbitrio eſe permittendum, vt benedictio quam promittit, ſuo tempore, quantum quōque modo videbitur, appearat. Addit præterea non tantum efficiēt fore hunc laborem in populo Iſraelitico, ſed etiam in Gentibus, atque ita re ipsa euenit. Imō cūm Iudei ſit parum prodeſſet Euangelij prædicatio, atque peruicaciter ab iis Christus reiſiceretur, Gentes in eorum locum ſufficit̄ ſunt. Atque ita Christus in luce Gētiūm constitutus, atque extremitis orbis terre partibus ſalus eius patefacta eſt. Hęc autē conſolatio valde neceſſaria fuīt tam Propheticā quā Apoſtoli, qui peruicaciam Iudeorum magis ac magis ex-

Act.13.47

perit sunt. Poterant enim dubitare num irrita essent istae promissiones, cum nullus eorum fructus extaret, sed cum intellexerunt Christum etiam Gentibus misum esse, animos colligere ad perseveriantiam non ita difficile fuit. Hoc autem incredibile, immo prodigiosum erat: sed Dominus ita praeter opinionem omnium operari solet. Paulus hoc arcaniū à seculis absconditum fuisse dicit: nec Angelis quidem ipsis cōpertum, nisi cum re ipsa in Ecclesia Dei patefactum fuit. Cum ergo soli Iudei sapere viderentur: nunc & quantur Gentibus, nec vlla apud Deum Iudei & Graeci distinctio est. Iudei hunc versum interrogati legunt, **A N L E V E E S T ?** ac si dicseret, satis esse: nihil maius aut amplius esse potendum. sed naturalem Prophetarum sensum malitiosè corrupunt: atque imaginantur se aliquando fore dominos Gentium, longè & latè imperatores. Verus autem Prophetarum sensus est. Hoc quidem opus per se illustre ac magnificum fore, ut erigit & restituat tribus Israël, quæ collapsa iacebant: sed honorem istum magna acceleratione locupletatur: quia Gentes Iudeis adiunget, vt in eundem populu coalescant, & Christi nomine cœsan-
t. Neque enim hoc loco de repudio veteris populi agitur, sed de propaganda Ecclesia, vt Gentes cum Iudeis consentiant. Vrum quid est, vbi à feedere exciderunt Iudei, Gentes quasi in vacuū locum ingressas esse ita illorum defecatio causa fuit, vt qui prius extranei fuerant, recuperetur in filios: sed hic, sicut aliis locis, prædictus Isaías ampliorem fore Ecclesiam vbi accesserint Gentes, & coniuncte fuerint Iudeis in fidei unitate. Et si autem Lucis nomine intelligitur facticitas vel gaudium, non dubito tamen quin propriè alludat Propheta ad Euāgelij doctrinam, quæ animas illustrat, & ex tenebris educit. Hanc verò lucem quam afferat Christus, salutificam fore docet. quemadmodum Christus via, veritas, & vita nominatur, quod per veritatis notionem vitam consequiamur: ita hoc loco dicitur **L V X G E N T I U & S A L U S**, quoniam animis nostris illucet per Euāgelij doctrinā, vt nos ad salutē perducat. Duo igitur notanda sunt. Primum, aperiri nobis oculos Christi doctrinae; deinde, nos qui perieramus, vita, aut potius nobis vitam restitut.

7 SIC DICIT IEHOVA.) Idem argumentum prosequitur Isaías, vt populus, cum graui illa clade affligeretur, spem melioris status animo conciperet. Atque vt magis confirmet, Deum qui haec promisit, Redemptorē & Sanctum Israëlis vocat. Obiiciet alius, haec esse pugnantia: Deū scilicet redemptorem vocari eius populi quem opptimi sinebat, vbi enim haec redēptio, vbi sanctificatio est, cum populus obiiceret posset se miserum ac perditum esse? Respondeo, veteris historiae memoriam hic proponi, vt materiam fiducie & spei Nam quum Iudeos vrgeret desperatio, occurrit Propheta, & admonet, Deum à quo olim redempti fuerant eorum patres, eadē adhuc virtute pollere. Ergo quanuis ad exercendam piorum fidem ad tempus salutem suam absconderet, iubentur sive deo & animis itare, quia in illius manu certa sit redēptio. Inter ea ipsos concipere oportuit que longissimè ab humano sensu remota erant. Insignis locus, ex quo colligitur quanta fides habenda sit Deo loquenti: tametsi non statim ea praestaret quæ promisit, sed languore nos atque diutius affligi sinat. **נְאָזֶן**, alij Contemptum, alij Contempibilem vertunt: ego Contempibilem malo. Hoc autem miseriam illius populi auger, quod in ANIMA apud seipsum contemptibilem esse dicit. Multi enim despiciuntur ab aliis, qui tamen ob dotes suas honore digni sunt, vel non desinunt superbia turgere, & aliorum fastum calcare maiore fastu. Sed hunc populum non magis ab aliis quām a seipso contemni dicit. Extremam igitur ignominiam & infelicitatem statim designat, & simul deciationem animi complectitur, vt sciant matutum Deo fore tempus episferendæ quum penitus humiliati fuerint. Nullam video rationem cur nonnulli in voce Gentis numerum mutarint, cum Propheta vtratur singulari, **וְ**: & certum sit peculariter ad genus Abrahæ sermonē dirigi. Addit Seruire dominantibus: quād dicitur opptimi à validis tyrannis: nam **בִּלְבָד**, vocat eos quibus tantum est roboris ac potentie vt non facile sit eorum manus effugere. Iam quum dicit Reges visuros, magnifice loquitur de liberatione populi sui: sed interea ipsum veluti in fornace examinari sinit, vt eius patientiam ac fidem probet. nulla enim alioqui experientia fidei esset, si statim ea praestaret quæ promisit, sicuti iam antea dictum est. In nomine Principum repetitio est vītata Hebreis. Sic autem loquuntur, Reges & Principes videbunt: consurgent, & adorabunt. **A D O R A N D I** verbo, explicat quod dixerat, Consurgent. Consurgimus enim honoris causa. Sūma est, summos quoque mundi Principes experitum iri ut sentientia populi restitutionem præclarum esse Deo opus, & reuerteri dignum. **Q Y I A F I D E L I S E S T.** Hac est causa tantæ admirationis, atque honoris quæ Principes Deo exhibebunt: quia scilicet agnoscit fidem & constantiam Domini in promissis suis. Vult autem Dominus agnisci verax, non nuda quadam & simplici imaginatione: sed ipsa experientia, id est, in eo quod populū quem adoptauit, conferuat. Itaque hinc discamus non esse estimandas promissiones Dei à nostro statu, sed à veritate ipsius: vt cum nihil praeter exitium & mortem imminet, huius sententia meminerimus, quia Dominus contemptibiles atque abominabiles compellat. Hinc etiā obseruantur est, quām magnificum & admirabile sit opus Dei, Ecclesia liberatio: quod Reges, tametsi superbos, & nihil ferè dignū suo conspicüo vel pretiosum ducentes, aspicere, admirari, stupescere, atque etiā inuitos Dominiū reuerteri cogat. Hoc igitur nouū atque inuitatum opus nobis vnicē commendatur. Quale autem ipsum

ipsum & quantum sit, ex nobisipsis iudicemus, nam ut omittamus veteres historias, qua ratione & misera Antichristi tyrannide liberati sumus: Sompnum profecto nobis esse videbitur, vt etiam ait Psaltes, si attenius paulo consideremus: adeo stupendum & incredibile opus à Deo in nobis, qui Christo nomen dedimus, editum est. In fine autem versus repetit quod ante attigerat, segregatum fuisse hunc populum Deo. sed in Electione initium sanctificationis notatur: quia ideo heralditas sacra fuit populus ille, quod Deus nōro benefacito eum eligere dignatus est. Arcanum igitur Dei voluntatem indicat Ieremia, a qua sanctificatio manat: ne Israēl putaret se merito suo segregatum, perinde ac si diceret: Dominus qui te elegit, te ipsa in te comprobant electionem tuam, cumque ab effectu demonstrat. Quemadmodum igitur agnoscenda est veritas Dei in salute nostra: ita falsus gratuitus ipsius electioni tantummodo adscribenda est. Interea qui tanti beneficij participes esse volent, sint pars Israëlis, id est, Ecclesiae: extra quam nec falsus, nec veritas esse potest.

SIC DICIT IEHOMA, IN TEMPORE PLACITI.) Ex hoc versu iterū apertius colligitur id quod initio huius capituli tractauimus: nempe, Prophetam sic totum Ecclesie corpus alloqui, ut à Christo incipiat, qui caput est. Quod diligenter obseruandum esse monui, nam ab interpretibus animaduersum non elat: nece tamē alter poterit hoc caput eodē tenore explicari. Hoc facile ostendit Paulus, qui hanc sententiam ad totam Ecclesiam accommodat. Interea vero quod subiicit Propheta, DABO TE IN FOEDVS, nemini alteri quā Christo cōuenit. Quomodo hæc inter se conciliabimus: nempe, si consideremus Christum non tam esse suum, quām nostrum: quia nec venit, nec mortuus est, nec resurrexit sibi ipsi enim in salutē Ecclesiae missus est: nec quicquam sibi proprium quātit, cūm nulla omnino re indigeat. Itaque promittit Deus viuenter Ecclesie corpori Christi, qui veluti sponsor intermedius est, recipit has promissiones: nec sibi priuatim stipulatur, sed toti Ecclesiae, in cuius salutem missus est. Christum igitur non separatum compellat, sed quatenus corpori suo adhaeret, cīque perpetuō coniunctus est. Immenitus autem est hic honor, quo nos dignatur: celestis Pater, cūm nostra causa Filiū exaudit: immō dum sermonem ad Filium convertit, vbi de salute nostra agitur. Inde enim apparet quanta sit inter nos & Christū coniunctio. Sustinet personā nostram, nec quicquā à nobis separatum habet: atque nostra causa à Patre exauditur. Sub voce Placiti, frānum, ut ita loquar, iniicit, ne festinent in suis desideriis fidēs, sed patienter expectent dum præfixum à Deo tempus aduenerit: quo lenfū à Paulo aduentus Christi vocatur tempus plenitudinis. Vult ergo suspensus esse à Dei arbitrio, ut interea placidē & compotis animis sustineat eius iram. Ceterū, quanuis Propheta consilium sit, hortari ad tolerantiam pios, vt discant affectus suos Deo subducere, simul tamē docet salutē nostram fluere à gratuita Dei benevolenti. Υπενim, quam Græci Λογια vocant, id est, bona Dei voluntas, fundamentū est salutis nostræ: salus vero, illius gratiæ effectus est. Salvi enim sumus, quia placemus Deo, non dignitate nostra, ait meritis, sed liberali eius gratia. Interea vero ostendit certam nobis esse salutem, vbi certum gratiæ Domini testimonium habemus. Omnis enim dubitatio tollenda vbi Dominus de placito suo testatus est. Hic locus valer ad commendationē Verbi, extra quod de salute inquirere fas non est: sicut admonet Paulus in Euangelij prædicatiōne certò nobis patere Dei benefacitum: atque ita impleri quod hic scribitur de die salutis. Teretiō, Propheta nos admonitos voluit, vbi nobis Euangeliūmittitur, certum proferri pignus favoris Dei: quia nostri misertum esse apparet, vbi comiter nos ad se inuitat, ne huc atque illuc circumspectemus ad querendam hanc lucem, quā à gratuita Dei voluntate solummodo expeditanda est: vel agitemur dubitatione, quam nobis Deus eximit. Ceterū meminerimus hoc totum à libero Dei consilio pendere. Cūm ergo queritur, cur hoc tempore potius quām olim nobis illuxerit Dominus, hac ratio reddenda: quoniam ita visum est, ita placuit Deo. Ad hanc enim rationem reddit Paulus eo loco quem citauimus. Ecce nunc tempus acceptum, ecce dies salutis, qui locus nos plurimum in tenenda Isaiae mente iuware potest: vt discamus coniungere salutem nostram cum placitu Dei: cuius testimonium nobis datur in prædicatione Euangeliū. Obseruandum etiā in hęc vaticinia ad certam etatē restringenda non esse: cūm ad vniuersam Ecclesiam omnibus seculis pertineant. Nam ut initium fiat à redemptione Babylonica, ad redemptionem Christi pergendum est, cuius illa initium ac veluti præludium fuit. Et cūm multæ adhuc feruitatis reliquæ nobis supersint, ad diem extremum progrediendum est, quo omnia instaurabuntur. CONSTITVI TE IN FOEDVS. Hinc confirmatur, quicquid antea dictum est Christo, non priuati eius commodi causa, sed in nostram gratiam, promissum esse. Nam constitutus est sponsor fœderis, quod Iudei suis peccatis diuotum fecissent à Deo, qui æternum fœdus cum illis pepigerat. Fœderis ergo quod castum vel abruptum erat, renouatio Christo tribuitur. Quanquam simil tenendum est illud Pauli, Christum esse omnium pacem, vt reconciliat tam remotos quām propinquos. Sed propriè respexit Ieremia ad tristē illam dissipationem, cuius remedium a solo Christo sperandum erat. Porro hanc gratiam ad nos trans terre conuenit, quod p̄r Iudeis, antequam prodiret Euangeliū, inimici atque alieni à Deo esse mus, nec aliter possemus ipsi reconciliari. Christus ergo in feedus populi datus est, quod nulla ad Deum via, quām per ipsum patrēt. Populus tunc, erant Iudei: sed diruta maceria, omnes & Gentes, &

2.Cor.6.2.

Gal.4.4.

2.Cor.6.2.a.

Ephe.2.14.

Ibidem 17

Iudai in idem populi corpus coaluimus. ut s vscites terram, que scilicet tunc vasta & deserta erat. Reditus enim populi noua quadam fuit creatio, ut alibi vidimus. Huc quoque pertinet Prophetæ verba, ut intelligamus nihil preter dissipationem & vastitatem in mundo esse. Mittitur enim Christus, ut qua prostrata sunt & diruta instauret. Si integra essent omnia, frustra Christus ad nos mitteretur. Itaque diligenter consideranda est nostra cōditio: quoniam alieni à Deo, vita destituti, atque ab omni spe salutis exclusi sumus. Sed à Christo restituimur in integrum, & Patri cœlesti reconciliamur. Adiungit etiam Isaia beneficia que per Christum consequimur, postquam Deo reconciliati sumus.

9. **Vt dicas vincitis.**) Describitur his verbis mutatio qua Christi aduentu contigit. neque tamē dubium est quin Prophetæ Iudeis solarium afferre velit in rebus perditis, ne restitutio in melius illis sit incredibilis: quia se excidio ferè deuotos esse videant. Interea in genere ostendit quale sit officium Christi: ac definit quid sit restituere hæreditates desolatas. nam priusquam adueniat Christus, sub misero iugo vincit, atque in tenebris constituti sumus. His similitudinibus significat nos, quandiu caremus Christo, malorum omnium cōgerie esse obrutos. nā per **TENEBRAS**, excludit omnia quæ ad regnum Christi pertinent: fidem, iustitiam, veritatem, innocentiam, & eiusmodi. Sumus ergo in tenebris, donec Christus dicat, **OSTENDITE VOS**. Sumus vinciti, donec dicat, **EXITE**. Plurimum vero inest ponderis in verbo **מְנֻחָה**, vt dicas. Ostendit enim prædicationem Euangelij modum esse quo liberamur. Si ergo libertatem, si lucē regni Dei optamus, audiamus Christū loquentem: alloqui perpetua Satanae tyrannide opprimemus. Vbi nūc est arbitrij nostri libertas? Quisquis enim sibi lucem aut rationem & intelligentiam arrogat, hanc Christi liberationem experiri non poterit. Libertas enim non aliis promittitur, nisi qui se captiūs esse agnoscunt: lux & salus, qui se in tenebris demersos esse confitentur. Porro vbi promittit pascua filii Dei fore per via, & super montū cœcumina, his metaphoris significat eos bene habituros qui sub tutela Christi erunt. Est enim pastor diligens ac sollicitus, omnia gregi necessaria suppeditans, vt nihil ad summam felicitatem desit. Hac verò admonitione non paucū fuit utilis eo tempore quū per squallidas regiones & aridas iter facturi essent Iudei, vt demū in terra inculta & desertam redirent: dicit igitur Prophetæ, quanuis terrena media non suppeditat, esse tamē satis largā copiam Deo, qua corū inopie subueniatur: ideoque pro cōmuni Scripturę more comparat fideles ouibus, vt suā imbecillitatis conscijs, curæ pastoris se totos cōmittant. Interea probabile est obliquè moneri fideles, ne appetant nimias lautitas: quia nunquā tanta suppetet libertas, quin multæ difficultates permixtae sint. Deinde ne defluant in mollitem, quia periculis futuri sint obnoxii, nam vias hostium & prædonū incurvis expositas, & cœcumina montū vt plurimū arida esse scimus. Ita gubernatur Ecclesia à Christo, vt non procul absit ab incurvo & iniuria hostium: sic pascitur, vt in horridis tamen & incurvis stepe locis habitet. Ceterū, quanuis immineant hostes, Dominus ab eorum vi & iniuria nos turatur. Si effurimus aut laboramus inopia, præstò est ad subministranda abundē omnia quæ ad viam & cultum necessaria sunt. Atque in huiusmodi difficultatibus & periculis melius sollicitudinem eius & curam perspicimus, quam si extra omnem periculi aleam constituti essemus.

10. **Non es virient.**) Confirmat quod dictū est superiore versu, esse in Dei manu alimenta, ne in itinere Iudeos viaticum deficiat. nec dubiū est quin reuocet in memoriam, quū in deserto

Exod. 16. panis & ciborū omniū penuria morte patribus minitaretur, Deū per **xl.** annos quotidie Manna **Exod. 16. 35. Exod. 17. 21.** ē cœlo dedidit: sicuti etiā continuū pōst de vmbra contra Solis cœlū loquens, alludit ad historiam quæ refertur à Mole de columna nubis, qua Dominus populū suū regebat, ne Solis ardore torqueretur. Hoc enim solenne Propheticus esse diximus, vt commemoret exitum populi ex Agypto, quoties beneficiam Dei & publicè erga omnes, & priuatim erga vnumquenque confirmare volunt. **SUPER SCATVRGINES.** Alludit etiam ad aquas illas quæ ex rupe fluxerunt, cum populus ferè siti periret. Nec enim ista acciderunt in redēptione Babylonica, sed commēmoratione priorum beneficiorum, potentia Dei in procuranda salute Ecclesiæ prædicatur.

11. **Et ponam omnes montes.**) Hic propriè ac nominatum de reditu populi tractat: nā frusta tantam Ecclesiæ felicitatē promitteret, nisi in pristinā libertatē restitūdus fuisse populus. Significat autē se sublatrū impedimenta omnia, & difficultates qua poterat populi redditum prohibere: atq; mōtes perius redditurū, qui inuij esse videbantur: deniq; cōplanaturum & monrosa & concava loca, vt facilis in Iudeā reditus esse possit. Cū igitur restituenda est in integrū Ecclesiæ, nulla impedimenta, quantūvis magna & ardua, obstat Deo possunt quin superior tādem euadat. Mōtes porro vocās s vós, nō modō significat posse illis pro suo iure se imperare vt populo transtū præbeat: sed exprimit profectiōnis se fore ducē, ac si vna cū Iudeis pergeret, ac cōmune iter faceret: sicuti alibi dicitur peragrasse Agyptū, ac equitas super eius excellā in exitu populi. Hic verò exprimitur singularis Dei erga Ecclesiæ amor, quod se cū ea peregrinari dicit, ac in se suscipit omnium necessitatū curam, ac si ipse sibi proficeret dum suis opitulatur.

12. **Ecce isti e longinquo venient.**) Quod nonnulli quatuor mundi plagas hīc significari putant, satis quidem firmum non est. Ego tamen non repudio, quia & probabile est, & conuenit multis aliis locis. Certè primū dicit venturos ē longinquis mundi plagiis, species

species deinde, id est, aliquas partes subiungit ad generalis eius sententiae explicationem. Loco 51-n 1-s, alij Sinum legunt: atque apud ipsos Iudeos varia lectio est. Hieronymus meridionalem plagam designari putat/ quæ si nentia magis recepta est, à monte Sinai, quæ ad Austrum sita erat. Alij Sienè esse putant, quod sita sit sub tropico Cancer. Verum huc diuersitas nihil ad Prophetam sensum, qui per se planus & facilis est. Nec enim dubium quin Propheta significet eos qui variis in locis dispersi atque dissipati erant, sicut ab Aquiloni, sicut à mari colligatur. Sic porro redditum è Babylone promittit Isaías, vt simul ad tēpus Christi hoc vaticinium extendat, quicadmodum ex superioribus facile colligitur. Memoria enim tenendū, quod prius diximus, hic secundam Ecclesiā natuitatē describi. Nec enim tantummodo promittit Iudeos Ierusalem redditus, vt rēplū instarēt, sed colligēdos ex omnibus terre plagiis qui prius ab Ecclesiā fuerāt alieni.

13 LAVDATE COELI, ET EXULTA TERRA.) Tamēti pios omnes ad gratiarum actionem hortatur atque incitat, tamen hoc simul tēpīcīt, vt confirmet promissione quæ dubia videri potuissent. Rebus enim afflictis turbantur conscientie nostra, atque ita vacillant ut non adeo facile sit in Dei promissiones solidè recubere. Denique homines aut suspensi habent, aut trepidant, aut penitus labescunt, immo deficiunt. Interea quantisper occupat mētus, vel anxietas, vel mēror, vix illa consolatio admittitur: id ēque variis modis ipsos confirmari necesse est. Propreterea tam magnificè beneficium huius liberationis prædicat Isaías: vt tamēti pīj nihil omnino præter mortem & exitiū intuerentur, animū tamen spē melioris status erigent. Eos igitur penē in rem præsentē adducit, ne dubitent amplissimam ipsi gaudendi materiā fore: tamēti tunc nihil præter mētorem & luctū cernerent. Meminerimus ergo, quoties Dominus aliquid promittit, coniungendā esse à nobis gratiarum actionē, qua magis animos nostros excitemus: deinde, attollendas esse mentes ad potentiam Dei, qua longe latēque imperat omnibus creaturis. Nam simul que manū exercit, cœlum & terra cōmouentur. Quod si vbiq̄e signa apparente admirabilis eius potētia, præcipiū specimen & maximē illustrē agnoscē vult in Ecclesiā salutē. Hac autē figura docet, nullum esse potius obsequiū quod Deo præstent cœlū & terra, quam si consipirarent, & operas simul conferant ad Ecclesiā iuuandā. Ceterū, ne fatigant sub malorū onere fideles, antequam consolationē illis à Deo promittat, ad miseras placide ferendas hortatur. nomine enim PAVPERVM significat Ecclesiā multis eternis in hoc mundo obnoxia esse. Ut ergo misericordia Dei participes simus, discamus sub cruce multisque molestiis cum gemitu & lachrymis ad eam enti.

14 ATQVI DIXIT SION, DERELIQVIT ME &c.) Quod magis gratiam suam amplitudine Deus, conqueritur adeo angustos & restrictos fuisse Iudeos, ut sibi ferē via clausa fuerit, nisi malignas eorum cogitationes ingenti bonitate viciserit. Simul tamen vitiū hoc corrigerē studet, vt liberationem sibi oblata & quasi obuiam apertis animis excipiant. & sicuti propensus est ad ipsos iuuandos, sic etiā vicissim se cōparent ad bene sperandum. Nam ad nos quoque pertinet huc doctrina, quia omnes ferē, vbi Deus auxilium suum differt, miserè angimur ac cruciāmūr. putamus enim nos decteros & abiectos. Ita facile obrepit desperatio, cui occurrere necesse est, ne gratia Dei priuemur. Et certè in hac dubitatione se prodit ac decegit nostra incredulitas, quod in Dei promissis non acquiescimus, ut moderatē feramus vel castigationes, quibus nos ad penitentiam sollicitat Deus: vel fidei probations, quibus nos ad tolerantiam erudit, vel quas cuncte afflictiones, quibus nos humiliat. Merito itaque expostulat Deus cum Iudeis, quod præua sua dissidentia oblatam salutē respuant, nec sustineant se iuuari. Neque verò refutat hoc vietum ad paucos, sed totam ferē Ecclesiā cōprehendit, ut ostendat se erga Iudeos beneficium ac largum fore ultra mensuram fidei ipsorum: immo cum ipsis se luctari, ut cum salute sua perrumpat oblitacula omnia quibus eam arecebant. Videant ergo linguli nostrū, ne sibi in coindulgentiā aut adulentur, litigant enim Dominus cum tota Ecclesiā, quod huiusmodi voces edat, quæ ex dissidentia fonte manant.

15 AN OBLIVISCE TUR MULIER.) Ut dissidentiam istam corrigat, expostulationi exhortationem subiungit plenam suadēlūm consolationis. Nam apta similitudine ostendit quantam sollicitudinem pro filiis gerat, matrē sc̄e comparans, cuius adeo sollicitus arque anxious est amor in futū suū, ut paternum etiam longo interuallo superet. Non satis ergo ipsi fuit patris exemplo vti (quod aliqui frequentilime usurpat) sed vt ardētissimam affectum suū exprimeret, matrē se conferre maluit: nec liberis solum nominat, sed fūtū, in quem proponit affectionē esse soleret. Incredibilis enim est matris affectus in fūtū quem fouet sinu s.c. latet, & solite curat: adeo ut infantes ducat noctes, sequē continuo mactet, & sū ipsius obliuiscatur. Atque hæc sollicitudo non tantum in hominibus apparet, sed etiā in fēris belītis: quæ tamēti immanes sunt natura, tamen hac in parte mansuetūnt. Quā verò interdum contingat matres sic degenerare in monstra, ut immanitatem feras superent, & fūtū sui obliuiscantur: subiungit Dominus, etiā si id contingere, se tamen nunquam populi sūi obliturū. Nam affectus ipsius erga nos, matrū omnī amorē ardore & vehementia longe exuperat. Et tenendū illud Christi,

Mat. 7.11 Si vos, cùm mali sitis, nos tis bona dare filiis vestris, quátò magis Pater cœlestis? Homines tamet si prauia natura & amantes sui, curam liberorum habent: quid Deus, qui ipsa est bonitas? an affe-
ctum paternum exerce poterit? Minimè verò. Quanuis igitur accidat matres (quod instar pro-
digij cùt) abiicere fœtum suum: Deus tamen, cuius amor constans & perpetuus est in filios suos,
nunquam eos abiiciet. In summa, describitur híc nobis immensa Dei cura, qui assiduè pro no-
stra salute vigilat, vt cum nunquam defutatum nobis certò persuasi simus: tametsi multis ma-
gnisq[ue] ærumnis afflitemur.

16 Ecce super palmas.) Alia similitudine declarat immensam illa sollicitu-
dinem quam pro nobis gerit Dominus. Vulgate est proverbiū, Nos aliquid tanquam proprios
digitos tenere, cùm rem memorie penitus & serio infixam habemus. Et Moses, cùm assiduam
Dent. 6.8 Legis meditationem cōmendat, Ligabis ea, inquit, in signum super manū tuam: nēpe vt Dei
præcepta semper oculis suis propria habent. Nunc candē similitudinem usurpat: perinde
acsi diceret, Non possum intueri manus meas, quin te illic quoque contépler. te in animo meo
insculptum gero, vt nulla obliuione deleri queas. tui denique obliuisci non possum, quin mei i-
psiū obliuiscar. Deus quidē neque manus, neque corporeā figuram habet: sed ita tenuitati in-
genij nostri seſe accōmodat Scriptura, vt magnitudinē diuini erga nos amoris exprimat. Quo-

Psal. 102.17 niam verò Ecclesia paſsim Domiciliū, vel Vrbis Dei nominatur (vnde etiā ædificationis meta-
Ier. 24.6 phora paſsim occurrit in Scripturis) ideo murorū similitudinem adducit: quia incolumē Eccle-
Mat. 16.18 sia statum significat, acsi diceret sibi curæ ſemper fore vi vigeat ac floreat Ierusalem. Norandū
tamen est murorum nomine metaphorice rectū ordinem politiæ & disciplinæ notari, cuius ſe-
dulum & indefeſum cultodē ſe Deus fore affirmat. Meminerimus autē hanc Prophetiā habuiſ-
ſe locum in misera illa vaſtitate, cùm diruti eſſent muri Ierusalem, quæ viua Ecclesiæ imago
fuit, templū excisum, euerla politia: denique, peſſimata ac propemodū deleta funditus omnia
erant, nam mox promittit futurum vt omnia inſtaurantur.

17 Festinantes tructores TVI.) Declarat quod breuiter dictum fuerat
superiore verlu. Vana enim videri potuſſet illa ſententia de aſidua ſollicitudine quā gerit Do-
minus de Ecclesia ſua & muris eius, quos diruti atque euerti ſinit. propterea ſubiunxit explica-
tionem, Quid deuastabitur illa quidem, ſed deinde in integrum reſtituetur. *STRUTORES.* Hinc colligere licet quā ſit vera inſtauranda Ecclesiæ ratio: nempe, ſi Dominus archi-
tectos mittat, à quibus extruatur: deinde, ſi procul abigat vaſtatores qui eā dirunt. Etiſi enim
per ſe, & præterita hominū opera Ecclefiam erigere poſſet Deus, dignatur tamen eorū manus
interponere: & quanquam ſolus arcana Spiritus virtute totū hoc adiſcium cōpler, benedicit
tamen illorū labore, ne ſit inutilis. Ab ipſo igitur petendi & expectandi ſunt architecti: cùm
eius propriū ſit idoneos reddere (quēadmodum admonet Paulus) & cuique aſſignare ſuas par-
2. Cor. 3.6 tes. Regundis eft etiā non modò vt mittat operatioſ in meſlē ſuā: ſed vt virtutē ſuppedit &
Mat. 9.38 efficaciter dirigat, ne muſtra operi inēubant. nam ſingulari eius beneficentia accidit vt cū ali-
quo fructu Euangeliſ doctrine prædicetur. Sed neque hoc ſufficeret, niſi procul abigeret vaſta-
tores. Satan enim innumeris artibus Ecclesiā inuadit atque oppugnat: nec defunt ei ministri &
ſatellites, qui neroſ omnes in id intēdunt, vt Domini adiſciū diruant, vel corrūpant, vel impe-
diant. Petendū igitur aſidue, vt eorū conatus auertat. Quid ſi minus ex animi nostri ſententia
ſuccedat, vitia ipſi noſtra & ingratitudinē accuſemus: nam Dominus hæc beneficia abundē
in nos conſerte paratus erat.

18 Leva per circvitum oculos TVOS.) Excitat quaſi repreſenti Ec-
cleſiam ad magnificum opus contēplandum, & cernendos hominum cōtū, qui vndiquaque
ad ipsam confluent. Sicut autē collectio hæc pios animos fulcire debuit in diſipatione: ita qui
eius oculati fuerunt testes ad gratitudinē incitari oportuit. vnde appetat vaticinū hoc vtroque
tēpore fuīſe vtile, quum & res adhuc ſub ſpe eſſet abſcondita, & poſtquā euentu cōprobata
fuit. Tametsi verò generaliter vniuersam Ecclesiā compellat, tamen ad ſingulos quoque perti-
net hic ſermo, vt & cōmuniter omnes, & ſcorrum ſinguli hæc promiſſa amplectantur. Cūm au-
tem oculos attolli iuber, ſignificat nos ideo animis deiici, quid non attente, vt decet, opus Do-
mini inſpiciamus: ſed tanquam velum oculis oppolitiū habeamus, quod ea quæ ante pedes poſita
ſunt intueti vetat. Hinc accidit vt nihil concipiamus fiduciæ, ſed in rebus confutis desperatio-
ne propemodū obruamur. Quid ſi hæc toti Ecclesiæ dicuntur, reputet ſecū vnuſquisque quan-
Iob. 10.16 tū labore hoc vitio: & ſubinde ſe ſollicitet atque expergeſiat ad opera Domini intuenda, vt
toto animo in promiſſis eius conqueſcat. Elec̄tos Ecclesiæ cōgregari dicens, ſignificat, vt ſint vnu
corpus ſub Christo, ac velut vnu ouile ſub eodē paſtore, quali eodē ſinu oportere colligi: quia nō
alios pro ſuis ducit Christus ac censet, niſi qui fidei vnitate in corpus vnu coaleſcūt. Quisquis er-
go in numero filiorū Dei haberet volet, ſit filius Ecclesiæ. Semper enim alieni erunt a Deo qui
ab ipſa ſe segregantur. *Quasi ornamēto.* Olēdit Prophetā quis ſit verus Ecclesiæ or-
natus: nēpe, ſi liberos quāplurimos habeat, qui fide ad ipſam aggregētur, & regat ſpiritu Dei.
Hic

Hic verus splendor: hæc Ecclesiæ gloria est: quibus si careat, deformis ac squalida, imò veluti laceta ac discerpta erit. Vnde perspicimus quā bellè teneant Papistæ quomodo ritè ipsam ornari oporteat. Toti enim in pictis tabulis, in statuis, in lapidum structura, in auto, gémis, & vestibus pretiosis, hoc est, in puppis, tauquam pueri, occupantur. At vera Ecclesiæ dignitas quatenus Spiritus sancti donis conflat, interior est. Deinde in fidei & pietatis profectu sita est. vnde sequitur, suis ornamentis præclarè instructa esse, cùm populus fide coniunctus ad Deum ritè colendum in eius finu conuenit. Quod autè plus certitudinis habeat hæc promissio, Dominus iusrandum adhibuit: nōc, vt nos à dissidentia reuocet: & cùm interitum eius instate putabimus, de restitutione ipsius atque instauratione certi simus. Quod si vñquā hæc doctrina necessaria fuit, hoc maximè tempore necessaria est. quocunque enim oculos conuertimus, nihil occurrit preter horrendā visitatatem. Quid ergo nobis agendū est, nisi vt hoc Dei iure iurando suffulti eluentur ex desperatione? nec terreamur paucitate nostra quæ nos contépibiles mundo reddit: nec dubitemus quin multi ex electis dispersi vagentur, quos tandem Deus in Ecclesiæ aggregabit. Ergo erigendi sunt animi, atque attollendi fide oculi, vt non solum in vnam ætatem, sed in longissimum tempus spem nostram prorogemus.

19 Q U O N I A M D E S O L A T I O N E S T V . E.) Confirmat aliis verbis quod iam vidi-mus, mutationem quam promisit in manu Dei esse, vt Ecclesia quæ diu vastata ac dissipata fuit, breui multos habeat incolas: ita vt sit angustior locus, quām vt omnes capere possit. Vtitur similitudine urbis vastatæ, cuius muri & ædificia instaurantur, ad quam ciues tam magno numero redeunt ut dilatanda sint eius pomæria, quod prior ambitus omnes continere nequeat. Non solum ergo intelligit reductionem populi è Babylone, sed restitutionē quæ per Christum facta est: cùm scilicet Ecclesia non tantum per Iudeam, sed etiam per vniuersum orbem longè latè que propagata est. Addit etiam præsidium fore paratum si qui eam hostes infestent: imò quietā fore ab eorum iniuriis & molestis, quia Deus procul ipsos abget: non quod Ecclesia vñquā in totum pacata fuerit, & ab omni hostili violentia immunis: sed tamen Deus suorum infirmati parcens impios prohibuit, eorumque impetus repressit, aut discussit, ne saltē ex Ecclesiæ ruinis regnum Satana cresceret,

20 A D H Y C D I C E N T.) Idem argumentum prosequitur Isaías: atque restitutionē Ecclesiæ sub diuersa figura promittit. Eam autem mulieri videt aut potius sterili coparat, vt misserum & calamitolum eius populi statum declarat. tot enim premebat angustiis, vt memoria gentis penitus deleta videretur. nam permixta Chaldaea, qui captiuā illani tenebant, in aliud propemodū corpus transferat. Non mirum igitur si eam sterili matrī coparat, cùm nulli in futurum tēpus liberi gignerentur. Prius floruerant Iudei: sed collapsum est regnū & concidit totus vigor: nomē denique ferè extinctum est, cùm in exilium eieci sunt. Promisit ergo futurum, vt emergat ex squalore Ecclesia, & quæ nunc solitaria est, cum statum recuperet quæ prius habuerat. Atque hoc includitur sub voce, A D H Y C, ne dissident in arbitrio Dei esse reddere quod olim dederat, quanvis ad tēpus ablatum fuerit. Quod nonnulli per F I L I O S orbitatis, filios orbitas intelligent, non satis conuenire puto. Nam orbitas & sterilitas potius ad Ecclesiæ personā refertur. ideo amplificandi causa sic vocat qui præter spem orbis & sterili dati fuerint. s E C C E D E A L I O M I H I, id est, in gratiā meam. non quod piis conueniat fratres suos extrudere vel mouere loco: sed loquendi formā ex vulgati sermone mutuatus est Prophetæ, vt significet nullā incōmoditatē fore obstaculo quin multi admitti cupiant & sibi locū aliquem dati. Hoc aut̄ factū est, cùm Dominus ex toto orbe innumeros homines collegit. nā subiō & præter spē ho-minū repleta est Ecclesia, quæ prius vacua erat: amplificati eius fines, lōgēq; & latē extēsi sunt.

21 E T D I C E S I N C O R D E T V O.) His verbis admirabile, de qua nūc agit, Ecclesiæ restitutionē fore denūciat, atque ideo introducit admiratēm ipsam, atque obstupecēre, quod inusitata arque inopinata ratione restituta sit. Nec profectō huiusmodi descriptio superuacanea est, nec enim vt noua soboles quotidie succerescit hominibus, qua genus humanum propagatur, ita nascuntur filii Dei & Ecclesiæ, qui non ex carne & sanguine, sed arcana virtute Dei, in nouas *Ioh.1.13.* creaturas reformantur. Natura enim à regno Dei alieni sumus. Si quis ergo nouū hoc opus arque insolitū consideret, & qua ratione propagetur Ecclesia & duret, obstupecēre cogetur. Hanc autem admirationem haud fītam fore, vt sapientia adulatoribus proficiuntur eiusmodi voices, sed ex animo profectorum esse ostendit: quoniam iusta erit causa admirandi, quod Dominus seruavit Ecclesiæ in tantis periculis, nouaque & inexpectata sobole propagari. Quis enim putas, quo tempore contemptissimi erant Iudei, omnique probrofū & miseriariū genere obtutū, villos fore ex Gentibus qui societate hanc appeterent? Deinde minimè credibile erat, posse hominum ingenia repente sic mutari, vt se religioni quā abominati fuerant, addicerent. Adeo quod interpolita maceria exterros omnes & incircuncisos ab ingressu arcebat. Verūm vnam maximè rationē exprimit tanta admirationis: nēpe, quod prius nullos pareret liberos, atque omnino destituta esset. Celsabat enim doctrina, quæ semper est spiritualis vita, quo liberi Ecclesiæ. *Petr.1.23.*

sic gignuntur: cunctus etiā legalis intermissus erat: denique ablata erant quæcunque in columnis
scrum tueris solent. Sic autem vocatur Ecclesia, non quod destituatur à Deo, sed quod non semper
per apparere eius præfentia. Huius sterilitatis imaginē ipsi vidimus, cum Dominus ingratitudinem
hominū vlciscens, sustulit doctrinam suā, eoque in tenebris errare sicut. Tunc verē orba &
sterilis dici poterat, cum nulli eius liberi apparerent. Vnde colligendū est, quā stulti sunt Pa-
pista, qui sic Ecclesiā semper à Christo regi volunt, vt nunquā orba aut sterilis esse possit: cum
Dominus licet Ecclesiā non destituat, ligna tamen præfentia sive propter ingratitudinem hominū
se penumerō subducat. Q V I S E R G O I S T O S E D V C A V I T ? Difficile est iis qui in ex-
hūm migrant, & subinde locum & sedē mutant, educare liberos: & quā Lex & pietatis doctrina
non resonaret amplius in Templo, spiritualis almonia quodāmodo defecerat. Sed Dominus
qui humanis adminiculis non egit, extraordinaria ratione, atque incredibili Spiritus sui virtute
gignit liberos suos, atque educat vbi ita visum est: & in hoc vaticinio cōplendo nutritios preter
spem omnī excitat Dens, vt non abs te miretur Ecclesia quomodo adoleuerint. Quā hanc
Prophetā legimus: monemur non dōptere nos ultra modū turbari, si quando Ecclesiā orbē ma-
lieri simili videamus: nec diffidendū, quin protinus vel vno momento erigi atque instaurari pos-
sunt: amēs nulla eius instaurandæ ratio nobis appareat.

22. **SIC DICIT DOMINVS.**) Confirmat Isaías quod nuper dixerat: nempe, Dominum
effectuūm vt Ecclesia, quanvis diutissimē sterilis & orba fuisset, immensam haberet sobolē, &
fecunditatem ipsa suam admirari cogeretur, idque vt omnem dubitationem tollat, quæ animis
eorum obrepere potuisset. Pronuntiat autē non tantum ex Iudeis, vt antea, sed etiā ex Gentibus
liberos Ecclesiā se daturum. Atque interea hanc generationē spiritualē fore insinuat per gra-
tiam adoptionis. Huc enim pertinet similitudo Vexilli, vt pī sperarent nouā genitū & speciem,
& ab ea diversam quæ in naturæ ordine perspicitur. Oportuit ergo Dominum attollere lignum,
& aream in virtutem suam per Euangēliū exercere, vt ex tam vatus populis, qui & moribus &
lingua differebant, filios Ecclesiæ aduoceret, qui fide inter se, vt fratres in matris sinu conue-
nirent. Qui Manus & Vexilli figura prædicationem Euangeliū tantummodo significari purant, &
separant virtutem Spiritus, falluntur: nam vtrunque coniungi deberet, nec enim Spiritus efficacia
et prædicatione Euangeliū separanda est: quēadmodum præclarē ostendit Paulus. Ad hanc igitur
2. Cor. 3,6 Dēi manū, ad hoc vexillum nobis configiendum est: cū oppreſsam impiorum tyrannde Ec-
clesiam cerimimus. Tametsi enim omnia moliantur, vt eam funditus evertant, superior est Dei
manus, eique frusta homines reluantur. Tandē corum peruicaciam domabit & cōpīmet, vt
Ecclesia statum aliquem vel iis inuitis obtineat. Quod filios Ecclesiæ inter vlnas, & in humeris
allatum iri promittit, metaphorica est locutio, qua significat nihil fore negotij Deo, vbi Ecclesiā
colligere ex dispersione volet: quia Gentes omnes adiutrices erunt. Et si autē hoc primo loco ad
exiles & dispersos Iudeos refertur: minimē tamen dubium est ad omnes Dei electos extendi,
qui in fortē eiusdem gratia asciti sunt.

23. **ET ERVNT REGES.**) Quā locutus esset de obsequio Gentium, ostendit hoc non
ad plebēios tantum, sed ad Reges quoque pertinere. Reges autem cōparat conductiūis homini-
bus, qui alienos liberos alunt: & Reginas nutrīcib⁹ quæ operā suā locant. Cur ita: quoniam
Reges ac Reginæ omnia necessaria ad alēdam Ecclesiæ sobolem subministrabunt. Nam quā
antea Christum ē finibus suis cicerent, eum deinceps agnoscēt summū Regem, omnīque i-
pī honore, obsequiū & cultū exhibebunt. Hoc accedit quā Deus se per Euangēliū
orbi terrarū patefecit. Magni enim Reges ac Principes non solum Christi iugum subierunt, sed
etiam facultates suas contulerunt ad erigendam & fouendam Christi Eccleiam: ut se patro-
nos ac tutores eius præstarent. Vnde obleruandū est, singulare quiddā hic à Principib⁹ requiri
præter vulgarem fidēi professionē: quoniam authoritas & potentia nū à Domino tributa est, vt
Ecclesiam tuerantur, & gloriam Dei procurent, hoc quidem pertinet ad viuēs: sed Reges,
quā maior corū est potentia, cō magis sc̄e impendere, & studiosius id curare debent. Atque
hēc ratio est cur David eos nominatū cōpellet, atque adhortetur vt sapient Domīnōq; seruānt
Psalm. 2,10 & Filium osculentur. Hinc appetat quām insita sint eorū deliria qui Reges Christianos esse nō
pōsile affirmant, nisi se eo munere abdicant. Hac enim sub Christo implēta sunt, cū Euangeliū
prædicatione Reges ad Deum conuerſi, illuſtrissimum hunc dignitatis gradum adepti sunt,
quo omnis generis dominia & principatus superantur, vt Ecclesiæ nutriti⁹ ac tutores cōſent. Pa-
pista non alter Reges Ecclesiæ nutritios esse intelligunt, quām quod Sacrificis eorum & Mon-
achis amplissimos reditus, opimas possessiones & latifundia reliquerunt, quibus se, tanquā porci
in hara, saginarent. Verū ista educatio longē aliō spēctat, quām ad inexhaustos eiusmodi gurgi-
tes satiandos. Nec enim hīc agitur de locupletandis eorū dominis qui falso pretextu pro Eccle-
siē ministri⁹ se venditāt (quod nihil aliud quām Ecclesiā Dei corrumpere, atque extirpāt veneno
perdere fuit) sed de tollēdis superstitionib⁹, atque exterminādo omni impio & nefario cultūde
promouēdo Christi regno, & confetuāda puritate doctrine summuēdis scādalis, atq; purgā-
dis

dis fôrdibus que pietatem corrûpunt, & maiestatem Dei obscurant. Hoc certè dum Reges studiôs curant, simul pastoribus & ministris Verbi omnia suppeditant quæ ad viçtû & cultum necessaria sunt: consulunt pauperibus, nec mendicent, tñ Ecclesiæ indecorâ tolerant: scholas erigunt, & doctòribus constituant stipendia: atque studiosis literarû alimenter decernunt: ptochotrophia & xenodochia ædificant, & reliqua peragunt quæ ad tuendâ & conseruandâ Ecclesiâ pertinent. Verùm, profusi illi & superuacanei lumper in Anniversaria & Missis, in aurea vasa & pretiosas vestes, quibus efforuntur atque infsoleant Papistæ, pôpô & ambitioni tantummodo seruunt, puramque & simplicem Ecclesiæ educationem corrûpunt: iniò præfocant atque extinguunt semen Dei, qui solo vivit. Cùm hæc hodie longè aliter se habere, atque Reges non Ecclesiæ nutritios, sed carnicices esti cernimus: cùm sublata pietatis doctrina, & profligatis veris eius ministris vêtres otiosi, inexplicabiles gurgites, satellites diaboli saginâtur (nam ns Principes libenter impariunt opes suas, id est, lucrum & sanguinem quem è plebe luxetunt) dum etiâ pij alioqui Principes minus roboris & constantie habent ad propugnandum Verbum, & tuendam Ecclesiæ agnoscamus peccatis nostris hanc rependi mercedem, nosque probis nutritius indignos esse factemur. At nihilominus post horrendas istas ruinas, Ecclesiæ instauratio & Regum talis conuersio speranda est, vt se nutritios fidelium & tutores prætent, atque fortiter propugnant doctrinâ Verbi.

V L V E R E M P E D U M T V O R V M L I N G E N T. Hoc etiam testimonium detorquent Papistæ ad stabilendam tyrannidem idoli sui, quasi veros & legitimos Dei cultores non aliter se probent Reges ac Principes, nisi laruum illum Ecclesiæ principe loco Dei adorant. Ita pietatis obsequium illis est pedes Papæ supplex oculu*m*i. Primo quid de barbara eiusmodi & idololatrica veneratione censendu*m*it, dicant à Petro, cuius sedem se tenere iactant, qui se tali honore à Centuriione affici passus non est. Discant etiam à Paulo, qui discissis vestibus summa cum detestatione eiusmodi veneratione improbavit. Iam quid magis preposteru*m*, quam Filium Dei fingere pro Euangelij ministro, quali profanum aliquem Regem instituisse Persica luxuria & pompa fulgentem? Nos verò meminerimus Ecclesiâ, vt capiti suo sit conformis quan diu peregrinatur in mundo, cruci subiici, vt humilietur. Quod si aliqua detur ab hostiis relatio, tamen in præcipuo eius ornato & splendore est modello. unde sequitur spoliari suis insignibus, vbi profana superbia induitur. Nec verò hic aliud intelligit Propheta quam adorationem, qua Principes coram Deo se submittunt, & obsequiu*m* quod eius Verbo præstant in Ecclesiâ. Est enim diligenter notandum quod antea diximus: quum agitur de honore Ecclesiæ exhibendo, nimirum à capite suo sciungendam esse. nam hic honos & cultus ad Christum pertinet, qui sic ad Ecclesiæ transfertur ut penes unum ipsum integer maneat. neque enim pietatis obsequio in ordinem se cogunt Reges, vt heminum iugo onerentur, sed ut se Christi doctrina subiiciant. Quisquis ergo Ecclesiæ ministerium reicit, & iugum quod eius manu Deus vult suis omnibus imponi detrectat, nec villam cum Christo cōmunionem habere, nec Dei filius esse potest.

Q V I A N O N P V D E F I E N T. **¶** pro causâ particula accipio. nam continua oratio est, que perpetuâ ab aliis dissecatur. atque hoc argumento probat quoniam esse ut hilariter Dei imperio se addicent Principes, leque etiâ coram Ecclesiâ humiliare non grauentur, quia Deus eos qui in ipsum sperant, padesceri non sinet. quasi diceret amabilis hanc & iucundâ subiectionem fore. Coniungit autem veritatem suâ cum nostra salute: aesi diceret, Se nec veracè nec Deum agnosci velle, nisi re ipsa præstet ea que promisit. Atque hinc percipimus incredibile fructum, quia si cuti fieri nequit quin statu suum Deus retineat: ita salutis nostræ firmitudine stare inconcussum necesse est, quam Propheta ex ipsa Dei stabilitate deducit.

24 & 25 A N A V F E R E T V R F O R T I P R A E D A ?) Cùm superiori versu dissoluerit obiectionem que fidelibus in menté venire poterat, etiânum magis idem confirmat. Nam hoc incredibile videbatur, vt Iudei eriperentur e manibus tam potensis hostis, à quo capti iusto bello, & in seruitute redacti erant. Subiicit ergo ista interrogationem quasi ex totius vulgi persona, sicut verisimile est per omnium ora volitare: mox autem responderet, vt videbimus. Ac priuîm obseruanda hæc similitudo est, quod Ecclesiæ vocatur præda robusti, & captiuitas iusti, id est legitima. Iustus enim possessor dicitur, qui legitimus est: vt cùm bellu*m*ire illatum est, præda in illum possessorem transiit. Talis fuit veteris populi conditio, quoniam in exilium profligatus esset: quia simul cum patria amissa erat libertas, & libido victoris pro iure erat. Et interea hæc similitudo diligenter notanda est: quod Ecclesiæ opprimatur tyrannide Principiū, & facibus luporū expedita sit: ac nihilominus iusta eotum prædia esse existimet. Hoc quidem indignu*m* est: sed ita tristati sunt patres nostri, quos neque virtute neque dignitate præcellimus. Sed vt eunque iustos se dominos esse iactent, & mani titulo gloriarentur, Dominus eos prædones iniquissimos esse declarat, cùm le vindicem fore, atque iis prædâ suam crepturâ esse significat, nec enim iusta domitia euertit Deus. Vnde sequitur, deminatione quam in populum Dei occuparunt, metum latrociniu*m* ac tyrannidem scelerast esse. Nec vero coru*m* armæ scopig, aut munitiones obstatunt quo minus iniustam eis posseptionem Dominus eripiat. Nec solum ad externos hostes & tyrannos per-

*Mat. 12.29
Lc. 11.22
Gen. 12.3
Iud. 7.22
Supr. ver.
23*

tinet ista promissio, sed etiam ad tyrannidem Satanæ: è qua mirabili Dei virtute eripimur. Magna quidem est potentia præditus: sed Dominus longè potentior, arma eius & præsidia diruit, vt nos in libertatem vindicet. Si ergo hac in parte Dei virtutem experti sumus, multò magis confidere æquum est, certum nobis liberatorem fore, quoties indigna seruitate oppressi sub pedibus hostium habeimus. Vbi se litigaturū denuntiat nostra causa, primum reuocat nos ad considerationem virtutis suæ, ne rem ab humana ratione vel ex hominum potentia extimemus. Nō est igitur spectandum quid possimus, aut quæ nobis præstò sint subsidia, sed totū negotium Dei vnius arbitrio committere oportet, qui nos tueri ac defendere dignatur: deinde profitetur se idoneum fore patronum, qui hostium calumniis respondeat. Diximus enim paulò ante impios non tantum violentia & crudelitate efferi contra Ecclesiam, sed falla infamia eam grauare, ac si iure in eam starent. Ideo plusquam necessaria est hæc consolatio, Deum fore innocentie nostræ vindicem, qui inanes omnes pretextus, unde improbis maior crescit audacia & ferociæ, suo patrocinio discutit. Quamobrem iterum repetit, ego & seruabo. Magna verò ad nos consolatio reddit, cùm intelligimus nos tam arēto fædere cum ipso coniunctos esse yr sece opponat omnibus qui nobiscum litem suscipiunt: benedicat iis qui benedicunt, ac contrà maledicat iis qui maledicunt: denique se hostem hostium nostrorum esse testetur. Hinc etiam notandum est opus humanum non esse, quod restituimur in libertatem & vitam: quod non opprimimur ab hostibus: denique quod sumus salui, ne quis industrie sua arroget quod Deus tanquam singulare beneficium à se uno sperari iubet.

26 ET PASCAM S P O L I A T O R E S T V O S.) Primum declarat qualis hostes Ecclesiæ maneat exitus: ac denunciat futurum, vt mutuis inter se odis accensi, mutuis quoque cædibus scipios confiant. Et certè Deus est qui ipsos agit præcipites, atque in furorem impellit, vt vires suas prius exeruerant in Ecclesiam, eas in se concurtant, secum ipsi configant, vt Madianitas, sibique exitium afferant. Summa est, nullis externis auxiliis, nulloque apparatu opus fore, quum Deus cuertere & perdere voleret reprobos: quia vertigine ab eo perculsi mutuo conflitu se absument, dū inclexibili rabie alij in alios ferentur. ET SCIET OMNIS CARO. Repe-tit sententiâ illam quam prius vidimus, Futurum scilicet, vt Deus Israëlis, verus & vnicus Deus ab omnibus agnoscatur, quod suos ab interitu vindicari. Hanc enim approbatione Diuinitatis sua esse voluit, quod redéptor ac seruator populi sui palam apparuerit. Nomen I A C O B nonnulli in vocatiuo legunt: ego in genitiuo. Dominus enim se seruatorem, redéptorem, & fortcm Israëlis esse testatur, vt in eius fide & tutela toto animo conquiscat.

C A P Y T L.

 Ic dicit Ichoua, Vbi libellus iste repudij matris vestræ, quam repudiani? aut quis creditor cui vendidi vos? Ecce propter iniurias vestras estis venditi: & propter transgressiones vestras repudiata estis mater vestra.

 Cur veni, & nemo (occurrit?) vocavi, & nemo respondit? An abbreviando abbreviavit se manus mea, vt non redimat? amon in me virtus ad liberandum? Ecce increpatione mea exicco mare: pono flumina in desertu, vt putrefcant pisces eorum pre defectu aquæ, & moriantur siti.

3 Induo calos caligine, & quasi saccum pono operimentum eorum.

4 Dominus Ichoua dedit mihi linguam eruditorum, vt sciām laſo verbum in tempore. Excitat manū, manū excitabit mihi aurēm, vt audiam, sicut docti.

5 Dominus Ichoua aperuit mihi aurēm, & ego non fui rebellis: retrorsum non recuersus sum.

6 Corpus meum exposui percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam nō abscondi ab ignominia & sputo.

7 Nam Dominus Ichoua auxiliabitur mihi: propter ea non sicut pudicactus, idco posui faciem meam quasi silicem, & scio quod non confundar.

8 Propè est qui me iustificat, quis contendet necum? Stenuis simul: quis aduersarius causæ meæ? accedat ad me.

9 Ecce, Dominus Ichoua auxiliabitur mihi, quis est qui me condēnat? Ecce omnes quasi vestimen-

vestimentum vetera scens: tinea comedet eos.

10 *Quis in vobis est timens Ichouam? audiat vocem serui eius. Qui ambulauit in tenebris, & qui caruit luce, confidat in nomine Ichoue, & inmitatur Dco suo.*

11 *Ecce vos omnes succenditis ignem, & circundati cflis scintillis. Ite in lumine ignis vestri, & in scintillis quas succenditis. E manu mea fuit hoc vobis: in dolore iacebitis.*

IN CAPVT L.

VBI LIBELLVS ISTE?) Variae sunt huius loci interpretationes: sed paucimenter Prophetæ asseverati sunt. Ut luminam teneamus, notanda est coniunctio illa, qua postmodum statutus Dominus populum suum sibi denuntiavit esse: nempe ut ipse mariti sit loco, nos vt vxori vicem subeamus. Est enim coniugium spirituale, quod perpetua eius doctrina consecratum, & Christi sanguine obsignatum est. Quemadmodum igitur nos in tutelam suam velut charissimam coniugem recipit, ea lege vt fidem castè seruemus: ita cùm fecellimus, nos reiicit, tuncque iure repudiare dicitur, ac si maritus vxorem adulteram è domo expelleret. Quum itaque Iudei tot tantisque ætumnis premerentur, vt reiecti à Deo ac repudiati facile iudicarentur, de repudijs causa agendum erat. Iam vt disertii ad se excusandos homines eis solent, & culpam in Deum reiicare conantur: tunc quoque querebantur Iudei de tuo statu, quasi immerito Dominus ipsos repudiasset: quia scilicet minimè putabant sceleribus suis irritas esse promissiones & dissolutum fœdus: saltem vix poterat illis extorqueri ingenua confessio. Culpam etiam transferabant in maiores suos, quasi pro alienis sceleribus poenas darent. Hinc illæ voces & querimonie quæ ab Ezechiele referuntur, Patres nostri comederunt vuā acerbam, & dentes nostris obstupuerunt. Quum igitur voluntarent postmodum eiusmodi voces, petivit Dominus vt producunt libellū repudiij, quo probent se vacare culpa, atque immerito reiectos esse. Dabatur autem libellus repudiij vxoribus quæ iniuste repudiabantur. Eo enim testari coactus fuit maritus vxore pudicè atque honestè vixisse, vt constaret nullam aliam eis repudijs causam, quam quod marito non placet. Ita libera discidebat mulier: atque penes maritum culpa tantummodo residebat, cuius morositati & fastidio repudiij causa assignabatur. Hec autē repudiij lex ob duritatem populari illius, vt ostendit Christus, à Mose *Deut. 24.1* constituta est. Aptissima ergo similitudine ostendit Dominus se non esse authorē diuorti: sed *Mat. 19.7* populum culpa sua diuertit, & sequutum esse libidines suas, ita vt coniugij vinculum penitus abruperit. Propreterea rogat vbiā sit libellus ille quem iactabant. Est enim emphasis in pronominis demonstrativo nō, iste: quo notare voluit inanes corū exculcationes: perinde acsi dicaret, eos ita crimen à se depellere, & Deum caluniarī, acsi parata ipsiā efficeret defensio: quum tamen ipsi violassent fidem coniugij, nec quicquā proferre possent quominus legitimū efficeret repudium. **A V T Q U I S C R E D I T O R.** Alia similitudine idem demonstrat. Quum quis ita obtutus erat a re alieno, vt creditoribus satisfacere non posset, cogebatur liberos suos in solutū dare. Petivit ergo Dominus an id facere coactus sit: an eos vendiderit, aut dederit in solutum alicui creditori: an similis sit decoctoribus aut malis economis, qui se a re alieno obrui finunt? acsi dicaret, Hoc mihi obiecture non potest: constat igitur vos ob sceleris vestra venditos, atque in servitutem redactos esse. Vindicatur ergo Dominus maiestatem suam ab omnibus calumniis, easque hoc secundo mēbro refellit, quod Iudei sua culpa repudiati a venundatis sint. Eadem autē locutio est apud Paulū, ubi dicit nos venundatos eis sub peccato, sed duerso sensu: sicuti etiam *Rom. 7.14* Hebrei ita loqui solent de perditis hominibus, & quorū desperata est improbitas. Hic autē simpliciter reos peragere Iudeos voluit Propheta: quia sibi propriis sceleribus contrarerant quicquid fecerant malorum. Si queratur, An Dominus repudiavit hereditatē tuam? an fœdus irritū *Psal. 89.40* fecit? minimè quidē: led repudiare dicitur Dominus, vt etiā alibi Profanare, quod ex præsenti *Ezecl. 24.21* aspectu aliter iudicari non possit. Nam quā ipsos non profeceretur solito fuore, species fuit repudiij vel abdicationis. In summa, notanda sunt hec duo antitheta, Vxorē repudiari mariti culpa: vel quod impudica & adultera sit. Itē, Liberos venundari ob penuria patris, vel ipsorum culpa. Atque ita facilis huius loci contextus erit.

.2 **C V R V E N T.**) Posset esse causa redditio, quod populus non modò pronocata ita Dei sibi ingentem malorum congeriem acceruerit: sed etiam peruvacia sua spem sibi præciderit veniam & salutis, verū exultino potius Deum vterius progredi. Postquam enim expulsus se iustam repudiandi populi causam habuisset, quia sponte se in teruitutē addixerat, quum liber eis potuisset: subiicit, per le nihilominus non stare quominus statim liberetur. Nam quēadmodum superiorē verū ostendit omnem culpam penes Iudeos residere, ita nunc vitio ipsorum accidere docet, quod confundant in miseria tuis, ac putrefiant. Dominus enim paratus erat ipsiā opiculare, nisi gratiā eius & beneficiā respuerent. In summa, ostendit tam initū quām progreffum mali, vitio populi accidere, vt omni culpa Deum liberet, ac impiè Iudeos facere ostendat,

quod eum velut authorem mali accusent, aut querantur quod ipsis opem ferre nolit. Primum igitur Dominus se venisse dicit, quorū id, nisi vt ludēis manū porrigeret? Vnde sequitur meritò deſtituit: quia eius gratiam amplecti noluerunt. **VENIRE** autem dicit Dominus, quum dat signum aliquod præſentiæ ſuæ, accedit prædicatione Verbi; accedit etiam variis beneficiis, qua in nos conſert, & signis quibus paternam nobis benevolentiam demonſtrat. An vero, vt ait

Deut. 4:33;

Mosēs, vñquam populus tot signa vidit, & vocem Dei loquentis audiuīt, vt populus ille? Quum illis nihil profuerit aliudia initiatio, dum proposita ſpe venia eos ad pœnitentiam hor-tatus est, non abs re tanquam de re prodigiosa querit cur non fuerit exceptus. Conuicti itaque tenetur ingratitudinis, quod quum ipsis Deum querere debuissent, ne vtrō quidem yenienti occurrerint. Nam plusquam ingratia est animi, vtrō oblatam Dei gratiam nolle amplecti. In verbo **VOCANDI**, repetitio est eiusdem ſententia diuersis verbis. Vocante Deo ad obedientiam, nos paratos & compositos eſſe decet. Hec enim est responsio, quam ſibi negatam fuſſe cōqueritur, dum nos eius Verbo totos addicimus. Ceterum ad circumſtantiam loci propriè nunc restringitur: quia Deus exiitum malis corum propoſens, obſtinatè contempsuit, ac si apud mutos & furdos verba faceret. Hinc colligit culpam in ipsis hæcere, quod non citius liberati fuerint: idque confirmat prioribus experimentis: quia ſatis opis in ſe eſſe poſitum olim Patribus oſtēderit. Porro ne tergiuſando excufent ſalutem ſe non eſſe adeptos, quā tamē cordi eſſet, ex aduerto contendit cauſam mutationis alibi quām in ſe querendam: quia ſua potentię nihil decesserit. Se igiut in mora non fore quominus manū laboratibus porrigit, niſi malignè auxiliū refugereſt. Hac autem interrogatione fiduciam maiore exprimit, quali rem minimè dubiam afferens. Quis enim Deo obiicere audeat, imminutam eſſe potentiā ipius? Commemorat igitur quām poterit cripuerit populum ſuum ex **Egypto**, ne hodie ipſum minus potenter eſſe arbitrentur, ſed vitia ſua obſtaculo eſſe agnoscant. Dicit increpatione ſua ſiccatum mare, quasi terrorē incuſerit ve-

Exod. 14:21. lu communione interpoſita. Eius enim iuſu & imperio diuifa ſunt maria, vt via pareſieret, & Iordanis retroſum actus eſt. Ita fiebat vt pifces aqua deſtituti interirent, ac putrefierent.

Iſ. 3:16. 3 IN VO COELOS.) Commemorat etiam denias illas tenebras, que trium dierum ſpatio **Exod. 10:3** per totam **Egyptum** effuſae ſunt, tunc enim cœlū velut habitu lugubri indutum erat, nam quē adinodum ſerenitas cœli lata eſt, ita caligo & tenebra tristitiam afferunt. Ideo veluti facio aut pulla vête opertos colos fuſſe dicit, quali ſigna & iudicia luſtūt eſſent. Si quis generales ſententias eſſe malit, fruatur ſuo iudicio. Sed mihi probable eſt historiam redēptionis attingi, ex qua colligere promptum eſt, Deum qui tam mirabiliter auxiliatus fuerat Patribus, corum ingratitudine excludi, ne præſentibus miseriis ſuccurriteret.

4 DOMINVS I EHO V A.) Postquam populum bis teum peregit, ſubiecit more ſuo conſolationem. Sic enim nos pudeſcit Dominus, vt statim à pudore liberate velit. Quanuis igitur iuſtissimi de cauſis reiēctum fuſſe populum, atque ſua culpa perire oſtēderit, quod etiam libera-tione indignum ſe præberet, tamē auxilium ei promittit. Porro quia in re difficulti creditu, neceſſaria erat singularis authoritas, præfatur ſe diuinitus miſiūm eſſe, & inſtructum ad exequenda mandata. Vulgo hunc locum de Chriſto exponunt, aci Propheta non conueniret, quod poitea colaphis cœlum ſe fuſſe dicat: quod nusquam de Iuſia legitur. Verum hoc argumentum haud fa-

Pſ. 11.22.19 tis firmum eſt: nam Dauid queritur diuifas fuſſe vefteſ ſuas, quod propriè in Christum compe-

Mat. 23:35 tit, non ſequitur tamen hoc à Dauide ipſo fuſſe alienum. Mihi certe dubiu non eſt quin Iſaias in

Ioh. 19:24. Ioh. 19:24. medium prodeat, velut is qui omnium ſeruorum Dei perfonam ſuſtinet, & qui fuerunt ab ini-

tio, & qui poſtea futuri ſunt. Sibi vero **L I N G V A M** à Domino datam eſſe dicit, vt promiſſiones quibus populu erigit, plus momenti habeant. Vacillat enim fides noſtra, ſi hominem ex ſe loqui ſuſpicemur: atque adeo miser erat illius populi ſtatus, vt nullis rationibus humanis in ſpē libera-tionis aduci poſſet. Summa eft, cœleſtis illis aſteri nuntiū propinquat ſalutis: quod ſi quis nō ad-mittat, Deo ſe rebellem & immorigerum prodeſt. Quanquam autē propriè fidem hī ſibi con-ciliat Propheta, inde tamen colligere licet in genere, neminem idoneum eſſe ad docendum qui non fuerit primum à Domino formatus. Quo monentur pij omnes doctores à Spíitu Dei pe-tere quod alioqui minimè ſuppeteret. Adhibenda eft quidem ſedulitas, ne ſuggeſtum niſi bene parati conſcendantis ſed tenendum eft illud principium, quæ cunque ad obēundum munus neceſſaria ſunt, Spíritus ſancti dona eſſe. Et ſane ſumma eſſet temeritas, niſi Spíritus ſancti ellent or-gana, prodire in medium Dei nomine. **V T S C I A M.** Hic aliquid ſubaudiendum eft, nempe Ad-ministrare, vel proponere. Scendi verbum complectitur prudētum ac dexteritatem, qua inſtructus debet eſſe Paſtor, vt fideliter & cum fructu verbū Dei adminiſtraret; quia diſcret eſſe pro-bè edictum fuſſe in ſchola Dei, atque ita certò tenete quid miſeris & ſub onere gementibus expediāt. **L A S S O S** vocat eos qui multis ærumnis fracti ſunt, vt prius vidinatus, Qui dat laſſo virtutem. Sic etiam loquitur Christus, Venite ad me omnes qui laſſi & onerati eſtis. Significat ergo ſibi Deum fuſſe doctore & magiſtri, vt miſeros homines apta conſolatione ſubleuare poſſit, qua fracti ipſorum animi ad miſericordia Dei ſenſum erigantur. Vnde colligimus hoc poſti-ſum incumbere miuſtris Verbi, vt miſeros & fractos ærumnis, vel ſub carum mole curuatoſ homines

Supra 40.

29.

Mat. 11:18

homines consolentur: denique ut ostendat quæ sit vera quies & animorū tranquillitas: quemadmodum prius cap. 29. vidimus. Docemur etiam quid potissimum in Scripturis ab unoquoque; non strūm querendum sit: nempe ut doctrina sublenādis miseriis nostris idonea & apta imbuamur. *vers. 18.*
 Isenū se demūn in Euangēlio profecīsce s̄c̄iat, qui tempētiua consolatiōne aduersis rebus aut etiam deploratis animūm lūum erigere ac sustinere potest. Multiplicem quidē esse vslūm doctrināe fateor, quia non modō afflīctis & debilitib⁹ solandis vtilis est, sed etiam severas obiurgatiōnes & minas aduersis pr̄fāctos continet. Cāterūm Ilaia hoc sibi p̄cipue imunclūm docet, *2 Tim. 3.*
 vt pro necessitate p̄fētūtis deficiētibus lūdāis aliquid solat⁹ aferat. EXCITABIT MANE. Hic testat̄ Dōminū ita solitūm esse de miseriis & opprēssis, ut manē, id est tempētū, illis succuratur. Nos quidē ſaepē dēlītūi consolatiōne fateor: sed quānus aliquāndū nos languore ſintat Deus, ſingulos tamen articulos opportunitatis tenet, vt neccſitatem ipsam māture p̄ueniat ſuo auxilio. addes, si tardius ſuccurrat, id accidere noſtro vītio: quia non ſolūm torpore noſtro, ſed etiam contumacia ſubducim⁹ nos eius gratia. Quicquid fit, ſedul⁹ aduigilat ſemper atque accurrit ad opem ferendam: imò fugientes etiam & repugnantes ad ſe vocat, ut eius gratia & benignitatis gūltu recreem⁹. Iterūm verò repert⁹ MANE, quo continuationem & affiditūtē ſignificat, ne ipſum more hominū ſubitos quodſā impetus habere exſtimem⁹, ut abiiciat vel paullō poſt negliqat eos quorum curam ſemel ſuſcepit, quoſ potius gratia tua prosequitur vſque in finem, nec vñquam consolatiōne dēlitūt. *VT AVDIAM SIC VTD OCTI.* Significat non ut tardis & ignauis vellitatam ſibi fuſile aurem, ſed fuſile formatiōne politum. Interim ſuo exemplo admoſer Deum efficaciter docere emnes quorū ministerio vti vult in ſalutem Ecclesiæ ſua. Parum enim eſſet ipſos iſtituti humano more, niſi intus ſpiritū Dei magistrū haberent. Hinc melius conſtat quām verū ſit quod prius diximus, non alios esse bonos doctores, quām qui boni diſcipuli fuerint. Eos enim doctos & eruditos vocat, nam qui diſcere non dignantur, quōd ſe quantum opus eſt ſapere potest, bis infaniunt: quando ſoli demūn iudicio Dei censentur verē erudit⁹ ac docti, qui prius docteri ſe ſuſtinent quam doctořū munere fungantur, ut certā corum quātradū notionem habeant, nec quicquid in medium proferant, niſi quod teſtari poſſint à Deo p̄fēctū ſeffe deinde, ſubinde diſcendo, continuo facere progreſſū non recuſant. Quod alij in accusatiōne legunt, ſicut Doctos, durūm ac remotūm eſt.

¶ DOMINVS IEHOVA.) Iterūm repert⁹ quod anteā dixerat: atque h̄ic comprehendit omnia quæ ad Doctoris offīcium pertainent. Nam A PERTIO auris non tantūm ad doctrinām, ſed ad totam vocationem referti debet: quum ſc̄ilicet addicet ſibi in ſeruum, & certiorem facit ſui offiſij quem mittere decreuit, quum dat mandata, & exequi iubet quod ipſe mandat. Cāterūm, non tantūm aperit auris à Domino, qui oſtendit quid ipſe velit: ſed quum efficaciter hominis animūm percellit, atque ita afficit ut ei obſequeatur: quem ad modūm *PSAL. 40.* dicitur, Aurē autem *PSAL. 40. 7.* fodisti mihi. Et ait Christus, Quicunque audiuīt & didicīt à Patre, ille venit ad me. Quōd pertinet *IOH. 6. 45.* ſecondūm membrum, vbi negat ſe fuſile rebeilem. Summa eft, mihi cum temerē aggredi, ſed vocationis Dei probē cōſciūm, munus doctoris quantūm graue ac moleſtūm, quia ad parendūm voluntariū ſit, obire.

¶ CORPVS MEVM EXPOSVI.) Probris, cauillis, & petulantiae impiorū opponit infraetām fortitudinem qua donatus eft: quaſi diceret, Vt unque obſtēre conēctur Dei contēptores, ſe tamen omnib⁹ corūm injuriis ſe re ſuperiorem, ut ſuſcepti laberis nunquāni p̄nēteat. Interea aperte docet hic locus, ministros Verbi ſideliter munus lūum exequi non poſſe quin certamen à mundo immineat: imò hinc inde durerit impētantur. Nam ſi ſuſlatque Ilaia ſe mandato Deo obtemperaſſe dicit, adiungit etiam corpus ſuūm percutientibus expolitūm fuſile. Hanc igitur conditionē fideles Dei ſerui effugere nequeunt, dum Verbi doctrinām adminiſtrant, quin ſuſtineant pugnas, conuictiā, odia, calumnias, & variis iuſtis ab aduersariis, quibus odioſa eſt monendi & reprehendendi libertas, qua ipſos vti neccſe eſt. Arment igitur teſe conſtantia & fide, quoniam bellum iū ſraue paratum eft. Nec verò perfecutiones impiorū ſolummodo exprimit, ſed ignominiam mundi: quōd impij iuſtā cauſam habere videri appetit, dum infēti ſunt Verbi ministri, corūmq; doctriñā infēctātūr. eos enim pro maleſiis & iceleratiſ haberi volūt, ut odio & exercitatio ſint omnibus. Itaque variis eos calumnias proſcindunt, nec ab ylo proibri genere abſtinent, ſat ſodice exprimunt, quāb⁹ ab aduersariis hereticis, ſeduētores, ſeditioſi vocantur, & aliis maledictis impētūnūt, qua Christo etiam & Apoſtolis obiecta ſunt. Addē quōd non modō à profeſiis & extēris hoſtib⁹ ingeita ſibi fuſile ſputa, & colaphos inflictōs dicit: ſed perſtingit quas ferre oportuit cōtumelias ab iſtētiniſ & domesticis hoſtib⁹: quia ſemper ē međio Ecclesiæ gremio ſurgunt improbi & Dei contēptores, qui audacter Prophetis infultent. Ad hēc igitur moderate ferenda paratos eſſe oportet qui Deo ſeruite volunt: ut per infamiam & bonam famam ambulent: nec tantūm plagas, exilia, vincula, mortes contemnant, ſed etiam *MAT. 27. 63.* probra & ignominiam, tamē ſi morte interdūm ducit eſſe videatur. Hēc doctrina cūm ad pios omnes pertineat, tum verò p̄cipue ad doctores Verbi, qui cāteris p̄aſtre, ac vēlūt antefigna-*ACT. 16. 20.* ni eſſe debent.

N A M D O M I N V S I E H O V A .) Declarat Propheta unde tanta fortitudo, qua ipsū aliōsque Dei seruos præditos esse necesse est, vt omnium impetus fortiter sustineant: nempe ab auxilio Dei, cuius fiducia se obduruſſe prædicat aduersus omnes mundi iniurias. Quū verò ex celſa animi altitudine præditus despexerit quicquid erat aduersum, alios quoque ad eandem cōſtantiam instituit, ac velut in tabula depingit qualis sit conditio omnium ministrorum Verbi: vt auerſi à mundo, totos se ad Deum conuerterint, atque in eum penitus defixi sint. Nullum enim erit tam graue certamē in quo superiores futuri non sint, eo freti duce. Similitudine Silicis docet quicquid accidat, imperterritum se forenam metus aut perturbationis, vt reliquorum affectū, signa in facie apparent. Vultus enim ipse loquitur, ac demonstrat quemadmodum affecti simus. Iam quum tam ignominiosè tractentur serui Dei, identidem succumbere iniuriis necesse foret,

Iere. i. 18. nisi eas lapidea fronte vel ferrea discuterēt: qua ratione & Ieremias dicitur positus esse in urbem munitam, columnam ferream & murum aeneum contra reges Iuda, Principes & populum, pri-

Ezech. 3. 8. mo capite. & Ezechiel dicitur frons robusta fuisse data: imò adamantina, & fortior silice, ne ad duritatem populi cederet, cap. 3. Per verbum Pudeſteri non idem vtroque in loco intelligit: quia priore membro ad affectū refertur, secundo ad rem ipsam vel effectū. Ergo initio versū vbi gloriatur se non esse confusum pudore, quia Deus stet à parte eius, significat non sufficere quod Deus nobis auxilio effe velit, nisi id quoque ipsi ſentiamus. Quid enim proderunt nobis promissa Dei, si diffidimus? Requiritur ergo fiducia, qua ſustineamur, ac Deū nobis propitium effe certò ſciamus. In fine verò de felici exitu ſe peruaſum effe affirmat. Ita pudor tantundē valet ac fruſtratio: quia ſubſannationi obnoxij ſunt qui vanam ſpem & fallacē cōceperant. Hī videmus peculiare quoddam auxilium promitti pīs Doctoribus & ministris Verbi: vt quō grauiſ ſipſos impedit Satan, atque infiſor est mundus, cō magis Dominus ipſos defendat, & singulari præſidio tueatur. Atque hinc cōſtituēdum, eos omnes qui cūm ad certamen veniunt expauſcent, atque animis franguntur, nunquam ad obeundum munus ſuum rite comparatos fuſſe: nam qui certare nescit, Deo & Eccleſia ſeruire nescit, neque adminiſtranda Verbi doſtrina idoneus est.

P R O P E E S T Q V I .) Semper memoria tenendum est, Prophetam nihil cōmemorare quod peculiare ei ſit: ſed teſtari qualis velit effe Dominus, ac perpetuo futurus ſit erga fideles miniftriſ: vt quisquis hoc teſtimoniū habet, quod à Deo miſiſ ſit, ſeq; officio ritē fungi nouit, omnes aduerſarios facile contemnat, neque moueat eorum calumniā, quā à Domino iuſtificetur. ſicuti ſemper prop̄ eft Dominus & erit ad tuendā atque vindicandā veritatē ſuam. Ceterū vt quis hoc cōteſtari poſſit, pura conſciencia opus eft. Num ſi quis temere ſe ingrat, nec teſtimoniū habeat ſuā vocationis, aut ſomnia ſua in mediū producat, fruſtra iaſtabit hāc promotionem, quā ad eos ſolummodo pertinet qui à Deo vocati, partes ſuas ſyncera & integra fide implent. Etſi autem nunquam obſtrepere ceſtant Dei ſeruis vel hypocritæ, vel contemptores: obuiam tamen progreditur Iſaias, aſi nemo litē aut calumniā intendere auderet: non quod compescere eos queat, ſed quia omnia tentando nihil proficient. Prædicat igitur ſe ex alto deſpice falsas criminaciones, quibus vtūt aduerſarij pīe doctriṇa aduersus eius doctores. Nullū enim crimen eft quo ipſos non ſugillett: ſed irrito conatu, quando non longè abeft iudex, a quo vindicabitur eorum integritas. Poſſunt igitur aduertor, ſicuti Paulus fecit, à peruerſis & iniquis

1. Cor. 4. 4. hominum iudiciis prouocare ad diem Domini, a quo innocētia ipſorum patet. **S T E M V S S I - M V L .** Tantum pīs Doctoribus fiducia effe debet vt aduerſarios vltro prouocare non dubitant. Satan enim cum ſuis miniftriſ aperto marте congredi non ſemper audet, præſertim vbi mendaciis pugnat: ſed clandestinis artibus, ac veluti per cuniculos agit, vt incautos opprimat: at ſerui Dei palam ſtare, & congredi cum hoſte, & rationib⁹ pugnare non verentur, modò aduerſarij copiam ſui facere velint. Tanta eft enim viſ veritatis, vt apertam lucem non reformidet, ſicuti videmus hīc Iſaiam ſecurè laceſſere quoſcumque ſibi infidiari vider. Ideo repetit, **A C C E D A T A D M E .** Nam ad reddendam doctriṇa ſuā rationem parati effe debent pīs Miniftri. Sed quis ipſos equo animo audire vult, ac perpendere qualis ſit ea doctriṇa quam in medium producunt: Accedent quidem libenter aduerſarij, ſed ad stringendos gladios, quibus eos iugulent: ad exaucandas linguis, vt omni maledicentia genere ipſos proſcindant. denique omnis ipſoru defenſio in armis aut fraudibus poſita eft: quia Scripturæ rationibus congredi non audent. Poſſumus ergo cauſe noſtræ æquitate freti, liberè ipſos ad certamen prouocare. Tametí nos cōdemnent iudiſta cauſa, atque multos habeant ſuffragatores ſententiæ ſuę, non eft quod moueamur: quia Deo iudicē, cuius cauſa agimus, tādem abſoluemur. Paulus ad Romanos videtur ad hunc

Rom. 8. 33. locum alludere, quū ait, Deus eft qui iuſtificat, qui condemnabit: ſecurè enim confugere poſſumus ad tribunal Dei, cūm de gratuia eius iuſtitia per Christū ſecuri ſumus. Sed hīc aliud argumentum trahat Iſaias, nec enim agit de vniuersali hominum ſalute, ſed de miniftrio Verbi, cuius vindex erit Dominus aduersus impiorum iuſtum: nec eorum fraudibus aut iniuriis ſeruos ſuos opprimi ſinet. In fine verbus clarius demonſtrat ſe non in vmbra & ocio iaſtare fortitudinē, ac ſi nullus faceſſeret negotium: ſed quanlibet infiſis copiis grauetur, ſe tamen fortiter in gradu ſtare: quia paulo pōt ſua fragilitate concident & euangelūt quicunque cum verbo Dei bellantur.

tut. & qualis rem oculis cerneret, demonstratis particula viritur. Ecce instar vestium consumpti à verminibus peribunt. Eadem similitudine viritur Psaltes, dum huius seculi homines comparat cum filii Dei. Illi enim, tametsi speciosi sint, ac luceant instar vestium splendiderum, peribunt: *psal. 49.15* qui vero nunc in foribus iacent fideles, nouo splendore donati tandem fulgebunt ut stellæ. Hic verò propriè de proteruis camibus loquitur, qui infesti sunt prius Doctoribus, usque in insultant. Tametsi enim magni astimentur ab hominibus, summamque apud ipsos autoritatem obtuncant, concidet tamen atque euancescet eorum splendor, vt vestium quæ à tineis eroduntur.

10 *Quis in vobis.*) Postquam concessionatus est de invicto Dei præsidio quo muniti sunt omnes Prophete, sermonem cōuertert ad pios, vt se verbo Dei regi patiantur, atque dociles sc̄e præbēt. Vnde colligeris licet quatenus sc̄e extulerit pia iactatia cōtra suos obtrēctatores. Nam quum tunc inter Iudeos numero & multitudine longè præualeat impij, periculum etat ne fidem paucorū obruerint. Et interrogans vbi sint timores Deum, paucitatem eorū notat. Interca sc̄orum eos cōpellat, vt se à promiscua turba explicent, nec confidentiam prauis & dānatis consiliis: sicuti cap. 8. vidimus, Ne dicatis, Cōspiratio &c. Quanvis ergo suo numerō ingentē exercitu conficiant Dei aduersarij, quosdā tamen residuos esse nō dubitat Isaías, apud quos proficiet eius doctrina. Eos autem alloquitur qui Deum timent: quoniam vbi nulla religio ac Deitumor, nullus etiā doctrina aditus parere potest. Videpius enim quām proterue eam renciant qui alioquin acutia & perspicaces haberi voluntas, quia factu inflati, à modestia & humilitate abhorreant, in hac Dei sapientia plusquam stupidi sunt. Non abs re igitur hoc fundamentum statuit: nempe timorem Dei, vt verbum eius attenē diligenterque audiat. Vnde etiam apparet nūquām esse verum Dei timorem, nisi vbi datur audentia verbo ipsius: nam hypocrita quidē magno supercilio iactant pietatem & timorem Dei: sed produnt peruvicacem contemptum, cū Euangelij doctrinam omnēsque pias monitiones reniciunt. Hęc enim certa ipsorum probatio est, vt fucus quem facere volunt, detegatur. AVDIAT VOCEM SERVI EIVS. Poterat simpliciter dicere Vocem Dei: sed nominatum dixit, servi. Deus enim audiri non vult nisi ministrorum voce, quorum opera virtitur ad nos docendos. Primum autem de se loquitur Isaías: deinde etiam de omnibus aliis, quibus eadem provincia iniuncta est: ac subest tacita antithesis inter audienciam quam exigit, & licentiam spernendā doctrinæ, quam profani homines dum vilipendunt, sua etiam pertulantia multos vanos & futilez inducent ad similem contēptum. Quia fidelibus licetbat contraria exciperi non sibi constare fructum sua pietatis, sed misere affligi, perindeq; perditè vixissent: præuerit & occupat Propheta hanc querimoniam, affirmans pios, quāvis haec tenus duriter tractati fuerint, tamen non frustra parere Deo & verbo ipsius, nam si in tenebris ambularunt, futurum esse tandem vt luce Domini fruantur. Per Tenebras hic intelligit Propheta non ignorantiam aut cæcitatem humanae mentis: sed afflictiones quibus filij Dei propemodum opprimuntur. Atque hęc consolatio est curus ante meminit, quum testatus est sibi linguam eruditoru datam esse, vt Verbum latro administraret. Ita hic promittit futurum vt cōsolationem capiant, qui hactenus tot misériis deceti ac fcre oppresi fuerint.

11 *Eccē vos omnes.*) Exprobret Iudeis quēd propriam sibi lucem accendere, quām accedere ad lucem Dei malint. Hic locus male expositus fuit: quēd si verum eius sensum tenere velimus, notanda est antiæthesis inter lucem Dei & lucem hominū: id est, inter consolationē quæ affertur per verbum Dei, & vanam hominum solatiam, dum rebus inanibus ac nihil conantur ac fatigant angores suos alleuare. Nam quum prius de luce & tenebris loquutus sit, ac prius luce præmisserit, qui vocem Domini audiunt: hanc lucem à Iudeis reiectam esse doceat, vt alieni sibi accenderent: atque futurum denuntiat vt ipsi tandem hac luce, velut incendio, absimilātur. Sic exprobret Christus Iudeis, quōd in luce Iohannis exultarent, quoniam eius persona ad obscurāndam aut portus extinguendam Christi gloriam abutebantur. Obirent enim personam Iohannis, quæ Christi gloria tenebras obduceret, nihil aliud erat quām lucem Dei in homine mortalifulgentem extinguere, vt alia sibi accēderent: non quæ viā monstrando ipsos dirigeret, sed in qua præpostere exultando præcipites hue & illuc ferrentur. Dicens autem, Circundatos sc̄utillis, perstringit varias ipsorum cogitationes, quibus incitati hue atque illuc in certi ferebātur: vanitatemque eorū hoc modo deridet, quōd in quācumque partem eos traherent vanæ illecebæ, libenter & cupidē currebat. Ite, acti diceret, Experiemini quām inanis & euani sit lux vestra, vbi vos spes de nihil conceptæ decepterint. Ironica enim permisso frustrationem notat. Alij expoununt, Impios sibi accendere ignem ira Dei: sed altius spectauit Propheta, nec videtur ea sententia congruere huic loco. E MANV MEA. Quoniam impij dum inebriantur inani fiducia, se extra omnem periculi aleam constitutos putant, ac securi omnia pati pendunt, confidunt luci suæ, hoc est, præsidii quibus se egregie manitos arbitrantur: Dominus declarat futurū vt in dolore raccant: atque hoc à manu sua profecturum. In summa, homines qui derelicta Verbi luce aliundē consolationem pertunt, misere perituros.

Iob. 5. 33:

A V D I T E me qui sequimini iustitiam, qui queritis Iehouam, aspi-
cite ad petram excisionis vestre, & ad caveram specus unde cru-
tie stis.

2 Aspice ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quae pe-
perit vos: quoniam unicum vocavi eum, & benedixi, & multipli-
caui eum.

3 Utique consolabitur Iehoua Sion, consolabitur omnes vastitates eius, ponetque deser-
tionem eius quasi locum deliciarum, & solitudinem eius, quasi hortum Iehouae. Lætitia & gau-
dium inuenietur in ea: confessio & vox cantici.

4 Attendite ad me popule mi, & plebs mea audite me: quoniam Lex à me egredietur:
& iudicium meum in lucem populorum patefaciam.

5 Propè est iustitia mea: egressa est salus mea: & brachia mea populos iudicabunt. Me in-
sulae expectabunt, & in brachium meum sperabunt.

6 Leuate in cælum oculos vestros, & aspice in terram deorsum: quoniam cæli ut fu-
mus peribunt: & terra ut vestis veterascet: & incola eius in eundem modum interibunt.
Atqui salus mea in æternum manebit, & iustitia mea non interibit.

7 Audite me qui cognoscitis iustitiam, populus in cuius corde est Lex mea. Ne timeatis
probrum hominis, & à contumelia eorum ne frangamini animo.

8 Quoniam sicut vestimentum comedet eos timeat: sicut lanam comedet eos vermis. At
iustitia mea perpetuò manebit, & salus mea in seculum seculorum.

9 Suscitate, suscita te, indu fortitudinem, brachium Iehouæ. Excita te sicut in diebus
antiquis, seculis olim preteritis. Amontu illud es, proscindens superbam, conficiens
draconem?

10 Amontu illud es, quod exiccauit mare, aquam voragini magnæ: quod vertit profun-
dum maris in viam, ad transitum redemptorum?

11 Ergo redempti à Iehoua recurentur: venient in Sion cum cantico, eritque gaudium
perpetuum super caput eorum. Lætitiam & gaudium obtinebunt, fugientque dolor &
gemitus.

12 Ego, ego sum, qui vos consolor. Quænam es, ut timeas ab homine qui morietur? à filio
hominis, qui fænum reputabitur?

13 Et obliter es Iehouæ factoris tui, qui extendit cælos, & fundavit terram: & formi-
dasti iugiter tota die à furore affligeris, dum ad vastandum se parat. Et ubi furor af-
fligeris?

14 Festinat exul ut soluat, ut non moriatur in specu, nec deficiat eum panis suis.

15 Et ego Iehoua Deus tuus, qui secum mare, & sonabunt fluctus eius: Iehoua exercitum
nomen eius.

16 Et posui verba mea in ore tuo: & in umbra manus meæ protexi te, ut platem cælos,
& fundem terram. Dicam Sioni, Populus meus es tu.

17 Experciscere, expurgiscere, surge Ierusalem, que bibisti è manu Iehouæ calicem fu-
“Vel, trepi- roris eius: facies calicis” angustie bibisti exprimens.
dationis.

18 Non est qui regat eam ex omnibus filius quos genuit: non est qui apprehendat manum
eius ex omnibus filius quos educavit.

19 Duo hæc acciderunt tibi: quis condolbit tibi? Vastitas & contritio, & famæ & gladius: quis consolabit te?

20 Filii tui exanimati sunt, iacuerint in capite omnium viarum, sicut bos sylvestris in recti, pleni furore Ichoue, increpatione Dei tui.

21 Itaque nunc audi hoc, misera, & ebria, non à vino.

22 Sic dicit Dominator tuus, Ichoua, & Deus tuus, vindicta populi sui: Ecce abs-tuli è manu tua calicem "angustie, faciem calicis furoris mei. Non fiet ut bibas "Vel, tragi-dationis amplius.

23 Et tradam eum in manum oppressorum tuorum, qui dixerunt anime tue, Incuru-nate, & transibimus. Et posuisti quasi terram corpus tuum, & quasi viam transcur-tibus.

IN CAPVT LI.



V D I T E M E Q V I S E Q V I M I N I I V S T I T I A M.) Nunc Iu-dæos hortatur Propheta, ne desperent ob suam paucitatem: sic enim ac-cisi atque imminuti erant, vt paulò pòst viderentur in nihilum redigen-di, spes verò posteritatis peregrina, vel nulla esset. Eos ergo reducit in memoriā originis suæ, vt intelligent se, iamēti exiguæ reliquæ essent, augeri à Deo, ac multiplicari posse: ac iubet eos Abrahānum patrem suum contemplari, qui quum vincis esset, magnum in numerum auētus, & immensa posteritate à Deo donatus est. Vnde colligere poterant, De-
um, qui tam exiguuo temporis spatio adauxerat ipsorum patres, in posterum quoque adauertū iplos: quum neque imminuta eius potentia, neque voluntas immutata sit. A D P E T R A M
E X C I S I O N I S V E S T R . Nonnulli existimant Abrahānum vocari Rupem, quòd robu-stus fuerit fide, quemadmodum à Paulo, Romanorum capite quarto, dicitur. Alij contrarium pe Rom. 4.16
nitus huic metaphoræ rationem addicunt. Petram enim vocari putant, quòd effectus esset: Sa-
Gen. 16.2
ram, Cauernam, quòd esset steriles. Sed utrique, meo iudicio, falluntur: nam simplex metapho-
ra est, sumpta à lapicidinis, atque iplos ex Abrahāno & Sara eductos esse dicit, vt lapides ē tu-pe & cauerna exciduntur. Hac do-trina & admonitione fulciri piros in clade Gentis plusquam
operæ pretium fuit. Semen Abr. hæc promiserat Deus fore sicut stellas cœli, & arenam maris: ex-
Gen. 15.5
ciderat hæc in speciem promissio in ea vastitate, ybi qui residui erant nihil ferè different à pau-
cis acinis post perætam vindemiam. Sed quum iam experti essent quām efficax esset Dei virtus
ad creandū in nihil ingentem populū, bene sperare iubet Propheta, ne Deo sint ingratiti: &
sermonem direc-tè conuerit ad fideles, quibus molesta erat hæc tentatio. Nec enim omnes allo-quitur, sed eos tantum qui promissioni locum dare poterant, nempe quos vocat Se-
tatores iusti-tia. Nam incredulis & hypocritis scatēbat regio, qui pridem à studio pietatis defecerant: quo
maiori laude digna fuit eorū perseverantia qui sequi quod rectum est non desisterunt. Vbi verò
est iustitia studium, illuc datur Deo audientia: ybi est incredulitas, nulli promissioni locus esse
potest. Quanuis ergo iactarent se filios Abrahāe, tamen non omnes huius doctrinæ capaces erant. Rationem autem secundæ iustitiae docet, nempe, si queramus Domini-num. Eos enim qui
specimen iustitiae præ se ferunt, nec intendunt in hunc scopum, tota via errare necesse est. Sunt
igitur hæc duo inter se coniungenda: nempe, studium iustitiae, & inquisitio Dei. Q V O N I A M
V N I C Y M V O C A V I E V M. Hæc applicatio satis demōstrat quorsum pertineat hæc Pro-
phetæ exhortatio, nempe ad erigendos piorum animos in spem melioris status. Vnicum voca-
se dicit, non tantum quod nullos secum haberet, quum evocatus est è partia sua: sed quia Domi-nus ipsum in terra Chanaan absque liberis ad effatam usque sene statum habuisse paſsus est: ita
vt nulla spes ipsi esset sufficienda prolixi, præsertim quum sterilis quoque esset Sara: tandem filius
vñus qualis in orbitatis solatium illis datus, paulò pòst ad mactationem trahi videtur. Eum ta-men Dominus magno liberorum numero auxit ac locupletavit. Quām necessaria fuit iudicis
hæc consolatio nuper attigi: & facile est ex misero & infelici eorum statu, quēadmodum histo-
ria satis testantur, iudicare. Hodie quoque nobis in hac Ecclesiæ dissipacione per necessaria est,
ne frangamus animis ob paucitatē nostram: & Deum inutitatis modis Ecclesiæ suam adauer-
sum speremus. Nam huius rei speculum hæc apertissimum & lucidissimum in benedictione, qua-

Dominus Abrahæ ad extremum usque senium orbi & solitarij sobolem adauxit, contemplatur. Nec enim ad Iudeos tantum pertinet ista promissio, sed ad reliquas gentes: ob quam etiam causam non Abram, sed Abraham vocatus est.

³ V T I Q U E C O N S O L A B I T V R I E H O V A S I O N .) Ostendit Propheta exemplum in persona Abrahæ editum fuisse, quod omnibus seculis conueniat: nam vt Dominus tam sobolē repete ex uno homine genuit: sic etiam miris & incognitis rationibus Ecclesiam suā populosam redditum: non semel tantum, sed quoties orba & solitaria esse putabitur. Sic etiā Paulus ad Romanos capite quarto, postquam de fide Abrahæ loquutus est, atque ipsius excellentiam prædicauit, eam doctrinam vnicuique nostrū accōmodat, Quod in spē contra spē crediderit: neque in variis partes mens eius distracta sit: sed persuasum habuerit, Deum quæ promiserat, simul efficere posse, tametsi incredibilia arque ab omni ratione aliena videntur. Quod addit, V A S T I T A T E S E I V S , posset resolvi, Dominus consolabitur Ecclesiā suam, non tantum quim florebit, sed etiā quim vasta erit & in solitudinem redacta. Vastari enim & deformibus ruinis ferè ad intēcūtūm usque corrūpi oportuit, antequam tentire hoc de quo agitur auxilium. Quod sequitur, ex deserto fore Q V A S I L O C Y M D E L I C I A R V M , al-

agitum auxiliari. Quod te quicunque in ore loce **N**ostri **E**ccl^{ie} **D**ominis **B**eatissimis **A**rcanis, ar-
ludit Propheta ad locum Mosis, vbi refert hominem initio in horto Eden, id est, in loco delici-
arum collocatum esse: vnde expulsus est sua culpa. Nunc vero nos qui priuati sumus illa Dei
benedictione quam in primum patrem contulerat, in vniuerso orbe exulamus, atque deliciis
illis priuamur. Proinde quoties accidunt magna clades, atque invertitur ordo rerum, & mise-
re vastantur omnia ac dissipantur, nos infidelitatis nostrae, ac vtiotorum, que magna sunt, prenas-
dare intelligamus ac meminerimus illius sententiae que in primum parentem, aut potius in vni-
uersum genus humanum lata est. idq; cum in omnibus vite nostrae partibus, tum vero maximè quā
dissipatum arque eversum Ecclesia statum cernimus. Terra enim, que aliqui omnium bono-
rum genere abundaret, nostra culpa in solitudinem redacta: Ecclesia que vbique floret, di-
ruta atque dissipata est. **L**ÆTITIA ET **G**AVDIVM. Significat tantam fore mutationem
vt non amplius gemat aut conqueratur Ecclesia. nihil enim præter mœores & gemitus in ea
audiiri poterat, quum dura captiuitate premeretur. Nunc instaurata exultabit, & gratas ager-
Deo:qua in re simili gratitudinis admonescunt, vt protupamus in laudem Dei & gratiarū actio-
nem, cum eius bonitatem experti sumus.

4 ATTENDITE AD ME POPVL M.) Non abs resibi toties audientiam fieri petit Dominus. Satis enim experimur quām sumus tardi ad ipsum audiendum, præsertim rebus aduersis: quum vel maximē consolatione opus esset, eam relpuimus impatientia nostra, ac deficitus. Debet igitur virūs quisque nostrūm, quōd magis constringitur angustiis, enī ad cor suum dilatandum: & hoc modo excitare se, atque excutere torporem suum, ut consolacionem admittat. Requiritur autem hīc attentio, quā patientia suslentet animos, donec aduenierit matutinum gratiæ tempus. Significat verò Dominus se iterum regnaturum, atque excitaturum Ecclesiam in qua nomen ipsius inuocetur. Et si autem nomen Legis tantundem valet atque Edictum quod promulgari iubebit Deus, vbi Ecclesiam suam colligere volet, modum tamen regnandi simul indicat: nempe per Legem & doctrinam suam. Vnde perspicitur nullum illuc esse Dei principatum, id est, non agnoscī ab hominibus, vbi repudiatur doctrina. Per I V D I C I V M intelligit regiminis normam & administrationem, qua regnum suum instaurabit. Hoc autem in LVCEM POPVLORVM esse dicit, quoniam miseri homines ē tenebris eruntur, quum Deus incipit regnare, & doctrina Verbi illustrantur. P A T E F A C I A M. Hoc verbum עירא variè exponunt interpres, cō quōd γαρ diuersi significata habeat. Interdum enim Scindere & aperire, interdū Quiescere significat. Quidā ergo exponunt, Faciā quiescere, id est, Stabiliam: nec malē conuenit. Aliter exponunt plerique ex Iudeis: sed contortis & spinosis eorum interpretationes non referam. Hanc lectionē ego potius amplector, Proferam iudicium: vel, Erūpere faciam: vel, quod idem valet, Patefaciam: quod melius cum priore mēbro quadrare mihi videatur. Scimus autem repetitiones Hebrais valde familiares esse. Quanvis ergo diuersis verbis vtatur, tamen eadem sententia est. Quod enim dicit Legem à se prodiuita, nunc se iudicium patefactum ait.

¶ PROPE EST IUSTITIA MEA: EGRESSA EST SALVS.) Confirmat superiorum doctrinam. Iustitia Domini relationem habet ad homines, qui iustum ipsum experiuntur. Quoniam populus dura seruitute premebatur, se quidem iustas celorum suorum penas dare agnoscet; sed mirari poterat se ita destitutum, quod cessaret Dei cultus, eiusque nomen probro esset impiis, qui impunè gloriantur. Ut ergo consolatione ipsiis afferat, promittit Deum propedié affuturum, ut verax & iustus ab omnibus agnoscatur. Nec enim iustum intelligit, quod iustum cuique mercedem reddit: sed quod optimus sit suorum custos, & erga eos beneficus, quod piis omnibus fidem praestet, ac seruet promissa, quum eos eripit, nec tandem opprimi finit. Quod melius liquet ex proximo membro, vbi exegeticè adiungit salutem suam egressionem. Nam

se. Nam in liberatione populi eniituit Dei iustitia. Captiuitas autē qua tenebantur Iudei in Babylonie, species interitus erat. Quo fit ut redemptionem illam Salutem vocet. BRACHIA MEA P O P V L O S I V D I C A B V N T. Per Brachia significat expansionem virtutis suę. Frequens est in Scripturis anthropographia. Quoniam verò angusta dominatio Dei, inq; nulla videbatur, propterea brachiorum mentionem facit, quibus significat ipsum longè latèque regnum suum propagaturus esse.

6 L E V A T E I N C O E L V M.) Quum tanta in mundo apparent mutationes, quia cadaū volutatione putamus rapi Ecclesiam, necesse est mentes supra cōmūnem naturā ordinē at tolli: alioqui pendere videbitur salus Ecclesie de filo, ac fluētare inter medias tēpestates. Quād quam in cōlo quoque & terra conspicere licet quād prudenter omnia moderetur Deus, quād paternē foueat ac tueatur suum opificiū, & fabricam mundi, quād rechè consulat omnibus creaturis. Sed singulati modo dignatur Ecclesie sua prospicere, sicuti cam à cōmūni sorte segregavit. Atque utrūque hīc cōplexus est Propheta. Iubet enim fideles fūlū & dōrūm vertere oculos, vt tam in cōlo quād in terra obliterent admirabiliē Dei prouidentiam, qua ordinem felī mel à se possum tam pulchra serie continuat. Adiungit tamen, quanvis ad interitum vergant cōlū & terra, fieri non posse ut Ecclesia labefiat, cuius stabilitas in Deo fundata est: aſci dixisset, Centies miseri continget cōlū terra potius quād effluat promissio cui salus vētra innititur. Ideoque salutē priore loco ponit deinde adiungit iustitiā, qua illa tanquam solidō fundamento sustinetur. Quoties ergo vindique instabunt pericula, ad hoc asylum configere discamus. Atque huic sententiā responderet quod habetur Psal. 102, Cāli veterāſcent & peribunt: tu verò Domi- Psal. 102.17 ne idē ſemper es, & anni tui non mutantur. Ergo filij filiorū habitabunt, &c. Vterq; locus admonet gratiā Dei, quam in Ecclesie conſeruatione declarat, excellere ſupra alia quilibet eius opera. Quiquid enim cōpletūt cōlū & terra, caducū & fragile eſt: Dei salus, qua Ecclesiam tuerit, quum aeterna sit, his periculis obnoxia eſt: non potest.

7 A V D I T E M E.) Quoniam impij quum proſpero tetum ſtatū fruuntur, rident fidem noſtrā, atque aetumnis & calamitatibus noſtris iuſtant: ideo Propheta fideles ad patientiam hortatur, ne vereantur eorum probta, ne conuitis frangantur, quōd diuturna futura non ſit eotum fēlicitas: qui vtcunq; proterē exultent, iam delinati ſunt tineis & vermbus: ſicuti fidelibus in manu Dei reponita eſt ſalutis, à qua videntur longiflīmē repulū. Hīc verò turtus notanda eſt repetitio verbi A V D I T E. Dominus enim iam tertio audiētiam postular: quia dum anxijs ob misteriis noſtris trepidamus, non ſine maxima difficultate acquiescimus eius promiſſis. Proinde ſepiſ excitari nos ac ſtimulari necelle eſt, donec omnia obſtacula cluctati ſimus. Nec verò incredulos hīc cōpellat, ſed qui iuſtitiam norunt, quia etiā non refuſiunt data opera verbū Dei, ſepe tamen ianuam claudunt iuſtitię eius, ne ad ipſos vſque perueniat, dum p̄toccupati rebus adulteris occidunt aures, ac prop̄ amīmū defondent. Ut ergo admittant promiſſa, vt dent conſolationi locum, excitat eos atque erigit Propheta. Notanda eſt autem ſermonis ſeries. Exprimit enim qualē Dominus populu habere velit: nempe qui iuſtitiam norit: deinde qualis haec notio ſit, ipſe explicat: quum ſelicitat iuſtitiae atque infixam cordi Legem habet. Nulla enim iuſtitia ſine verbo Domini eſt: nullae hominum leges, quanvis bene conſtituta, nos ad veram iuſtitiam adducent. Adumbrare quidem poterunt, ſed nunquam verē expriment. Simul verò ostendit quomodo proficiendū ſit in Lege Domini: nempe quum eam animo cōpletēmur. Sedes enim Legis huius non in cerebro, ſed in corde eſt, vt cœleſti doctriña imbuti penitus innouemur.

8 A T I V S T I T I A M E A.) Quoniam piis Dei ſeruis vatia probra & vituperia ſuſtinentia ſunt ab hoſtibus Verbi: ideo Propheta ipſos hortatur ac incitat ad ea fortiter ſuſtinentia. Sepe enim magis ignominia hominum & conuitis, quād gladiis & flammis cōmōuemur: ſed laudi & gloriæ ducentum eſt, quōd iis contemptui atque execrationi ſumus. Porro hīc exurgit magnanimitas, quōd tametiſ nos veluti quīquiliis aut ſcōbes reiiciat mundus, Deus nō in 1. Cor. 4.13 pretio habet: quia cōmūnem cum ipſo cauſam ſuſtincimus. Praferamus ergo cum Moſe oppro- Exod. 2.12 briūm Christi theſauris Agyptiorum. Lætemur cum Apoſtolis, qui alacres & lati diſcedebant Hebr. 11.26 à conſpectu concilij, quōd digni habitu eſſent qui pro nomine Iefu contumelia afficerentur. Act. 7.5.41 Porro quia leuis eſt nobis conſolatio ex interitu impiorum, niſi ſalui eſſemus, oſtentit qualis conditio noſtra futura ſit: nempe, quōd nunquam deſtituemur iuſtitia & ſalute Dei. Sed vide- tur parum apta huiusmodi cōparatio, dum impiorum exiūtum cum iuſtitia ſua conſert. Poterat enim multo cōmodius & apertius dici, Tametiſ reprobi exultent, tamē propediem peribunt: pijs verò tametiſ videantur mortui, viuent. Sed quum nullam noſtri mentionem faciat, ac per- petuitatem iuſtitie Dei ſolūmodi cōmēderet, obīci poterit, nihil inde nos iuuari, qui ferē optet ſi ſumus. Verū his verbis admonet Propheta, petendam eſt inde conſolationem in aetumnis noſtris, quōd incolunt, & ſalutis noſtra quodāmodo in Deo inclusa ſit. Nam quādū in ſeipſis h̄c etenim homines, vel ſubſidunt, nihil bonæ ſpeci omnino concipere poſſunt, quod non ſta- P. ii.

tim excidat. Ad Deum igitur conuertendit sunt animi, cuius misericordia manet à seculo usque in seculum super timentes cum, ut inquit David. & iustitia eius super filios filiorum. Quoniam ergo salus in bonitate Dei fundata est, eò nos reuocat Isaías, ut in nihilum redigantur homines, arque in Deo solo fiducia locetur. Sic enim colligendū est: salutem esse in Deo, non qua se ipsum, sed qua nos conseruet: iustitiam, quam in defensionem nostri & conseruationem exerat. Prinde ex perpetuitate salutis & iustitiae diuine colligēdum est, Dei seruos interire nullo modo posse: quemadmodum etiam nuper circaeumus ex Davide: Tu idem es, & anni tui non deficient. Filii seruorum tuorum habitabunt, & posteritas eorum in seculū firmabitur. Itaque videmus ut perpetuitatem illam filii Dei applicet, qui non in seipsis, sed in Deo subsistunt, & in eo salutis suae fundamentum habent.

9 & 10 S V S C I T A T E.) Hic docet Prophetā, cūm Deus nos erigit suis promissis, simul precibus instantibus nobis esse, ut prester ea quæ promisit. Nec enim ideo nos consolatur ut fōcōrdes reddat, sed ut studio precandi maiore accendamur, fidemque nostram assiduè exercemus. Loquitur autem Prophetā ex sensu nostro: quia Deum dormire existimamus quandiu inopia nostra non succurrat. Et consue nobis indulget Dominus, ut nos pro sensu infirmitatis nostra loqui & orare finat. Petunt ergo pīj à Domino ut expergefiat, non quod cū otiosum in cœlio iacere putent: sed potius fatentur tarditatem ac ruditatem suam, quod neque ant aliud de Deo concipere, quandiu opem eius non sentiunt. Sed interea, tametsi caro eum dormire, aut miseras nostras negligere purer, altius affligit fides, arque perennem eius virtutem apprehendit. Excitari ergo & indui fortitudine dicitur, cūm virtus sua documenta præbet, quod alioqui eum iacere aut quiescere existimemus. Interea Prophetā brachium Dei quod absconditum erat compellans, quasi in eius conspectum pios adducit, ut statuant non alia de causa miserere & duriter se affligi ab hostiis, nisi quia Deus auxilium suum subduxit. Cunctationis autem causa alibi offendit, sa fuit, quod se ab eo alienauerant. Per Dies antiquos memoria repetendū eis docet quicquid iam olim Dominus pro salute suorum egit. Tametsi enim celare videatur, & abiicere cura nostra, idem tamen Deus est qui olim præterit Ecclesiæ sue. Prout quois in tutelam suam recipit, eos nunquam deferere aut abiicere potest. S E C U L I S O L I M P R A T E R I T I S. Hæc repetitio melius exprimit, non solum consideranda esse quæ nuper, sed quæ iam olim acciderunt. nam ad vetustissimas usque ætates extendere animos nostros conuenit, ut emergant supra tentationes, quibus alioqui facile esset eos obrui. Testimonia igitur gratie quæ Deus variis ætatis multa ediderat, hic coaceruat Prophetā, ut si pauca non sufficiant, ipsa tamen multitudine penitus confirmet Ecclesiæ fidem. Cæterum quia nimis longum fuisse integrum catalogum texere, præcipuum illud specimen & præ alias memorabile producit in medium, quod scilicet semel ex Ægypto mirabiliter redemptus esset populus. nec enim mihi dubium est quin per Rahab intelligent superbam & ferocem Ægyptum: quemadmodum etiam Psalmus 86, Memor ero Rahab, & Babylonis inter familiares meos. Similiter Ezechiel regem Ægypti Draconem vocat, Ecce ego ad te Pharaon rex Ægypti, draco magne, qui habitat in medio fluviorum tuorum. Satis constat, atque inter omnes conuenit, hinc in memoriam reduci mirificam liberationem populi ex Ægypto. Si tunc superbia illa Ægypti domita ac compresa est, si profligatus draco, cur non idem nobis quoque sperandum erit? Querendo annō illud sit idem brachium, ratiocinatur à natura Dei: nec enim posset hoc de hominis brachio prædicari, cuius vires tametsi magne fuerint, tempore minuantur ac pereunt. Milo, qui robustissimus fuerat, senio confectus, brachia sua intutes, gemebat, quod priscis illis viribus suis destrueretur. At nō est ita in Deo, cuius vires nullo modo minui possunt. Hoc enim legendum est in Ezeciel, Annō illud est: quoniam ostendit cuncte esse Dominum qui olim fuit, quam immutabilis maneat. Tametsi autem non omnia miracula referat Isaías, quæ edita sunt à Deo quum ē seruitute Ægypti populum suum eduxit, tamen paucis cōprehendere voluit omnia quæ à Mōse referuntur, ut quam variis modis Dominus potentia suam demonstraret, iudei paucis admoniti obseruerent. Ponitur autem maris rubri exiccatio, nō modò propter insignem miraculi præstantiam, sed quia in hunc finem tot iam miracula præcesserant, ut populus ab iniusta vi & tyrannide eruptus, in terram sibi promissam transiret. Ideo specialiter cōmemorat Prophetā viam redempti patefactam esse. Atque hoc exēplo nobis reputandum est qualis erga nos fuerit Deus, ut cum non dissimilem sui fore in posterum quoque statuimus, sicut ex contextu patet.

11 E R G O R E D E M P T I.) Nunc clarius exprimit quod breuiter attigerat: postquam enim magnifica Dei opera retulit, quibus olim poteritiam suam ostendit in Ægypto, ut populum suum liberaret: colligit nec mare, nec altas rupe, nec abyssos, nec inferos quidē ipsos obstatre posse quominus populum ē Babylone educat. Atque ut magis cōfirmet, & exemplum illud accommodet, Redemptos vocat, ut id ad fe pertinent intelligant, quod se liberatorem populi sui nominat: nec dubitent quin tale in ipsius liberandis exemplum editurus sit quale iam olim spectatum fuerat, quum eadem sit ratio. IN S I O N. Nempe in eum locum ubi nomen suum voluit inuocari,

eari, ut instauretur templum, & putus Dei cultus restitutatur. Nam quin Iudeis in exilio Babylonico idem auxilium sperandum esset quod experti fuerant Patres; quia Deus similiter ipsorum quoque esset redemptor, vna in re superioribus erant Patribus, quod tunc montem Sion elegerat Deus, vbi pollicitus fuerat æternam sibi fore requiem. Quoniam vero mirabile futurum erat opus Dei quod promittit Isaías, ideo populum hortatur ad laudem & gratiam actionem. ¶ quidem simpliciter pro Exultatione accipi potest; sed quoniam sepe laudem significet quæ Deo tribuitur, quoniam eius beneficia agnoscimus, nulo in hac significatione hoc loco accipere. Magnam vero & insperatam mutationem fore significat, ita ut amplissimam gaudij & gratiarum actionis materiam habeant. Gaudium super caput fore dicens, alludit ad coronas quibus se ornabant in letis coniuuiis. Addit gaudium apprehensuros, quo firmam & solidam fruitionem denotat. Postrem amplificandi causa addit profligatum iri omnem merorem, ne metuant quod accidere solet, ut celeri conuersione facta, extrema gaudij luctus occupet. Interim admonet Propheta, tametsi gemant ac versentur in mœroribus, patienter expectent hunc exitum quem promittit.
Prov. 14.13

12 E G O , E G O S V M .) Hic non tantum gratiam & salutem pollicetur Iudeis, sed cum ipsis expostulat Dominus, quod fidem sibi derogent, suamque potentiam minoris faciant quam decebat. Est enim proflus indignum, sic expauefcere ad hominum minas, ut auxilium Dei pro nihilo ducatur: quia in hunc finem attollit suam potentiam, ut nos saltem contra omnes impetrusfulciat. Quare homines nimium metuendo, prodimus Dei contemptum. Vnde appetat quam iniquum sit, Deo ad quietem vocante, ad hominum terrores tumultuari. Et certe mira est homini ingratis, qui dum audiunt à parte sua Deum stare, nullam ex tam magnificis eius promissis spem concipiunt, ut intrepidè exclamare audeant, Si Deus pro nobis, quis contra nos? Ita que in periculis herent attoniti: ac multò plus homini mortali tribuunt potentiae in nocendo, quam Deo in iuando. Merito ergo exprobret Iudeis, quod se his promissis non manuant, atque invictos se prebeant aduersis omnia pericula, nam summa contumelia afficitur Deus, quoniam de ipsis veritate dubitatur: quia feliciter ita nos examinat humani terrores ut in eius promissis conquiescere nequeamus. Hac autem repetitio magis afficit, Ego, ego. Is enim consolationem promittit qui verax est, quoniam nihil hominum vires aut consilia efficient. Quoniam ei diffidit, sequitur te non cogitare quinquam sit. **V T T I M E A S A B H O M I N E .** Quam fragilis, caduca, fluxa &vana sit hominum conditio cōmemorat, quod magis amplificet fœcordia crimen, vbi umbra & fumus Deo præfertur. Ostendit autem homines quandiu memores sunt Dei, metu exanimari non posse. Quū ergo periculis ingruentibus obstupescimus, sequitur nos Dei oblitos esse. Ideoque subiicit,

13 E T O B L I T A E S .) Nec vero satis est imaginari aliquem esse Deum, sed cum agnosceat ut nostrum, & amplecti debemus. Quod F A C T O R E M vocat, ad vniuersalem creationē referendum non est, sed ad regenerationē spiritualem: sicuti iam alii locis monuimus, quo sensu vocamus etiam à Paulo τὸ πνεῦμα Dicis, quod ad omne opus bonum ab ipso creati simus. Ergo Epheſ. 2.10 si creationis nostra & adoptionis memores sumus, ex principiis continuum progressum licebit sperare, ne ingratim simus Deo, vbi veracem se certa experientia probauit. Porro speciali benevolentiae qua Deus populum illum amplexus erat, simul adiungit immensam eius potentiam, quam opponit hominum imbecillitat, quos anteā fœno comparauit. Eam autem ab operibus demonstrat, ut stupidissimi esse oporteat qui eam non animaduertant: nec enim oculos villam in partem convertere possimus, quoniam amplissima diuina bonitatis & potentiae testimonia se ferant: quæ tamen per syncdochē breueriter designat, cum dicit carlos ab eo expansos fuissē, terramque fundatam. Summa igitur recordie & ignauiae est, ipsis obliuisci, quoniam tortuignis atque monumentis in memoriam hominum reuocetur. **E T F O R M I D A S T I .** Persequitur eandem cōparationem. Quid enim sunt homines, inquit, ut eos reformides, si cum Deo cōpareas, qui auxilium tibi suū promittit? Atrox certè fit iniuria Deo, nūlī potentiorē ipsum ad nos seruandos, quoniam hostes ad perdendos esse intelligamus. Vult ergo considerari Dominus à nobis quisnam & qualis sit, quoniam longè & latè pateat eius potentia, ne mortalis hominis furor, qui turbinis aut fumi instar euaneat, metuamus.

14 F E S T I N A T E X V L .) Verius hic variè exponitur: nam aliqui ad Cytum referuntur putant: atque ita dictiōnē οὐκ transitivē accipiunt, atque exponunt, Migrate faciens. Sed magis receptū est, ut pro Vinclo & oppresso, aut exule accipiatur qui vagus & inquietus errat. Nec vero tantum exulabunt Iudei, sed ita captivi erant ut liber in patriam redditus ipsis esse non posset. Itaque de Iudeis hoc interpretor. Sed adhuc bifaria intelligi potest: aut quod nimia ipsorum festinationē castiget Prophetā, quod impotenter redditum appetenter: aut quod mature redditum in patriā aduentare significet, ut ne tardio examinati succubant: quali diceret, tempus mox venturū quo se ad prefectionē accingant. Atque haec secunda expositio magis recepta est: quam libenter sequor, quoniam optimè quadrat contextus Prophetā. Sed absurdū videri posset, quod breui redditū significet populū, cuius tam diuina fuit captiuitas: atqui Deus non abs re

id mox venturum dicit, quod differt in opportunum tempus. tameti enim longum nobis videatur, quia tamen aptum & idoneum, breve est. Et certe breve fuit tempus, si monarchia illius statum confideres, qua tam ampla, tamque firma erat, ut nullo aeuo dirui posse videceretur. Quae ergo nobis videntur diuturna in promissis Dei, breve videbuntur, modo ne oculos in cœlum attollere pigrat. Sensum hunc confirmat quod proximè sequitur, Ne moriatur infouea captiuus. Hac igitur Dei festinatio est, ad suos liberandos maturè occurrere, vt ex profundo emergant incolumentes; nec promittit Dominus populo suo repentinum quoddam auxilium, ut eum solùmmodo è vinculis educat, sed etiam ut liberat̄ beneficentia sua prosequatur: nā omnia ei ad victum & cultū necessaria promittit, ut se perpetuò curæ Deo fore cōfidat: nec enim ad momentū opitulari suis, sed perpetuò adesse solet.

15 ET EGO I E H O V A.) Iterum potentiam suam prædicat Dominus: quoniam tanta est hominum diffidientia & tarditas, ut quanvis sacerdos prædicetur, tamen de ea non satis esse persuasos leuissima quaque tentatio demonstret. Subinde enim ad le redeunt, dum premuntur malis; nec ad se pertinere putant quod audiūr penes Deum esse. Porro non loquitur generaliter, sed profert specimen illud, cuius antea frequenter meminit: quia Patres semel redimendo posteris eternæ salutis spem dederat. Proinde meritò exclamat se eundem esse Deum qui pridem fecit mare: miraculum etiam illustrat, fluctus quantibet sonoros suo nutu sedatos esse dicens. Nullos ergo fluctus quantibet turbulentos esse sciendū est, quos Dominus non componat ac tranquillet liberandæ Ecclesiæ suæ causa. Ipse enim virtute sua placat, & tranquillum reddit mare (vt inquit Iob) tameti furioso ruat impetu: impellit etiam & commouet, quum ei visum est: quāuis propriè alludat, sicut attigi, ad historiam redēptionis. **I E H O V A E X E R C I T U M.** Ornatur hoc titulus Dominus, ut quā latè pateat eius potestas intelligamus. Eam autē demonstrat quoties vult Ecclesiæ suæ opem ferre.

16 ET POSVI VERBA MEA.) Iterum redit ad doctrinam quam prius attigerat: nempe Dominum consolari Ecclesiam suam: Ego, ego sum qui te consolor: ita nunc se Prophetarum ori inferuisse dicit quod dicturi essent. Vnde colligere licet hæc non profici: si ab homine, quia talax esse solet, sed à Deo qui mentiri nequit. Alloquitur autem Prophetas omnes: primum, Isaiam; deinde reliquos suo ordine: sed tandem ad Christum veniendum c. i. Nec enim hæc aut ad Isaiam aut ad Christum restrinxit, sed ad omnes Prophetas extendi debent. Vult autem Dominus consolations ita auditia Prophetis, acī coram ipso loqueretur: imò se palam ipsorum oratione loqui significat. Vnde etiam colligendū, nullos alios ad consolandam Ecclesiam accedere debere, quām qui ex ore Domini loquuntur. nam qui semnia sua preferunt, tameti nomen Dei obtendant, repudiandi sunt. Ceterum, tenendum est consilium Prophetæ: nam cūm trepidare semper hominum conscientias ostendat, donec à Domino confirmetur, hoc principium statuendum esse docet: népe Deum esse, qui per Prophetas loquitur. anticipes enim alioqui & incerte semper habebunt. Quanquam magis emphatica est loquuntur, vbi mandata Dei recitat, quibus ad exequendum munus suū ipse animatus fuit. **ET IN VMBRA.** Tameti hoc antea dictū fuerat, tamen superuacanea repetitio nō est: ne dubitemus Deum semper affuturū ministris suis, ut præsenti ope sua suffullos supra omnia obſtacula attollat. Ut autē ista Domini umbra tegatur, duo necessaria sunt: primum ut certi sint verbum Dei ēst quod nuntiant: deinde se id facere mandato Dei. Nam qui temerè se se ingerunt, iactare quidē poterunt nomen Dei, sed sculpa: quoniam vbi serio certandum erit, deficient. Quod si conscientia testimoniū adsit, non est cur detatela Dei & ope dubitemus, qua nos victores emergere faciat. Finis legationis additur,

VT PLANTEM COELOS, inquitur est, ut omnia in ordinem suū restituam. Sunt quidem hīc variæ interpretationes: sed mihi simplex hic videtur esse sensus, quod cœlum & terra salutis doctrina instaurari dicantur: quoniam in Christo colliguntur omnia, quae aut in cœlis aut in terra sunt. vt etiam ait Paulus, Epheſ. i. Nam quā ex lapſu primi hominis nihil præter horrendam confusionem cernamus, quia mutuā etiā creaturæ turbantur, & peccati nostri quodāmodo pœnas luunt: ea non aliter quām per Christum reparari potest. Ergo quā horribilis dissipatio totā mundi speciem deformat, non abs re dicuntur pīj Doctores mundū renouare, acī Deus eorum manu cœlum & terrā de integro formaret. Atque hinc apparet quanta sit peccati nostri atrocitas, ex quo tan⁹ horribilis perturbatione in rerū natura sequitur est. Dicuntur ergo Plantari cœli, & Fundari terra, cūm Dominus Ecclesiam suam Verbo constituit. Hoc autē facit opera Ministrorum, quos agit Spiritu suo, & aduersus hostiū insidias & varia pericula turatur, ut efficaciter implante quod invenit. Tandem ostendit altius hoc spectare, quā ad visibilem mundi formā, que cīo preterire: nempe ut spem vita cœlestis excite ac foueat in cordibus piorum. Hac porro vera Ecclesiæ stabilitas, hæc mundi restitutio est, ita colligi electos in fidei vnitatem, ut uno consensu emines ad Deum aspirent, quemadmodum eos suauiter & blādè inuitat hac voce, Ego Deus tuus sum. Atque hinc apparet quanti sit Deo Ecclesiæ salus, quum non solū eam vniuerso mundo præferat, sed etiam ostendat mundi constitutionem ab ea pendere. Notandum est etiam quale sit verbum quod Dominus prædicari iubet. Eo enim non modò prescribitur vitæ regula, sed etiam testi-

Exod. 14.21

Iob. 26.13

Ephes. 1.10

testimonium adoptionis nostræ redditut, in quo recipiè consistit salus.

17 **E X P E R G I S C E R E .**) Quoniam futurum erat ut graues & tumidas sustineret Ecclesia Dei, ideo consolatione ipsam munit: atque occurrit dubitationi quæ obotiri poterat, cum interea oppressi à tyrannis Iudei, nullum illatum promissionum fructum cernerent. Significat igitur Ecclesiam tametsi variè afflictam atque agitatem, nihilominus creatum iri, ut plenum vigorē recuperet. ac verbo Expergiscendi eam quasi è morte & sepulchro euocatur: quali diceret, Nullis tam graues ruinas, nullas vultus eam horrendas fore ut hanc Dei instauracionē impeditre possint. Atque hęc confidatio per necessaria fuit, nam dum in etere occupantur animi nostri, promissiones nihil ad nos pertinere existimamus. Ideoque hęc in memoriam sepius reuocanda, atque affidū ob oculos ponenda sunt, Deum esse qui loquitur, & compellat non integri aut florentis status homines, sed prostratos ac mortuos, quos tamen verbo suo erigere ac suscitare potest. Etenim destinatur hęc salutis doctrina non iis qui statum suum retinent, sed mortuis ac desperatis. **Q V E B I B I S T I .** Calix furoris bifariam accipitur: nam interdum dicitur Dominus propinac calicem furoris, cum nos vertigine quadrā percillit, ut stupore dementat: ut videamus afflictione interdum adimī mentem hominibus. Nonnunquam vero simplicius accipitur, pro acerbis ac duris pœnis quibus Dominus seuerè in sius animaduertit, quo sensu hęc etiam accipiendum liquet: quia simul additur relatiuum Eius. Nec obstat quod itupefactam & ebriam fuisse Ecclesiam dicit. Hoc enim accidisse ostendit, quod Dominus eam duriter castigaret. Est autem vulgaris metaphora, qua Dominus pœnam quam infligit suis, Potionem vocat, aut certa mensuram quam vniuersi distribuit, quoties tamen de electis agitur, hęc calicis appellatio ad moderationē diuini iudicij exprimendam facit: quod Dominus, tametsi dutius animaduertat in populum suum, modū tamen adhibeat. Ita accipio dictiōneum θύην, pro Angore aut tremore, quo ferè exanimat homines, cum graibus & tunc premuntur. Tales ebrij dici possunt, ut qui vniuersum poculū exhausterūt, quod nihil ferè ad corum miseriā & calamitatē addi possit. Atque eō pertinet quod addit, **E X P R I M E N S .** Ceterū hęc monetur Ecclesia, non aliunde sibi malā omnia quam à Dei manu prouenire, ne fortitudē hęc accidere, aut se immergit astigi putet. Huc enim tendit Propheta, ut populus se iustas scelerum suorū pœnas dedilige intelligat. Nec enim surgere quisquam potest, nisi lapsum prius suū agnouerit: nec liberari à miseria, nisi culpa sua miseriū se esse intelligat. Denique nullum locum habere possunt consolations, nisi doctrinā pœnitentiae antecedat. **F A C E S** s' igitur non eodem modo hęc accipi debent, ut Ierem. 25. vbi **Ier. 25. 15** sermo habetur de reprobis, quos Dominus calice suo præfocat ac perdit: sed pro iusta & absoluta vltione, cui Dominus modū statuere voluit. Cum ergo Dominus pœnas lumpit de nobis quas volebat, atque miseris nostris finem imponit, s'ecce exhaustas esse pronuntiat: sicuti visum est capite 40.

18 **N O N E S T Q V I R E G A T .**) Describit extremam Ecclesiæ calamitatem, nam omnium grauissimum atque omnino extrellum est, quod nihil alleuationis aut consolacionis percipit à hiberis quos ipsa enixa est. Summā autem hanc miseriā describit, ut quanuis deploratus sit eius status, consolacionem nihilominus à Deo exspectet, qua nunquam siuos cultores, etiam si ad inferos vsque ipsos demersi sint, fraudabit. Quanuis ergo destituta sit ab hominibus Ecclesia, atque adeò ab iis quos siu suō fuit & complexa est, tamen auxiliū à Deo sentiet. Nulla autē accerbior calamitas matris accidere potest, quam cum derelinquitur à liberis, qui vicem ei mutuū reddere debuissent. Hęc ingratitudo atque inhumanitas ei profectō longè grauior est quam fuerosa & quantumvis effrenata hostium levitia. nam quorsum filios gignat atque extollit, nisi vt viceps ab iis alatur: Cum vero filii officio suo desunt, quid supereft, nisi vt eos se frustra genuisse & educasse putet? Quanvis igitur Ecclesia mattis officio functa sit, ac liberos extulerit ad iustam vsque & tetem, ab ingratis tamen nihil opis vel solatii sperandum esse pronuntiat. Quantum longius patet sermo Prophetæ, degeneres scilicet ac peruersos esse filios illos, qui matris auxilium non tulerunt, quod scilicet eorum iacturā equiore animoferat. Durum ac triste fuit Ecclesiam penitus spoliari tota sua prole, & redigi ad orbitatē: quod tamen accidit. Atqui Propheta indignos esse admonet, pro quibus luctum suscipiat mater: ideoque potius experientā nouam sobolem: sicut in Psal. dicitur, Populus qui creabitur laudabit Deum. Quod hic describit **Psal. 102.** Propheta, ad nostrā omnino cratē pertinet, nā multi se filios Ecclesiæ iactant: sed quotusquisq; de 19 matris & tuminis sollicitus est: quis de cius ruina angit? quis ita cōmouetur ut humeros siuos ei supponat: quam multi eam prodant, ac crudelius persequuntur huius tituli prætextu, quam publici & aperti hostes? Itaque post alias & tuminas, hic velut miseriarum cumulus additur. Demide qui centuri volunt in Ecclesia primi, nec tamū se pro filiis venditant, sed superbiunt patrum nomine, perfidè eā deserunt vbi implorat eorum fidē. Quare nihil mitum si eos Deus exterminet, ut probis & legitimis filiis augeat Ecclesiam suam.

19 **D V O H A E C .**) Idem ferè capite 47 de Babylone asseruit, Subitō die uno tibi haec duo **Supradicta 47.** euident, Orbitas, & viduitas. Sed hic diuersum tādem euentum Ecclesiæ promittit Isaias: quia **11** Dominus eam ex profundissima abyssō eripiet. Denuntiatur autē extrema miseria, ut se ad te-

lerantiam comparent fideles, neque declinant ex suis angustiis vota & preces sursum emittere. Summa est, Ecclesiam omnis generis malis ita oppressum iri ut proterius obterenda esse videatur: quia foris sustineat grauiissimas ætunas, intus vero nihil opis aut allegationis à suis habeat. Hæc duo acerbissima mala sunt quæ refert Propheta. Sed non satis congrua videtur ista partitio, postquam enim malum unum rectulit, quod nemo ei condoleat, nemo consoletur, quatuor species enumeratae: valetatem, contritionem, gladium, famam. Nonnulli exponunt Ecclesiam intus fanie confici, foris vero vexari ab hostiis. Ego vero aliter interpretor, ut iam perstrinxii. Satis enim visitata est Hebreis interrogatio, cum aliquid simpliciter negare volūt, idque apud ipsos elegas est: tametsi apud Græcos aut Latinos incepit fore. Duo igitur hæc mala recente Isaías, unum externum: quia & belli cladibus & fame ad interitum usque aut valetatem redigetur, quod per quatuor illas species significavit: alterum internum, quod destitutus consolatione, ac nemo ipsi condolat. Interrogatione enim negat ullam ei consolationem futuram esse. Atque hic versus respondet superiori, ubi iam declaravimus quorsum tam calamitosus ac miser Ecclesiæ status à Propheta describatur.

20 FILII TUI EX ANIMATI SVNT.) Luctuosum & miserum illum Ecclesiæ statum magis declarat, cum liberos eius prostratos iacere dicit. Nullus autem esse potest matris dolor magis acerbus, quam si in conspectu eius iuguletur liberus nec soli unus aut alter, sed quoru strage ob multitudinem plena sint via. Similitudo additur ab urbis aut aliis feris sumpta: qua etiam robustissimos quosque velut in plagas coniectos esse significat. PLENO VERO FVRORE DOMINI esse dicens, discrete admonet nihil horum fortuitum esse, ne quid temere accidisse putent: neque Dominum laetitia accusent, quod grauius in ipsis animaduertat: quia rectum ac iustum ipsius iudicium est. Idque significat, cum hoc supplicium ab increpatione Domini profecta esse dicit. Interrena tenendum est eius confitū quod attigit, neque spem gratiae abiiciendā non esse fidelibus, quantis innumeris clades ad desperationem eos sollicitent, & impellant.

21 ITA QVE NVNC AVDI.) Nunc ostendit apertius quorsum de calamitatibus Ecclesia loquitus sit, neque ut fideles non dubitent quin parata sit eis à Domino cōsolatio, tametsi extrema queque patientur. Sed cur Ecclesiæ miserā vocat, cum nihil felicius sit quam Dei esse, nec ea felicitas æratus ullis adiuvi posse: nec enim frustra dictum est, Beatus populus cuius Iehoua Deus est. Respondeo, in specie quidem esse miserā: ac Dominū illo nomine ipsam non frustra cōpellere: quoniam, ut antea diximus, misericordia opitulatur, & auxilio destitutus. Quod ERIA M vocat, nonandum est fideles nunquam ita constanter ferre peccatas quæ ipsis irrogantur, quin non nunquam obstupescant: sed quanuis obstupescit, meminisse debet se iustas Domino peccatas dare, ac statuere Dominū ipsis adsuturū. Nec enim alloquitur robustos aut florentes: sed debiles, miseros, consolantes, atque cibris similes, iisque se consolationem adserre dicit. Denique hac voce lenies eius merore, modum sibi constare docet, quo moderetur extremis quibusque malis, perditaque restituat, quasi putridum cadaver excitaret.

22. Si C. DICIT DOMINATOR.) Non temerè ad nomen Iehouæ tria epitheta adiungit, nempe quod Dominus si vel patronus Ecclesia, & Deus, & postremò Vindex. Semper enim reputandum est qualis sit nobis cum Deo necessitudo: quia nos ideo familiariter compellat, quod semel in populum cooptauerit, perpetuo fædere se nobis coniungens. Hac præfatione olim animati sunt Iudei, ne amplecti dubitarent quod hinc promittitur. ac eadem hodie noui populi ratio est, quem Deus in fidem & patrocinium suum non minus recepit. Vindictis autem munus sibi adscribit Dominus: ut cum gratissima pericula instabunt, & aetum de nobis esse videbitur, ad hanc anchoram confugiamus, ipsum tamen esse vindicem populi sui. nec solùmodo cum ab externis hostibus, sed cum à Satana inuadimur, hoc valere debet. E C C E A B S T V L I. Proponit sperandi materiam: quia Deus non nisi temporalibus flagellis Ecclesiæ suam castiget. Unde simul discendum fuit Iudeis, quicquid calamitatum instabat, iustum scelerū suorum eis mercedem: quia nullus fuisset finis, nisi reconciliaret ellen Deo. Summa est, iram Domini placutum iri, ita ut plagiis quibus haec tenus punierat Ecclesiam suam, modum & finem imponat. De metaphora Calicis prius dictum est 17, versu: cuius explicationē, qualiter attulimus, hic locus satis confirmat, ubi calicera furoris sui nominat Deus, qui tamen concusserit Ecclesiæ acsi vertigine corrupta esset. Quanquam idem est nomen quod ante posuit, θύρη, quod alij stupore, alij tremore vertunt. Fæcibus, ut dixi, plenā vindiæ mensurā designat, qua Deus pro sua paterna indulgentia contentus est.


23 ET TRADAM.) Alterum est membrum consolationis, ubi promittit fore, non solum ut Dominus Ecclesiam liberet à tantis malis, sed etiā calamitates quibus afflita est, in hostes eius transferat. Ergo si affligimur, breui immutabitur nostra conditio, atque grauiissimas hostes peccatas dabunt. Siquidem virat Paulus, et quod est apud Deum, reddere iis qui vos affligunt, afflictionē: & vobis qui affligimini, relaxationē nobiscum, cum reuelabitur Dominus de celo, cū Angelis potentia luce, cū incendio flama, qui infligit vltioneis iis qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangeliō Domini nostri Iesu Christi. Temporarie igitur pœna, quas ipsis infligit Deus,

Deus, praeludia sunt eterni supplicij, cui tandem addicentur. Et quid insolentiam hostium & superbiā, qualēm in dies ipsi in aduersariis nostris experimur, melius declarat, verba corū refert quibus contumeliosē vexarū miseros Dei filios. Semper enim coniuncta est impietati superbia & crudelitas, nam ut manuetos reddit homines vera Dei cognitio, ita ignoratio feroce & truculentos efficit. Sibi placent qui ignorant Deum, suntque in ipsum & veros eius cultores sine modo contumeliosi. Hoc quidem miserissimum atque indignissimum est: sed cum nomen suum sepe impiorum contumelias exponi sinat, ne mirerur nos iniuriis propter ipsum affici. nec enim ipso pretiis nos sumus, nec veteris Ecclesie conditione melior nostra esse debet. Alia metaphorā vixit David, cum Ecclesiam agro similem esse dicit qui profunditur aratro, ac subigitur: sapient enim precessam atque proculatam esse docet, ne diuersam esse conditionem nostram existimemus. Psal. 129.3

C A P V T L I I .

1  *Xcitare, excitare, induc fortitudinem tuam Sion, induc vestes decoris tui Ierusalem, ciuitas sancta: quia non sicut amplius ut veniat in te incircumcisus & immundus.*

2  *Exalte te de puluere, surge, sedc Ierusalem: extricate a vinculis colli tui captiva filia Sion.*

3  *Quia sic dicit Ichoua: Gratias venditi estis: idco sine pecunia redimicimi.*

4 *Quia sic dicit Dominus Ichoua: In Aegyptū olim descendens populus meus ut peregrinaretur illic: verèm Asur absque causa oppresit cum.*

5 *Et nunc, Quid nubi hic, dicit Ichoua, ut ablatus sit populus meus gratis: & qui in eum dominantur, faciant cum vulnare, dicit Ichoua? & iugiter tota die nomen meum contumelie expositum sit.*

6 *Propterea scit populus meus nomen meum: propterea in die illa, quod ego idem qui loquor, ecce adero.*

7 *Quam speciosi super montes pedes amuntiantis, publicantis pacem, amuntiantis bonum, publicantis salutem, dicentes Sioni, Regnat Deus tuus!*

8 *Vox speculatorum tuorum, lauauerunt vocem, pariter iubilabunt: quoniam cculo ad oculum videbunt, cum Ichoua reducat Sion.*

9 *Laudate, exultate pariter solitudines Ierusalem: quoniam consolatus est Ichoua populu suum, & redemit Ierusalem.*

10 *Nudauit Ichoua brachium sanctitatis sue coram oculis omnium gentium: & videbant omnes fines terre salutem Dei nostri.*

11 *Discidite, discedite, exite inde, immundum ne attingite, exite e medio eius, mundanini qui fertis vas a Ichoua.*

12 *Quoniam vero infestatione exhibitis, neque in fuga erit iter vobis: quandoquidem precedet vos Ichoua, & congregabit vos Deus Israel.*

13 *Ecce prosperum successum habebit seruus meus, exaltabitur, elcuabitur, & valde sublimis erit.*

14 *Quemadmodum obstupuerunt super te multi, adco deformata fuit ab hominibus species eius, & forma eius a filiis hominum:*

15 *Sic asperget gentes multas: super eum Reges claudent os suum: quia quod non fuerat ipsis narratum, videbunt: & quod non audierant, intelligent.*

X C I T A R E .) Confirmat superiorē doctrinā, ut populum magis exciteret, qui mæstia & angore oppressus erat. Hęc enim velut stimulos addi necessē fuit, quō magis doctrina in animos sōpitōs atque obstupefactōs penetrareret. Nam alioquitur Ecclesiam, quę velut attonita atque obstupefacta est: eamq̄e excitari iubet, vt colligat vites, & animum resumat. idq̄ec secundō repetit: nec frustra: quando excitari ac colligi difficile est eos quorū animi ira diuinę sensu perculsi sunt, vel etiam prostrati. **I N D V E F O R T I T V D I N E M .** Aci diceret, Tu prius examinata in fōrdibus & squalore iacuisti, nunc te ad beatum & fēlicem statum compara, in quem te Dominus restitueret. Fortitudinem ergo opponit Fracto animo, qualis rebus desperatis esē solet: v e s t e s decoris, Squalori & fōrdibus. Causam subiicit, quia non permettit Deus vt posthac impīj ad cā valstandam libidinosē graffentur. Liberata ab eorum tyrannide Ecclesia iam habet cur gandeat. securitas verò in posterū solidam ei gaudijs & lātitiā materiam p̄abebet. Nos interea ad cōmūnem gratulationem cohortatur Iſaias, vbi Ecclesiā sua reconciliatur Deus. Et certe si quid est in nobis pietatis, nos cius statu vehementer affici debet, vt prospero lātemur, & aduerso dolceamus. Denique summa lātitiā nostrā esē debet, vt etiam ait Psaltes, Hāreat lingua faucibus
Psal. 1. 37. 6 meis si non tui meminerit, & si non fiscaput lātitiā mea. Veniendi autem verbo id significat quod vulgō dicimus, *Avoir entrée*. Dominus impīj p̄cludet viam, ne iis impunē, vt antea, irūpere & graffari liceat. Per **I N C I R C V N C I S O S** & immundos, intelligit profanos omnes qui perturbunt cultū Dei, & conscientias opprimunt tyrannide. Vulgare fuit, Incircuncisos vocari omnes qui alieni erant ab Ecclesia: cuius symbolum erat Circuncisio, qua omnes pīj signabantur. Sed quia permulti, quanuis hac fēderis nota insigniti, meliores alii non erant: vt omnē dubitationē tolleret, addidit **I M M V N D V M .** Nam circuncisionis nota per se nihil est: atque in præputium (nisi adlit puritas animi, vt inquit Paulus) reputatur. Talibus ergo non fore amplius in Ecclesiā locum significat: vt sublati corruptelis, & restituto Dei cultu, plenissimo gaudio perfruatur. Quanquā ad hostes exteros restringi non displaceat, quos odiosis nominibus appellat, vt ipsa pœna atrocitas ludoxos cōmonefaciat de scelerum suorum grauitate.

Gal. 5. 6**Rom. 2. 25**

2 E x c v t e .) Liberationem Ecclesiā fusius exponit, ac per hypotyposim illustrat. Quōd ipsam iubet executere puluerem, ac surgere, ne existimemus ideo libertatem nostram penes nos ipsos esse, vt eam, vbi visum erit, consequamur. Vnius enim Dei est attollere nos ē puluere, erigere iacentes, & vinculis abrupsis, vel solutis, vindicare in libertatem. Cur ergo tititur imperatiuus Prophetæ, quando minimē consentaneum est exigi quod efficere non possumus? Respondeo, verbum imperandi multō plus efficacē habere ad excitandum, quām si narratione simplici vīs effet. Itaque pronunciata fōte vt in prītinam libertatē à Deo restituta ē fōrdibus emergat. **S E D E N D I** verbum integratēm status designat: atque opponit utero Iacendi, quo extrema calamitas significatur. Interdum quidem Sēdere, significat prostratum esē, vt cūm prius Babylonī dicere, Sēde in puluere: sed hīc alia significatio est. Nam cūm iūlērit eam surgere, simili addit, vt **S E D E A T :** id est, ne amplius iaceat, sed prītinum statum recuperet, nec in posterū ab hostibus prostrernatur.

3 Q V I A S I C D I C I T D O M I N V S .) Malē expositus est hic versus à plerisque qui subtiliter hic philosophati voluerunt, nam multa somniarunt prater mentem Prophetæ. Conuenit **S E P T . 2. 50. 1** autem cum eo quod prius capite 50. docuerat, Cui ex creditoribus meis venditi vos? Nam hīc codē modo dicit, **G R A T I S** venditi es̄tis, aci diceret, se nihil pretij accepisse, nec obstrūctum esē creditori, qui possit eos veluti iure mancipiū retinere. Hoc autē plurimū ad confirmandā promissionē facit: quia dabitare poterant Iudæi de libertate quę ip̄is promittebatur, quōd iam diutina possessione ipsos Chaldaei tenuissent, atque potentissimi essent omnī nationum. Huic dubitationi occurrit Dominus, Ego vos eis non vendidi, neque alienauī: gratis venditi es̄tis: possum igit̄: vt vos iure meo reposcere, ac vendicare, prōinde ne repeteris quāt̄ sine difficultates, dum libertatē vobis promitto, neque rationibus humanis de hac re disseratis, nullo enī iure Chaldei vos retinere, aut libertatē vestram impedire possunt. Denique, vt prius dixerat se nō es̄se similiē decōctori, qui suos in solutū dare aut vendere coactus sit: ita hoc loco significat se gratis mancipasse ipsos & tradidisse hostibus, hac tantū de causa, quōd sceleribus suis ipsū provocasset. Itaque, nihil maiorē in ipsi liberandis quām in tradendis difficultatē fore. Nonnulli subtilius exponunt: nēpē, quōd gratis redēpti sumus à Christo, quę quidē doctrina probanda est: sed non conuenit menti Prophetæ, qui Iudaorū diffidentiā corrigeret voluit, ne de libertate sua dubitarent. Sufficiat igit̄, quā liberare suos voler Deus, necessariū non fore de prelio pacisci cum Chaldais, quos in iūta possessione nullo negotio depellat.

4 I N A E G Y P T V M .) Hīc etiam interpres neque cōlūm neque terram attingunt. Nam Iudæi tres hīc captiuitatis somniant, Christiani in eo differunt, quōd tertiam captiuitatem sub Antichristū futuram designari putant, è qua à Christo liberabūtur. Sed longē alia, meo iudicio, mens est Prophetæ, nā ratiocinatur à minore ad maius, adduēto exēplo captiuitatis Ägyptiacæ, è qua

è qua populus olim mirabilis Dei potentia erexitur est. Quare argumentatio est eiusmodi, Si Gen. 15.14 Dominus in Agyptios animaduertit, quod duriter & iniquè populum suum traherent, multò Exod. 14. magis puniet Chaldaeos, qui crudeliter in ipsum seuererunt. Multò enim plus coloris habuit impunitum Pharaonis in Iudeos, quam Chaldaorū. nam cùm Isponte Jacob in Agyptum cum sua Gen. 46.5 familia concessisset, hanc dubie subditus erat potestati Pharaonis : qui ob beneficium à Iosepho acceptum, regionē ipsi ampliā, & pascua loca assignauerat. Successores Pharaonis ingrati, & immemores accepti à Iosepho beneficij, totā posteritatem variis modis afflixerunt. Hanc ingratiitudinem & inhumanitatem Dominus seuerè vleus est. Sed longè indignius ac crudelius Chaldaeorum scelus fuit, qui ē iusta possessione eicetos Iudeos in feruitate rapuerunt. Si igit̄ Agyptios ingratios & inquis legibus imperantes, vtcung, alioqui iustū possessionis titulū haberent, Dominus ferre nō potuit, multò minus violentos ac truces Chaldaeos feret, qui nullo iure populum suū tenent, & vi opprimunt. Per Allyriū intelligit Chaldaeos, qui sub eadē monarchia cū Allyriis coniuncti erant. Sed Allyriū præcipue nominat, quod prius magnā intulisset Iudea cladem, atque aditum huic captiuitati præbussit.

5 Q V I D M I H I H I C .) Prolequitur ac confirmat quod iam dixi, minimè æquum esse vt diutius populum suum opprimi tacita finat. Nam his verbis quodāmodo suam cessationem castigat, ac si diceret, Annon exerā manū ? an non vindicabo populū meum ? Si mihi non obstat Pharaon, tametsi legitimus esset dominus, an violenti prædones mihi obstatunt? Postea enumerat causas quibus incitari debeat ad populum reducendū. Subaudienda est autem tacita antithesis in participio Ablatus. neque enim fuerat ablatus ab Agyptis: sponte illuc descendebat cùm fame premeretur: inde tamen crepus est: quād magis eripietur ex eorum manu qui ipsum australi in patria in captiuitatem violenter abduxerunt. Indignitatis verò augenda causa ad continuum vulnatum cogi dicit. Alij vertunt in neutra significatione: sed mihi videtur hoc augenda inuidiæ causa dictum esse. quare, verbum transituum esse puto, quod violentiam exprimat, quam Chaldaei Iudeis inferebant. Nec enim solum iniquè dominabantur, sed etiam inhumaniter ipsos trahabant. Plus autē est vulnare quam gemere aut eiularē: quia acerbissimum dolorem esse probabile est qui sonoros & impetuoso clamores extorquet. Similitudo est sumpta à feris, qua desperatio extrema designatur. T O T A D I E N O M E N M E V M . Tertia est ratio, ac p. recipua, cur populum suum liberatus sit Dominus: ne scilicet nomen eius probro & consumelice impiorū temper expositum sit. Honoris enim sui causa Dominus Ecclesiam conseruat, & purū nominis sui cultū tuerit. Quum autē occasionem maledicendi artipient impij ex Ecclesiæ clade, ac perulante Deum irrideant: meritò dicit in redimendo populo se causam suam aeternam. Non refero hic varias interpretationes, nec iis refellendis immoror: quoniā mihi satis est breuiter genuinum Prophetæ sensum indicasse.

6 P R O P T E R E A S C I E T .) Hoc versiculo concludit quod duobus proximis attrigerat: necesse tandem est populum redimi à Deo, qui sibi dissimilis esse non potest. Nam si redemit Patres, si semper Ecclesiæ adfuit, posteros, quos similiter adoptauit, obrui nunquam sinet. Diligenter obseruandum est verbum s c i e t . nam Scite nomen Domini, est sublata omni vanity opinione, ipsum ex Verbo, tanquam ex vena imagine, deinde ex operibus cognoscere. Nec enim arbitratu hominū fingendus est Deus, sed ita comprehendendus ut fese nobis declarat. Concludit ergo Dominus se ad futurum re ipsi, & cōprobaturum omnia que promisit, vt populus se non frustra sperasse intelligat, magisque ac magis in notione nominis ipsius confirmetur. Tendum autē memoria est quod alibi de experimentalis notitia diximus, qua sanctitur Verbi fides. Porro Loqui ad promissiones pertinet: Ecce ego, ad potentiam actualē, perinde ac si dicceret, Tametsi nunc solūmodo in auribus veltris sonent verba quibus promitto quod vix probabile est, tamen paulo post rem ipsam percipietis. nam præstabo re ipsa quod pollicor. Hinc colligenda est vniuersalis doctrina, indiuīduo nexu coniunctū esse effectū Dei promissionibus. Quoties ergo nos virgē Satā, atque ad diffidentiam sollicitat, quasi deserti à Deo ac destituti esse, huc nobis redendū est, atq; fidendū Deo, quo nihil fructuā promittitū. Si nondū præstet, aderit tamen in tempore.

7 Q V A M S P E C I O S I .) Rursus Prophetæ pios confirmat in certitudine verbi Dei, ne villo modo dubient se in præstānam libertatem restitutumiri, animosque suos in dura illa seruitute certa spe sustineant. Splendidis autem elogiis extollit hunc nuntium, vt satis habent pīj, spem futurā salutis sibi in calamitate diuinitus offerti. Et certè loquente Deo consolationē amplecti debet, quā freti placidē patienterque euentum promissionis expectent. Ut ergo pīj continent doctrinia sua patiente fratre, magnificè exornat verbum Dei, An adeo ingratā eritis vt vobis non sufficiat incomparabilis ille thesaurus Verbi, quo tanta beneficia continentur? An ruetis in vota importunā expostulabis cū Deo? Vult enim à diffidentia populum reuocare, qui variis illecebris abstrahebatur, neque omnino acquiescebat in verbo Dei. Propterea doctrinæ excellentiam prædicat, atque ostendit Dominū plus nobis ea largiri quam dici aut cogitari possit. Iam verò significat nō de quo quis genere doctrinæ hīc agi, sed de ea quę consolatiō apta est, Ephes. 2:10

Pulchrum ergo & optabilem esse ostendit aduentum eorum qui consolationem adferunt ex ore Dei: quæ non tantum leuare nos à mœrore, sed etiam gaudio perfundere potest. Agitur enim hic de doctrina salutis, atque ideo Pacem, Bonum, Salutem annunciarci dicit. **PACIS** verò nomine prosperum & fœlicem statum designat: vt iam alii locis de huius nominis significatione plura diximus. **DICENTIS SIONI**. Hinc colligimus quale sit principium illius doctrinæ quam prædicat **Isaías**, & quid potissimum optandum sit: nempe vt erigatur inter nos regnum Dei: quia donec inter nos regnet, cedere nobis omnia infelicitate necesse est, ac proinde nos esse miseros. sicuti tursum hæc vñica est salutis summa, vbi Deus curam nostræ suscipere dignatur, atque hæc eadē est vñica ratio obtinendæ pacis, quanlibet cōfusione res sint ac perdita. Ac meminerimus hunc nuncium destinari Ecclesiæ: quia profanis hominibus, qui Deum non norunt, conuenire non potest. Paulus hunc locū citat, vt probet Euagelij prædicationem non ab hominibus, sed à Deo proficiendi, ac ministros qui nuncium salutis perferunt ab eodem mitti. Vtitur autem gradatione ciuiimodi: **Quisquis inuocauerit nomen Domini, saluus erit.** Atqui inuocari nō potest donec cognitus fuerit: nec enim aditus ad inuocationem patere potest, nisi aperiatur fide, qua Deū, vt Patrem amplexi, familiariter in eius sinum exoneremus curas nostras. Eius autē fundamentum est doctrina, per quam Dominus se se nobis patescit, atque ad eam rem hominum opera & ministerio vtitur. Itaque postremò addit, **Neminem futurum qui predicet, nisi à Deo mitratur.** Sed videtur Paulus torqueare Prophetæ verba, nec enim dicit Isaías ministros mitti à Deo, sed aduentum ipsorum ac præsentiam optandam esse. Respondeo, Paulum hoc axioma pro confesso habuisse: nihil esse optandum, nisi à Deo. Vnde verò salus? An ab hominibus: minimè, nec enim potest afferri tam singulare beneficium, nisi Deo authore. Merito ergo concludit, ab ipso, non ab homine proficiendi.

Vox SPECULATORVM.) Prosequitur argumentum suum. Talem enim populi restituitionem fore ostendit, vt eam nuncij intrepidè publicare audeant. Idem enim significat per **LEVARE** vocem, quod antea dixit Super montes. Res obscura non erit: sed tam conspicua & illustris vt omnes in admiratione rapti. Qui de rebus dubiis loquuntur, susurrant inter se, nec vocem attollere audēt: hæc verò nihil dubium aut incertum erit. Mutuatus est autem Propheta similitudinem ab excubis que in urbibus locati solent, quanquam speculatores quoque vocentur omnes Prophetæ, quod velut in specula constituti sint, vt pro salute populi vigilent. Cùm eos vōcem sublaturos esse dicit, significat exilij tempore silentium fore, quia non audietur vox Prophetatum, nam etiā moneat priuatim vnumquenque, nulla tamen erit libertas loquendi. Vnde etiam Ieremias ait, Ponam in puluere os meum. Sed cùm Dominus educere populu volet, aperatum erit os speculatoribus, qui antea muti erant, vt liberū ei redditum annuncient. Nec enim loquentur inter priuatos parientes, aut modicam cōsolationem adhibebunt, sed pleno ore prædicabunt istam salutem: quia de plura initio capit. **40. OCVLIO AD OCVLVM**, id est, Palam. Hoc quidem ad spiritualem conversionem extensum: sed ne propterea recedamus à sensu literæ, quin simul beneficium quod Dominus veteri populo exhibuit, comprehendamus. Nam cùm restituit Iudaeos libertatem, atque ministerio Zorobabel, Ezra & Nehemias vñus est, hæc impleta sunt. Similiter continuanda sunt usque ad Christi aduentum, quo Ecclesia ex omnibus terra finibus collecta est. Quin etiam progrediendum usque ad ultimum aduentum Christi, quo plenissime omnia instaurabuntur.

9. LAVDATE.) Hortat quidem fideles ad gratiatum actionem: sed potissimum eos confirmat in spe ac fiducia huius salutis: ac si iam ipsa retum fructu ad gratulationem eos vocaret. Nec enim sati afficiuntur, cùm testatur Dominus se nobis ad futurum: ac ludi nos putamus, nisi re ipsa id demonstraret. Ideo Prophetæ multū in id incumbunt, vt conscientiam animos piorum, & rem ipsam oculis penè subiiciant. Etsi autem absurdum videtur & importunum, latitare canticum dicari in tristitia, alibi tamen vidimus hac loquendi forma utiliter expergesiri, qui sub doloris metus, & curarum onere gemunt. **SOLITUDINES** Ierosolymæ aut vultates voca, vt quauis dirupta ac diruta esset, nihilominus eam instauratum iri confiderent. Atque hæc appellatio melius conuenit excutiendo mori, quām si fœlicem aut florētem vocasset. Nam cùm nūscirimus esset eius status, non aliter ad se hæc promissa pertinere existimarent, quām si declarata esset eorum miseria, aduersus quam muniendi erant, vt quauis nihil præter valsum item & horrendas ruinas intuerentur, tamen instaurationem certa fiducia expectarent. **QVONIAM CONSOLATVS EST.** Luclū populi in gaudiū vertit Dominus: liberum ex captiuo fecit. Atqui, hoc nondum acciderat: sed in promissionibus Dei tāquam in speculo cōtemplati oportet ea quæ nondum oculis nostris apparent, etiā li ratione aliena nobis esse videbatur. **REDEMPT.** Hic videmus propriū esse opus Dei, redimere Ecclesiam. Quod si ita sentiendum est de redemptione Babylonica, quæ vmbribatis tantummodo fuit, quid dicemus de redemptione spirituali? an sine magna Dei iniuria hominibus tribui potest? Vt autem liberare Ecclesiam solius Dei est, ita & libertatem eius tueri.

10. NAVIAT.) Similitudinē hanc sump̄tū militibus qui brachiа proferunt cùm se instruunt ad certamen. nec enim hīc Nudate significat nudum proferre brachiū, sed exercere: quia cūm

cum sedemus otiosi, aut cōplicata habemus brachia, aut abscondimus: Deum verò pro sensus nostrī crassitie putamus, donec virtutē suam in medium profert, more hominis lapī vel pigri digitum non mouere. Et Brachium sanctitatis vocat, quoniam potentia sua in salutē populi viarius erat. Est enim hic mutua relatio inter Deum & Ecclesiā quam sibi Dominus consenserunt. Brachium quidē suum nudat in administratione totius mundi: sed non vocat ipsum Sanctitatis, ut hīc, quum peculiare auxilium fert Ecclesiā suā. Est enim bisarū consideranda potentia Dei: primum vniuersaliter, in conservandis omnibus creaturis: deinde specialiter, in tuenda Ecclesiā. Nā peculiaris est quādā sollicitudo quā pro suis genti, quā ceteris cōmuniis non est. *COR. 2.23* oculis. Significat hanc liberationē tanta admiratione dignam fore, vt cæcis etiā ipsiis apparet. Quod autē nobile hoc spectaculū extenditur ad ultimos vsque terrae fines, hinc appetet Prophētant non loqui de restitutione populi, quā intra paucos annos futura erat: sed de totius Ecclesiæ instauratione. Malignè ergo Iudei hanc Prophetiam id redēptionem Babylonicam restinguunt: perperā vero Christiani ad spiritualē redēptionē quam obtainemus per Christū. Nam initium faciendū est à redēptione que sub Cyro fuit, ut ad nostrā vsque atē progrediamur. *I. 2.23* taque cœpit Dominus inter Medos & Persas illustrare potentiam suam: sed eam deinde omnibus nationib⁹ conspicuam reddidit. *Esd. 1.3*

11 D I S C E D I T E.) Nunc populum hortatur ut semper ad migrandum paratus sit, atque interim miseriā suam patienter ferat. Nam ut corrigenda erat nimia populi felicitatio, ita torpore ei deinde excuti oportebat. Etenim priusquā liberationis tēpus aduenisset, importuna abundandi cupiditate flagrabat: vbi verò exili⁹ tēpora impleta sunt, clanguerat diuturna mora, omnemque redeundi & spem & voluntatē abicerat: ita ut pauci in Iudeā reuersi sint. Permiscent se Babylonii, quorū confitetur in illeētē ac corrupti, patriā suam negligebant. Excitari igitur ipsos ac moneri necesse erat, ne longa expectatione frangerentur, & Babyloniorū inquinamentis corrūpi se sineant. Secundum membrū, vbi vetat immundū attingere, melius declarat quod iam diximus. Iubet enim ut se puros atque integros feruent ab inquinamentis quibus se polluebant Chaldei, nam periculā erat ne superstitionibus Gentium corrūperentur, ut proclues ad malū sumus omnes, malisque exēpli facile abripimur. Proinde admonet, ut quanvis captiuī sint, tamen ne quid in gratiam dominorū efficiant, quod melior sit eorū conditio: ne à puro Dei cultu se abduci patientur: ne polluantur eorū itibus: ne simulent se colere idola, aut assentitiū pñorum religioni, hac enim execranda est immundities, quā Propheta vitari iubet. Accidunt autem captiuī & tyrānde oppresiū eiusmodi tētationes, quibus sepe ita succubunt ut multa nefaria & illicita sibi permittant hoc p̄textu, quod tyrannorū furorē mitigate volunt. At quām frigida sit eorū excusatio, hic cernimus. Nec enim Iudeos hortatur Propheta ut mundi sint cum liberi erunt, sed quandiu captiuī tenebuntur, ac periculū etiā vite subibunt. Hec autē ad nos etiā haud dubiē pertinet, quos Paulus hortatur ut impolluti non solum spiritu, sed etiā carne simus. *2. Cor. 7.1* Hanc porro exhortationē peculiarter dirigit ad Sacerdotes, & Leuitas, qui, cū antesignani essent, plus integratatis p̄textare debuerunt: non quasi alii se se polluere hiceat, sed eos potissimum compellat, ut alii p̄eātant suo exēplo, quibus veluti duces constituti sunt. Adhuc, memoria tēnendum quod ante vidimus, & iterū repetet Iāias in fine libri, nouū fore Sacerdotium in redēpto populo. Quānqā mihi placet simplex ille sensus, Leuitas & ministros Templi *v. 27* *χριστού* ponit pro tota plebe. Hec igitur doctrina non tantum ad ministros Verbi, sed ad omnes Christianos in vniuersitatem hodie pertinet, qui etiā regale sacerdotiū vocantur: nec tantum valis tēplicē *1. Pet. 2.9* rendis destinati sunt, sed ipsi sunt tēpla Dei. Ideo prædictus Ezchiel futurū, ut in restitutione Eccl. *1. Cor. 3.16* Leuitas sint maiores Sacerdotes, totus verò populus cooptetur in ordinē Leuitarū. Cūm igitur omnes in tantū dignitatis gradū extulerit Dominus, sequitur hanc munditiā ab omnibus sine exceptione requiri, quā etiam ob causam Paulus hūc locū vniuersalē Ecclesiæ accōmodauit. *2. Cor. 6.16*

12 Q U O N I A M N O N I N F E S T I N A T I O N E.) Rūtius amplificat Propheta beneficium illud redēptionis, quoniam incredibile videbatur, adē omnium prop̄ animos occupauerat desperatio. Eos enim potissimum compellat qui captiuī futuri erant, ne animum in misero illo statu despoderent. Promittit autem futurum ut illa liberatio non sit fugae similis, qualis Ægyptiaca fuit, est enim tacita cōparatio inter redēptionē ex Ægypto & etiam in Babylone. Noctu enim fogerant ex Ægypto, cūm se tridui tantum iter agere velle simularent, ut lācificarent Deo. Exierunt autē cum festinatione & tumultu, sicuti ipsiis dictū erat. Abeantes *Ibid. 5.3* Pharaō persequitus est, quali omnes deleturus. Hic verò non idē fore significat, sed triumphantium in morē abiutrosū, ita ut nemo ipsiis negotiū facescere audeat: Vulgo dicere solemus, *ils s'en iront à enseigne desployée*. Vnde excellenter atque admirabilior h̄ec redēptio futura est. *PRAECEDE T O S, s. id est,* Erit dux itineris vestri. Dicet quispiā, Duccem quoque finis Deum populo verteri, cūm ipsum eduxit ex Ægypto. Hoc quidē verum est: sed non ita palam maiestatem illuc suam ostendit, ut hīc, quum veluti imperator, deūcētis hostibus exercitū suum reduxit. Eodem spectat verbū Congregandi, quia nulla crit dispersio qualis in trepidatione esse solet, neque palantes errabunt, sed turmatim & disposito ordine quasi sub signis iter facient, ac si diceret, Ve-

luti collectam manum aut exercitum Deus educeret, non sequetur unus alterum, ut qui furtim se subripiunt: sed palam aggregati, sine ullo metu discedentis. Nemo impedimentū affereret, quia Deo duce aggregabimini, ut in patriam redeatis.

13 E C C E P R O S P E R V M.) Postquā Isaías de restitutione Ecclesiæ loquutus est, transīt ad Christum, in quo omnia colliguntur. נָשָׁו, nōnulli exponunt Prudenter aget: sed quia sequitur postea Euehetur, contextus mihi videtur postulare ut potius de prospero succelū intelligamus: cūm etiam נָשָׁו, significet Prosperè agere. Loquitur ergo de prospero Ecclesiæ succelū, qui cūm minimè appareret, eos reuocat ad summū Regem, à quo omnia relituenda sunt, emique expectari iubet. Et notandæ diligenter hīc sunt antithēses quibus vtritur Prophetæ. nam sublimitatem huius Regis quē Dominus eueret, opponit misera & abiecta conditioni populi, qui prop̄ animū despondebat. Atque hunc Regem populi caput fore promittit, ita ut ipso duce floreat, tametsi nunc afflictissimus sit ac miserissimus: quoniā prosperrimè omnia ipsi succedent. S E R V V M vocat Christum, ob munus ei à Deo impositū. nec enim Christus, ut priuatus considerari debet: sed cum persona quā ipso imposta est à Patre, ut sit populi dux, & instaurator rerū omnium: vt quæcumque de ipso prædicat, ad nos quoque pertinere intelligamus. Nobis enim datus est Christus. quāobrem eius ministeriū ad nos quoque pertinet. Nam poterat vno verbo dixisse, Christum euchendum, & honore offici endū esse: sed cūm ei attribuit Ministeri nomen, cūnostra causa eundem esse significat.

14 Q U E M A D M O D V M.) Vtitur anticipatione, quia non apparebat primo aspectū illa Christi sublimitas, atque hoc prætextu reici poterat. Ideo admonet eum prius abiiciendū atque humiliandū esse: ac præuenit illam dubitationē, que oboriri potuisset in tam abiecta & deformi eius statu. acsi diceret, non esse cur abhorreant homines ab ea deformatitate & ignominia, quam perpetua felicitas statim subsequitur a eis. 15, verti, Adeō. Nam falluntur qui applicatio nem similitudinis esse putant. וְנִזְבֵּחַ, Ab hominibus: nec enim a cōparatiuē accipio, ut alii exponunt: hoc est, Plusquā, vel, Præter humanū morem: sed simpliciore sensum sequor, Christū videbile deformatum inter homines si sit: aut peruerso hominū iudicio deletā fuisse eius formam. O B S T V P V R V N T. Hunc stupore nonnulli accipiunt pro admiratione in quā homines ob miracula à Christo edita abrepti sunt: deinde cūm ad crucē veniēdū fuit, statim ab iis reiectū esse: fed illi mentem Prophetæ aſſecuti non sunt. Dicit enim talē fore Christum, ut omnes ab ipso abhorrent. Sic enim prodit in mundū ut passim contēptibilis esset: delituit eius gloria sub humilitate carnis. Nā etiā refluit in eo maiestas digna vnigenito Dei filio, non tamen conspicēta fuit à vulgo hominū: sed potius depeſta illa exinanitio, quæ velū fuit vel integumentū gloriæ eius. Atque hæc causa stuporis fuit, quod sine ullo splendore inter homines verfaretur, nec Redēptorem coſtarū & habitu venturū ludi existimarent. Cūm ad crucem ventū est, illic longè plus stuporis fuit. Hanc Christi humilitatē, ac deinde sublimitatem declarat Paulus, cūm ait, Qui cūm in for ma Dei eset, nō arbitratus eset rapinā, ſe facere rqualē Deo: fed inanuit ſemetipsum, forma ſerui ſumpta, in similitudine hominū constitutus, & figura repertus ut homo, humile præbuit ſemetipsum, factus obediens vſque ad mortē, mortem autē crucis. Quapropter & Deus illum in ſummam extulit sublimitatē: ac donauit illi nomen quod est ſupra omne nomen: ut in nomine Iesu fleat, omne genu cœleſtiū, terrefrū ac infernū: omnīſque lingua conſteatur quod Dominus sit Iesus Christus, ad gloriā Dei Patri. Pri⁹ ergo Christum humiliari & ignominia affi ci oportuit, nec statim apparuī ea ſublimitas in quā eundem erat: sed ignominia, crucis glorioſa refuſratio cum ſummo honore ſequuta eſt.

15 S I C A S P E R G E T.) Alij exponunt, Stillare faciet: quod metaphorice accipiunt pro Loqui. Sed cūm נִזְבֵּחַ significet Alpergere, atque hoc ſenſu vulgo reperiatur in Scripturis, malo hanc interpretationē ſequi. Significat autem futurū ut Dominus sermonem ſuū per multas nationes diffundat. Subiungit effectum doctritinæ, quod R E G E S C L A V D E N T O S S V V M, nempe in ſignum admirationis, ſed diuerſe ab ea cuius ante meminit. Homines enim obſtruunt ora ſua, hærentque atroniti, cūm rei magnitudo tanta eſt ut exprimi non poſlit, omnemque dicendi tactatē exuperet. Q Y O D N O N A V D I E R V N T. Significat admirationē hanc non ex nudo Christi aspectu, ſed potius ex prædicatione Euangelij futurā eſt. nam etiā resurrexit, tamen omnes ipsum morte obrutū exiitū ſunt, niſi refuſionē gloria publicata eſtet. Itaq; prædicatione Euangelij prefacta ſunt ea que pri⁹ neq; viſa neq; audita fuerant. Nam ad Reges & populos qui lōgismē aberant, vſque in fines orbis terrarū hæc doctrina perlata eſt. Paulus hunc locū citat, eumque in miniliterio ſuo impletum eſſe ostendit, atque eo nomine gloriatur, quod annunciat doctritinam Euangelij iis qui de ea nihil vñquam audierant. Hoc enī Apoſtolī, non cuiusvis miniltri officiū eſt. Significat ergo regnum Christi latius patere quām in Iudea, nec iam angustis illi terminis conclusum eſt, nam ipsum propagari per omnes nations, atque extendi vſque in fines orbis oportebat. Iudei verò aliqd audierant de Christo ex Lege & Prophetis: fed Gentibus penitus ignotus erat. vnde ſequitur, hec verba propriè ad Gētes pertinere. I N T E L L I G E N T. Oſtēdit hoc verbo fidē certitudine & ſolda intelligētia cōſtare. Vbi igitur deſt eiufmodi noti-

Lob. 1.14

Phil. 2.6

Rom. 15.21

notitia, fidem abesse certissimum est. Vnde apparet quām inane sit Papistarum com mentum de fide implicita, que nihil aliud quām crassā ignorantia, aut potius mera chimera est.

C A P V T L I I I .

Vis credet auditui nostro? **O**brachium Ichoue " cui ruelatum est? Ad verbum
Super quē.

Ascendet tamen sicut virgultum coram eo, & sicut radix ē terra deserta. Non forma ei, neque decor. Videbimus eum, & non asperetus, ut desideremus eum.

Despectus & reiectus inter homines, vir dolorum, peritus infirmitatis: quasi abscondimus faciem ab eo, & nihil reputauimus eum.

Sancti languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & nos existimauimus cum percussum, vulneratum a Deo & humiliatum.

Atqui ipse vulneratus est propter iniqutates nostras, attritus est propter peccata nostra. Castigatio pacis nostrae super eum, & in liuore eius, " sanatio nobis. "Vel, mede-
la.

Omnes nos tanquam oves errauimus, quisque in viam suam declinauit. Et Ichouatrus duxit in eum nostras omnium iniqutates.

Mulctatus est, & " afflicitus, nec aperuit os suum. Quasi pccus ad mortationem du- "Vel, op-
prellus:

cetur, & tanquam ovis coram tonsoribus suis obmutescet, nec aperiet os suum.

Ecarcere & iudicio sublatus est. & generationem eius quis enarrabit? **Q**uoniam succisus est ē terra viventium: propter transgressionem populi mei plaga illi.

Et exposuit impiis se pulchrum eius, & diuini mortem eius: quanuis iniqutatem non fecerit, nec fuerit dolus in ore eius.

Voluit tamen Ichoua conterere eum, infirmitati subjicere. Cum posuerit in sacrificium animam suam, videbit semen, prorogabit dies, & voluntas Ichoue in manu eius prosperabitur.

E labore anime sue videbit, & saturabitur: & " doctrina sua insufficabit iustus ser- "Vel, cogni-
tione sui.

Propterea distribuam illi partem cum magnis, & cum robustis spolia diuidet. **Q**uoniam profudit in mortem animam suam, & cum inquis reputatus est: ipse peccatum multorum tulit, & pro inquis oravit.

I N C A P V T L I I I .

VIS C R E D E T A V D I T V I N O S T R O ?) Hec capituli distinctio, aut potius diuulio omittenda est, nam initiu potius à versu 13 superioris capituli fieri oportebat: hęc autem prioribus coniungi debent. Propheta enim hic veluti in medio orationis cursu resistit. Siquidē, cūm antea nomen Christi vbiique promulgandum atque ignotis Gentibus patet faciendū esse diceret, interea verò tam humile futurum, ut hęc fabulosa videri possent, abrupti sermonem suū atque exclamat, Neminem illa crediturum. Simul dolorem suum exprimit, quēd tam increduli sint homines ut salutē suam reiiciant. Est igitur pia eius querimonia, qui Christū omnibus notū esse vellet; atque interea paucos videt qui fidē Euāgelio habeant, quāobrem ingemiscens exclamat, **Q**uis creditit auditui nostro: ingemiscamus ergo & cōqueramur cum Prophetā, atque etiā cruciemur, si min⁹ fructuosum labore nostrum cernimus, & corā Deo conqueramur. Sic enim affecti esse debent pij ministri, si fideliter opus suum exequi velint. Declarat autem Ilaias paucos fore qui se Euāgelio Christi subiiciant. Nam cūm exclamat, **Q**uis credit prædicationi: significat ex iis qui Euāgelium audiunt, vix centesimum quenque fidelem fore. Nec tantum de se vno loquitur, sed velut is qui sustinet personā omnium doctōrum. Quanuis ergo plures dentur ministri à Deo, pauci eorum doctrinā adhuc erubunt: quid futurū vbi defuncti ministrī? An miramur summā illic cōcitatē esse? Si exulta terra parum fructus assert, quid ab inculta & sterili expectandum erit? Neq; tamen ideo quiquā decedit Christi Euāgelio, si à paucis discipulis recipitur: nec eius autoritatē minuit, vel immensā gloriā obscurat credentium paucitas: quin potius facit mysterij sublimitas, ut vix fidem reperiatur in mundo. Ideo enim est stultitia, quoniam exupera omnes humanos sensus.

Q. II.

Iob. 12.37 Rom. 10.16 Er clarius secundo membro ostendit causam cur tāta credentium pancitas futura sit: quia nemo nisi singulati Spiritus teuatione ad Deum venire potest. Falluntur autem iij, nemo iudicio, qui per nomen Brachij Christum designari putant. Est enim redditio cause cur tam pauci credant: quia scilicet ingenio sui perspicacia id aseque non possunt. Celebris est hic locus, atque à Iohanne & Paulo citatur in hanc sententiam. Cum multa, inquit Iohannes, signa fecisset Iesus cotam eis, non credebat in eum, ut sermo Isaiae Prophetae impletetur, quem dixit: Domine, quis credit sermone nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Paulus vero, At non omnes obediunt Evangelio: Isaiae enim dicit, Domine, quis credit sermonibus nostris? Admonet eterque nihil mirum fore, si id cueniat quod iamdudum predictum erat: idque ut tollant offensionem quae oriri poterat ex illius populi defectione: qui cum agnoscere Christum debuissent, periuicaciter ei resistebat. Neque enim sui temporis homines tantum comprehendit Isaiae, sed posteros omnes usque ad finem mundi, nam quondam extabit Christi regnum, hoc impleri necesse erit. Quādram fideles aduersus tale scandalum hoc testimonio muniri debent. Iam vero his verbis refellitur error in scriptis qui fidem in cuiusque arbitrio esse putant, quia communis est omnibus praedicatione. Etsi enim sat satis constat omnes ad salutem vocari: id est tamen excipit Propheta, vocem externam quae inuitat nihil prodebet, nisi accedit peculiare Spiritus donum. unde vero dictim, nisi ex arca Dei electione, cuius causa in ipso est abscondita?

Supradicta 11.1 Luec. 1.35 2. **A S C E N D E T I.**) Hec sententia ad id spectat quod antea dictum est, Christum initio nihil splendoris aut speciei habitum apud homines: sed coram Deo nihilominus in sublime cœendum atque in pretio habendum esse. Vnde perspicuum non esse humano aspectu de gloria Christi iudicandum: sed fide apprehendendum quod sacra Litera de ipso docent. Ideo opponitur hic particula **C O R A M E O**, sensibus humanis, qui sublimitatem istam comprehendere non possunt. Eadem ferè similitudine vobis est capite 11, Egreditur surculus de trunco Isai, nam dominus Davidis, instar trunci aridi erat, nullus in eo vigor, nulla species apparebat. Ideo non nominatur illuc dominus Regia, sed Isai: cuius alioquin nomen obscurum erat. Tantum hic additur, In terra deserta: quo significat surgendi vim non fore in Christo ex terra humore, sicut in arboribus: sed præter communem naturæ modum. Qui hoc loco philosophantur de Maria virginem, camque terram desertam vocari putant, quod ex Spiritu sancto, non ex virili semine conceperit, extra rem loquuntur. Nec enim de nativitate Christi hic agitur, sed de toto regno. Ipsum autem simile fore dicit virgulto nascenti è terra arida, quod ad iustam magnitudinem pertinere nunquam posse videatur. Nam si totam eius stabiendi rationem consideremus, & quorum opera sit versus, & quam leuia fuerint initia, quot aduersarij obliterint, facile hec omnia, ut predicta sunt, ita impleta esse intelligemus. Quales fuerunt Apostoli, ut tot Reges & nationes subigerent gladio Verbi? An non merito exilibus virgultis cōparantur? Itaque ostendit Propheta quibus rationibus regnum Christi erigi & stabiliri oporteat, ne humanis rationibus de co iudicemus. Deformitas, cuius postea meminit, non solum de Christi persona intelligi debet, qui mundo contemptibilis & ignominiosa tandem morti adjudicatus est: sed de toto regno, cuius nulla in oculis hominum forma, nullus decor, nulla magnificentia fuit: nihil denique habuit quod specie sua oculos hominum ad se convertere aut allucere posset. Quoniam enim resurrexit Christus: tamen eum Iudei semper crucifixum & ignominiosum duxerunt, ut cum non sine fastidio contemnerent.

3. D E S P E C T U S E T R E I C T U S.) Eodem pertinet hic versiculos: nempe respectum in Christum ab hominibus, quod nihil in corpore dolorē & infirmitatem appareat. Hec autem Iudeis inculcat oportuit, ne falsam de Christo & eius regno opinionem conciperent, nam ut cognoscatur eius gloria, à morte ipsius ad resurrectionem progrediendum est. Multi impingunt in morte, quasi ea viēt atque obtutus sit: sed potentia eius & maiestas in resurrectione considerari deberet. Quod si quispiam à resurrectione initium facere velit, non sequetur ordinem qui prescribitur à Propheta, nec virtutē Domini & potentia comprehendet. **A B S C O N D I M Y S F A C I E M.** Non abs recte versus est prima persona, quoniam vniuersale iudicium fore significat, nemo enim aliter ingenio suo comprehendere poterit, nisi cum Dominus corrigit Spiritu suo, atque in melius reformet. Etsi autem præcipue videtur Iudeos perstringere, à quibus minimè decebat Filium Dei promissum & oblatum ita superbè respusi, idque le vnuum facit ex numero, quia mēbrum etat populi illius: discamus tamen ex hoc loco cunctos mortales in Christi contemptu notati ingratitudinis ac damnari: quoniam ne aspectu quidem dignum iudicent, sed oculos auertant quasi à te abominanda.

Dicitur 8.17 4. **S A N E L A N G V O R E S.**) Particula 10, non solum affirmans est, sed causa redditio-
nenem simul continet: cum scilicet aliquid præcessit quod nouū & insolens videri posset, nam instar portenti est, cum ita prostrerni ac deiici, cui Deus summum in omnes imperium dedit: idque, nisi causa redderetur, omnes absurdū iudicarent. Causa igitur infirmitatis, dolorū, atque ignomi-
niae Christi eis, quod languores nostros tulit. Matthæus hoc vaticinū citat, postquam retulit Christum varios morbos curasse: cum tamen certum sit ipsum non curandis corporibus, sed animis potius destinatū esse, nam de spiritualibus languoribus intelligit Propheta. Sed in miraculis que sanan-

fanandis corporibus edidit Christus, specimen prebuit salutis quam animis nostris afferat. Ergo longè altius spectabat illa sanatio, quam ad corpora: quia medicus animalium constitutus est. Ideoque Matthæus ad symbolum transfert quod ipsi tui & veritati conueniebat. Ostendit secundo membro quanta fuerit populi ingratitudo & prauitas, qui non agnouit cur tam duriter affligeretur Christus: sed ob sua propria iplius scelerata cœsum à Deo esse exultarunt, quæ tamen sciebant innocentissimum esse: ac iudex ipse innocentia eius testimonium dedit. Cum ergo innoxium hominem panas dare intelligunt eorum quæ non admisit, cur non cogitant aliquid non vulgare in eo delignum esse? Sed quia vulneratum & abiectum vident, de causa non inquirunt: atque ab euentu solimmodo (vt solent stulti) iudicium ferunt. Itaque de peruerso hominum iudicio queritur Isaías, quod tantum afflictionum causam in Christo non reputent: praesertim ne hebetudinem gentis sua deplorat: quia putauit Deum Christo infensum esse hostem, post habitu scelerum suorum respectu, quæ hoc modo expienda erant.

5 AT QVI IPSE VVNERATVS EST PROPTIR INIQVITATES.) Iterum caulan repetit tantarum Christi afflictionum, ut occurat scandalum quod oborum potuisset. Multos enim spectaculum crucis abalienat à Christo, dum ea quæ oculis obiciuntur considerant, nec finem rei attendunt. Omnis verò tollitur offendio, dum hac morte expiata esse peccata nostra, & partam nobis salutem intelligimus. CASTIGATIO. Nonnulli hanc castigationem ideo PACIS vocari putant, quod securi essent homines, atque obstupuerint in malis suis: idoque Christum pati oportuisse. Alij, Pacem referunt ad conscientias, passum videlicet esse Christum, ut tranquillas conscientias habere cernent: quemadmodum dicit Paulus, nos fide per Rom. 5.1 Christum iustificatos, pacem habere apud Deum. Ego vero simpliciter accipio pro reconciliacione. Christus enim castigationis nostra, id est, que nobis debebatur, pretium fuit. Ita pacata est ira Dei, quæ in nos merito accensa erat. Pax inita ipso mediatore, qua reconciliati sumus. Vnde colligenda est vniuersalis doctrina, Noi scilicet gratis reconciliari Deo: quia Christus pacis nostra pretium perfoluit. Hoc quidem faciunt Papistæ: sed deinde ad originale peccatum hanc doctrinam restringunt: quali post Baptismum gratuita reconciliationi amplius non sit locus: sed meritis atque operibus nostris satisfactionem sit. Atqui Propheta non de una specie remissionis hic tractat, sed ad totum vitæ cutrum hoc beneficium extendit. Hoc igitur modo extenuari, aut ad certum tempus restringi sine summo sacrilegio non potest. Hinc etiam facile conun- citur commentaria distinctio Papistarum de remissione paenit. & culpe. Paenam enim nobis remitti nolunt, nisi satisfactionibus eluantur. Atqui Propheta nostrorum scelerum paenam in eum translatam esse aperte docet. Quid ergo volunt Papistæ, quām quod socij & collegi Christi esse, & cōmunem sibi cum ipso autoritatem arrogare volunt: IN LIVORE EIVS. Iterum nos ad Christum renocat, ut configiamus ad eius vulnera, si modò vitam recuperare velimus. Hic enim ipsum nobis opponit: quia in nobis nihil præter exitum & mortem reperiri potest: in uno Christo vita & salus. Is folus medicinam nobis attulit: imò sanitatem peperit sua infirmitate, sicuti morte vita: quia folus placuit Patrem, folus ei nos reconciliavit. Possemus hinc afferre multa de fructu passionis Christi: nisi interpretari potius quām concionari nobis constitutum est. Itaque simplici interpretatione contenti sumus. Vnusquisque verò hinc consolationem percipiat, atque fructum huius doctrinæ in usum suum accōmodet, nam cū publicè omnibus, tum singulis separatis hec dicuntur.

6 OMNES NOS TANQVM OVES.) Ut melius insigat animis hominum beneficium mortis Christi, ostendit quām necessaria in illa sanatio, cuius prius mentionē fecit. Nisi enim perspecta nobis fuerit miseria & necessitas nostra nunquā intelligimus quām expectendum sit remedium quod Christus attulit: nec ardenti affectu ad ipsum ut par est accedemus. Similiter ac intelligimus nos fuisse perditos, misericordia nostræ confici, cupidè ad amplectendum remedium accurrimus, quod aliqui nullo in pretio esset. Ergo ut nobis sapiat Christus, vnuſquisque consideret se & examinet, ut se perditum esse agnoscat, donec à Christo vindicetur. Nemine autem hic excipi videmus: cū omnes Propheta comprehendat. Totum enim genus humanū perireat, nisi Christus opere tulisset. Imò ne Iud eos quidē eximit, quibus fallax dignitatis opinio animos inflabat, sed eos promiscue addidit cū aliis exitio. ouibus autem eos cōparat, non eleandæ culpæ causa, ac innoxium effet error: sed quod apertius doceat propriū fuisse Christi, ex dissipatiōne colligere qui brutis pecudibus similes erant. Iam addens VNVSQVISQVE, ab vniuersali sententia quia omnes cōplexus est, ad specialē descendit, ut singuli fecū reputent, num ita sit. Nā generali sententia minus afficiunt, nisi ad nos separatis eam pertinere intelligent singuli. Excitet ergo vnuſquisque conscientiā suam, & fistat se ad tribunal Dei, ut miseriā suam agnoscat. Deinde qualis sit hic error, Propheta declarat apertius: nēc, quod vnuſquisque viā sequutus sit quā sibi delegerat: hoc est, suo arbitratu vivere voluerit. quo significat vniā tantum nobis esse viam rectē viuendi: à qua si quis deflecat, nihil præter errorē reperire potest. Nec tantum de operibus loquitur, sed de natura ipsa, quæ nos semper in errore impellit. Nam si natura instinctu aut prudentia nostra nos ipsos in viā reducere, atque ab errore liberare possemus, Christus nobis

b.8.36 necessarius non esset. Per cuius ergo in nobis ipsius omnes, nisi Christo vindice liberemur. Et quod
magis innitemut prudentia aut industria nostra, eò magis exitu & celerius nobis accersemus. I-
taque ostendit Propheta quales simus, antequam per Christum regeneremur. Omnes enim ea-
dem condonatione concluduntur. Nemo iustus est, nemo qui intelligat, nemo qui querat Deum.
Omnes declinaverunt, & iniuriae redditum sunt: non est qui bene agat, ne vnuus quidem, quod admo-
dum etiam fuisus à Paulo declaratur. ET I E H O V A T R A D V X I T. Est hic elegans antithesis. nā
in nobis dissipati sumus, in Christo collecti: aberramus natura, atque in exitium præcipites agi-
mut, in Christo viā reperimus, qua ad salutis portū ducamur: obruiunt nos scelerata nostra, ac trās-
feruntur in Christum à quo exoneramur. Cū ergo periissemus, atque alienati à Deo propera-
remus ad inferos, Christus iniquitatū nostrarum colluuiem in se recepit, ut nos ab aeterno exitio
liberaret. Hoc autē ad reatum & pœnam solūmodō referri debet: nam à culpa immunitis fuit. Suas
ergo iniquitates secū quisque diligenter perpendat, ut verum istius gratia gultū habere, ac fru-
ctū mortis Christi percipere possit.

7 M V L C T A T V S E S T.) Hic commendat obedientiam Christi in morte perferenda.
nīli enim voluntariam mortem obiisset, inobedientię nostrę satisficerē non videbatur. Quod ad-
modum autē inquit Paulus, inobedientia vnius, omnes rei facti sunt: ita obedientia vnius, plau-
res iusti redditii. Atque alibi, Factus est obediens usque ad mortem: mortem autē crucis. atque
hac silentij ratio fuit ad tribunal Pilati: quom tamē suppeteret iusta defensio, nam quia se rea-
tu nostro obitrix erat, voluit tacitus iudicio acquiescere, ut nobis pleno ore gloriari liceret de
gratuita fidei iustitia. Simul verò hāc admonemus patientię & mansuetudinis, ut exēplo Christi
ad probra, & atrocē inimicis, ad cruciatis etiā & tormenta ferenda parati simus. In hunc enim
sentim citatur à Petro hic locus: quod nos Christo capitio nostro finiles reddi oporteat: ut eius
tolerantia & patientia imitemur. In voce Pecudis fortē allusio est ad legales victimas: quo sen-
tiū.1.29.36 su alibi vocatur Agnus Dei.

8 E C A R C E R E E T I V D I C I O.) Variè exponitur hic locus. Nonnulli existimant Prophetam perséquiri argumentum quod iam tractare cœpit: nēpe Christum manu Dei cœsum
& afflūsum ob peccata nostra. Graci vertunt, εν τῇ τατινάτι αὐτῷ, οὐ νέος αὐτὸς ἡ πρᾶ. Alij, Absque di-
latione sublatus est. Alij exponunt, Sublatus est in crucē: id est, siūlarque cōprehensus est Chri-
stus, ad supplicium tractus est. Ego potius is allentior qui Prophetam ad resurrectionis gloriam
progrederit, postquam de morte loquuntur: ut voluit enim occurrere cogitationibus quę mal
torum mentes perturbare, & anxias reddere potuissent. Nam cū nihil præter plagas & igno-
miniā intuemur, attriti heremus: quoniā abhorret à tili spectaculo hominū natura. Do-
cet igitur Prophetā SVBLATVM esse, id est, ereptum ē carcere, & iudicio vel dānatione, & dein
de in summum honoris gradum cœsum: ne quis putaret ipsum obrutū aut absorptum horren-
do illo & ignominioso genere mortis. Nam certē viator extitit etiā in media morte, & trium-
phem egit de hostib⁹: atque ita iudicatus est, ut nunc sit index omnium constitutus, quod Re-
fūctione palam ātū est. Eundem ergo ordinem tenet Prophetā quē Paulus, qui posteaquā
docuit Christum ad crūcem usque humiliatum esse, subiungit propterea in p̄ceclūm, omniū
que sumnum honorē cœsum, datumq; ipsi nomen, cui omnia & coelestia & terrestria patere &
genū flectere neccise est. Quę sequitur exclamatio in varios sensus tracta, & quasi lacerata fuit.
hoc leco abutebātur veteres aduersus Arianos, cū eternā Christi generationem probare vel-
lent. Sed apertioribus Scripturæ testimoniis cōtentī eis debuerūt: ne se ridiculos hereticis præ-
berent, qui hac occasione interdū peruvicatores redduntur. Exceptio enim prōpta erat, Propheta-
nam de hac re non cogitasse. Chrysostomus referit ad humanitatem Christi, quod mirabiliter abs-
que virtutis semine in vtero virginis conceptus sit: sed procul discedit à Prophetæ sententia. Alij
putant illam inueniri in eius etatis homines qui Christum crucifixerunt. Alij referant ad posse-
ritatē quę dignissima erat: nēpe, quod secunda futura sit proles Christi, vt cuncte moriatut. Sed
cū τινι. Etatem sive Durationē significet, non dubito quin de aetate Christi loquatur, ut signifi-
cat Christum, licet angoribus ferē obrutū, non solū ab his ereptum iri, sed etiā etatem ipsius
permanentem atque aeternam futuram esse: longè scilicet abhīmī fore ab iis qui à morte qui-
dem eripiuntur, sed postea morituri. Refurrexit enim Christus, in aeternū vivitrus: nec iam (vt
inquit Paulus) mori potest: nec mors ultrā ei dominabitur. Meminerimus tamen Prophetam
non loqui de sola Christi persona, sed cōplete vniuerſum Ecclesiū corpus, quod nunquā à Chri-
sto separati debet. P̄eclarum igitur testimoniū habemus de Ecclesiā perpetuitate. Ut enim vi-
uit in aeternū Christus, ita regnum hīc suum interire non sinet. Tandem ad singula mēbra ea-
dem immortalitas aptanda est. QVONIAM SVCCIVS. Hoc quidem prima specie ab-
surdum videri posset, Mortem Christi nobis causam esse & fontem vite: sed quia pœnam tulit
nostror. in scelerum, ideo transferendum ad nos est quicquid apparet in cruce dedecoris. Inter-
im mirifica in Christo Dei bonitas reluet, quę gloriā eius coniugiam nobis reddit, ut in e-
iūs admirationem nos rapi conueniat. Prōinde, iterum repetit PROPTER scelerata populi impo-
tam ei fuissē plagam: ut diligenter consideremus ipsum nō sua causa, sed nostra pallium esse. Pe-
nas enim

nas enim tulit quæ nobis preferendæ erant, nisi opposita sustinet hæc expiatio. Agnoscenda est in nobis culpa, cuius ipsæ reatum & pœnam sustinuit, sive que obtulit nostro nomine coram Patre, ut eius condemnatione absoluam.

9 **E T E X P O S V I T .**) Veritatem Hieronymus, et dedit impios pro sepultura: ac si Propheta loqueretur de pœna qua Dominus vultus est impiorum seclusus, qui Christum crucifixerunt. Sed potius loquitur de morte Christi, & eius fructu, nec vltionem illam attingit. Alij particulariter nisi multitudinis esse putant, ut & Dedit sepulchrum eius sicut impiorum. Alij non interpretatur cum: & DIVITIÆ EXPONUNT, Iosephum ab Arimathea, in cuius sepulchro conditus fuit Christus, sed nimis coacta est eiusmodi interpretatione. Ego potius genuinum hunc esse sensum arbitror, quod Deus Pater Christum tradiderit in manus impiorum. Quod subdit, et diuitiæ singulariter ḥv: pro plurali ḥv: esse puto: ut frequens Hebreis esse solet. Cur OFC. impudicus verterit Excelstæ, ego sane non video. Diuites autem intelligit violentos: quoniam homines efficerunt ob diuitias & insolentiam, atque opibus suis ad leuitiam & crudelitatem abutantur. Atque ita per IMPIOS & DIVITIÆ idem significari puto. Intelligit ergo Christum obnoxium sustinere contumelias, insolentia & libidini impiorum. Nam lunc Pharisæi & Sacerdotes effreni tabie in ipsum irruunt, & M AT. 26.66 atrociter conuictantur: illinc concitata plebs, affluidus clamoribus ipsum ad mortem depositum. Hinc M AT. 27.60 Pilatus, licet innocentia eius bene conscientia, contra ius & fas ipsum condemnat: illinc Romani Iob. 19.16 milites ad omne suavitatem genus parati, crudeliter & impianam sententiam crudeliter & impia exequuntur. Quis inter scelestas & sanguinarias istas manus obtutum ac sepultum Christum non iudicet: Sic enim SEPULCHRVM hic metaphoricè accipio, quod impiorum & violenti cù veluti obtruerint. Nam si quis obniciat Christum honorificè humatum esse: respondeo, sepulturam illam sustinere initium gloriose resurrectionis: nunc verò de morte agi, quæ sepe per sepulchrum significatur. Hunc ergo genuinum arbitror esse sensum: tametsi liberum cuique iudicium relinquivolo. QVANVIS INIQVITATEM. b, significat Quia: sed interdum pro aduersitate capit, ut hoc loco. Hic verò Propheta cōmendat innocentiam Christi, non tantum ut ipsum à calunnia vindicet, sed ut fructum mortis ipsius cōmendet, ne fortuitò pallum esse arbitremur. Innocens patiebatur, decreto Dei: non sua igitur causa patiebatur, sed nostra. Soluit enim pœnas quibus ipsi obnoxii eramus. Exprimit autem duobus verbis perfectam innocentiam Christi: nempe, quod neque facto, neque verbo illa in re impegerit. Hoc certè de nullo mortalium dici posse omnib⁹ in confessio est. Sequitur ergo in Christum solum competere.

10 **V O L V I T T A M E N .**) Hinc elucidas appareat quod breviter attigi: nempe longius spectare Prophetam in predicanda Christi innocentia, quam ut eum ab omni probro vindicet. Ed igitur spectat, ut causam ipsam reputemus, quod effectus ad nos perueniat: nihil enim temere statuit Deus: vnde sequitur, legitimam mortis eius causam esse. Atque retinenda est antithesis, In Christo nihil culpe fuit, caro ergo Deus ipsum pati voluit: quia causam nostram sustinebat: neque alter quam eius morte latuerit poterat iudicio ipsius Dei. b, significat & Peccatum & Exod. 29. Victimā quæ offertur pro peccator: ac si prius in posteriore significatione accipitur in Scripturis. 14.2 Sic enim offerebatur victimā, ut peccati pœnam & maledictionē sustinens, ipsum expiaret. Id que sacrifici manuum impositio signicabant, quali totius populi scelerata in victimam iniicerent. Quod si priuatus aliquis offerret, ipse quoque manum suā adiugebat: quasi peccatum suum Leuit. 4.4 in eam iniiceret. Sic iniectio fuit in Christum peccata nostra, ut solus maledictionem sustineat. Quamobrem Paulus etiā ipsum Maledictū seu Execrationē vocat, Christus nos redemit ab execratione Legis, dum pro nobis factus est exercitor. Item peccatum, Eum enim qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut iustitia Dei efficeretur in ipso. Et alibi, Nam quod impossibile erat Legi, quatenus imbecillis erat ob carnem, hoc Deus, proprio Filio misso sub specie carnis peccato obnoxia, præstitit: ac de peccato dñanuit peccatum in carne, ut instituta Legis impleretur in nobis. Idem ergo nomine b, significauit Propheta, quod Paulus Rom. 8 Maledicti & Peccati nomine significat. Denique idem est b, q. id Latini Piaculū vocant. Hic autem fructus mortis Christi exprimitur: quod scilicet eius sacrificio expiata sint peccata, & Deus erga homines placatus sit. Huc enim referenda est vis huius vocabuli b. Vnde sequitur expiationē & satisfactionem peccati haud alibi quam in Christo reperi. Ut hæc melius teneamus, primū intelligendū est nos coram Deo res esse, ita ut maledicti atque execrabilis coram ipso simus. Nunc si in gratiam cum ipso redire velimus, peccatum tolli necesse est. Hoc non fieri piaculis confitit arbitrio hominum. Ergo ad mortem Christi venientium est, aliter enim satisfieri nequit. Denique docet Isaías non posse nobis alia ratione remitti peccata, quam si ad mortem Christi confugiamus. Si cui videtur asperior loquutio, & Christi parum decora, in se descendat, & habito serio examine, expendat quam horribile sit Dei iudicium, quod nisi hoc pretio placati non potuit: sic inestimabilis gratia quæ in Christi maledictione refluit, facilè scandalum omnem tolleret. VIDEBIT SEMEN. Significat non solum mortem Christi impedimentoum esse non posse quomodo semen habeat, sed causam fore dignæ & sobolis: quia scilicet mortuos vivificans populū sibi acquireret, quem deinde magis propagabit: nec absurdū est vocari Christi semen o-

mn̄es pios, qui etiam fratres sunt, quando ab ipso manant. Vbi additur, PROROGABIT DIES, aliqui supplerent relatum **τεκτονικός**: Semen, quod longæum erit: sed ego simplicis expono, Non im pedietur Christus morte sua quin proroget dies, id est, perpetuò vivat. Aliqui discendentes è vita liberos relinquunt: sed qui futuri sunt illis superstites, nec aliter victuri vt nomen habeant, nisi mortuis patrib⁹. Christus vero fructus liberis suis: nec enim morietur more hominū, quin perpetuam in se & suis vitam obtineat. Ita in capite & mēbris immortalem fore vitā prædicat Isaia.

VOLVNTAS IEHOVÆ IN MANV. Manus sepe accipitur pro Ministerio: vt Dominus publicum: 26.13 cavit Legem, Moysis manu. Item Manu Davidis hoc fecit, id est, vslus est Dominus in ea re Dauid. 3.10 de ministro. Sic etiam in manu Christi prosperabitur voluntas Dei; id est, efficiet Dominus, vt ministerium Christi fructum suum producat: ne frusta tam diris cruciatibus ipsum exposuile videatur. His quidem paucis verbis vberima cōprehenditur doctrina, quam vnuſquisque colligere potest: sed nos simplici textus interpretatione contenti sumus. Voluntas eodem modo accipitur quo prius: vtitur enim nomine γεννητος, quo beneficium & liberalem affectionem significat. Duplex autem beneficium Dei nobis hoc loco commendatur. Primum, quod Filio vnigenito non pergit, sed pro nobis tradidit illum, vt nos à morte liberarer. Deinde quod morte eius ociosam & inutilem esse non sinat: sed vberimos fructus producat. Nobis enim inanis esset mors Christi, nisi in nobis ipsis fructum & efficaciam sentiremus.

E LABORE ANIMÆ SVÆ VIDEBIT.) Idem argumentum prosequitur Isaia. Declarat enim Christus, ubi passus fuerit, perceptum mortis sua fructum ex salute hominū. Quum enim dicit, VIDEBIT, supplendum est, fructu & Efficaciam. Hec autē plena sunt suauissimæ consolationis: nec enim melius potuit Isaia immensum erga nos Christi amorem exprimeret, quācum significat ipsum vincere oblectari salute nostra: atque in ea, vt in fructu laborū suorum acquiescere, velut is qui voti potitus est in ea re quam maximè optabat: neque enim latiatur quisquam, nisi qui adeptus est quod vincere optabat, vt alius omnibus neglectis hoc uno sit contentus. Postea modum & rationē demonstrat, quibus viam & efficaciam mortis Christi sentimus, cuiusque fructū percipiamus: nēc cognitionem ipsius. Potest (fateor) hīc tam actiū quācum passiū legi dictio νύξ, id est, Cognitio vel scientia. Quocunq; modo accipiat, facile Propheta mentem tenebimus: nec tergiuersari tam impudenter Iudei poterunt, quin iis vel inuitis extorqueamus quod hic dicitur. Christum solum esse magistrum simul & authorem iustitie. Efectum enim notat hoc verbo, VSTITIFICABIT multos. Ergo non tantum iustitiam docentur homines in schola Christi, sed re ipsa iusti fiunt. Atque hoc est discriben inter Fidei &

Rom. 3.20 Legis iustitiam: nam vtcunque ostendar Lex, quid sit esse iustum, Paulus tamen affirmat impossibile esse iustitiam ex ea consequi, & experientia idem evincit: quia Lex nobis propriè iustitiae speculū est. Porrò doctrina obtinenda iustitia, quā tradit Christus, non alia est quācum ipsius cognitio. Hec autem est fides, dum amplectimur beneficium mortis eius, ac plenè in ipso conquisicimus. Philosophi multa & praelata præcepta tradiderunt, quibus iustitiam contineri putant: sed eam nemini vnuquam ulli conferre potuerunt: nam quis ex eorum regulis bene vivendi facultatem consequitur est? Parum aut̄ prodest intelligere quā vera sit iustitia, si ea interim carreamus. Ut omittamus Philosophos, Lex ipsa, quā perfectissimā vitā normam continet, hoc (vt

Deut. 30.19 diximus) conferre non potuit: non quod ei quicquā defuerit: nam Moses se bonū & malum, vitā & mortem proposuile testatus est: sed quod ea sit corruptio naturæ nostræ, vt iustitia impertinet. Lex sufficere non potuerit: quēadmodum etiam docet Paulus, hanc imbecillitatem ex carne nostra, non ex Lege manare. Nos enim alio impellit natura, & maiore impetu cupiditates nostræ erumpunt, vt effrānes quād belluæ, aduersus mandatum Dei. Ita fit vt Lex iram portus quācum iustitiam operetur. Lex igitur omnes conuictos tenet, & patefacto peccato, omnem hominibus excusationem adimit. Proinde alia iustitia via querenda est: nēc in Christo, quem etiam Lex,

Luit. 18.5 vt finem suum, demonstravit. Talis autē etat Legis iustitia, Qui fecerit haec, viuet in eis. At ne in eo fecit. Alia ergo iustitia necessaria est: quam etiam Paulus ex ipso Moysi docet, Prop̄ est verbum in ore tuo, & in corde tuo: hoc est verbum fidei quod predicamus. Hac igitur doctrina iustificamur: thaud nuda quidē illa, & simplici, sed quatenus offert beneficium mortis Christi, quo expiantur peccata nostra, & reconciliamur Deo. Nam si beneficium hoc amplectimur fidei, nulli coram Deo reputamur. Et Propheta scilicet sum exponit, ostendens quid hāc doctrina contineat. Hac enim duo mēbra simul coherent: iustificabit doctrina sua, aut Cognitione sui, quatenus portabit iniquitates. Semel enim factus est piaculū pro nobis: nunc aut̄ ad percipiendū mortis sua fructū Euangeliū doctrina nos inuitat. Ideo mors Christi, doctrinę est hypostasis, vt nos iustificet. Optimē etiā huic Propheta dicto subscr̄bit Paulus: vbi enim docuit Christi pro nobis viettinam expiatrixē factum est, vi essemus iustitiæ Dei in ipso, simul addit, Pro Christo legatione fungimur, & obsecramus vos, reconciliamini Deo. IVSTVS SERVVS MEVS. Docet Christum nos iustificare non solum quatenus est Deus, sed etiam quatenus homo: quoniam in carne sua nobis iustitiam acquisiuit. Nec enim dicit Filius, sed Seruus meus: vt non tantum ipsum cōsideremus Deum, sed humanam naturā apprehendamus, in qua obedientiā illam prestitū, qua

coram Deo absoluti sumus. Hoc enim fundamentum salutis nostrę est, quod se in sacrificium ob tutulit. Sicut etiam pronunciat ipse Iohannis 17, Propter eos sanctifico me ipsum, ut & ipsi sancti *Iob. 17.19.*

D E C I M U M declarat Isaías qualis futurus sit exitus mortis Christi. Hanc enim doctrinam addi necesse fuit de victoria quam morte consequitus est: quoniam id quod prius dictum est, nos morte eius reconciliatos Patri, non sat animos nostros obfirmasset. Hic autem mutuat in similitudinem à communī triumphantium more, qui parta insigni victoria, magnifico apparatu excipi atque ornari solent. Ita & Christus, ut strenuus & nobilis Imperator, victis hostibus triumphavit. *C V M R O B U S T I S S P O L I A.* Eadem est sententia cum prior. Est enim repetitio visitata Hebreis. Et quos prius Magnos dixit, nunc Potentes aut robustos vocat. Nam qui *רִבָּבוֹת* vertunt Multos, sicutum Prophetæ meo iudicio peruerunt, tantum in deobus hinc membris haec differentia est, quod priore Deus testatur quid Christo dederit; posteriorē vero subiungit Christum eo beneficio frui. Frustrā aut non sua causa, sed nostra: quoniam ad nos redit huius victoria fructus. Nobis enim Christus morte, in undum, & diabolum subiugat. In summa, Prophetæ cōniunctat hic victoriam quae ex morte Christi consequata est, nam etiā mortem obiit infirmitate carnis, tamen Spiritus potentia resurrexit & triūphauit de hostibus. Atque hue pertinet Spoliorū metaphora, qua Prophetæ *vīsūs* est. Surrexit namque in altum, ut captiuū duceret captiuitatem, & dona sumeret in hominibus. Poitea addit exanimatio Christi fuisse huius summī imperij principium: sic ut etiam docet Paulus, Christum delecto quod nobis contrariū erat chirographo, in cruce triumphasse. Tantum igitur abest ut ignominia mortis quam obiit Christus, aliquid detrahatur eius gloriæ, ut propterea in summū honorem à Deo Patre enectas sit. Exprimit etiam genus mortis: quēadmodum Paulus, cūm obedientiam Christi amplificat, & ad mortem vsque se ipsum deiecit, simul addit non vulgarem fuisse mortem, sed crucis, id est maledictam & ignominiosam. Ita hoc loco Isaías, ut maiorem ignominiam exprimat, inter sceleratos reputatum fuisse dicit. Sed quō maior fuit ignominia eoram hominibus, cō maior resurrectionis gloria sequuta est. Marcus hunc locum citat, cūm refert Christum inter duos latrones suspensum esse, hoc enim tunc verissimè implenum est. Sed generaliter loquutus est Prophetæ, ut ostendat Christum non vulgarē morte defunditum esse. Maioris autem ignominiae causa additi sunt illi latrones: ut Christus, quasi celestissimus omnium, in medio ipsorum locaretur. Aptissimè igitur à Marco ad eam circstantiam hic locus citatus est. *I P S E P E C C A T U M.* Hoc additum est vice correctionis cūm audimus ignominiam huius mortis, aliquid à Christo alienum cogitemus, & in eo occupata mentes nostræ partam nobis victoriam, id est, mortis fructum non percipient. Docet igitur hoc ita esse factum, ut peccata in se nostra suscipieret: ut quoties mentio fiet mortis Christi, simili memorie sumus nostræ expiationis. Atque hic fructus omnem mortis Christi ignominiam absorbet, ut magis conspicua sit eius maiestas & gloria, quam si tantum sedentem ipsum in celis conficeremus. Insigne enim ac celebre amoris Dei testimonium habemus in ipso, quum ita deiicitur, vilpenditur, extremaque ignominia afficitur, ut nos qui exitio eterno addisti eramus, immortali gloria cum ipso perfrauamur. Sequuntur summa receptam interpretationem, quod tulerit peccatum multorum: quanquam non incepit possumus intelligere per vocem *כְּבָדָה*, Magnos & præstantes. Atque ita plenior est antithesis, quod Christus dum inter iniquos reputatus est, pro excellentissimi quibusque vadem se obtulerit, & subierit ignominia eorum nomine qui summū honorem in mundo obtinent. Hoc cogitandum relinquo lectoribus. Interea vulgarē lectio mihi placet, quod ipse unus multorum p̄enam sustinuerit: quia totius mundi reatus illi impositus est. Multos enim pro omnibus interdum accipit, cūm ex aliis locis, tum ex quinto ad Romanos capite liquet. **P R O I N I Q U I S.** Quoniam ideo valet atque rata est expiatio, quia nos abluit Christus sua morte, quod pro nobis apud Patrem deprecatus sit; ideo hoc addi oportuit. Nam ut in veteri Lege sacerdos, qui nunquam sine sanguine ingrediebatur, simul pro populo intercedebat: ita quod illuc adumbratum fuit, in Christo implenum est. Primum enim sacrificium corporis sui obtulit, & sanguinem fudit, ut p̄enam nobis debitam persolueret: deinde ut valeret expiatio, aduocati officio functus est, atque intercessit pro omnibus qui fide hoc sacrificium amplectentur: quēadmodum appetet ex illa oratione quam nobis Iohannis manu scriptam reliquit, Non pro his tantum rogo, sed pro omnibus qui corum sermone in me credituri sunt. Si ergo sumus ex eorum numero, ne dubitemus paup̄rum nobis esse Christum, ut nunc mortis eius fructum percipiamus. **I N I Q U O S** nominatim exprimit, ut sciamus nobis certa fiducia confugiendum esse ad crucem Christi, quum horrore peccati perculsi sumus. Imò hac de causa proponi deprecatorē & patronum: quia sine eius intercessione peccata nostra à Dei accessu nos arcerent.

*2.Cor.13.4
Psal.67.19
Ephel.4.8
Col.2.14*

Phil.2.9

Marc.15.28

Rom.5.19

*Exod.30.10
& Heb.9.7*

Iob.17.20

XVLT A Sterilis quæ non pariebas: exulta & iubila quæ non parturiebas: quoniam plures filij viduae quam filij coniugatæ, dicit Ichoua.

2 Dilata locum tabernaculorum tuorum, & cortinas tentoriorum tuorum extendant, ne parcas. Produc fines tuos, clausos tuos consolidas.

3 Quia ad dextram & sinistram multiplicaberis: & semen tuum Gentes posidebit: & urbes desolatas inhabitabunt.

4 Ne timeas, quia non pudefies: & ne erubescas, quia non afficeris ignominia: imo pudoris adolescentie tue obliuisceris, & opprobrij vidutatis tue non recordaberis amplius.

5 Quia maritus tuus, factus tuus, cui nomen Ichoua exercituum: & redemptor tuus Sanctus Israel, Deus vniuersae terræ vocabitur.

6 Quoniam sicut mulierem relætam & destitutam spiritu vocavit te Ichoua: & uxorem adolescentie, quem repudiata fueras, dicit Deus tuus.

7 Ad exiguum momentum reliqui te, & in misericordiis magnis colligam te.

8 In momento iræ abscondi faciem meam paulisper à te: at clementia sempiterna misertus sum tui, dicit redemptor tuus Ichoua.

9 Quoniam aque Noe, hoc mihi: quandoquidem iurauit non fore ut amplius transiret aquæ Noe super terram: ita iurauit non fore ut tibi irascar, vel increperem te.

10 Nam montes quidem mouebantur, & colles nutabantur: misericordia autem mea non recedet à te: nec fædus pacis meæ vacillabit, dicit miserator tuus Ichoua.

11 Puerula tempestate iactata, consolacione destituta: ecce ego struam super carbunculum lapides tuos, & fundabo te in sapphiris.

12 Et ponam è margaritis fenestras tuas, & portas tuas ex lapide rutilante, & omnes fines tuos ex lapide pretioso.

13 Nam omnes filii tui docti à Ichoua, & multa pax filiis tuis.

14 In iustitia preparaberis, longè aberis ab oppressione, quia non timebis eam: & à paurore, quia non appropinquabit tibi.

15 Et conuenient conueniet contra te absque me: qui conuenierit in te, contra te cadet.

16 Ecce ego creavi fabrum, sufflantem in igne prunas, & proferentem instrumentum ad opus suum: Ego, inquam, creavi vastatorem ad perdendum.

17 Omne instrumentum quod formatum est contra te, non habebit successum: & omnem linguam que in te surrexerit in iudicium, tu damnabis. Hæc hereditas seruorum Ichouæ, & iustitia eorum à me, dicit Ichoua.

I N C A P V T L I I I I .

1 **XVLT A.)** Postquam de morte Christi concionatus est, meritò ad Ecclesiam transit: vt melius quid valeat mors eius ac efficiat, in nobis ipsis sentiamus. Id enim animaduerti in Christo non poterit, si per se consideretur: quoniam obrem ad corpus eius, quod est Ecclesia, veniendum: quoniam ei Christus, non sibi passus est. Atque hic ordo in confessione fiduci nostræ obseruat: nam vbi confessi sumus nos credere in Christum, qui passus pro nobis & crucifixus est, subiungimus, nos Ecclesiam credere, quæ veluti ab eius latere defluxit. Itaque postquam de morte, resurrectione & triumpho Christi disseruit Isaias, meritò ad Ecclesiam descendit, quæ nunquam à capite suo sciungi debet, vt propria experientia quisque piorum discat non frustra passum esse Christum.

Quod

Vel, sicut
dies.

Quod si doctrinam hanc preteritisset, piis non ita animos suos spe instaurandas Ecclesie obfirmare potuissent. Hæc autem gratulatio palam ostendit, cum viator emerget Christus à morte, non priuatum sibi modo victurum, qui simul vitam corpori suo insperat. STERILEM vocat Ecclesiam, quod nulla proles ex ea sperari posset quâdū misera seruitute premebat: nā si quis eā extimasset ab externo statu, parum admodum ab interitu absesse iudicasset. Atque etiā præter miseriam externam, nihil intus habebat puti, omnia corrupta, & superstitionibus sedata erant: quia degenerauerant ad impios Gentium ritus. Nec verò Sterile tantum, sed Vidua vocat: quorū tamen alterū ad tollendā suscipienda prolixi spem sufficiere posset, nunc quum hec duo concurrant, quid aliud potest quam miser interitus expectari? Sed aduersus rātas miseras bono ipsam animo esse iubet: quod plures liberos habitura sit, quām coniugata. Potest autē hic locus bisariam exponi: vel ut cōpareatur Ecclesia cum Gentibus, quæ in star mulieris coniugata florebant: vel cum eo statu quod ipsa Ecclesia ante exiliū obtinebat. Nec male conuenit uterque sensus: fed ego simpliciore se-qui malo: nec enim cōparationem duplicitatis fieri puto, fed vulgarē esse loquendi formam, qua Propheta vīsus est: ut præter vītatum mōrē, fēcunditatē hanc Ecclesię venturā significet, ne ex cōmuni naturā ordine eius conditio extinetur: quoniā insigne & admirabile Dei opus futurum est. Et tamen fatetur tunc fuisse viduatā: quia & pridem Deus repudiū miserat per seruos suos, & re ipsa diuinitū fecerat cum gente illa, eam in exilium enīciens. Sed Propheta denuntiat p̄enam hanc temporalem fore, ut paulò post clarius videbimus.

. 2 & 3 DILATATIONE.) Prosequitur argumentū suum alii figuris, ac promittit Dominū non modo restitutum Ecclesiam suam, sed etiā multò excellentiorem statum ei daturum. Qui putant hoc loco Ecclesiā cum synagoga conferriri, falluntur, meo iudicio: nec aliud proficiunt quādū oblationes reddunt Iudeos, qui sententiā Prophetæ torqueri vident. Ego quidē fatetur hæc pertinere ad regnū Christi, ac demum impleta esse ex quo cōcepit Euangeliū promulgari: sed non propterea sequitur, Prophetam non simul spectasse tēpū quoque illud quod aduentū Christi præcessit. Initium enim habuit hæc propheta sub Cyro, à quo redundi facultas populo data est: deinde ad Christū vīsq; progressa, in eo cōplementū suum habet. Concepit ergo Ecclesia, quā populū in patriam redit: quia collectū est populi corpus unde Christus prodiret, ut purus Dei cultus & vera religio iterum suboleficeret. Tunc quidem nondū apparuit hæc fēcunditas: occultus enim conceptus erat, velut in vtero mulieris, de quo nihil extrinsecus apparet. sed deinde auctus est populū: atque edito fātu, velut à pueritia deinceps adolevit, donec Euangeliū promulgatum est. Hæc enim vera Ecclesiæ adolescentia fuit. Sequitur deinde virilis aetas, vīque ad ultimum Christi aduentum, quo plenissimè omnia implebuntur. Hæc enim omnia simul cōprehendi debent, si genuinū Prophete sensum allequi velimus. Atque hoc modo Zacharias, *Zach. 1.5* Malachias, Haggaeus, populum spe futuri statutus animabant, quām viderent se extreudo templo *Malac. 4.2*, parum proficie. Promitebant enim gloriam huius tēpli maiorem fore quām prioris, hoc autē *Hag. 2.10* minimè apparebat. Ergo vīque ad Chyrtum promissiones istas prorogabant, cuīs spe ac fiducia erigi oportuit, ut tēplū edificarent. Promide cōmuni hæc ludeis consolatio fuit qui sub Lege vixerūt, & nobis qui hanc Ecclesię restitutioē plenius in Christo certimus. TENTATORIUM. Similitudo sumpta est à tabernaculis, quorū frequens in illa regione vīsus est. His autem comparatur Ecclesia, quod solidum in mundo edificiū non habeat. Instabilis enim & vaga esse videtur, quod huc atque illuc subinde ob varias mutationes eam transferri necessē sit: sed interea non dubito quin priorē illum liberatioē spectarit (ut moris esse Prophetis diximus) qua per desertum educti, quadraginta annis sub tentoriis habitarunt: unde etiā quotannis solenne *Lexit. 23.* festum mandato Dei celebrabat. Obincet quispiā, solidū esse edificiū quod extruitur à ministris Verbi, ut tabernaculis cōparandum non sit. Sed respondeo, similitudinē hanc tabernaculorum potius ad extērnam Ecclesię faciē, quam ad spiritualēm & intrinsecū (ut ita loquar) eius statutum referri. Nam verū Ecclesiæ edificiū non aliud est quām regnum Dei: atqui hoc caducum non est, aut simile tentoriis. Interēa non definit Ecclesia huc & illuc transferri: quia nūquam illi firma est fēdes in qua confidat. Denique solida firmitate excellit supra munitissimas quasque arcēs: quia inexpugnabilis Dei virtute frēta contēnit omnē discriminē. Tentoriis autem humiliis est, quia terrenis opibus, copiis & viribus minimè fulcitur. Sequitur ratio cur funes produci iūserit amphandis tentoriis: quia scilicet mediocris locus ingēnē populum non capere, quem vīndicat Deus in unum colliget. Nam quia ruinis & valitatem deformis erat Iudea, dicit vībes desertas habitatum iri.

4 NE TIMEAS, QVI A NON PUDEFIES.) Hic, quemadmodum prius, animos fidelium confirmat, & totam Ecclesiam alloquitur: quia vniuersalis erat calamitas, & penitus actum de ipsi videbatur. Eam autem bono animo esse iubet: atque rationem subiungit, quod tandem exitum habitura sit ut non pudchat: achi diceret, Tantum ad tempus milita sis, tamen res tuae bene habebunt. Et quemadmodum alibi dictum est, Qui sperant in Domino non pudenct. *Psal. 25.5* Iterum repetit, NE ERVBE SAS: id est, Concepit bonam spem, & confide. Erubescunt enim quos sui pudet, & qui spē sua frustrati animū deūciūt. Eandē rationē subiungit, enim hīc iterū

accipio ut prius, pro particula causaliter. Est igitur eadem sententia bis repetita diuersis verbis: nisi quod prior ad animi effectum, posterior ad causam externam referri potest. Simplicior tamen erit in vitro quemlibet letum & prospera fortuna promissio, ac si dixisset finem eius calamitatis esse impositum. *i. m o p v d o r i s.* Confirmatio est superioris membris. Intelligit autem calamitates, que Ecclesie acciderunt, quibus veluti adolescenter. Felicitas enim qua postea fruetur, omnem earum memoriam delebit. *v i d v i t a t e m* ei tribui nuper artigimus, quod eo tempore defluita a Deo, ac velut irreputata esset.

(*Q V I A M A R I T V S.*) Reddit rationem cur oblitura sit omnes aruntas & calamitates, quas olim pasti sunt: quia Deus iterum ipsam in gratiam admittet. Nam captiuitas velut species quedam diuortij fuit: quicadmodum prius capite quinquagesimo vidimus. Nunc autem, Qui te creauit erit matutus tuus: hic enim construenda est ista oratio. Factorem autem se vocat Ecclesia sua, non tantum quod cam, ut reliquos homines, crearet, sed quia eam adoptare dignatus est in peculium: quem praerogativa iniit noua vita est. Quanquam autem a sua praestantia excederant Iudei, sicuti ad defectionem statim feruntur homines, nisi spiritu fortitudinis regeniti sint: spiritus igitur tamen eorum creatio non prosilis extincta erat, quia manebat fideis memoria. Unde etiam factum est ut Deus ipso de integro refinxerit. *Quod se i e h o v a m exercitu vocat, ad portentiam refertur: ut in ea gloriari nobis licet, cum ipsius filii sumus. quanta enim potentia Dei, & quam magnificum eius nomen, tanta est gloriatio nostra, quia nos habet pro filiis, nec inani titulo gloriamur.* Cōmendat autem Propheta hanc Dei beneficentiam: quod nos dignatur habere uxoris loco, ut eius potentia & virtute gloriari possimus. *R E D E M P T O R T V V S.* Redemptorem se vocat, quod magis populū in ea spe confirmet: ut quanuis irrita prior redēptio videatur, quod iterum populus in captiuitate abducatur esset, tamen ita restituendū esse ut non inanē Dei gratiam esse sciat. Verbum *אֶתְנָה*, vel ad Redēptoris, vel ad Sancti nomen referri potest: vel ad utrumque. Ego habenter utrumque simul connecto: nempe, Sanctus Israël vocabitur redēptor tuus, & Deus uniuersa terræ. Uniuersam verò terrā nominat, quia nomen Dei prius in Iudea

Psal. 76.2 quodammodo conclusum erat: sed publicato Euangelio, Gentes in eandem salutis spē vocatae sunt.

Ephes. 2.13 Dominus enim Gentium Deus est, sicuti & Iudeorum. Iudeis enim Gentes, quantus longe dissimilans;

Rom. 3.29 sub imperio suum aggregavit.

(*Q V O N T A M S I C V T.*) Occurrit dubitationis quae oboriti poterat fidelibus in tam gravi calamitate. Videbantur enim reiecti a Domino, ita ut nihil praeter interitum expectandū esset. Propheta ergo significat us minimè desperandum esse, quod ita fuerint defluti: quia Deus pro sua indulgentia ad reconciliationem propensus sit, immo exanimem velit erigere. *V X O R E M ADOLESCENTIA* vocat, ut ea similitudine animos in ea spe magis confirmet. Facilius enim iuuenium coniungit quam seniorum animi reconcilianter. Mollier enim, etas & tener amor ipsos inuitat, & quodammodo impellit. Ita Deum ad reconciliationem facilem fore ostendit, Tu quidem repudiata es: sed diuturnum diuortium non erit. Placabilem se prebebit Dominus: immo prior te vtrum ad reconciliationem inuitabit.

(*A D . E X I G V V M M O M E N T V M.*) Plenus explicat superiorē sententiam, & quale futurum sit hoc diuortium demonstrat: nēc ut statim in primitū locum restituantur. Amplificat autem misericordiam Dei, & meritorē, quo constringi poterant animi priorū, immiscent. Nec enim fatis erat fideles sperare aliquā restitutionem, nisi breuem fore iram Dei considerent. Frāgimur statim ac deficiamus, nisi propè adīt Dominus, nobisque citō manum porrigit. Quāobrē de restituenda Ecclesia concionatus Isaías, subiungit hoc repudium momentaneū, misericordiā verò perpetuam fore. Quod se populum *R E L I Q V I S S E* dicit, species est concessionis. Sic enim adoptamur a Deo, ut propter hominum perfidiam ab eo repudiari non possimus. Fidelis enim est, ut nunquam reiciat fuos aut derelinquit. Quod igitur hic a Propheta dictum est, ad sensum nostrum & externam speciem referri debet: quod abieciū a Deo videamur, quā presentia eius & tutelam non sentimus. Atque ita concipi a nobis iram Dei necesse est, quodammodo vxor a marito repudiata fortē suam deplorat, ut meritō nos caligari intelligamus. Sed apprehendenda simū misericordia, quae cūm sempiterna atque immensa sit, lenes ac momentaneas pra-ipsa afflictiones omnes esse reperiemus. Quoties igitur rebus aduersis premimur, ad hanc consolationem configendi est. Notandum etiam est, verè hoc de totō corpore populi fuisse dictum, qui sua perfidia disidiū fecerat. Et quanquam non omnes promiscue receperit Deus in gratia, sed electas tantum reliquias: nihil tamen in eo est absurdū vel incommodi, quod sermonem tanquam ad eosdem dirigit. Iterum verò repetit atque inculet hanc sententiam, ut firmius pīōrum animis inharet, ne aduersis rebus villo modo frangantur, & meritō: quia in illa horrenda caligine facile non fuit exilibus serenā Dei faciem intueri. Quanquam autem momentanea ira propriè hīc vocatur, quod maturè captiuos reduxerit Deus in patriā: inde tamen generalem doctrinam elicimus. Afflictiones Ecclesie semper esse momentaneas, ybi ad aternā eius felicitatem atollimus oculos. Nā illa Pauli admonitio tenenda est, Leuc & facile toleratu esse fidelibus quicquid malorum sustinent, & momentaneū iure censi, dum respiciunt ad aternū pondus gloriæ: quia nisi

2. Cor. 4.17 inter-

interveniat h.e;c comparatio,dies singuli nobis pro annis erunt. Annos verò 70. quibus exularūt Iudei, conferri momento nūnīmē consentaneū ellet, nīf in rationem ex oppōto veniret continuus gratia progreſſus.

9 Q U O N I A M A Q V A E.) Huius loci duplex lectio esse potest,nam si distincte legimus & vertendū erit Quoniam. Si & erit particula similitudinis:& vñ, Die significabit. Quod attinet ad summam rei, patrum interest, prouinde nobis potius spectandum quid voluerit Prophetā, nam interpres mentem ipsius assequuti mihi non videntur. Exponunt enim generaliter, Dominum iureuando promisile Noe, nullum vñquam fore diluvium, atque hoc iufurandum perpetuū fore. Potuisle enim alioqui bonus vir trepidare, idēque exitium vereri impendētibus pluviis, nīf Dominus hoc nunquā in euenturū iurasset. Ita dum imminent afflictiones, posseus interritum vereri, nīf Dom. nūs promitteret fiduciam Ecclesiā fore. Ego verò ad tempus exilij Babylonici hoc restringendum puto, nam comparat illam captiuitatem cum diluvio, quo facies terrae deleta est: quoniam Ecclesia prorsus interfecta videbatur. Populus enim penè transierat in alienam gētēm: nullum regnum, nulla politia penes ipsum erat. Subierat durissimam feritatem: ac penitus extinctum eius nomen putabatur. Ac vere tunc accedit quod Prophetā primo capite dicebat, Supr. I . 9 Nīf Dominus reliquisle nobis fēmen, sicut Sodoma & Gomorra facti essemus. Meritò igitur A Q V I S Noe, id est diluvio calamitatem illam comparat, quamobrem potius illos sequor qui legunt, vñ, id est, Quoniam aquæ: quia certior mihi videtur ea lectio, & eam Iudei cōmuniter sequuntur. Et diligenter expendenda mihi videntur h.e;c verba, H O C M I H I, quia interpres parum expendunt. Significat enim hanc calamitatem sibi instar diluvii fore: vt quemadmodum vno diluvio cōtentus fuit, ne vñquam ipsum iteret: ita hoc vno Ecclesiæ velut interitu cōtentus sit ne vñquam eius faciem deleri finat. Sic igitur explicandū hunc locum, atque applicandā similitudinem puto, vaſtitatē Iudee fore Deo quasi diluvium, quod tempore Noe accidit: quia sicuti tunc iurauit nunquam se pothac talem sumptū pœnam de sceleribus, quæ terram nudaret incolis: ita Ecclesiā non amplius absumet, sicuti in exilio Babylonico fecerat. Et sanè qualifcunq[ue] postea dissipatio sequita sit, semper tamen viguit aliquod Ecclesiā nomen, sicutq[ue] aliqua forma, donec exhibito Christo, semē Euāgelij vbiq[ue] dispersiū est, quod Deo filios produceret ex cū. tis gētibus. Denique primitū Dominus fore vt in posterū iram suam tēperat, nec tam seuerē in populu suum animaduertat. Obiicet quispiā, ab eo tēpore grauissimas Ecclesiæ clades accidisse: ex quibus iudicari possit, aut irritum esse hoc iufurandū, aut hunc Prophetā sensum non esse. Respondeo, nullam adeò grauē accidisse Ecclesiæ cladem, vt prorsus deleta sit eius facies, quod accidit cūm populus in Babylonem abductus est. Nā etiā horrendæ clades ab Antiocho & aliis tyrannis illatae sunt, tamen ei euenerint etiam postea defectiones illæ quas Paulus prædixit, adeoque innumeris superflitionibus omnia polluta sint, vt proprieſtati obrutum fuerit Christianum nomen, aliqua tamen Ecclesiæ forma, quanis mutila, remansit: nec ita dirutum est adiſcīum, quin supra diluvium extiterit Christianismi reliquia, vt locum huic iuriuando esse constaret. V T T I B I I R A S C A R. Hoc nō simpliciter, sed comparatiuē accipi debet. Opponit enim hoc membrū priori: quia primitū se nunquam adeò seuerē animaduertirū in suos, quin pœnatū atrocitatē mitiger. Quāvis igitur effrāni rabie graſſentur tyrāni, & omnibus machinis Ecclesiā oppugnet Satan, cīque Dominus frēna laxet, vt ingratitudinē nostram vlciscatur: nunquam tamen obrui ipsam sinet.

10 N A M M O N T E S.) Confirmat superiorē sententiā, ac declarat vniuersi potius orbis cōuerſionem fore, quām deficiat misericordia ipsius. Frustra hīc queritur quomodo mouebūtur montes, aut colles nutabunt: quia cōparatio sumpta est ab iis rebus que firmissime & fixis radibus stare videntur, vt fundamentum Ecclesiæ longē stabilius esse ostendat. Firmissimi enim sunt montes, nec in iis adeò frequentes terramotus, vt in planis locis cīsc solent. Pronāciat ergo Dominus, tamen si ingens illa & grauis montium moles commouecatur, aut cælum ruat, ita biles tamē feedus suū fore, nec misericordiam suam Ecclesiæ defuturam. Quo sensu dicitur in Psalmo, Psal. 93.1 Dominus regnabit, stabilietur orbis. Imò alibi dicitur, quanis percant cœli, Ecclesiā Dei statutam in suo gradu. In voce M I S E R I C O R D I A, notandum est quale sit fundamentum fœderis. Ibi. 102.17 nihil enim nobis cum Deo cōmercijs, nīf nos gratuitō admittat, nostri misertus. F O E D V S P A C I S vocat, quōd nobis offerat Dominus quicquid ad summā felicitatē pertinet: sicuti etiam Hebrei P A C I S nomine omnia prospera comprehendunt. Quum igitur item & solidam beatitudinē hoc fœdus contineat, lequitur miseros esse omnes qui ab ipso excluduntur. Confirmat iterum id quod dictum est, cūm se M I S E R A T O R E M vocat: non aliter scilicet, neque alia de causa se fore propitium, nīf quia exorabilis est, & facilis ad ignoscendum.

11 P A V P E R C V L A.) Prosequitur idem argumētū, ac promittit non modò pristinā splēdorē Ecclesiæ redditū iri, sed Deum factū vt splendidiore ornatu nitat, acī tota esset cōpolitā ex lapidib⁹ pretiosis. Id quod Higḡus significauit vno verbo, cūm dixit, posterioris rēpli gloriā Hig. 2.10. maiorē fore quam prioris. De nomib⁹ gemmarū quas hīc exprimit Prophetā, de quibus variatū ipsi Hebrei, nō est magnopere laborādū modò sēsum loci teneam⁹. Est autē valde emphatica allocutio ad leniēdos piorū dolores, quasi Ecclesiām profūdo demersam attolleret ex naufragio. Itaq[ue]

quoties & procellis duriter ipsam cōcūti, & malorum congerie premi, & orbari omni solatio videbimus, nobis in mentem veniat hæc ipsa cīle qua Deum ad open ferendam prouocant.

Ier. 24.6 12 E T P O N A M.) His similitudinibus ostendit, excellentiorem quām vñquam ante Ecclēsia statum fore: sicuti iam dicitum est. Comparatur autem Ecclēsia adūficio, vt toti Scripturē vulgare est, quām obrem pretiosā & magnificā strūturā hic imaginem propom. Sed notandum est, quid Propheta Deum huius adūficiū architectūm facit. Hoc enim opus ipsi vni in solidūm tribue debet. Atqui quāri potest quid per Carbunculos, Sapphiros, Margaritas, & alia que cuiusmodi gemmas Propheta intelligat. nam Paulus eiūmodi similitudine doctrinā significauit. Ut sapiens architectus, inquit, fundāmentū posuit: deinde, quod si quis superstruit tuper fundāmentū hoc aurum, argētūm, lapides pretiosos, ligna, fēnum, stipulam, cuiusque opus manifestū fiet. Autem sit Propheta sentius necne, proximus versūs indicabit.

Ier. 16.18 13 N A M O M N E S F I L I I T V I.) Particulam i hīc pro rationali accipio, vt aliās ſepe. Hinc verò colligere promptum est, Itāiam concionatum non esse de doctrina, sed de homībus, ex quibūs ſpirituale adūficiū Ecclēsīa conſtruitur. Doctrina quidem ea eft vnde adūficitur Ecclēsīa: sed hoc fit aggregando homines, & redigendo in obsequium Dei. Hoc igitur diſcretum est inter Paulum & Itāiam, quod ille G E M M A s iſtas ad doctrinām refert: hic verò ad dona Spiritus sancti, quae in homines conſeruntur, vt ex iis extruatur Ecclēsīa. Notanda est autem donorum varietas, quibus Dominus Ecclēsīam tuām exornat, nec enim omnes ināragi, aut omnes carbunculi: sed vni-
Ephes. 4.11 cuique pro menīura Dominus arbitrio ſuo diſtribuit. Vnde etiam obſeruandum eft, quicquid ad ornamēntū Ecclēsīa pertinet, haud aliund quām à Dei gratia proficiet. nam ſi ideo tunus carbunculi & ſapphiros, quod docemur à Domino: nequirit hoc à natura non eſſe. Docet autem nos bifariā Dominus: externa prædicatione, & arcana reuelatione Spiritus sancti. Quodnam docendi genū in-
Id. 6.45 telligat Propheta, oſtendit Christus apud Iohannem, dum hoc teſtimonium citat. quare melior in-
Ach. 13.48 terpres querendus non eft Scriptū eft in Prophetis, inquit, Etūt omnes docti à Deo. Omnis qui au-
ditiv à Patre, & didicit, venit ad me. Si de extērna prædicatione intellegēdū eſſet hic locūs, non fatis conſtarēt id quod Christus ex eo concludit, nec enim nequirit, Prædicatur Euangelūm: ergo omnes credunt. Multi enim aduersantur: alii aptē rident: alii ſimulant. Tantū qui præordinati sunt ad vi-
tam, ex animo ſunt dociles, vt iure ceneantur inter discipulos. Promifeua eft Euangeliū prædicatione
electi & reprobis ſed electi iſoli ad Christūm accedunt, quia ſunt à Deo eruditū: de his igitur haud du-
biē intelligit Propheta. Ex his perſpicuum eft, quomodo tunus vniū lapides & pretiosi ad extruendū
Dei tempūm: nempe quum nos Spiritu tuo formauit Dominus, & expoluit, atque exteriori prædi-
cationi Verbi coniunxit interiorē Spiritus efficaciam. Hinc colligimus quanta ſit prauitas huma-
ni ingenii, quod flecti & reformati nequirit, niſi Dominus vi & efficacia Spiritus ſui impellat. Vtrā-
que verò docendi rationem, & interiorē & exteriorē, coniunxit Ifaias. Nam vocat filios Ecclē-
ſīa, qui a Domino docentur. Si filii, ergo in eius vtero concepi, atque ab ipſa ali neceſſe eft: p̄mūm
laetē, deinde iſolido cibo, donec adoleſcant, ac viri enadant: quemadmodum inquit Paulus. Proinde
2. Cor. 3.2 requiritur extērna admiſtratio Verbi, ſi discipuli eſſe velutim. vnde appetat quātupere delirent
Ephes. 4.13 fanatici homines, qui hoc teſtimonio abutūtur ad cuertandam prædicationem Verbi, & ministeriū quo Ecclēsīa vtitur. Nam Ecclēsīa filii eſſe non poſſunt, niſi in ea ſe educari ſint. Frustra reuelatio-
nes arcanaſ iaſtant: quia Spiritus non docet alios quām qui ſe ministerio Ecclēsīa ſummittunt:
proinde discipuli ſunt diaboli, non Dei, qui ordinem ab eo iſtitutum repudiant. Nam hæc duo ſic
coniuncta eſſe videmus, Filios Ecclēsīa, & Doctos à Deo, vt discipuli Dei eſſe non poſſint, qui in Ec-
clēsīa doctri nolunt. Sunt quidem aptē diſtinguedā, quemadmodum etiam diſtinguit Iaia: ne quod
efficacia Spiritus tribuendum eft, ad homīnū trānſferatur: ſed deinde ſic coniungenda ſunt, vt Deū
hac in re opera homīnum vti velle intelligamus. Præterea docemur ex hoc loco efficacem eſſe in e-
lektis vocationem Dei. Augustinus prudenter expendit hunc locum, & aptē accommodat in Pelagianos, quibūrum hominis arbitrium aduersus gratiam Dei extollebant. hi quidem videbantur a-
liquid tribuere gratiā Dei: ſed ita vt ipſam velut in medio poſitam, liberāe hominis voluntati ſubii-
cerent: ſicuti etiamnum Papistæ, qui eam reſpūere aut recipere quāmque poſſe affirmant. Atqui (in-
quit Augustinus) omnes à Deo docti erunt. Docentur autem efficaciter discipuli Dei, atque eius vo-
cationem ſequuntur. Adiungit etiam eum Iohannis locum, quem citavimus. Vnde manifeſtūdū appetat
id à libera & in vī tanque partem flexili hominis electione non proficiet. Hinc etiam obſeruandum
eſt, quātū Dominus æſtimet doctrinām ſuam, qua nos cooperator in adūficiū ſuūm, vt margaritæ,
ſapphiros & carbunculi ſuūm. Nam qui Ecclēsīam ſtruunt repudiata Verbi doctriña, porco-
rum hīram ſtrūunt, non Ecclēsīam Dei. Videmus etiam quid iudicandum ſit de fide implicita, de
qua obzannim: Papistæ qui homines desipere volunt, vt ſibi illudi patiantur. Nam quām oporteat
Jer. 31.34 nos à Deo doctos eſſe, pecudibus ſimiles eſſe minimè decept. Quāri potest, anno etiam ſub Lege
Propheta & Patriarcha, alia que fideles à Deo docti ſint? Tuerunt ceri: ſed Propheta hic per
comparationem loquutus eft: quod plenior ſit reuelatio in Christo, & tam aptē loquutus ſit
Dominus, vt ſe magistrum Ecclēsīa palam oſtendat: deinde plures ſibi discipulos conciliet.
Conuenit autem hic locus cum illo Ieremīa, Non docebit quāque proximum iuum, nec
vir

vir fratrem suum, quia omnes me cognoscunt à minimo vīque ad maximum, dicit Ichoua. Quare si, olim necesse fuit omnes Dei filios, discipulos esse Spiritus sancti, hodie multò magis, quum hæc prophētia propriè ad regnum Christi pertineat. M I L T A P A X. Pacis nomine felicitatem, id est, propria omnia designat. Atque hinc colligitur quæ vera sit hominum felicitas: nempe quum Deus mientes nostras illuminat, vt talutem quæ nobis in Christo patefacta est, comprehendamus, nam quandiu à tali cogitatione absiunus, nihil infelicius nobis esse potest: quum ipsa quoque Dei beneficia, donec fide tanet&fientur, nobis in maledictionem cedant.

14 IN I V S T I T I A.) Significat Deum fore opificem & architectum Ecclesiæ sūr. Scio aliter exponi ab aliis, atque accipi iustitiam pro Bonis operibus. Et certè illa expositiō aliquid coloris habet, quod de doctrina loquutus sit, nam in hūc finem docemur, vt piè & sanctè viuamus. Sed aliud sibi volunt Propheta: nempe quod restituenda sit Ecclesia aūspicis Dei, qui eius tutor & defensor esse vult. Iustitiam enim opponit. Violentia & oppressioni qua diruta est Ecclesia: vel certè stabilitatem denotat, ac si diceret non fore caducum ædificium, vel quod fallaci tantum specie ad breue tempus placat: quia Deus bona fide opus suum tuebitur, & quia iustus est, efficiet vt in integrum restituta, diu maneat incolamis. Quantus igitur homines omnibus modis conspirant in Ecclesiæ ruinā, nihil efficient: quia Dominus eam iustitia sua tueret. Hanc loquendi formam prius vidimus. quamobrem simplicior hæc mihi videtur interpretatione: tametsi alia plausibiliora nonnullis videri possit.

15 E C C E C O N V E N I E N S.) Summa est, quantus multi insurgant ad opprimendam Ecclesiæ, irritos tamen fore omnium conatus & impetus. ac videtur Dei auxilium non solum contra exteriores hostes, sed domesticos etiam & intestinos promittere. Multi enim conueniunt in Ecclesiæ sūrum, quasi se ipsi adiungere velint: sed intestinum deinde bellum gerunt. Communiter vertunt, Congregando congregabit se contra te: ac generaliter intelligunt de quibuslibet Ecclesiæ hostibus: & magis recepta est illa interpretatio: quam & ego amplector, modò fraudes, insidias & proditoris, quibus impetratur Ecclesia, notari sciamus. quanquam non dubito idem hic exprimi quod Psalm. 2. *Psal. 2. i.* nempe, conspirationes & tumultum Gentium aduersus Christum & Ecclesiam Dei. nec enim una genitiva solummodo, sed varie in eam insurgunt: nominatum tamen hic domesticos hostes, & eos qui vīque in sinum eius penetraverint exercitus coniungi probabile est, quia dicit, In te, CONTRA TE, id est, Intus, in medio tui, te oppugnabunt. In summa, ostendit non sic tranquillam fore Ecclesiæ, quin multo ipso aduersarii exercant, sed videntur hæc contraria: nam prius dixit procul futuram à paurore & oppressione: nunc vero, conspirationes futuras in eius sinu. Verum hoc statim addidit Prophetæ, ne pīi tranquillum sibi statum in mundo promitterent, quasi nihil molestia ab impiis & hypocritis sustinendum esset. Sic igitur ab oppressione & calumnia Ecclesia vindicanda est, vt ei perpetuò bellum cum hostibus gerendum sit. Noua enim certamina indies excitat Satan, vt nunquam quieta esse possit. Est igitur hic velut corratio proxime sententia, vt pīi semper ad bellum parati sint, nec otium sibi promittant. Additur autem promissio, quod Dominus eos nihilominus in mediis periculis conseruabit. Absque Deo, tantundem valet ac frustra, vel infelicitate. Significat enim irritos fore conatus impiorum, tametsi omnia moliantur. Ruunt ipsi cæco impetu, sed sola Domini manus prosperum dat successum. Alludit autem ad id quod prius dictum est, Babylonios ad vastandam Iudeam Deo duce venturoselle. Tunc periret populus, quia Deum habuit infernum: sed nunc quia absque Deo, id est, sine eius auxiliis ipsum aggredientur hostes, prudenter retrò abiibunt. Quid mox clarius exprimit, Q U I C O N V E N E R I T in te, contra te cadet: id est, quicquid in te machinatus fuerit, recidet in eius caput. Etiam si vniuersus in te mundus insurgat, mole sua ruet. Notanda est particula I N T E. Nam quum Dominus hostes nostros procularecer, confidimus: quod si ad nos vsque pertinuant, animum despudemus. Ideo dicit, Etiam si ad vitæcera vīque tua penetrarint, perdet eos Dominus, & te eripiet.

16 E C C E B E G O C R E A V I F A B R V M) Ostendit Dominus quām promptum ipsi & facile sit eripere Ecclesiam à prauis conatibus impiorum. nihil enim possunt, nisi quantum iis Dominus permittit, quibus etiam velut instrumentis vitetur ad castigandos suos. Ceterum, tam ad Chaldaeos, quām ad alios hostes qui postea molestiam exhibuerunt electo populo, referri hoc commode potest. Si prior sensus placeat, ratiocinatur Deus sibi in promptu esse quos adduxit profigare: & quos extulit, tollere è medio. Si de Antiocho, & similibus intelligas, sensus erit non admodum diverlus: hos quoque suo arbitrio non nocituros, quia ne digitum quidem mouere queant, nisi Dei impulsu. Sed videtur Propheta secum pugnare: nam superiore versu dixit impios oppugnare Ecclesiam absque Domino: nunc eos velut auspiciis Dei militare, vt ipso ducent atque auctore vasent, arque perdant. Respondeo, considerandam esse anti-hesin: quod scilicet Dominus excitasset Babylonios ad Ecclesiam perdendam. Notanda enim est similitudo diluvii, qua extremam interencionem significavit: nam tunc Ecclesia veluti submersa fuit. ad id Babyloniorum opera vīus est. Sed posthac testatur se velle moderari ira sūr, vt nunquam ab hostibus Ecclesiam suam deleri sinat, tametsi eorum manus ipsam castiget. Ed enim tendunt Ecclesiæ hostes, omnibusque viribus id moluntur, vt Ecclesiæ diruant ac euertant, sed eorum impetus cohieret Dominus, quoniam absque ipso, id est eius iniusto, id faciunt. Quidam expo-

nunt Fabrum creatum ad opus suum; id est, ut perniciem suam ipse moliatur. Vastatorem autem, ad perendum scipsum. Sed prior sensus mihi simplicior videtur. Quod autem Dominus se VASTATOREM creare dicit, non ad naturam modò spectat, ut homines nascantur, sed ad ipsum vastandi actum; neque tamen est propterea culpa assignanda Deo, quasi iniulta crudelitatis sit author, quæ residet in solis hominibus. Nec enim Deus eorum sciebat libidini assentitur: sed eorum conatus arcana sua prouidentia destinat: iisque, velut instrumentis iræ fugiuntur. Sed de hinc re alibi tractatum est.

17 OMNE INSTRUMENTVM.) Iterum colligit quod iam dictum est, impios, tametsi omnia moliatur, nihil effecturos nam arcano Dei consilio reguntur eorum impetus ac frangentur. Ut autem vniuersali particula, significans multas & varias impiis ad manum fore rationes, quibus Ecclesiam perdant: sed inanis atque irrita fore, quoniam ipsos coercent Domini. Ipsis etiam è celo permitti multum licentia ad probandam piorum tolerantiam: sed ubi Deo vobis est, viribus & armis spoliari. Postquam in genere loquutus est de instrumentis quibus impij Ecclesiam inuadunt, linguam nominativam exprimit, quod telum omnium maximè exitiale ac pestiferum sit. Nec enim solum Dei seruos conuiciis & calumniis proscindunt, sed veritatem Dei extinguunt quantum in se est, hominumque animos ab ea alienant. quod nobis grauius esse debet, quam si centies vita eriperetur. Adde quod probis & ingenuis hominibus acerbior est contumelia, magisque vulnerat quam illius telorum ictus. Hoc igitur lethale instrumentum omittendum non fuit. Iam linguas in iudicio surgere dicens, tanta impios petulantia & audacia præditos esse significat, ut filios Dei ultrò laceant, & molestia afficiant. Addit autem id in 1 V D I C I O fieri: quia speciosos colores obtendunt, quibus id iure facere videntur. Ut Papistæ quum nos hereticos, schismaticos & canes vocant, nobiscum quasi in iudicio contendunt, & patroni veritatis catholicæ haberi volunt, quum mendacia & impios cultus tueantur. Et tamen eiusmodi coloribus obteat sunt corū calumniæ, ut sumimam nobis inuidiam creant apud eos quibus causa nostra ignota est. Sed quanuis & armis & lingua & omnis generis telis nos oppugnent, tamen superiores nos fore vaticinio hoc freti speremus. Hic enim promittit victoria, de qua quum certi simus, intrepido nobis atque infraeto animo pugnandum est. HAC HEREDITAS. Hoc piis velut hereditario iure à Domino datum esse ostendit, quo nunquam fraudentur. ut enim nullus est certior titulus quam pro herede: ita nihil certius futurum seruis Domini fore demonstrat, quam perpetuam tutelam & conseruationem, qua ipsos aduersus omnia pericula defendet. IUSTITIA hinc accipit ut pro Iure, quod vulgo dicimus, *Leur droit*. In summa significat Dominum vindicem adfore suis, ut eorum innocentiam tueatur. Quoties ergo opprimitur hominum iniuria, discamus rectâ ad Dominum configere. Quod enim alia subidia querimus, cù fit ut eius patrocinio & tutela destituamus.

CAP VT LV.

1 **E**S stientes omnes, venite ad aquas: & qui non habetis pecuniam, venite, emite, & comedite. Venite, inquam, emite absque pecunia, & absque ullo pretio vinum & lac.

2 **Q**uare expenditis pecuniam, nō in panem? & laborem vestrum, non ad saturitatem? Audite audiendo me, & comedite bonum, & oblectet se in pinguedine anima vestra.

3 Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & uiuet anima vestra. Et percussam vobiscum fœdus seculi, misericordias Davidis fideles.

4 Ecce testem populis dedi eum, ducem & preceptorem populis:

5 Ecce gentem quam ignoras vocabis: & gens qua te non cognovit, current ad te: propter Iehouam Deum tuum, & Sanctum Israel: quia glorificauit te.

6 Quicrite Iehouam, dum inuenitur: invocate eum, dum propè est.

7 Derelinquit impius viam suam, & vir iniquis cogitationes suas: & revertatur ad Iehouam, & miserebitur eius: ad Deum nostrum, qui a multis est ad remittendum.

8 Neque enim cogitationes meæ cogitationes vestreæ: neque viae vestreæ viae meæ, dicit Iehoua.

9 Nam quanto excelsiores sunt cæli terra, tantum superant viæ meæ vias vestras, & cogitationes meæ cogitationes vestras.

10 Certe, quem admodum descendit pluvia & nix è cælis, neque illuc reuertitur, sed irrigat terram, & eam facit concipere & germinare, ut det semen seminanti, & partem comedenti:

11 Sic erit verbiū meū quod ereditur ex ore meo, non redibit ad me vacuum, docet quod volo, & successum afferat, quo misi ipsum.

12 Itaque cum letitia egrediemini, & cum pace deducemini: montes & colles erumpent coram vobis in gaudium, & omnia ligna agri plaudent manu.

13 Pro rido ascendet abies, & pro "virtute" myrtus crescat: & erit Ichoue in noon, in signum perpetuum quod non auferetur.

IN CAPVT LV.

EV S S I T I E N T E S.) Hic magnificè commendat Prophetā bonitatem Dei, quæ se in Ecclesiam copiose & solito uberiori effusura erat sub regno Christi, penes quem omnes thesauri gratia Dei depositi fuerunt. Nam in eo sc̄ nobis totum exponit Deus: ut verè impletum sit quod dicitur apud Iohannem, Nos de c- ius plenitudine hauiisse omnes, & gratiam pro gratia recepisse. Patres quidè sub Lege expertes non fuerunt diuinæ bonitatis, & spiritualis beneficentie, cuius hic fit mentio. Quam multa, inquit David, bonitas tua, quæ abecondita est timentibus te! sed eam multò libe- ralius & munificentius in Christo effudit. Est igitur insignis commendatio gratiae Dei, qua nobis proponitur in regno Christi. neque enim docet Prophetā quid semel factum sit, sed etiam quid quotidianè fiat, dum nos Dominus ad fruitionem bonorum omnium doctrina sua inuitat. A-Q-V-A-R-V-M nomen alij ad doctrinam Euangelij, alij ad Spiritum sanctum referunt. sed neutri, meo quidem iudicio, rectè sentiunt. Nam qui intelligunt de doctrina Euangelij, cāmque opponunt Legi (de qua Iudæi Prophetam hīc loqui putant) vnam duntaxat partem eius quod Prophetā voluit, comprehendunt. Qui de Spiritu sancto interpretantur, plus aliquanto coloris habent: ac citant illud Iohannis, Si scires donum Dei, & quis sit qui dicit tibi, Da mihi quod bibam: tu pe- riuisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Ac paulò post Christus videtur esse huius loci interpres quem ait, Omnis qui bibit ex hac aqua, sicut iterum: quisquis autem biberit ex aqua quam dabo ei, non sicut in eternum: sed aqua quam dabo ei, sicut in eo fons aquæ salientis in vitam aeternam. Mihi vero dubiu non est quin Iaías hisce nominibus, Aquarum, Laetis, Vini, Panis, omnia comprehendat quæ ad spiritualem vitam necessaria sunt. Nam similitudines sumptuæ sunt ab aliamentis quibus quotidie vescimur. Ut quemadmodum pane, vino, laete, & aqua nutrimur, ita animas nostras doctrina Euangelij, Spiritu sancto, & aliis Christi donis vesci ac sustentari intellegamus. Exclamat autem Prophetā, veluti contenta voce, He vs: quia tantus est hominum torpor, ut difficile sit admodum ipsos excitari. Inopiam enim suam non sentiunt, tametsi famelicē sint: nec cibum, quo maximè egerint, appetunt. Ideo stuporem istum magnis clamoribus & affluis excuti necesse est: quò turpior magisque pudenda est eorum pigrities qui ad hanc exhortationem surdi sunt, vel tam acriter stimulati, torpori suo adhuc indulgent. Generalis portio invitatio est: sicuti nemo est qui aquis istis non indiget, & cui Christus necessarius non sit. Itaque omnes promiscue inuitat, nulla habita ratione personarum. Verum ad eum miseri sunt homines, ut quanvis se Christo egere intelligent, comminiscantur rationes quibus hoc beneficio priuari posint, & diabolo varia impedimenta subministranti potius quam huic benignæ in uitationi credant. Observandum igitur quæ sit vera preparatio ad recipiendā hanc gratiam. Eam autem extimbit quum ait SI T I E N T E S. Nam qui turgent inani fiducia, & saturi sunt, vel qui terrenis cupiditatibus ebrij non sentiunt animæ esurient, Christo locum non dabunt: qui a spiritualis gratia gustum non habent. Sunt enim iis similes qui alimento egerint: sed quia fletu repleti sunt, ac tument, naufragiant ad cibum, vel abrepti sua vanitate, ac si nulla re indigent, stupore suo pacemuntur. Ita sit, ut qui turgent superbia aut fallax persuasione iultutæ suis, vel carnis illecebris non iecus ac veterno sunt occupati, gratiam Dei auerterunt, vel respuant. Sitis ergo, id est, ardens in nobis desiderium requiritur, ut tantorum beneficiorum participes esse possimus. AB S Q V E P E C V N I A. Non intelligit esse aliquos qui pecunia abundant, sed ita resoluendum, Tametū egeni sint, & summa laborent inopia, tamen aditum eis patere ad Christum, per quem gratis haec beneficia præstantur. Sed qualis, dicit quispiam, emptio absque pretio futura est? Respondeo, in proprie emptionem vocari rationem qua aliquid comparamus. Et ταῦτα hic pro Comparare accipiunt: Pretium autem pro labore aut Industria, aut alia via qua homines aliquid adipiscuntur. Nos autem inopes ac penitus vacuos esse ostendit: nec quicquam habere quo possimus Deum praoracerti: sed benignè inuitari, ut gratis omnia largiatur absque illa compensatione.

2. Q V A R E E X P E N D I T I S.) Conqueritur de hominum ingratitudine & dementia, quod Dci vltro omnia offerentis beneficentiam respuant vel fastidiant: atque interim se se multum torqueant in variis nughis quæ nullum ipsi fructum afferre possunt. Sic enim fascinati sunt à diabolo homines, vt errare per deserta, & frustra scipios cruciare malint, quām in oblatu Dei gratia quiescere. Satis verò huius seculi experientia docet Prophetam non modò expostulasse cum gente sua, sed in omnes homines, cuiuscunque seculi fuerint, inuestum esse. Omnes enim posteri Adx hac dementia abrepti sunt, vt in querenda cœlesti vita omnino errent, & vanas opiniones suas potius quām Dei vocem sequantur. Non queritur Prophetam de eorum ignavia, qui sui ipsorum & Dei profusi obliti, de spirituali animæ vita non cogitant: cuiusmodi sunt permulti: sed de iis qui vitam quidem appetunt, nec tamen eius adipiscendæ rationem aut viam tenent, & incerti per deserta & inuia loca vagantur. Hic ergo damnantur omnes rationes quas excogitant homines extra verbum Domini pro salute obtinenda: atque sumptus inutiles vocantur. Nam P e c u n i a nomine, quicquid est homini industria, studij aut laboris, designat. non quod vnius assis aestimet Deus quicquid frustra obtrudimus ad eum colendum: sed quia labores stulte susceplos sensus carnis pretiosos ducit. *N O N I N P A N E S.* Videmus hic Panis nomine idem significari quod prius per Aquas. Item L A B O R I S nomine, quod prius Pecuniam dixit. Quasi diceret, sine profecta satagere homines: quia vbi sequuntur sua commenta, quantunus strenue se fatigent ac macerent, nulla speranza sit merces. Idēo saturati posse negat qui inconsideratè satagunt. Qui enim relicto Deo nouas salutis rationes tentant, nunquam satiari possunt. Pascuntur enim vento, vt inquit Hoseas. Poterunt quidem sibi videri satiari, quum vanæ fiducia turgebunt, sed quemadmodum ij qui vento tumidi non sentiunt inediā suam: atqui præstaret eos vrgeri fame & siti, quæ ad inuocandum serio Dominum incitaret. Sicuti in Psalmo dicitur, Anima mea sicut terra arida coram te. Nec verò solus panis aut sola aqua ad satietatem sufficeret, nec altero eorum vita sustineretur. Propterea variis nominibus vñs est Prophetæ, vt ostendat omnia qua ad vitam necessaria sunt à Domino abundè suppeditati: ne aliunde subsidia nobis querenda esse existimemus. Ceterū, quia suo quisque consilio trahitur in errorem, & præterito Deo euaneunt omnes in peruersis studiis, hic remedium subiicit Prophetæ: nempe, vt tori pendeamus ab ore Dei. Quisquis enim se eius verbo subiiciet, vendum non erit ne in rebus nihil operam suam consumat. Perspicitur autem hic mira bonitas Dei, gratiam suam, rametis ingratis & indignis hominibus, offerentis. Sed adiungit conditionem, nec enim aliter ad vitam ingressus patet, quām si ipsum audiamus. Atque vt exitij nostri causa est, quod obsurdescimus ad verbum Dei: ita aditus ad vitam patet, si aures ei accommodemus. Eandem autem monitionem repetit, quod magis commoueat, atque idem verbum ingeminat. Audite audiendi. Et quō nos blandius alliciat, testatur non nisi per nos stare quominus ad satietatem vsque omni bonorum copia nos oblectet.

3. I N C L I N A T E A V R E M.) Clarius ex hac verborum congerie patet quod nuper attigi, Deum scilicet nihil omittere, quo nostram cunctationem corrigit & excitet. Quanquam subest obiurgatio, quia nimis socordes esse oportet qui tam benigne vocati non statim obtemperant. Insignis locus, ex quo appetat totam felicitatem nostram in eo sitam esse, si verbo Dei pareamus. Quum sic loquitur Deus, hunc finem propositum habet, vt nos ad vitam adducat. Culpa igitur penes nos solummodo hæret, quia salutare & viuificum hoc Verbum negligimus. Ceterū, si tantummodo præcipiter Deus quid agendum sit, obtinenda vite rationem præscriberet ipse quidem, sed absque utilitate. Lex enim ex ore Dei profecta, ministra est mortis: sed quum nos ad se inuitat, quum adoptat in filios, quum remissionem peccatorum & sanctificationem promittit, hinc fit vt qui audiunt, vitam ab ipso obtineant. Consideranda est igitur doctrina species quæ vitam continet, vt salutem inde nostram petamus. Hinc colligimus nullam esse spem salutis, nisi Deo & eius verbo obsequamur. Atque hinc conuincitur omne humanum genus, vt nullam poslit ignorantiæ excusationem obtendere. nam qui audire non dignatur, nihil firmi ad cause sue patrocinium afferre potest. Haec verò, vt dixi, repetitions patientiam Dei in nobis vocantis exprimunt. Nos enim haud semel inuitat: sed vbi tardos esse videt, iterum atque iterum monet, vt duritiem nostram peruincat. Non reicit ergo protinus eos qui ipsum respiciunt: sed postquam seipius inuitauit. Exprimitur etiam hic fidei natura, quum nos ad levenire iubet. Sic enim audiendum est Dominus, vt fructus sequatur. nam qui fide verbum Dei percipiunt, abieciunt cupiditatibus, & contempto mundo, quasi ruptis vinculis, ad Deum alacres & prompti accedunt. Sed fides concipi non potest sine auditu, hoc est, sine intelligentia verbi Dei. Ideo prius audire quām accedere iussit. Quories igitur fidei mentio fiet, meminerimus eam cum Verbo coniungendam esse, in quo fundamentum suum habet. *E T P E R C V T I A M.* Queritur, annon prius Iudei fœdus cum Deo aeternum inierant? Videtur enim nouum quidam & insolitus promittere. Respondeo, nihil hic promitti noui, quod ante Deum cum populo non pepigisset: sed renouatio fœderis & confirmatio est, ne Iudei ob diuturnum exilium fœdus Dei irritum esse existimarent. Nam quum exularent sibi promissa: quum tēplo, sacrif-

sacrificiis, atque omnibus fæderis notis, præter Circumcisionem, carerent: quis de illis actum esse non iudicasset? Hanc ergo loquendi formam Isaías ad populi captum accommodauit: ut patet quod Deus cum Patribus inierat, ratum, firmum, atque æternum, non mutabile aut temporale esse intelligerent. Idem intelligit per misericordias Dauidis, sed hac voce gratuitum esse fœdus admonet, quia non alibi fundatum est quam in mera Dei bonitate. Quoties ergo fæderis nomen occurrit in Scripturis, simul nobis gratie nomen in mente venire lebet. In hac verò te veracem fore pronuntiat: & simul oblique significat se veracem ac constantem esse: nec argui posse mendacij, quasi fœdus suum violari: Iudeos potius fœdistragos esse: & perfidos, quoniam ab ipso deficiunt: le verò pæcti aut promissi sui panitere non posse. **D A U I D I S** vocat, quoniam hoc fœdus cuius nunc solennis confirmatio fit, in manu Dauidis percussum erat. Pepigit quidem Dominus cum Abraham, deinde per Moysen confirmavit, postrem in **Gen. 15.5**, manu Dauidis sanxit hoc idem fœdus, ut æternum esset. Quoties ergo Iudei de redemptore, **Exod. 17.7** hoc est, de salute sua cogitabant, memoræ esse Dauidis, quasi interpretis gerentis personam **Exod. 2.24** Christi, oportuit. Nec enim Dauid priuatus quispiam, sed cum eculo & persona hinc considerandus est. Interim tenenda est illius temporis ratio, nam quum in exilio Babylonicus ex- **2. Sam. 7.** tincta esset Regni dignitas, & obscurum ac vile nomen Regij generis, per illius familiæ ruinam **12.** videri poterat collapſia esse Dei veritas: ideo solium Dauidis quod dirutum fuerat, fide inspirare iubet.

4 E C C E T E S T E M .) Nunc melius exprimit Propheta cur Dauidis meminerit nempe quod in eius manu deposita fuerat promissio de venturo redemptore, ac posset quidem ad illius personam aptari hic sermo, quatenus fæderis sponsor fuit: quia proprium negotium non egit, sed interpositus fuit quasi Dei & populi interpres, minimè tamen dubium est quin ad Christum recte nos ducat Isaías, ad quem facilis fuit transitus à Dauide: ac si diceret, Prodigabit ille Dauidis succellor, per cuius manum promissa est perfecta salus ac felicitas. Teltem vocando, fœdus quod inuit, verum & ratum in Christo fore significat. Subest autem pondus in nomine Testis, nam huius fæderis comprobationem in Christo fore demonstrat, à quo veritas Dei patet. Testabatur enim Deum minimè fallacem esse: sed hoc testimonium in doctrina positum est: quia si non accederet, parum fructus perciperemus ex aduentu Christi: sicut dicitur Psalmus secundo, Promulgabo edictum. Quo sensu etiam alibi dixit idem Isaías, Christo os fore instar gladij vel sagittæ. Ideoque **D U C E M** & **P R A E C E P T O R E M** fore addit, quod attentionem eius doctrina conciliet: quia nisi loquentem audiamus, certaque fide amplectamur quod nobis affirmat de Patris beneplacito, exinanitur eius virtus, sicuti nomen Christi satis personat in Papatu: sed quum eo doctore & praceptor vii nolint, nec eum præterquam ex solo nomine agnoscant, inanis & vana est eorum iactatio. **P O P U L I S.** Hoc ad amplificationem additum est, quia Ecclesia in pristinam dignitatem restitui non potuit, nedum augeri, nisi collectis Gentibus: ideoque vocem Christi penetrare oportuit usque ad ultimas terras: quia vniuerso generi humano testis, dux & præceptor est constitutus.

5 E C C E G E N T E M .) Filius explicat Isaías quod prius attigit uno verbo. Ducebimus enim Christum fore significat, non vnius populi, sed cunctorum. **V O C A R E**, hic possessionem designat. Est enim mutua relatio inter Vocandi & Respondendi verbum. Vocat igitur Christus pro imperio, vt qui potestate summa prædictus est, vocat autem Gentes, vt eas in ordinem coget, & subiiciat verbo suo. Præstò autem ad obsequium fore dicit, quanvis haec tenus ignota fuerint, non quod eas Filius Dei, per quem creatae fuerant, nescierit, sed quia habita non fuit eorum ratio donec censeti in Ecclesia ceperunt. Deus enim peculiariter vocauerat Iudeos: Gentes exclusæ videbantur, quasi nihil ad ipsum pertinerent. Nunc vero Christum alloquens, promittit fore vt easib[us] obtemperare cogat, quantunvis alienæ prius ab eius imperio fuissent. Hoc idem in progressu apertius declarat, ubi etiam ad numerum pluralem tranfit, quod melius exprimat ex variis populis collectum iri Ecclesiam, vt qui prius dispersi erant, in unum coeant. nam Currendi verbum ad fidei consensem refertur. Alio autem sensu nunc dicit Gentes ignorasse Christum, quoniam nuper dixerat Christo fuisse ignotas, propriè enim profani omnibus & incredulis tribuitur ignorantia: quia celestis doctrinæ luce priuantur, sine qua non potest Dei notitia haberri. Quanvis enim omnium animis naturaliter imprestita sit notitia Dei, tamen adeò confusa & obscura est, variisque deliriis inuoluta, vt nisi accedar lux Verbi, Deum noscendo non agnoscant, sed miserè ercent in tenebris. Hic habemus insigne Dei testimonium de vocatione Gentium, quibus Christus non minus quam Iudeis destinatus est. Vnde etiam colligimus Deum habere curâ nostrâ, si sub imperium eius redacti simus, nec solùm eam cutam quoniam de omnibus creaturis, sed qualcum pater pro filiis habet. Quanquam sub voce Cursus melius exprimitur efficacia huius vocationis. Hic enim finis est, vt pareamus Deo, vt prompto & alacri animo sistamus nos coram ipso dociles, paratosque ad excipiendum quemlibet eius nutum: quemadmodum Paulus Rom. 1. & ultimo, finem vocationis nostræ obedientiam esse ostendit. **R om. 1.5** Sed quia longissimè distabant Gentes à Deo, oportuit strenue eniti ut abruptis omnibus im- **Ibi. 16.26**

pedimentis ad eum rufus accederent. PROPTER IEHOVAM, Ostendit vnde si hæc promissio & celeritas: nempe, quia Gentes intelligent negotium sibi cum Deo esse. Nam si Christus in hominem solummodo consideremus, non multum mouebimur eius doctrina: sed quoniam apprehendimus in ipso Deum, muto ardore inflammamur. Describitur autem hic nobis Christus tanquam minister delinatus à Deo, ut opus eius perficiat. Induit enim personam servi simul cum carne nostra: atque hoc respectu non absurdè quasi unus ex aliorum numero subiicitur Patri. Ceterum memoria tenendum est quod iam sepius vidimus de capitib[us] & membrorum coniunctione: quia ad totum corpus pertinet quod de Christo nunc dicitur. Ideoque glorificatio toti Ecclesiæ communis est. Quanquam primatum semper obtinet Christus, qui in sublime euerctus, supra totum mundum eminet, ut ad eum concutus fiat omnium Gentium. In summa, ostendit homines ideo parere Christo, & doctrinæ eius se subiicere, quod Deus ipsum extulerit, & eius excellentiam cunctis mortalibus velit notam esse. Parum enim alioqui prodesset Euangelii prædicatio, nisi Deus per Spiritum doctrinæ suæ vim & efficaciam daret.

6 Q VÆRIT E I E H O V A M.) Postquam concionatus est de profectu Euangelij inter Gentes, que prius alienæ fuerant à regno Dei, stimulat Iudeos, ut ipsos pudeat currentibus aliis desidere. Nam quoniam vocati sint priore loco, postremos esse turpe est. Hæc igitur exhortatio propriè ad Iudeos pertinet, quibus proponitur Gentium exemplum, ut ipsas emulenatur. quemadmodum etiam Dominus prædixerat se ad emulationem Iudeos per gentem itulam provocaturum esse. Tempus inuenienti non prouersus ita capitur ut Psalmus 32: sed quo se se Deus offert, sicut alibi certum beneplacito suo & saluti diem præfixit. Quanquam facile admitto, simul etiam notari tempus, quo necessitas vrget ad expetendum Dei auxilium. sed illud præcipue tenendum est, opportunè quarti Deum, ubi vltro prodit obuium: quia torpidi & ignavi frustra deflebunt se gratia quam respuerint priuatos esse. Tolerat aliquando Dominus tarditatem nostram, & nos sustinet: sed si tandem nihil proficiat, recedet, atque alio transferat gratiam suam. Quamobrem admonet Christus ambulandum esse quoniam dies est venturæ enim esse noctem, qua facultas itineris faciendo nobis anferetur. Eximiam hinc consolationem

*Deut. 32, 21
Psal. 32, 6*

Iob. 12, 35

Matt. 7, 7

Rom. 10, 8

Phil. 4, 5

percipere debemus, quoniam audimus non frustra à nobis Deum queri. Quærere (inquit Christus) & inuenietis: pulsate, & aperietur petrite, & dabitur vobis. Potest hic Inuocandi verbum generaliter accipi: sed mihi videtur querendi Dei speciem designare, quæ inter alias præcipua est, ac si iuberet votis & precibus ad eum configere. Propè autem esse dicit, dum apertis foribus ad se familiariter inuitat: vel prodit in medium, ne per longos circuitus querendus sit. DVM PROPE EST. Tenenda autem est Pauli definitio, qui Euangelij prædicacionem notari docet. Propè enim est Dominus, & se nobis offert, quoniam personat vox Euangelij. nec est procul querendus, nec longa circuitione opus est, quali infideles vtuntur. Offert enim se Verbo suo, ut nos vicifim ad ipsum accedamus.

7 D E R E L I N Q U A T.) Confirmat superiorē sententiam, nam quoniam prius ad recipiendam Dei gratiam homines vocauerit, nunc eius recipienda modum plenius describit. Scimus enim ut hypocritæ plenis buccis Deum inclament quories leuationem expetunt in suis malis, interim periuicacia sua animos obseruent. Ergo ne fucum faciant Iudei in querendo Deo, ad sinceram pietatem eos hottatur. vnde colligimus penitentie doctrinam cum promissione salutis perpetuò coniungendam esse: quia non aliter possunt homines gustare bonitatem Dei, quoniam si displiceant sibi in peccatis suis, sibiique & mundo renuntient. Nec verò quipuam Deo reconciliari & remissionem peccatorum consequi serio appetet, nisi qui vero relipescendi studio tactus fuerit. Tribus autem loquendi formis naturam penitentie declarat: Derelinquat impius viam: deinde, Vir iniquis cogitationes suas: tertio, Reuertatur ad Dominum. VI& nomine totam vite rationem comprehendit, atque ita exigit, ut fructus iustitiae proferant nouitatis sua testes. Addendo C O G I T A T I O N E S, significat non solum externos actus corrugendos esse, sed ab animo initium esse faciendum. Nam etsi opinione hominum rationem vitæ in melius mutare videamur, exiguis tamen erit profectus, nisi animus mutetur. Itaque penitentia totius hominis immutationem continet. In homine enim affectus, consilia, ac deinde opera consideramus. Apparent hominibus opera: radix verò intus latet. Hanc primum mutationi necessæ est, ut deinde opera fructuosa edere possit. Primum à mente abstergere conuenit omnem immunitatem, & excutere prauas affectiones, ut externa deinde testimonia accendant. Quod si quispiam se mutantum iactet, atque interius suo more vi iat, inanis gloriatio erit. Vt rurisque enim requiritur: nempe Conuersio mentis, & Vita mutatio. Porro non antè iubet Deus ad se reuerti quoniam defectioni adhibuerit remedium. Libenter enim ferrent hypocritæ laudari quod rectum est, modò liberum esset in foribus torpere. Atqui nihil nobis cum Deo esse potest nisi à nobis discedimus, praesertim vbi alienati sumus impio dissidio. Quare ordine præcedit nostri abnegatio, ut nos Deo addicemus. M I S E R E B I T V R. Diligenter notandus est hic contextus, ostendit enim homines non aliter quoniam proposita venie fiducia, ad penitentiam

tentiam adducet posse. Quisquis igitur paenitentie doctrinam vrget, praetermisla Dei misericordia & gratuita reconciliatio, operam ludit. quemadmodum Papistici doctores videntur fibi optime funetri officio, quum in id multum insisterunt: & tamen de hac penitentie doctrina balbutiunt & nugantur. Sed quantus veram penitenti rationem docerent, tamen id parum professer, quum omittant fundamentum de gratia vera, quo solo pacari conscientie possint. Et sane, vt alibi dictum fuit, semper conspectum Dei fugiet peccator quando ad reddendam vitam rationem trahetur ad eius tribunal, nec vnuquam, nisi animo pacato, ad timorem & obsequium manuerebet. Iam quia difficile est terrore eximere pauidas mentes, a natura Dei ratio emat ut Iaia, exorabilem fore & propitium. Ideo autem Spiritus sanctus insiluit in hanc doctrinam partem, quod semper dubitemus an Deus ignoscere nobis vellet. Tam si enim aliquid cogitemus de eius misericordia, tamen certe nobis persuadere non audemus eam ad nos pertinere. Non frustra igitur hoc membrum additum est: ne de immensa eius erga nos clementia incerti ac dubij remoram patiamur.

8 & 9. NEQUE ENIM COGITATIONES MEAE.) Variè exponitur hic locus. Existimant nonnulli hic hominum vitam in vniuersum damnati: ne fibi in ea placeant, aut vitiis suis adulentur. nec enim aliter ad Deum accessus patet, quam si in ane de nostra iustitia persuasionem tollamus, nec certe expetuntur medici, nisi ab iis qui graui dolore morbi premuntur, vt vna cum sanitate remedia quoque appetant. Itaque hunc locum comparant cum Christi dicto apud Lucam: Quod altum est hominibus, abominationem esse coram Deo. Sed alius mihi videtur Propheta sensus. Et rectius, meo iudicio, exponunt alii, qui affectum Dei ab humano affectu distinguunt. Nam homines Deum ex scipis, estimare solent, ac metiri: quoniam irritable sunt eorum animi, & difficillime placantur. Itaque se Deo reconciliari non posse existimant, vbi semel ipsum offendebant. At Dominus se ab hominibus longe dissimilem esse ostendit: perinde acsi diceret, Non sum homo mortalis, vt me duru & implacabilē vobis prebeat. Cogitationes meae longe diuersae sunt à vestris. Si etsi inexorabiles, & ægre reditis in gratiam eū iis, quibus iniuriam accepistis, non sum vestri similis, vt me tan inhumanum praestem. Huic optimè conuenit locutio Daudis, vbi misericordiam Dei deseribens, tanto excellenter in eis ait, quanto Psa.103.11 exeli celiores sunt terra, quoniam enim illuc diuersa sit applicatio, tamen eodem spectat. Denique nihil clementius Deo, nihil ad ignoscendum propensius est: ita vt nostræ solimmodo diffidentie imputandum sit, si veniam ab ipso non impetravimus. Nihil autem est quod magis turbet conscientias nostras, quam si Deum similem nostris eis existimemus. Sic enim fit vt non audemus ad ipsum accedere, ac fugiamus cum velut hostem, nec vnuquam quieti simus. Falsam verò idem, & penitus alienam a Dei natura concipiunt qui ipsum modulo suo metiuntur: nec certe grauorem ipsi inuriarum inferre possunt. Annon puden̄ homines prauis cupiditatibus corruptos ac refertos, excelsam Dei & incorruptam naturam cum sua conferre, ac restringere quod immensum est ad angustias, quibus se miserè constringi ipsi quoque sentiunt? Quo enim erga stoluo arctius includi quilique nostrarum posset quam propria infidelitate: hic simplex ac purus mihi videtur Propheta sensus. Nec tamen nego quin alludat interea ad vitam hominum, qualem prius descripsit. In summa, significat homines sibi obliuisci debere, quum ad Deum conueri volunt, nullum autem maius impedimentum aut pernicioius affteri potest, quam si Deum inexorabilem eis existimemus. Tollenda igitur ex mentibus nostris haec vana imaginatio est. Caterum, hinc etiam apparat quantopere aberrent qui abutuntur clementia Dei, vt maiorem inde peccandi licentiam captent. Sic enim argumentatur Propheta, Recipiente, derelinquite vias vestras: quoniam immensa est misericordia Dei. Quod enim desperant homines, ut dabitent de obtinenda venia, ne quiores arque peruvicaciōes reddi solent: gultus verò misericordiae ipsi allicit ac conuertit. Sequitur ergo, misericordie participes non eis qui non desinunt scelerare vivere, nec animo immutantur.

10. CERTE, QVEMADMODVM.) Postquam de tenerrimo Dei erga nos affectu, & incredibili indulgentia differuit, rursus in medium affect promissiones, quibus fructu nihil est quod vereamur supra mala omnia emergere. Parum enim prodebet nobis sermonē haberi de natura vel arcano consilio Dei, nihil ad Verbum, quo te patet facit, reuocaremur. Deus autem aperte nobis loquitur, ita vt longius inquirere operæ pretium non sit. Ad Verbum igitur venientium est, in quo non obscurè voluntas eius declaratur: modò intra has metas se contingat omnes sensus nostro. Suspensi enim ahoqui hæremus, ac ambigimus quid de nobis constitutum sit, etiam si centies Dominus se hominibus longe dissimilem esse dicat. Vt enim id fateantur homines, volunt tamen de fe & salute sua certi esse. Propterea diligenter notandus est ordo qu. in Propheta tenet. Sic etiam Moses populum ad Verbi notitiam reuocabat, Ne dicas, Quis tunc det in excelsum, aut quis in abyssum descendet? Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est verbum fidei / inquit P̄clus, quod prædicamus. Vtitur comparatione simplici ex quotidiano vsu, Rom. 10.8 & misere apposta. Nam si in pluia, que terram irrigat ac facundat, magnam efficaciam videamus, multo maiorem in Verbo suo Deus exercet. Pluia enim caduca & corruptioni obnoxia;

Luc.16.15

Psa.103.11

Deut.32.12

Rom. 10.8

Verbum aeternum, immutabile & incorruptibile est, nec potest instar pluviæ euanescere. Ut melius Prophete verba intelligamus, tenendis est finis in quem spectat. Dubitant homines an re ipsa facturus sit Deus quod promittit Verbo. nos enim Verbum, velut in ære suspensum, sine esse etiæ considerainus. Quam indignum hoc sit, demonstrat ex ipso ordine naturæ. minus enim tribui Verbo quam mutæ creaturæ, absurdissimum est. Itaque docet, Verbum nunquam carere suo effectu. Quidam intelligunt prædicationem Euangelij nunquam inanem esse, qui fructum aliquem producunt, quod quidem per se verum est: operatur enim Dominus per Spiritum suum, & incrementum dat, ne inanis sit ministeriorum labor: sed aliud voluit Prophetæ. ne incepit Deum non frustra iactare aut in aërem spargere promissiones suas: sed non earum tandem fructum percepturos, si modo ipsi incredulitate nostra non obsteremus. Duos autem commemorat effectus quos producit Aquæ pluviae irrigatio, quæ terram fecundat, primum, ut homines abundant cibo quo se sustentant: deinde, ut sit etiam unde seratur in sequente annum. Si igitur in rebus caducis tanta est Dei virtus, quid de Verbo censendum est?

1. Cor. 3. 7

ii) **S I C E R I T V E R B V M.**) Sic egreditur verbum ex ore Dei, ut simul ex ore hominum egrediatur. Nec enim loquitur palam è celo Deus, sed hominibus tanquam organis vitiatur, vt eorum ministerio voluntatem suam declarat. Sed melius asseritur promissionum autoritas, vbi ex sacro Dei ore prodire audimus. Quamvis ergo testes adhibeat è terra, pronuntiat quicquid promiserint firmum & ratum fore: ac quod melius vim & efficaciam prædicationis mentibus hominum infigat, non temerè semen illud pretiosum se proiiciere admonet, sed destinare in certum viuum: ideoque non esse ambigendum de effectu, nihil enim proclivius est, quam ut Deum ex se extiment mortales, ut fidem abrogent eius voci. Sæpius ergo repetenda hæc doctrina, atque inculcanda fuit: ut Deum facturum intelligamus quod semel loquutus est. Quum igitur promissiones Dei audimus, in iis perficiendum eius consilium est: ut quum prouidit gratuitam peccatorum remissionem, nos per Christum reconciliari non dubitemus, quemadmodum verò efficax est verbum Dei in salutem pitorum, ita satis efficaciæ habet ad impios damnandos. **Quemadmodum etiam docet Christus, Sermo quem loquutus sum, ille iudicabit eos in extremo die.**

Ioh. 12. 48

iii) **I T A Q V E C V M L A E T I T I A.**) Concludit Prophetæ argumentum huius capituli, quod enim de clementia Dei concionatus est, eò spectabat, ut persuasum haberent Iudei, Dominum ipsos liberaturum. Nunc ad institutum suum accommodat quod de immensa Dei bonitate differuit: atque ostendit eius cogitationes ab humanis longè dissimiles esse. Arque hæc vera docendi ratio est, nempe ut generales tententias in præsentem viuum accommodemus. Denique agit de populi restituzione, quæ ex gratia Dei misericordia pendebat. **Per M O N T E S E T C O L L E S** significat omnia qua in itinere obvia erunt, tametsi alioqui nocent, adiumento futura iis qui Ierusalem redibunt. Sunt enim similitudines quibus ostendit omnes creature annuere voluntati Dei, apudplaudere, & conferre opem suam, ut opus eius promoueant. Alludit autem ad AEgyptiacam liberationem, ut moris esse solet Prophetæ. Sic enim describitur Psalmus 114, Montes exierunt ut arietes, & colles ut agni ouium. Quid est tibi, ô mare, quod fugisti: & Iordanis, quod actus es retrorsum? Nam quum restitutio Ecclesiæ sit veluti renouatio totius orbis, cælum & terra, quasi cœuerso ordine, immutari dicuntur. Hoc verò totum ex prioribus vaticiniis pendebat, quibus iam facta spes fuerat redditus.

Exo 14. 22

Psal. 114. 4

Ioh. 3. 16

iv) **P R O R V B O.**) Extollit adhuc potentiam Dei, quæ in restituzione populi conspicua futura erat. Talem enim docet conuersationem fore, ut facilis ad redditum via pateat. Nonnulli allegoricè exponent: ac Rubos accipiunt pro hominibus qui nocere student, atque alios pungunt: hos futuros **A B I E T E S**, id est frugiferos & viles proximo: sed nimis arguta est eiusmodi interpretatione. Quod autem hæc ad regnum Christi pertinere, ideoque spiritualiter intelligenda esse dicunt, ego facio. Nam initium facit Prophetæ ab egresu è Babylone, & totum Ecclesiæ statum comprehendit, vtque dum Christus mundo manifestatus est. Sed non propterea conuenit illa allegoria: quia de exitu è Babylone loquitur, quem ut patefaciat suis Dominus, se impedimenta omnia sublaturum, atque omnis generis adminicula suppeditaturum dicit, ut nihil incommodi sustineant. Eodem modo quum Christus redemptoris beneficium promittit, simul omnia tollit quæ noicitur atque impedimento futura erant: imò conuerit in altum viuum & penitus contrarium, vt ex iis etiam fructum aliquem percipere licet. Piis enim omnia in bonum cedunt: ac noxii alioqui existilibus velut remedii virtutis Deus ad ipsos purgandos, ne sint addicti mūdos, sed alacriores & promptiores ad eius cultum reddantur. **Quum dicit Deo fore IN NOMEN,** ostendit quis sit finis restituenda Ecclesiæ: nempe ut nomen Dei inter homines magis eluceat, eiisque memoria floreat, ac conseretur. Ideo & signum perpetuum addit, id est, monumentum: & quemadmodum vulgo dicimus, memoriale: quod tametsi Ecclesia fluctuet atque agitetur variis modis inter has tempestates, tamen quia Dominus perpetuam nominis sui memoriam esse vult, eam tuebitur & defendet.

Rom. 8. 28

IC dicit Ichoua: Custodite iustitiam, & facite iustitiam: quoniam propinqua est salus mea, ut veniat: & iustitia mea, ut reueletur.

S Beatus homo qui fecerit hoc, & filius hominis qui hoc apprehenderit: custodiens sabbatum, ita ut non violet illud: & custodiens manum suam, ut ab omni malo abstineat.

Et ne dicat filius alienus aggregatus ad Ichouam, dicendo, Separando separauit me Ichoua à populo suo: & ne dicat eunuchus, Ego sum lignum aridum.

Quoniam sic dicit Ichoua eunuchs qui custodiunt sabbata mea, & eligunt que mihi placent, atque apprehendunt fædus meum.

Dabo eis in domo mea & intra muros meos locum, & nomen melius quam filiorum & filiarum: nomen perpetuum dabo ei, quod non decabitur.

Filios, inquam, alieni, qui aggregati erunt ad Ichouam, ut ministrent ei, & diligent nomen Ichouae: ut sint illi in seruos, quisquis custodierit sabbatum, ita ut non profanet illum, & amplexus fuerit fædus meus.

Hos adducam in montem sanctitatis meæ: & letificabo eos in domo orationis meæ. Holocausta eorum & sacrificia grata erunt in altari meo: quoniam domus mea, Domus orationis vocabitur cunctis populis.

Dicit Dominus Ichoua, qui congregat expulsoſ Israeſ: Adhuc congregabo super eum congregatos eius.

Omnes bestie agri venite ad decuorandum, omnes bestie sylvestres.

Speculatorēs eius cœci, omnes neſcierunt, omnes canes muti, neſciunt latrare, iacentes dormiunt, amant dormitionem.

Ecce ies illi anima fortes neſciunt satiritatem: pastores ipsi neſciunt, nec intelligunt: vniuersi ſepciunt ad vias suas: quisque ad coniugium ſuum a fine ^{"vel ſuo."} eius.

Venite, accipiam vinum, potabimus ſiceram: & erit ſicut hodie, ita crastinus dies, vel maior, excellentior multo.

IN CAPVT LVI.

IC DICIT IEHOVA) Insignis est hic locus, quo ostendit Propheta quid Deus à nobis postulet, simulac favoris sui signa protert, velexorabilem ē nobis fore promittit, ut certa sit reconciliatio. Exigit enim à nobis ciuitati conuersiōnem qua mentes nostras & animos immutet, ut derelicto mundo in cœlum appetant. Deinde timul requirit fructus pœnitentia. **I**nvicti & iustitiae nomine omnina charitatis officia comprehendunt, quæ in eo consistunt, ut non tantum abſit neamus ab iniuria, sed etiam ut ope noſtra proximos iuuenim. Atque hæc posterioris Tabula ſumma est in cuius obſeruatione, pietatis (liqua in nobis est) testimonium reddimus. Ideoque nos ſemper ad eam reuocant Prophetæ: quoniam melius ex ea deprehenditur quales simus, & cognoscitur vera integritas, quem hypocrita in cæremoniis, vt alibi vitium est, fucum ſepe faciant. Rationem autem reddit, ac ſimul fontem & cauſam designat, eur omnes ad vitæ nouitatem accipi & quum sit: quia enim iustitia Domini ad nos appropinquat, ideo nos quoque viceſſim accedere debemus. Iustum autem te Dominus vocat, & iustitiam appellat ſuam: non quod eam in te inclitam habeas, ſed quod eam in homines diffundat. Similiter & SALVTE M vocat ſuam, qua homines liberat ab extilio. Etsi autem ad hunc eos habitus fuit hic sermo, ut tuncero cordis affectu, & integratris studio gratioſe Deo redemptori ostenderent, ad nos tamē communiter spectar. Tonus enim mundus in te perit, niſi alure recuperet ab uno Deo. Notanda est igitur iusta exhortatio, qua docemur nos ēd magis incitari debere ad pietatis ſtudium, quod propiores Deo fumus. Vnde etiam admoneat Paulus, Abiuite opera tenebrarum: induite arma lucis, quia propior est ſalus noſtra quam putauimus. **Rom.13.12**

2 B E A T V S.) Beatos vocans qui doctrinam hanc amplexi Deo se addicunt ad rectitudinem colandam, obliquè subindicat multos fore surdos vel indociles: sed ne corum prauitas vel socordia cunctationem electis aferat, exhortationem quam posuit commendat à fructu. Ergo ut omni mora valere iussa celeriter ad iustam vitam se comparent fideles, exclamat felices esse quibus ita sapere datum fuerit. Diximus proximo verbi Iustitia & Iudicij vocibus secundæ Tabulæ officia contineri: hic vero Sabbati mentionem facit, quod ad primam Tabulam spectat. Respondeo, quemadmodum prius attigi, eos qui innocenter ac piè cum proximis vivunt, testari se Deum colere. non est igitur mirum Prophetam, vbi posteriorem attigit Tabulam, prioris quoque mentionem facere: quoniam vtraque simul coniungi debet. In summa, significat Ieremia cum qui se Deo subiciet, vt integrè Legem obserueret, beatum fore. nam ad illum salus & iustitia Dei pertinebunt. Quum vero temere vagentur homines in studiis suis, & variis incant rationes quibus se applicent Deo, vnicam tantummodo esse ostendit: nempe quum homines vitam suam ad præscriptum Legis componere & formare student: nam alioqui frustra sese alii in rebus fatigabunt. Denique insignis est hic locus, quo ostenditur nihil Deo præter Legis obseruationem placere. Si queratur an homines suis operibus iustitiam & salutem consequi possint, facilis erit responsio: nec enim offert nobis salutem Dominus, quasi meritis nostris præuentus sit, nam potius ab ipso præuenimus, jussit sese nobis gratuitò, ac tantum postulat nos vicissim ad ipsum accedamus. Quum igitur accersit vltro, quum gratuitam iustitiam offerat, adhuc benda est omnis opera, ne tanto beneficio priuemur. Porro quia Sabbatum (vt legitur apud Moses, Exodi capite trigesimo primo, & Ezechiel vigesimo capite reperit) præcipuum Diuini cultus symbolum erat: ideo per synecdochen omnia pietatis exercitia sub se continet. Sabbatum vero intellige cum circumstantiis suis. Deus enim extenam ceremoniam non moratur, nec delectatur orio nostro: sed seriam nostri abnegationē exigit, vt totos sibi additos teneat. Postea subiicitur altera synecdoche ad notandum charitatem. Summa est, Deum non aliter ritè colit, nisi vera pietate & vita innocentia, sicuti etiam bene viuendi regulam duabus his partibus distinxit. Denique explicatio est vera iustitia quam Lex Domini comprehendit, vt in ea conquiescamus. Frustra enim aliam perfectionis viam inquirunt. Atque hic concidit omnes fictitiū cultus & superstitiones: denique quicquid homines excogitarunt præter verbum Dei. Vbi vertunt interpres, Ut non violet illud, ad verbum est, A non violando: ideo particulam Ita, interponere visum est, ne qua esset ambiguitas.

3 E T N E D I C A T.) Ostendit Propheta talem fore hanc gratiam Dei, vt etiam qui prius alieni fuerant ab ipso, & quibus aditus quasi præclusus erat, obtineant nouam formem: vel in integrum restituantur. Atque eorum querimonias occurrit, ne dicant se reiectos esse, indignos atque alienos, aut aliqua nota prohiberi: quia Dominus omnia impedimenta tolleret. Potest autem hoc tam ad Iudeos referri, quos temporalis abdicationis similes reddiderat exteris Gentibus, quam ad profanas ipsas Gentes. Ego libenter ad vtrisque extendo, vt conueniat cum vaticinio Hosæa, Vocabo plebem meam, quæ non erat plebs mea. Ceterum vbi dicit Coniunctos Deo, admonet hanc consolationem ad eos duntaxat pertinere qui Deum vocantem sequenti fuerint. Multi enim sunt Eunuchi, quos Deus gratia sua non dignatur: multi alienigenæ qui ad populum Dei non accidunt. Restringitur ergo hac promissio ad eos qui fuerint vocati, & paruerint. Iam ALIENIGENAS & EVNUCHOS nominans, vtraque specie designat omnes qui videntur indigni, quos Deus in populo suo confeat. Peculiarem enim sibi populum segregauerat Deus, quem deinde hereditate sua expulerat. Gentes ab eius regno proflus exclusæ erant, vt satis constat ex vniuersa Scriptura. Paulus ad Ephesios capite secundo, Eratis alieni à republica Israëlis, & extranei à testamentis promissionis: spem non habentes, Deoque carentes in mundo. Nunc autem per Christum Iesum, vos qui quandam eratis longinquæ, propinquæ facti estis per sanguinem Christi. Poterant ergo Gentes initio dubitare, an adoptionis beneficium ad se pertineret, quod Iudeis propriæ destinatum erat. Et videmus quantopere id refugerint Apostoli, quoniam Dominus iuberet Euangelium prædicari per vniuersum orbem. Putabant enim doctrinam Dei profanari, si promiscue Gentibus vt Iudeis communicaretur. Eadem & populum cœlum anxitas torquere poterant, ex quo signum rep. dicitur exilium à terra sancta. Propheta igitur has dubitationes facest, ut iubet. E V N C H V S. Per synecdochen omnes comprehendit qui notam aliquam ignominie gerebant, qua à populo Dei submouerentur. Nam Eunuchi, & i quibus nulla erat proles, videbantur reiecti à Deo, & exclusi à promissione qua Dominus Abraham dixerat, sic fore semen eius vt stellas celi, & arenam maris. In summa, omnes reuocat à consideratione sui ipsorum, vt mentes suas in vocationem Dei penitus defigant: atque ita imitentur fidem Abraham, qui neque emarcidum corpus suum respexit, nec cœlestam vulum Sarah, vt per incredulitatem sicutum disceptaret de potentia Dei: sed supra spem omnem sperauit. Contemptibiles autem & probrolos alloquitur Propheta, ne diffidant: quia non est acceptio personarum apud Deum: vt inquit Petrus: sed in quauis gente qui timet ipsum, & operatur iustitiam, is acceptus est illi.

Exod. 31.

13.17

Ezecl. 20.

12

Hof. 1.10

Ephes. 2.12

Datur. 16.15

Gen. 15.5,

C 22.17

Gen. 15.6

Rom. 4.18

19.20

Acti. 10.34

4 Q U O N I A M S I C D I C I T .) Sequitur confirmationis: quia prius Dei cultores, qui Sabbatum obseruantur, atque adhaerent Legis iustitia, tametsi enim sunt, aut aliud impedimentum habent, locum nihilominus in Ecclesia sum habentur. Videtur autem hoc modo externas notas, quibus solis gloriantur Iudei, in nihilum redigere; quia nouae Ecclesia non externa, sed spiritualis est dignitas, & fideles utrumque nullis polleant insignibus eorum mundo, in modo contempti sint atque ignominiosi, eorum Deo tamen excellent. Nam ubi cum Sabbati custodia obedientiam ponit & observationem foderis, hinc colligere promptum est, cum haec tenus de Sabbato loquatus est, non frigidam ceremoniam spectat, sed perfectam sanctitatem, ubi iterum inicitur factum est, non filii Dei, ne a Legis praescripto vel tantillum declinet: qui si non permittitur illis eligere quod visum fuerit, sed quod Deus sibi placere ac probari denunciat. Quare tam simulatio quam inconsideratus zelus hic dannatur, ubi Deus & placita sua commentis hominum opponit, & iubet fædus suum serio apprehendi.

5 E T D A B O I P S I S .) Hic videmus patet fieri omnibus, tametsi indignis, aditum in regnum Dei. Alludit autem ad Ierosolymam, & templum in quo Dominus statuerat memoriam sui nominis. In eo autem locus nemini dabatur, praterquam solis Iudeis: atque pollutum existimat templum, si quis est Gentilis in id ingressus esset. Vnde etiam graui tumultus aduersus Paulum excitatus est, quod incircos eum duxisset. Nunc Dominus promiscue admittit quos prius artebat. Et sane sustulit hoc discrimen, dum nos, quia alienigenae eramus, in templum, hoc est, in Ecclesiam suam introduxit. Ea autem non circumscribitur angustis illis Iudeis in Iudeis, ut olim: sed extensa est per viuierum mundum. **¶** accipitur hic pro loco, ut sepe alias. Posset etiam accipi pro Authoritate vel potentia: quia euidentur in eandem dignitatem, ut filii Dei habeantur. **N O M E N M E L I V S .** Quare potest, an Dominus comparet Iudeos qui tunc in Ecclesia erant, cum fidelibus quos postea in eorum locum accersit: vel futurum populi statum, cum statu illius temporis. Nam certum est melius hodie nomen esse Gentium quam Iudiorum, qui propter infidelitatem suam resecti sunt: nos vero in eorum locum successimus, tanquam oleum alii nisi in bonam oliuim: quemadmodum ait Paulus. Posset igitur hic esse sensus, Eunuchos & alienigenas melius nomen habituros, quam filios & domesticos, qui velut peculum Dei fuerunt. Sed malo alter exponere, nempe maiorem fidelium dignitatem fore sub Christo, quam sub Lege fuit. Præstantissimum nomen habuerunt patriarchæ, quum Patrem inuocarent Deum, cique fratribus coniuncti fuerint: sed multo pleniuss effusa est in nos Dei gratia aduentu Christi: quare multo præstantius in ipso nomine nasci sumus. Nomen hoc PERPETUVM vocat, quia scriptum est in celis, ubi seculis omnibus vigebit ac florebit. Impij nomen suum in hoc mundo celebrari volunt, & fama sue consulunt, ut memoria nominis eorum perpetua esse possit: sed caduca & momentanea est. At longè diuersum est hoc nomen: nos enim efficit heredes regni caelestis, ut coram Angelis filii Dei censeamur. Possemus etiam interpretari נָאכְנָה, prout nomen quod habetur ex filiis. Homines enim filiorum propagatione nomen suum quodammodo perpetuant. Hoc nomine longè excellentius fore promittit. Sed priorem expositionem sequi malo.

6 F I L I O S A L I E N I G E N E . Idem repeatit quod prius dixerat, Deum apertum promiscue omnibus templi fores, ut nulla sit amplius Iudei & Graeci distinctio. Adiungi autem intelligentia Deo quos sibi conciliari per Verbum, quod vinculum est nostra adoptionis. Atque hanc desponsationem est in misericordia & fide: cuius meminit Hoseas capite secundo. Porro non modò attiuum illis concedit, in quo adoret ut olim plebs solebat, sed ordinem magis honorificum illis attribuit, ut pro sacerdotibus vel Leuitis Deus agnoscat, qui ante profani erant. Sed notandum est finis vocationis, qui mox sequitur: quoniam hac lege Dei ministros fore dicit, ut diligant eius nomine. Hic ergo excluduntur hypocritæ: quoniam hoc coniunctum habet vocatio, ut Domino seruimus, idque prompto animi affectu & liberali. Nullus enim Dei cultus esse potest, nisi obsequium voluntarium ac promptum sit. Et quod de eleemosynis dicitur, Hilarem datorem diligere à Deo, ad omnes vita pars accommodari debet: ut cultum Deo voluntarium exhibeamus. **¶ Q V I S - Q V I S C V S T O D I T .** Iterum Sabbathi mentionem facit, cuius nomine diximus viuierum Dei cultum comprehendendi. In eius autem obseruatione quod summum erat a populo negligebatur. Externa enim ceremonia contenti, veritatem omittebant: id est, emendationem vita. Sic autem ipsos quiescere volebat Dominus, ut ab omni scelere & nequitia & manus & metes ablineretur. **E T A M P L E X V S .** Hic ardorem & constitiam exprimit eorum quies Deo subiecti, & adherentes Verbo. Ergo si federe coniuncti sumus Deo, nos ciui tenaces esse, & pia doctrina firmiter herere oportet, ne villo modo auelli ab ipso aut dimoueri possimus.

7 H O S A D D V E C A M .) Idem exprimit his loquitionibus quod prius dixerat, Alienigenas qui prius excludebantur ab Ecclesia Dei, ad eam vocari: ut discrimen circumcisio & preputio deinceps tollatur. Nam hæc ad proselytos referri non possunt, qui per circumcisioem cooptabantur in populum Dei: nec enim id nouum aut insolitum fuisse, sed testatur propaganda eis gratiam Dei per totum orbem: quod fieri non potest, nisi aggregentur Gentes Iudeis, ut idem corpus efficiatur. Hoc autem accidit sublato discrimine preputij & circumcisionis. Itaque nihil

Act. 21.
28.

Rom. 11.24

Hose. 2.19
20

2.Cor. 9.7

est quod nunc prohibeat Gentes ministare Deo, quum in templum, hoc est, in pitorum cœtum vocatae sunt. Imò nuper vidimus a tribu Leuitica Sacerdotium non modò ad totum populi vulgus, sed ad ipsos exteros transferri. Quantum Iudei abhorreant ab hac sententia, satis notum est. Nam eti⁹ legant hæc Prophetæ verba, tamen pro summo portento ducum, Gentes ad tantum Dei beneficium vocari, quod peculiariter ipsis destinatum erat. Est tamen aperta Prophetæ sententia: vt nequeat, nisi summa impudentia, in dubium reuocari. Gratiam hanc à fructu commendat: quia haec sit vera & solida felicitas, proprio Deo frui. Scimus quidem impios letitia diffusores quæ vertitur in stridorem dentium, quia maledicta est à Deo. Ceterum Deus corda pitorum suauissime gaudio perfundit, non solum se illis placatum esse ostendens, sed vbi prospero rerum successu benevolentiam suam ac fauorem declarat, præcipuum tamen est gaudium illud ex pace conscientiæ, quod Paulus adscribit regno Dei, quo scilicet fruimur quum Deo per Christū reconciliati sumus. Promittit etiam sibi gratia fore sacrificia, quoniam hac lege vocati sunt omnes, vt s̄ & sua omnia offerat Deo. Intelligit autem Sacrificiorū nomine, spiritualem cultum Dei qualis in Evangelio præscribitur. Nam Prophetæ visitatum sui temporis morem sequutus est, quo cultus Dei variis ceremoniis inuolutus erat. Nūc verò pro sacrificiis, laudes, gratiarum actiones, bona opera, nos denique ipsis offerimus Deo. Quod grata fôrē significat, ne ex dignitate aut præstantia ipsorum id accidere putemus: sed gratuita Dei benevolentia. meritò enim reiicere posset, si per se ipsa estimaret. Hoc autem velut stimulo nos vehementer ad studium diuini cultus incitari decet, quod opera nostra, quæ nihil sūt, vt pura sacrificia Deo accepta esse cernimus. Addit⁹, s v p e r a l t a r e iquia non poterant aliter accepta esse Deo, nisi in altari, ex quo sanctificationem suam habebant. Ita quicquid offerimus impunitum erit, nisi ex Christo altari nostro sanctificationem mutuetur. Q u o n i a m d o m u s m e a. Prius solis Iudei⁹ destinatum erat templum, à quibus peculiariter voluerat Dominus inuocari. Nam quum Paulus ostendit Iudeos antecellere Gentibus, ait ipsum soli λαζαρία, id est cultum Dei. Singulari igitur priuilegio templum apud ipsis constitutum erat: quum reliquis nationibus idem permisum non esset. Nūc verò sublato discrimine omnibus hominibus, cuiuscunque gentis aut loci fuetint, in templum, hoc est, in domum Dei accessus patet. Est enim adeò amplificatum, vt per omnes tortus orbis partes extendatur. Omnes enim nationes vocatae sunt ad cultum Dei. Hic apertum discrimen habemus Legis & Evangelij. Vnus enim populus sub Lege verum Dei cultum tenuit, cuius gratia peculiariter ei templum dicatum erat: nunc omnibus promiscue patet factus est aditus in templum Dei, vt purè in ipso, id est, vbique adorent. Notanda est autem loquendi forma, que Prophetæ visitata est & familiaris: vtuntur enim figuris quaæ atætæ suæ conuenient, sicuti iam diximus, atque Sacrificiorum & Templi nomine, purum Dei cultum designant. Depingit enim spirituale Christi regnum, sub quo puras vbique manus tollere, ac Deum inuocate licet: nec iam in templo illo, vt inquit Christus apud Iohannem, adorandus est Deus, sed veri adoratores ipsum adorant in spiritu & veritate. Quamobrem aperte huius Prophetæ complementum cernimus: quod scilicet omnibus populis dominus Dei facta sit orationis domus, vt ab omnibus inuocetur Abba pater, id est, quauis lingua ne deinceps soli Iudei⁹ se Deum habere gloriantur. Itaque Prophetas ternom⁹ suum accommodare suo tempori, & visitato ritu neceſſe fuit, vt ab omnibus intelligerentur. Nec enim aderat tempus plena revelationis, sed cultus Dei variis figuris cōuenitus erat. Ceterum dubium non est quin templum, quod nomini Dei consecratum erat, verè fuerit domus ipsius. Nam per Mosem testatus erat, vbi cunque nomini suo memoriam ficeret, ibi se affuturum. Et Solomon in dedicatione templi, Cum venient oratuti in domo ista, tu exaudiens in celis, in habitaculo mansioñis tuæ. Atque ideo Christus exprobaret Iudeis, quod domum Patris conuerterint in speluncam latronum: atque istum locum coniungit cum Ieremias loco. Vocat autem Christus templum, Orationis domum, habito eius temporis respectu, quo Evangelium nondum publicatum erat: nam eti⁹ aduenerat ipse, nondum tamen innoverat: nec ritus Legis abrogati erant. Cum autem velum templi scissum est, atque annunciatæ est remissio peccatorum, haec templi encomia cum aliis ceremoniis cessarunt. Ab omnibus enim populis Deus vbiq; inuocari coepit. Hic interea notandum est, ideo nos in Ecclesiā vocari, vt Deum inuocem⁹. Nam inaniter gloriantur, qui neglectis precibus & vera inuocatione, locum in Ecclesia obtinent. quo cunque igitur in loco sumus, ne hoc fidei exercitum à nobis negligatur: quando ex verbis Ii⁹ & colligimus summum & excellentissimum hoc esse sacrificium, quod Deus exigit: sicut etiam dicitur l' salmo quinquagimo, vt in eo statuatur Templi sanctitas, sūlic vigeant preces.

8 D I C I T D O M I N U S I F H O V A.) Iterum confirmat Isaias quod prius de restitutione populi testatus est, nā magnifice quidem extulit gratiam Dei, qua populum liberatus erat: sed talis erat Ecclesiæ status, vt ridicula eiusmodi promissa viderentur. Non sunt igitur superiacaneç eiusmodi repetitiones, sed ad fulcendos debiles animos necessariò additæ, vt quod aliqui incredibile et, at, certò ipsis persuaderetur. Q u i c o n g r e g a t. Deum pro cause circumstantia hoc epitheto insignit: quia eius officium sit congregare dissipatam Ecclesiam, quod idem Psalmus 147.

mo 147. legitur in eundem sensum. Ideo promittit se aggregaturum ipsos: nec ipsos tantum, sed *Psalm. 147.* variis populis ipsi adiunctur, ut magno in numero augescat & multiplicetur Ecclesia. Proinde quoties variis Ecclesia clibus perculli de eius collectione diffidimus, hunc clypeum obincere conuenit, Domini est congregare dispersos Israe: quanvis longè dispersi ac disiecti sint, tamen eos in integrum facile reliuet. *Ad huc CONGREGABO AD EVM.* Ego libenter retineo proprietatem verborum Prophetæ. *By, id est, Ad, vel Super.* Respicerem enim mihi videatur ad id quod superiore versu dixerat, fore ut templum pareret omnibus populis. Et significat se ad Iudeos qui collecti fuerint, plures etiam alios additurum: quod re ipsa euenit, nec enim fulmmodò collegit dispersos in Babyloniam, sed & alias dissipationes collegit, quas frequentes & penè quotidiana fuerunt. Nec vñquam colligere cestivit: ita ut magnum cunulum addiderit ad istos congregatos.

9. *OMNIS BESTIA.*) Videtur hoc vaticinium à superioribus discrepare: nam quæ haec tenus à Prophetâ dicta sunt plena fuerunt suauissimæ consolationes: nūc autem videtur atrociter minari, atque horrendam validitatem nuntiare. Hæc quidem pugnaciam videri possent: sed postquam consolatus est pios, alienum videri non debet, si ipsos de futura calamitate premonant: ne quum omnia viderent interitum proxima, animum despoderent. Simil etiam ut ipsa necessitas eos acueret, quod magis sollicitè & feruenter ad Dei gratiam confugerent. Accedit etiam alia ratio, Quod hypocritæ abutuntur promissis Dei, eaque falso obtendunt: spem concipiunt inanem: atque infolenter de iis quæ nihil ad se pertinent, gloriantur, his igitur falso iactationis materia in admire voluit Isaías. Atque ita duplex eius consilium fuit: primùm, ne pitorum animi frangerentur variis calamitatibus, quibus propè ad internectionem redigendi erant: inò rebus etiam adhuc quietis fide procul cernentes futuram cladem, vñco hoc solatio contenti forent. deinde ut horrore & metu percelleret hypocritas, ne vana confidentia se efferreret, sibique prætextu harum promissionum nimium indulgerent. Propterea aduocat Deus, non homines, sed truculentas bestias, à quibus populus deuoretur. Pios igitur perturbari & solicitari ad dissidentiam vetat, quum hæc feræ bestiae mittentur. Quanquam interea ipli quoque timorem incurere voluit, ut ad penitentiam stimularet: & ad expectandam Dei misericordiam hortari, ne promissiones villescerent. Quum bestias agri non inueniunt, intelligit omnis generis: nec tantum Chaldeos & Assyrios, sed Antiochum, Romanos, ceterosque populi hostes comprehendit, à quibus varia clades illarum sunt. Sed potissimum eam spectat cladem quam accepit populus à Chaldeis, quum ab ipli in miseram seruitutem abductus est.

10. *SPECULATORES.*) Nunc subiicit causam cur perdendus sit populus: quod scilicet à malis præfectis & pastoribus regeretur: non quod in ipli foliis culpam reuincere velit, populum vero innoxium esse putet: sed quod tale esset initium mali. Nec enim eximimur à culpa si cœcos duces sequaniur, sed potius dignas sceleribus nostris pañas damus. Nā bonos duces iis eripit Dominus, quos ob ingratisodinum suum vñscisci vult. Speculatorum porro nomine non solù intellegit Prophetas quibus iniunctum erat docendi munus, sed etiā iudices, præfectos ac Reges, qui ritè omnia administrare deberant. Vt unque enim regimen comprehendit, & præceptorum, & ministrorum Verbi, quos Dominus veluti biris in corpore oculos, ad regendam Ecclesiam constituit. Proinde si praui sint, vel infidi, nulla deterior peccati reipublicæ oriri potest. Primum vero exprobrat illis inficiam suam. Quemadmodum enim præcipua dos boni pastoris est nosse officium suum, ut quid gregi utile, quid nocuum sit iudicet, atque sedulò vigilare, & stare quasi in speculi, ut omnibus modis eius salutem procuret: ita nihil magis ab ipso alienum est, quam ignorantia & cecitas. Nemo igitur futurus est idoneus pastor, nisi qui rectam gubernandi populi rationem teneret. Atque hinc appetat quid sentiendum sit de idolis nostri temporis, qui superbè & insolenter pastorum nomine gloriantur, quum indoctrinare & ignorare sint bestiæ. Secundo loco vocans Mutos canes, obicit illis ignauiam & socordiam. Nam quum pastorem bonum deceat industria & sedulitas, dum ignavos ipli & socordes vocat, ostendit nihil in eis suis quod pastore deceret. Quin ergo destituiuntur bonis pastoribus, atque in eorum locum ignavæ aut etiā immanes belluae succedunt, agnoscamus iram Dei, atque exitium haud procul absesse intelligamus: quia hinc Propheta minatur ac denuntiat populo interitum, ubi obmutescunt pastores. Vnde sequitur constitui à Deo, ut canum officium præfert, id est, excubias agant, abigant latrones ac fures, nec eos in ouile ingredi patientur. Quod si tam fida est custodia canum, & propensa affectio in dominos, ut semper vigilent pro eorum salute, nec latrato abigere desinant eos à quibus periculum imminet: pudere debet pastores, dum ignavæ & somnolentæ sui indulgent, ab animali bruto superari.

11. *ET CANES III.*) Tertium vitium quod notat in malis pastoribus, est infatabilis habendi cupiditas. Tametsi ignavi sint, inquit, ad res bene administrandas, sunt tamen validi ad cibum capiendum. Ahij longius extendunt Prophetæ verba, quod scilicet tyrannice dominantur. Quod vitium Ezechiel nominatum coarguit. Feroce enim solent pseudoprophetæ, atque inhumaniter & barbarè se gerunt erga populum Dei. Verum si quis proprius expendat, intelligit Prophetam loqui de infatibili eorum cupiditate: quam etiam postea exprimeret pluribus

verbis. RISPICIVNT AD VIAS SVAS: hoc est, Intenti sunt rebus suis: quisque quod suum est querit. Denique significat neminem esse qui aliis preferri non velit; ac si sibi quisque natus est. *mpo* varie exponunt. nam alij, In fine suo, hoc est, In suis partibus: quasi legeretur *mpo*: sed non conuenit sensui Prophetæ. alij, A termino eius avaritia. Simplicior autem mihi video interpretatio, A fine suo, id est, à parte sua: quod vulgo dicimus, *Chacun en son endroit*. Vnusquisque ergo avaritia intentus, ad se trahit omnia & applicat: & neglecto officio, studet commodis suis. Hinc colligimus neminem seruire Deo posse, qui prauis cupiditatibus addictus est: qui verò studebit opibus congerendis, animum adificans Ecclesie Domini non apponet. Nullam cœxitatis genus dexterius est: potest avaritia: quod magis fugienda est pastoribus, si fideles se Deo seruos praestare velint. Quum videmus Prophetam conqueri de malis pastoribus sui temporis, ne turbemur quid idem nobis hodie vnu venit: neque insolitum putemus quid tam pauci in operis Domini serio incumbant.

12. VENITE.) Postquam de avaritia & socordia pastorum loquutus est, deploratam eorum nequitiam & peruvicaciam ostendit. Inducit enim ipsos loquentes, & praefractas corum voces in medium profert: ex quibus appetit ipsos nullis monitionibus aut minis in viam reduci potuisse: sed omnia fecure contempisse. Reculit alio loco Propheta irrisorū verba, qui seruis Dei ad sacram & cinetem horatibus, ad epulas & pocula sese inuitabant, Edamus & bibamus, cras enim moriemur, quid nobis molesti sunt isti Prophetæ: nunquam bene nobis erit, si aures ipsiis accōmodemus. Et eiusmodi quæ capite 22. & 28. vidimus. Similem his querimoniam repetit Isaías, quod pastores oblinarent sese, ac veluti callum obducerent aduersus iudicia Dei. Nec verò tātum reprehendit eos quod vinum & siceram biberent, quod per se malum non est: sed mentis ebrietatem & ferociam, qua superbè & arroganter contemnunt homines verbum Dei. Aliis locis damnatur abusus vini & ebrietatis: sed hīc inuehitur Propheta aduersus insanam proteruiam, qua pastores elati in Deum, omnes minas, monita, reprehensiones, omnem denique religionem proculabant. Quamquam non dubium est craftum illud turpe flagitium notari, quod se vino & epulis intempestiis quasi data opera obruerent, ne quis pudor vel metus, ne qua Dei vel hominum reverentia eorum securitatem turbaret: sicuti impij quibusunque possum illecebris se obstupefiunt, quod audacius us magisque efficiunt licentia se præcipit. Hoc autem horrendum ac stupendum exemplum est, talem scilicet Dei & religionis contemptum intueri, non in exteris, non in plebecula, sed in ducibus ipsiis & primariis viris, qui cætetus exemplo suo docere debuerint, in sacro sancto illo ordine qui imaginem Christi referebat: nam & Reges & Sacerdotes typum eius & imaginem gerebant. Quam intoleranda verò sit haec superbia, qua homines sese furiosè Verbo opponunt, satis notum est. Deplorati enim sumus & perditis, quum hanc medicinam, qua extrema est, respiniimus: nec enim à Domino reduci nos patimur. Propterea denūtiauit alio loco fore ut haec nequitia nunquam expiatur. Prout hīc notatur extrema impietas: & diligenter expendere operæ pretium est illa verba, sic ut HODIE, ITA CRASTINVS DIES. Id est, Si bene nobis hodie est, cras melius erit: ne simus miseri ante tempus. Crimen enim exaggravat, quod Dei lenitatem & patientiam ludibrio habentes, sibi impunitatem promittant, ac si dicit Deus, vel deliciis vacaret in celo, quoties peinas suspendit. Ut hodie quoque diabolicis eiusmodi prouerbiis homines conscientias sopire, in modo fascinare student, ut liberius se volarent in omni genere voluptatum, flagitiisque & sceleribus suis indulgent. Ne igitur in horrendum hoc iudicium Domini incidamus, reuocet se vnuquisque ad calculum, ac procul iram Dei amaduerait, ne ab ipsa repente atque ex improviso opprimatur.

CAPVT LVII.

1. **V**S T V S perijt, & nemo est quæ cor adiicit. Viri misericordiae colliguntur, nec est quæ animaduertat, quod à facie mali colligatur iustus.

2. Veniet pax, quiescent in cubilibus suis, quis quis ambulat corā eo.

3. Et vos accedite huc filij beneficē, semen adulteri & meretricis.

4. Super quem oblectati esis? super quo aperius sis os? excriuissis languam? amon vos filij prædicatores? semen mendax?

5. Incaescentes in "queribus sub omni arbore frondosa, immolantes pueros in conubilibus, sub prominentijs rupum.

"Vel, in partibus 6. In politis" lapidibus vallis pars tua: ipsi, ipsi sors tua. Etiam ipsis fidisti libationem, oblationem, & officium: an super his" oblectationem capiam?

"Vel, non 7. Super montem excelsum & cœlum posuisti stratum tuum. Etiam illuc ascendisti ad im-

ad immolandam victimam.

8 Post ostium & postem posuisti memoriale tuum: discoperta es a me: ascendisti, dilatasti lectum tuum, fecisti cum eis fædus, dilexisti lectum corum, loco quem vidiisti.

9 Et profecta es ad regem cum oleo, multiplicasti pigmenta tua: misisti legatos tuos ad locum remotum, humiliata es usque ad infros.

10 Fatigata es in multiplici itinere tuo: nec dixisti, Desperatum est. Inuenisti vitam manus tue, ideo non doluisti.

11 Et quem reuerita es, & timuisti, quod mentita es, & mei non es recordata, nec posuisti super cor tuum: amon quia ego dissimulauim, & a seculo ideo me non times?

12 Ego annuntiabo iustitiam tuam & opera tua, nec proderunt tibi.

13 Dum clamaueris liberent te collecti tui. Atqui omnes tollent ventus, rapiet vanitas. Qui autem in me sperat, hereditate obtinebit terram, & possidebit montem sanctitatis mee.

14 Et dicet, Sternite, sternite, complanate viam, tollite offendiculum è via populi mei.

15 Quoniam sic dixit excelsus & sublimis, habitans in perpetuitate, cui nomen Sanctus: Excelsus & sanctum incolo, & cum afflito & qui humiliis est spiritu, ut vivificet spiritum humilium, ut vivificem cor afflictorum.

16 Quia non in perpetuum litigabo, neque semper irascar. Nam spiritus à facie mea in- " Vel, late- ductur: & flatus ego feci.

17 Propter iniquitatem cupiditatis eius iratus fui, & percussi eum: abscondime, & irascar: ipse autem auersus abiit in via cordis sui.

18 Vias eius vidi, & sanabo eum, & ducam eum, reddens ei consolationes, & lugentibus eius.

19 Creo fructum labiorum: pax, pax longinus & propinquus, dicit Ichoua, & sa- no eum.

20 Impij autem qui similem disipulum, quod quiescere non poterit: & projiciant aque eius canem & lutum.

21 Non est pax, dixit Deus meus, impii,

IN CAP V T L V I I .

VSTVS PERIIT.) Argumentum suum prosequitur Isaías. postquam enim ostendit quām securè versentur in delitiis suis hypocritæ, & quām impudenter contemnunt verbum Dei, etiam conqueritur, quod opera Dei non confiderint. Hic enim, velut amplio in theatro, ad contemplanda Dei opera constituti sumus: nec ullum iam minutum est opus Dei, quod leuiter a nobis pretereundum sit: sed omnia accuratè & diligenter obseruari debent. Hoc autem præ aliis speculum prouidentia proponit Dominus, quod pios ac probos viros eripit è vita, quum statuit grauius animaduertere in populum suum. Sed nemo id confidat, aut reputat imminentis existij signum esse, colligi ipsos in tutum à Deo, ne communibus misericordiis afflicantur. Summa est, longè falli impios, dum nihil felicius esse ducunt, quām sibi vitam diu propagari: atque ita sc̄ preferunt Dei cultoribus, qui maturius decadunt. Nam vt sunt mundo affixi, hoc quoque prætextu sc̄ obdurant, quod quali non nisi fauente Deo, aliis mortientibus salvi maneant & incolumes. Si VIROS MISERICORDIA intelligas Beneficos vel humanos, hoc epithetum diligenter notandum est, quo ostendit Prophetæ quæ sit vera iustitia filiorum Dei, quoniam eam hypocritæ in rebus nihil constituant. Nihil autem gratius est Deo, quām beneficentia, qua iustitia nostrâ testatur, vacuūnque ab omni simulatione animū patefacimus. Sed non minus commode sumere habebit passio sensu Viros misericordia, quos Dominus misericordia sua complexus est. Est enim hæc phrasis Hebreis latissima, nec male conueniet tacitè gratiam Dei opponi pueris & feminis hominum iudiciis: quia pro damnatis habere solent qui in ætatis flore rapiuntur. Ceterum quum passim mansuetudinis & beneficentia nota insigniat Deus filios suos, potest, vt dixi, hæc

veræ iustitiae esse definitio. Hinc apparet multos eo tempore probos viros collectos fuisse à Dominis, quorum morte horribilis aliqua clades significabatur: nec tamen eiusmodi præfigia à Iudeis animaduersa esse. Imò audacius fuisse luxuriantes: quia feliciter secum agi putarent, dū sanctissimis quibusque maneant superstites. Hec autem doctrina seculis omnibus conuenientissima est. Sapientia enim accidit ut piros viros auferat Deus è medio, quem seuerius impiorum scelerata vlcisci vult: nam quum peculiarem pro suis curam gerat Dominus, eorum misertus, velut ex incendio eripit: ut etiam superstites ex eo iram Dei animaduertant. Nec tamen ea lex perpetua est, quum sapientia iusti vna cum reprobis temporalibus penitus implicentur: sed adeo frequens, ut raro alter eueneriat. Nostris temporibus insigne exemplum editum est in morte Lutheri, qui paulo ante subductus est à mundo, quā Germania accideret grauis illa clades, quam multis annis pre-dixerat, dum in Euangelij contemptum, in flagitia & libidinis quae passim vigebat, inuehetur. Rogabat autem sapientia Dominū, ut prius ipsum ex hac ipsa vita euocaret, quā intueretur graves illas poenas, ad quarum apprehensionem toto animo cohorescebat. Atque id à Domino impetravit. Ecce paulo post eius mortem, repentina & improuisa irruit clades, qua Germania miserè afflicta est, quum nihil minus vereretur. Extant quotidianā eiusmodi exempla, quae si animaduerterentur ab hominibus, non ita securè sibi & virtutis suis indulgerent. Sed hoc potissimum refrendum duxi, quod quum recens sit, tum verò quod in tam insigni præcone Euangelij, & Prophetia Dei, magis conspicuum esse debeat. Itaque & in vita & in morte iustorum opus Domini sedulò attendere debeimus. Præcipue verò in morte, quā Dominus ipsis ad vitam meliorem euocat, ut à miseriis quibus immergi impios neceſſe est, eximantur.

2 VENIET PAX.) Describit Propheta qualis sit impiorum conditio in morte: quoniā impij, qui nullam aliam vitam quā presentem putant, eos perire arbitrātur. nihil enim aliud in morte quā interitum apprehendunt. Ideo dicit venturam pacem, quæ mille turbulentis vires sit optabilior: ac si eos confortet militibus emeritis, quibus placidum otium colere licet. Addit similitudinem Somnij, ut ostendat ab omni curarum inquietudine solutos fore ac liberos, perin de acsi tutò & suauiter dormirent in stratis suis. Quod sequitur, QVI S QVI S AMBVLAT, hoc participium non refero ad nomen Θεού, sicut alijs, qui hunc volunt esse sensum: quod pax antecedet pios, ut sit illis quasi dux via. Sed ego fideles portius designari arbitror: ac si dicere: Quisquis ambulat coram Deo, is fruetur pace. Iusti ergo quum moriuntur, variis laboribus extatatis, quasi confitatio spatio, ad quietem & pacem vocantur: quiēscunt autem in stratis suis, quia nondum plena beatitudine & gloria fruuntur: sed extremum resurrectionis diem expectant, quo plenissimè omnia instaurabuntur: idque mihi videtur significasse Iesai 1s. Dicit quipiam, Annon iusti fruuntur hac pace dum viuunt: nam fructus fidei est, ut in patientia possideamus animas nostras. Respondere, Quanvis fides generet pacem in animis nostris, tamen nos variis motibus & turbulentis agitari: nec vñquam in vita sic quietos & placidos esse, ut quum nos ad se Dominus recipit. Placida igitur & quieta est mors iustorum, quum in conspectu Dei præiosa sit: impiorum verò turbulentia. Hinc etiam colligere possumus immortalitatem animorum: nam si nullus inesse animis sensus (sicut fanatici quidam somniarunt) pace frui non posset. Fruuntur ergo pace & quiete, quoniā in Christo viuunt.

3 ET VOS.) Postquam de beata & tranquilla piorum morte loquutus est, inuehitur summa vehementia aduersus impios, qui flagitiosè & nequiter viuere non desinebant, nec piorum morte mouebantur. vt enim pace frui pro dixerat, sic istis implacabile bellum denuntiat. Imò sanctis Dei cultoribus mortem docuit fore instat latibuli, quod eos à turbine & procella, aliisque tempestibus protegat, vt proterius Dei contemptoribus extrema queque minitaretur. Est enim hic nota antithesis inter pios qui coram Deo ambulat, & impios qui cōtumaciter Deo resistere non desinunt. illi fruentur pace mortui: hi & in vita inquieti futuri sunt, & in morte diros sentient cruciatus. Prodire iubet ad Dei tribunal, quod suis integrumentis effugere se posse confident. Negat igitur tergiuerando quicquam proficere, quia iniuiti trahentur. Ceterum quod magis obdurantur, acrioribus stimulis configi neceſſe fuit. Quare non potuit nimia Prophete esse asperitas tam in vellicando eorum stupore, quā in sternendo faltu. Et certè quām infolleret se ferrent Iudei ob genus suum, statis notum est: ideo Prophetis eorum arrogantiā & superbia retundere solenne fuit, ac negare ipsis esse filios Abraham, quum degeneres ac perfidi essent. Hac ratione vocat ipsis Iesaias SEMEN adulteri & meretricis. Eodem modo exprobrat i- Ezechiel, pater tuus Amorrhæus est: mater tua Hethæa. Et passim similes loquendi formæ occurunt. Intolerabilem igitur ipsorum audaciam retundit, atque incaitos & reluctantates in medium protrahit, ne tribunal Dei se effugere posse existimarent.

4 SUPER QVO.) Ostendit Propheta nullam esse causam cur Iudei tantopere superbirent pretextu generis sui, quum ludibrio habent Deum & Prophetas. Putabant autem sibi negotiū esse cum hominibus, quā respuerent Verbum: sicuti hodie videimus impios, dum securè contemnunt doctrinam Dei, & subfannant ministros, nihilominus obtendere Dei nomen, cōque inanergiori. Hec causa est cur Propheta vehementius urget ipsos, atque exagit. Verba huc tēidunt,

dunt, Cūm linguam exeritis in Deum, atque illuditis eius verbo, an putatis negotium vobis cum homine mortali esse? Illud enim **SUPER QVO**, significat eos subterfugia captales, & integumenta quibus impietate suam velarent, nec enim facetur impij se rebelles esse. Deo in grauem libi iniuriam fieri obtendunt: sed protrahendi sunt in lucem, ac conuincent suae impietatis. Nam si quis in celo Deus est, bellum cum ipso gerunt, dum eius verbum oppugnant, aut reuident, & habent pro fabula. **A P E R I R E O S & E X E R E R E L I N G V A M**, pro codem accepit, nisi quid his locutionibus impudentiam magis notauit: quod non solum reuident Deum, sed etiam iudicio habent. Interior enim contemptus animi ipsos in apertas subfannationes & protervas impulerat, vt nullus dedecoris metus eos tangeret. Tamen concludit ipsos esse filios praeuaricatores: semen mendax: atque merito ipsi exprobrialle, quod filii essent hereticis. nec enim posset eiusmodi contemptus in filios Abraham competere. Hinc dicimus quomodo tractandi sint impij, & quam leuerè arguendi sint, ne sibi placeant: & quod magis despiciunt omnia que proponuntur Dei nomine, sacrilega ipsorum impietas detegenda, atque in medium proferenda est.

I N C A L E S C E N T E S.) Alij vertunt, Delectationem capientes, vel Consolationem: sed Propheta usurpat similitudinem que passim Scriptura visitata est, praesenti vero cause maximè apta. Nam Dominus ardorem quo feruntur idololatriæ conferre solet cum meretricio amore, quo leues ac miseri homines inflammati caco impetu ruunt. Nihil enim habent moderationis idololatriæ, nec ullis rationibus ab infania sua se reuocari sinunt. Est autem idololatria coram Deo fadissimum genus scortationis. **¶** alij Deos, alij Quercus vertunt. Liberam cuique lectionem relinquunt. Semper enim sensus idem erit: neque dissentient interpres, quin Propheta idolatriam damnaret. Non contendit igitur de lectione. Quanquam probabile est, more Hebraico bis idem repeti per speciem & genus: & interea sub voce ambigua Prophetam alludere ad deos. **I M M O R T A L I T E S P V E R O S.** Hic magis premit Iudeos, eoque non esse verum semen Abraham ostendit: cum se polluant omnis generis superstitionibus. Quia vero Iudei sibi placebant in talibus figuris, ideo turpitudinem ipsorum detegit: Vos quidem obtenditis religionis noniem, sed pronuncio vos scortari cum idolis. Sic igitur detegenda & digito monstranda est impietas, quam variis coloribus vafrī & malitiosi homines obtegere conantur. Itaque fungitur strenue officio suo Prophetam, dum eos citat ad tribunal Dei, ac reos peragit, tametsi modis omnibus tergiuersari veint. Ostendit autem ipsos praeuaricatores esse, ac discessisse à Lege Dei, detectando idolorum cultu: atque speciem horrendi cultus, inò execranti portenti commemorat: nempe immolationem puerorum, ex qua fatis appetet, quam efficax sit erroris spiritus, vbi semel à Deo homines recesserunt. Eorum enim mentes sic occupat Satan, ut ad insaniam proflus & rabiem adigat. Qui vero liberis suis non parcunt quin eos iugulent, velut iusti sacrificij causa, insanos ac furiosos eis necesse est. Nec tamen aliquo pretextu carebant truculenti illi patricide: nam facinus suū tegebant Abraham exemplo, qui virginito filio non pepercit. & veteres Hebrei **χρεωνται** fuisse putant, Si filius simus Abraham, liberis nostris parcere non debemus. Atqui Abraham Dei mandato id faciebat: hi sponte, & iniussi Dei. Extraordinarium fuit exemplum, quo fidem Abraham probare, ac testam facere voluit Dominus: nec tamen immolatus est Isaac, prompta enim & alacti Abraham voluntate Dominus contentus fuit. Hi liberos suos maestabant. Peruersa igitur imitatio & damnanda fuit, cum longè à Patre suo dissiderent. Quod diligenter notandum est: quia magna pars superstitionum ab hoc **χαρακτηρισ** fonte profecta est. nam temere & sine delectu arripuerunt homines quicquid à Patribus actum erat.

I N P O L I T I S L A P I D I B V S.) Prosequitur idem argumentum: & varie exagit superstitiones que in Iudea regnabant, nullus enim locus ab idololatria integer aut immunis erat. Non rupe, non fluuij, non conualles, nulla pars omnino fuit, in qua in monumentum superstitionis sua non statuissent. Habebant icos suos & montes, in quibus more Gentium sacrificabant. Siue hic Politos lapides, siue Partes fluminis legamus, idem sensus erit. Significat enim Iudeos sibi rationem delegisse, quia Deum coleret: atque à regula, quam præscriperat in Lege sua, recessisse: ac proinde detestabiles atque impios esse omnes cultus quos arbitrio suo exhibebat. Sola enim Dei vox in religione & cultu ipsius audienda est. Si Politos lapides vertere placeat, perstringit Isaías Legis contemptum, vbi veterat Deus mallei aptare lapides vel formate extundo altari: quia non nisi in uno sacrificia offerri volebat. Sed quia apud Gentes tritum fuit in fontibus & fluuis Templa dedicare, non minus conuenient alter sensus. Repetito que mox sequitur emphatica est, **I P S I, I P S I.** Potest autem suppleri verbum in modo permissionis, vt permittat Iudei Dominus harere suis figuris, quandoquidem ipso relictos, idola & commentitios cultus maluerunt: sicuti Ezechielis 20. Ite, sacrificare idolis. Atque hac lectio mihi magis arridet, ac si diceret, Ego figura vestra vobis relinquo, ac facile patior vos esse illis in totum addictos, iuriique meo renunciatio, quia nihil mihi negotij est cum perfidis apostatis. Nec tamen dubium est quin alludat ad testimoniun illud Molis, cuius ore Dominus se in hereditatem populo suo fore dixit: vt ipso solo contenti essent. Quod etiam sequutus David dicit, Dominus pars mea, hæreditas mea. Cum igitur Iudei defecissent à Deo, atque idola sequuti essent: merito Dominus ipsos ea sibi habere iulf.

fir, atque significauit eos nihil commune secum habituros. F V D I S T I L I B A M E N. Pergit in superstitionibus commemorandis, s^eque ab illis reiectum & abnegatum fuisse confirmat: quia trans tulerint ad falsos deos quicquid sibi vni proprium esse volebat. Poterant autem ad singula Propheta verba excipere Iudei, nihil aliud sibi in animo propositum esse, quam ut Deum colerent. Sed Propheta vanos eiustmodi & ineptos praetextus non moratur. Prouocatur enim ira Dei commentitiis cultibus: & quod diuturniores & magis assidui fuerint, et magis accenditur. Hinc discamus quanta sobrietas tenenda sit in cultu Dei, vt a solo eius verbo pendeamus. nam qui vel minimūm deflectet, non solum operam lusurus est, sed iram Dei accendet, cuius maiestatem impie violat, & quantum in se est, immunit. O B L E C T A T I O N E M C A P I A M. Potest etiam veri, Pœnitentia ducar: atque haec magis recepta lectio est, quod velut cauam ostendere eur poenias de populo sumat, acsi dicaret, An ego quum haec sceleria vlcicar, pœnitentia due potero? Tamen ea lectio quam fecutus sum, mihi convenientior videtur, An oblectationem capiam, vel consolationem ex his sacrificiis quemib[us] obtulisti? quia scilicet delicias sibi facere solent idololatriæ in suis commentitiis: singuntque ea omnia quorum insana cupiditate ardor, Deo simul iucunda esse. Neque superuacanea est eiustmodi interrogatio, quando homines similem sui Deum arbitrantur, & quod ipsi collibitum est, a Deo probandum esse. Ipse vero a se probari negat, aut quicquam aliud sibi placere, quam quod Verbo consentaneum est.

7 S V P E R M O N T E M E X C E L S U M.) Iterum similitudinem illam repetit quam prius attimus. Scortantur enim superstitioni cum idolis suis: quia detrahita simplicitate Verbi, fidem sacri coniugii quod Deus cum ipsis iniit, abrumpti, s^eque Satanæ prostitunt. Nunc vero plus quiddam exprimere voluit Isaia. Nam cum dicit ipsos L E C T V M in sublimi loco statuisse, nihil iam ipsis suæ turpitudinis pudere significat: quemadmodum prostituti pudoris scortum, hominum conspicuum non veretur, nec existimationem suam curat: ita hi palam & sine pudore in conspicuo & eminenti loco scortati sunt. Altaria vero & luces stratis comparat, in quibus exercrandum illud flagitium admittitur: homines vero qui in iis sacrificant, scortis impudentibus & desperatis, neque enim quod alii de lectisternio afferunt latius firmum est. In fine versus absque figura declarat genus scortationis quod reprehendit, quod scilicet victimas idolis immolarent. Atqui putabant le obsequium illud impendere Deo: Dominus vero repudiat quicquid configitur arbitrio hominum, atque lasciviam istam execratur.

8 P O S T O S T I V M.) Amplificat scelus de quo iam dictum est, ne sibi amplius in figuris suis populus blandiatur. Verisimile autem est Isaiam alludere ad verba Mosis: quibus præcipiebat Dominus ut semper Legem sibi propositam haberet, affigerent postibus domus, deseriptamque brachiis suis, & fimbriis vestium involuerent, vt assidue officii sui monerentur. Contrà vero, Iudei inquinabant ostia & postes ædium suarum nosis idololatriæ, nec ullum apud se angulum ab ciuimodi inquinamentis vacuum aut purum relinquebant. Ita obliuio Dei & Legis patrum inducta erat. In eius vero locum substituerunt irritamenta sua libidinis. D I L A T A S T I L E C T V M. Iterum repetit quod prius dixerat: atque ad illam clausulam reddit, Iudeos cum idolis impurissime scortari, cum se Deum colere putant: quia regulam Verbi non sequuntur. Idem enim est acsi mulier derelicto viro se prostitueret in lupanari, & promiscue quoslibet admitteret, acsi lectus esset lata plani cies, & capax magnæ turmæ. Propterea eam D I S C O O P E R A T A M à scipo dicit: quia reiecto coniugii pudore, ab aliis stuprari se ac violari passa est. Deus enim viri locum obtinet, cuius subiecta esse debuerat, sed nouos quælibet maritos, & coniugii foedus violavit. Crimen exaggerat quod Iudei vtrum se obtulerint idolis, acsi proterua mulier eæcum impetu virom appeteret. Alia etiam figura præcipitem illum amorem coarguit, quia scilicet uno intuitu subito & feruenter abrepti fuerint ad quælibet locum. Arguit interea temeritatem hominum, qui se perspicaces putant in colendo Deo, & locos arbitrio suo deligunt. Est autem diabolica hæc perspicacia, quia Dominus oculos nostros in se & Verbum suum defixos esse iubet, vt ad reliqua omnia ocludantur.

9 E T P R O F E C T A E S A D R E G E M.) Hic aliud vitium priori affine taxat Prophetæ, variis enim erroribus parit impietas, atque in perplexas & graues molestias impellit leves animos & timore Dei vacuos: quia æquum est agitari, vel potius raptari sursum & deorsum qui in Deo quiete reculant. Exprobaret ergo Iudeis, quod multum diuque se fatigarunt in querendis subsidis impiorum, nempe dum Assyriis opponere Ægyptios tentarunt: deinde ipse sua fraudulis confugere coerunt ad Babylonios. Nam ubi alienati sunt animi à Deo, aliunde sibi auxilia querunt, magis que sumptu & labore sibi maiores molestias accersunt. Interim dum suis Dominus quietem præbet, vt placide peragant opus suum, impii se frustra crucian, manè surgunt, scrd cubitum eant, comedunt panem doloris, vt dicitur Psal. 127, nec tamen hilum proficiunt: quia Deo authore vel auspicio nihil agunt. Hanc vero prenam ipsis infligit Dominus, vt incerti & dubii perpetuò vagentur, & fluctuant, ne vñquam animo conquiescere possint.

10 F A T I G A T A E S.) Significat homines superuacaneos & inanes labores suscipere, cum Deum non sequuntur. Frustra enim se torquent, sicuti iam dictum est quia nunquam prosperè succedere potest quod aduerso Deo tentatur. Et saltè deridet peruersa eorum studia qui fatigando

fecerunt

Dent. 11. 20
Num. 15. 38

Psal. 127. 2

se totos consumere malunt, quām compositē progredi quō Dominus vocat. D E S P E R A T U M
E S T ad eū, Tametli videoes irritos esse labores tuos, tamen obtinato pergis animos, & que instituta
tua persequeris; at qui vbi male cedunt consilia sua stultis, penitentia duci solent. Oblitos signi-
tut & deploratos homines esse oportet, vbi malo & infelicitate non succedit, non mouetur, vt alii
quando secum cogitent. Quid agis? Hanc peruiaciam attingit Ieremias: fed aliis verbis, nam lu-
dæos adeò præfectos fuisse tradit, vt diceret auctum esse: nempes, Sequemur cogitationes no-
stræ: hoc constitutum est apud nos: nec immutari potest nostra sententia. Hic vero peritringit ita
porem illum quo sic erant attoniti, vt stultitiam suam agnoscere, & penitentia duci rursum re-
flectere non possint. I N V E N I S T I V I T A M . Vitam hic nonnulli pro Viætu accipiunt; aeli diceret
Propheta, Perinde gratius tibi fuit hic labor, aeli viætu tibi manu tua cōparares. Alij Viætu ma-
nus, pro Delectatione, aut summa voluptate. Atque eodem redit utraque interpretatio. In hoc ve-
ro paulo plus est difficultatis, an scrio an ironice loquatur. Nam si simplex oratio, talis erit sensus,
Ideo non dolisti, quia fortuna tibi ad tempus fauere vita est. Vbi enim prosperè cedit infidelibus,
tunc sibi magis in sua infidelitate placent: atque, vt vulgo doci solet, si lumines secunda fortuna
execentur, verum, id potissimum euenit, vbi reliquo Deo, vni & institutis suis adhaerent, tunc
enim securè Deum contemnunt. Potest etiam ironice legi, Qui sit vt non referas gradum ac re-
sipsas cur non agnoscis insaniam tuam? An quia habes vitam in manu tua, & proprie tibi omnia
succedunt? Atque hanc lectionem magis amplectior, tametsi alteram non repudio. Satis autè
patet ex historiis ludæos sibi ob prosperos successus applaudere nō debuisse. Perniciös enīm
& extitiale ipsiis fuit fœdus quod cum Ägyptis primum, deinde cum Asytiis, tandem cum Baby-
loniis inieciunt, atque experti sunt quam temerè tales socios in auxilium suum aduocāscent, ut me-
ritò Propheta his obniciat, quod vitam manus sue inuenierunt. Amplificat ergo socordiani huius
populi sponte in perniciē suam ruentis, atque peruiaciter accerentis exitium suum, cùm fal-
tem more stultorum, accepto malo sapere debuissent.

E T Q V E M R E V E R I T A E S.) Hic grauius inuechitur in Iudeos: quod vacui eset timo-
re Dei, tametsi iactarent sanctitatem suam, & nomen religionis inane obtenderent. Nec enīm
sibi tantummodo placent in superstitionibus suis hypocrite: sed etiam à vulgo sancti & p̄i exi-
stiment: atque ideo superbè erga Deum & homines se ferunt, & protervè se vendunt. Pro-
pheta vero pronūciat verum ibi timorē Dei esse non posse, vbi purè atque ex Verbi regula non
colitur. Quicquid enim sentiat homines de speciosis superstitionib⁹ cultibus, mera est impietas
& insania. Pronūciat ergo nullum sui timorē apud ipsos, nullā religionem esse, tametsi sibi magnopere placeant in larvis suis. Imò vero suis ritibus, tāquam apertis testimoniis declarant se Deū
nec reuereri nec timere. Nam & Deus per Mosen testatur se periculum facere an ex toto corde
amcerit, cūm impios cultus & alienos à se per pseudoprophetas introduci linit. Quicunque igitur
ad eos transuolant, ostendunt se timoris Dei penitus vacuos esse: quia si reputarent aliquando co-
ram eo reddendam esse rationem, non ita licentiose calarent eius mandata. Dum se oblixi
traditum conqueritur, peruiacita magis contra Deum certata quām ignorantia ipsos errasse do-
cet: quod cūm certam bene viuendi regulam haberet, defecerunt sponte ab ipso, & fidem ei data
fregerunt. Quantum hoc sit fulmen aduersus hypocritas qui omnes minas irrident, atq; inambus
velis se ferunt, diligenter animaduertendum est, cūm & vacuos timoris Dei, & mendaces, & i-
psius oblitos esse pronūciat. **A N N O N Q V I A E G O D I S S I M U L A V I .** Particulam caſal, in his
inferendam putauis, que supplenda est, vt melius pateat sensus Prophetæ, nam qui nihil subaudi-
unt, multum se torquent in eliciendo sensu. Scimus autem quām frequens si Hebrewis hec lo-
quendi forma. Exprobret ludæis, quod indulgentia Dei & patientia abusivit, qua tamen animi
ipsorum molliri delaberant. Sed ea est hominum nequitia, vt audacieores reddātur ad peccandum,
ac sibi licere putent quod impune est. Itaque in clausula versus particulam, ipso illatius accipio:
Ideo me non times, quod disimularim, cūm potius bonitate mea frangi debuisses. Hinc colligi-
mus Iudeos de nimia severitate Dei cōqueri nō potuisse, cūm ipsos diu patiēter tulerit, ac peiores
ea impunitate redditū sint. quamobrem neceſſe fuit vt aliam omnino personam induceret, atque
grauius eorum ſcelera vlcifercetur.

E G O A N N V N C I A B O .) Declarat Propheta, Dominum amplius paſſurum non esse id
quod ante paſſus est, atque aliam ipsi ratione deinceps tenendam esse. I V S T I T I A M eorum
vocat ironice. Intelligit enim omnes impietas & errores quibus imbuti ac corrupti erant, ac
diceret, Ostendam qualis sit iustitia vestra. Quandiu enim disimulat Deus, iusti videt in qui ini-
misisimi atque impurissimi sunt: vbi vero Dominus concēdit tribunal, educuntur homines & la-
tebris suis, atque in medium profertur eorum turpitudo. Itaque significat Propheta summas ini-
pietas pro iustitia haberi in mundo, quandiu disimulat Deus: quae tandem, ipso concēdente
tribunal, discutientur. Postquam enim multum diuque sibi blanditi fuerint homines, tandem ip-
sum indicem esse sentiēt. **N E C P R O D E R I T T I B I .** loc ad effectu pertinet, ex quo fieri semper
homines iudicare solent, nec enim indicant fitne hoc iustam vel iniustum: t. d. q̄nequid utile
ipsiis est, id probandum putant. Propheta ergo denanciat perniciōf. fore ipsiis omniū opera, ex qui-

Deut. 13. 3

bus utilitatem aliquam sperarunt.

^{17.7}
^{Supr. 8.6} 13 DVM CLAMAVERIS.) Declarat plenius id quod breuiter attigerat superiore verbu vbi ad rem ventum fuerit, eos pudefactum iri:nam potentialis modus in verbo Liberent, tantumdem valet acsi dicere. Id facturos non esse. Alludit autem ad id quod prius dixerat, Profectus es ad Regem cum virginibus. Atque ideo COLLECTITIOS vocat praesidia omnia quibus Iudei se tutos fore existimabant. his enim confisi, prostituebant se in omni genere vitiiorum, quasi impune ipsi foret, quod vndeque septi ac muniti essent. At Dominus ostendit quam inania sint ea omnia que ablique ipso colliguntur. Clamor, hic calamitatem denotat, qua affligendi erat. nam fæderibus suis & sociorum ope freti, in summo se otio fore existimabant, acsi nūquam ante de lusi fuissent. Sed pronuntiat omnia praesidia que sibi coaceruatur, nihil omnino profutura esse. Execrandae enim & maledicta est illa fiducia, que derelicto Deo, in rebus externis aut praefidis hominum locatur. Prius exprobavit populo, quod lenibus aquis Siue non contentus, rapidos & vehementes fluuios quereret, à quibus tandem mergeretur. Quod etiam recipia euenit. nam Assyrii & Egypti, & tandem Chaldaei, quibus se societate iuxterunt Iudei, non tantum inutiles ipsi, sed etiam exitiales fuerunt. Sequitur antitheton, vbi ipsos renocet ad fiduciam Dei, quod re medium malis omnibus opponendum est: sicuti etiam mala omnia ab incredulitate & dissiden tia oriuntur. Quod vero sperantibus in Deum promittitur hereditas, huc pertinet. Quid aliud queritis, quam ut stetis incolumes, atque hereditas vestra salua sit? Meum est hoc praestare, quis enim vos in hanc regionem induxit? quis possessionem eius asseruit? Et tamen cœfugitis in Egyptum, atque iraniam ab hominibus auxilia queritis, atque negligitis opem meam. Non dubito quin hereditatis nomine Iudei manent, in qua cupiebat Iudei manere incolumes. Nā postea nominat MONTEM sanctitatis suæ, in quo videlicet templum situm erat. Iudei igitur non tribubant Domino officium suum, quem ad Assyriorum aut Egyptiorum potius quam ad eius opem configuerent. Hinc colligenda est vniuersalis doctrina: nempe res nostras præclarè habituras, si in Domino speremus. quod si abiciamus eius fiduciam, mirum certe non est si fluctuemus, atque variis modis agitemur. Quoniam MONTEM SANCTITATIS nominat, in quem reducendi sunt Iudei, significat vitam & omnia eius commoda per se optabila non esse, nisi ut Dominum colamus. Hic enim finis est humanae vitae, ut sit aliquis Deo populus à quo purè inuocetur. Ergo in cultum & obsequium Dei semper d'fixi sunt oculi nostri, si vitam, aut liberationem, aut alia vita commoda optamus.

14 ET DICET, STERNITE.) Quoniam ridicula videri poterat hæc promissio, Possessores terram, qui in Domino sperarent (quoniam ex ea paulò post cieciendi essent) in gratiam priorū qui adhuc restabant, subiungitur secunda hæc promissio, qua spondet fore ut quanuis eieci in terra Chanaan, & in longinquam regionem ablegati sint, in ea tamen reducantur. Occurrat igitur dubitationi que oriri poterat, ne pīj in duro illo & diuturno exilio animum desponderet, aut fallacem esse promissionem Dei existimarent. Nonnulli exponunt, Dominum missurum veros & fideles Prophetas, qui Ecclesiam ab offendiculis suis repurgent, que à pseudoprophetis & malis du cibus corrupta erat: sicuti prius exitij causam ab iis ortam esse ostendit: atque ita meliorem & optabilem statum hīc promitti putant, sed nimis coacta est eiusmodi interpretatione: quare priorem sequi malo: Quoniam scilicet ad tempus terra illa priuandi essent Iudei, tamen in ipsam restitutum iri à Domino, qui vias complanari iubebit, ut ipsos reducat. Conuenit uter hie locus cum eo quem prius cap. 40. vidimus: vbi Dominus consolationē affterri populo suo, edici & publicari redditum in Iudeam, & vias repurgari iubebat. Nam quoniam in Babylone, velut in sepulchro conclu si esset, quoniam longa & difficultis esset via, magnaque solitudo intercederet, vix spes erat ipsos in patriam reuerti posse. Proinde non leuiter hoc ab Isaia prætereundum fuit: ut neque interpositos montes, nec mare intermedium, nec vlla alia impedimenta reformidarent. Alloquitur autem Cyrus & Darium, quorum mentibus inspirauit Dominus ut Iudei viam patefacerent ac munirent, acsi dicere, Dominum missurum ministros, qui nunc ipsis ignoti sunt, quoniam opera viam sternet, ac populum educet. Et apostrophe qua ipsos compellat plus habet vehementer, quam si in tertia persona locutus esset. Tollit offendicula iubens, ostendit nullam esse causam cur tercetur difficultatibus & impedimentis viarum, que Dominus facile tolleret, quoniam ei viam erit. E VI A POPVL. in hoc inclusa est spes redditus, quoniam Dominus populū suum reducem in terra Chanaan iterum locare velit. Ergo quoniam nulla alioqui via esset, tam tamen esse oportet, perfingique emnia claustra & obstacula: quoniam Dominus redditum promiserit, atque ideo sit dux profectionis.

15 QVONIAM SIC DICIT.) Confirmat superiorē sententiam de restitutione populi ab exilio: sed bisfariam hic verificulus exponi potest: vel quod Propheta occurat dubitationi que obrepere poterat animis priorum, atque ita recessent res inter se oppositas: vel quod ratiocinetur à natura Dei, ut deliles animos confirmet. Ut hæc clarius exponamus, primū scimus his cogitationibus s' penumero distri bi animos nostros, Deum quidem in celo esse, sed magno abesse: intercallo, ac negligere res humanas, aut despicer exlemique nullam ei esse eam nostram. Ut Propheta hanc imaginationem corrigat, ait Deū quidem habitate in loco sublimi: sed non ideo minus

nus spectare hunc mundum ac gubernare prouidentia sua. Est enim solitus de hominum salute: atque habitat cum afflictis, & iis qui contrito sunt & humili corde, sicut legitur Psalmus 138. *Excellens est lehoua, & humilem respicit; & altis locis.* Alter sensus est, quod Propheta ostendit Deum valde dissimilem nobis esse, nam ideo trepidamus in rebus aduersis, quod: *modulo nostro metimus.* Qui opem ferret nobis Dominus, qui oppressum sumus? Deinde negligi solent & contemni miseri homines, ita nos apud Deum nullo in pretio esse existimamus: *quoniam ipsi sumus singimur ex natura nostra.* Atqui longe aliter de ipso sentendum est, id est: *quod ipsum in celis habitare dicit: ut significet ipsum humanis affectibus obnoxium non esse.* Constat enim sibi omni tempore, nec consilium vnuquam mutat. Quemadmodum igitur semel promisit restitutionem populo suo, ita præstabit. Hic tensus mihi non displicet: nec priorem reiecio, qui plenior arque vberior est: atque conuenit cum aliis Scriptura locis, *vbi ista duo coniungi solent: Dominum habitate in celo, & terum humanum curam, præfertim verò filiorum, habere, sicuti nuper attigi.*

HABITANS IN PERPETVITATE. Nos verò instabiles sumus, transferimus hue atque illuc studia nostra, nec in eum defixi manent animi nostri, quem semel amplexi sumus. Separat ergo Deus ab hominibus: quia in illum nella cadit obumbratio: nos verò non sumus ea constantia, ut perpetuò ceteremus eos qui auxilio nostro opus habent. *S A N C T U M incolo.* *στηρ,* interdum pro Templo accipitur: hic verò pro celo ipso. Videmus quorsum Dominus se Sanctum & sancti atque excelsi loci incolam vocet necepsit, ut quantum à nobis differat, & quam dissimili natura sit, intelligamus. Eximiam porro hinc consolationem percipere debemus, quod Dominus miseris adesse velit: *cum modico domicilio sibi inter ipsos eligat, modo scilicet agnoscant miserias suas.* Variis enim calamitatibus premuntur mali: sed ferocias atque elati esse non desinunt. Ii fructu propinquum fore sibi Deum sperabunt. Oportet enim humiles animos ac verè deiectos esse, quid à Deo alluationis expectent. Ergo ad exanimes usque descendit, ut vitam nouam inspirans de integro eos generet. Iterum autem nominatum spiritus humilis, & cordis afflicti mentionem facit, ut has promissiones ad eos pertinere sciamus qui in calamitatibus suis praefracti & cōtumaces non erunt: qui denique ferocia omni deposita, mansuetos & humiles se præbeant.

16 **QVONIAM NON IN PERPETVUM.**) Prosequitur candem doctrinam: quia difficultas huius rei persuasio fuit, quum in duro illo exilio sentirent sibi infestum esse Deum: & vix possent gustum aliquem gratiae Dei concipere, unde colligerent animos, aut subleuarent. Occurrit igitur Propheta huic dubitationi: atque ostendit temporatias fore pœnas quas passuri sunt, nec perpetuò itatum ipsis Deum fore. Deum quidem habere iustissimam irascendi causam, sed tamen cœlaturum iure suo, ac remissum quod exigere potuisse. Cōiungit itaque iteram Dei cum moderatione qua subleuat fideles, ne animis frangantur. Nam etsi ratiocinatur à Dei natura, tam ad Eccleiam peculiariter dirigitur haec promulgatio. Huius ergo sententia in extremis angustiis semper meminisse debemus, ne infestum nobis Deum, aut perpetuò litigaturum esse nobiscum arbitremur. Quod autem irasci Deum tradit, per cœclosionem loquitur, & pro sensu carnis nostrae: quia non aliter in strunnis nostris Deum concipere possumus quam nobis iratus. Et prodest etiam hoc sensu tangi, qui nos ad penitentiam erudit. Ad caput igitur nostrum solum modò, non ad Deum haec loquendi forma referri debet. **NAM SPIRITVS.** Reddit rationem cur perpetuò litigaturus non sit. Sunt autem variæ huius loci interpretationes. Inter alias haec congruentior videtur: Spiritum videlicet in corpore, tanquam vele, unde etiam corpus, tabernaculum & veluti domicilium spiritus vocatur. Si haec significationem recipimus, duplex erit sensus. Nonnulli enim hunc locum de ultima resurrectione exponunt: *Spiritus in domo eternæ, id est, postquam exierit à corpore, iterum in ipsum, velut in domicilium suum redibit.* Ita erit argumentum à maiore ad minus. Ego mortua corpora suscitabo: *ut ergo vos, tam etiæ semimortuorum, in meliorem vitam non restituam?* Alter sensus, quem sequuntur & alii, simplicior erit ac melior. Remotior enim videtur à contextu illa interpretatio de ultima resurrectione. Ego circundebi corpore spiritum, ac si diceret. Ego homines creavi: habebo igitur ipsorum cutam. Ego verò Prophetam altius concordere. Docet enim Dominum tam clementer atque indulgeret nobiscum agere, quod perspectum habeat quam debiles atque infirmi sumus: quemadmodum etiam aliis Scripturæ locis ostendit: ut Psalmi. 103. Quemadmodum pater misericorditer filiorum, ita Dominus timentium ipsum. Nout conditionem nostram, recordans quod puluis sumus. Hominis et 14. *non similius est, florētque ut flos in agro.* Idem etiam Psalm. 78. Ipse tamen ad misericordiam propensis, propitius fuit iniquitati eorum, nec disperdidit eos: & cœpenumero reuocauit nā suam: nec cœmnen excandescientiam suam excitauit, memor quod caro essent ipsi, & vetus qui abiit, nec redit. Idem mihi videtur hic velle Propheta, ac si diceret: *Ego dominus, Nolo experiri vires meas cum flatu aut spiritu, quasi cum herba aut folio que protinus evanescit, si ardorem solis persenserint.* *ηεγει* nonnulli exponunt Deficiet: & satis quadrat huic loco. Spiritum enim nostrum deficiere necesse est, vbi dominus potentiam in nos suam exercit. Ut autem verborum significations in medio relinquaremus, latius constat nobis consilium Prophete. Ostendit enim ideo nobis indulgeti à Deo, ac minus severè agi in corrugendis vitiis nostris, quod infirmitatis nostræ ra

tiensem habeat, cāmque sustinere ac subleuare velit.

17 PROPTER INIQUITATEM.) Hic conqueritur de obstinata populi malitia; atque ostendit Dominum iustissimam habuisse causam cur ipsum sic puniret: ita ut de immodica eius feruitia conqueri non possit. *vix*, alij Cupiditatis, alij Auaritiae vertunt. Si Auaritia, synecdochica locutio erit: species pto genere. est enim fons vnde mala omnia oriuntur. Sed generaliter accipere possumus pro omni cupiditate, quod enim multis & variis vitiis laborarent ludi, i-deo Dominus iratus est: atque peñas ipsi graues infixit. Nominatim verò concupiscentiae mentionem facit, vt significet non ideo luisse peñas, quod palam essent improbi, sed coram Deo. Hcc enim sufficit ad reatum, quod Deus iudex animorum sit: tamen in externa scelera, sed etiam in prauis affectus & cupiditatibus animaduertat. Ceterum iure plecti admonet, vt culpæ conscijs suppliciter veniam deprecetur. PERCVSSI EVM, ABSCONDI. Significat gratiam suam ad tempus quodammodo remotam & absconditam fuisse. Loquitur autem ex sensu hominum: quod infensum nobis & aduersum Deum apprehendamus, quum vlciscitur scelera nostra: sicuti iam dictum est. Atque ita à nobis apprehendi ipsum ac concipi neceſſe est, vt in vetam peccatorum nostrorum agnitionem veniamus. nūquā enim ipsa ferio agnosceremus, nec pungeremus, nisi reputaremus ipsi nobiscum, atque intelligeremus iram Dei à nobis provocatam esse. Verum ut nobis expedit hoc modo ad pœnitentiam institui, rursus caendum est, ne si auersum à nobis Deum fingimus & inexorabilem, tristitia nos abforbeat. Hos ergo immodosos horrores temperat Prophetæ, ut tamque Deum ex ingenio nostro affimate, quanvis enim peñas de nobis sumat, non definit paterno affectu & amore prosequi quos semel complexus est. 1 PSE AVTEM. Hæc est pernicacia quam Prophetæ reprehendit & accusat, quod populus nihilo melior redditus sit, ac persistiter in nequitia sua. Ostendit enim desperatos esse, quod extrema remedia quæ Domini nus expertus est, eos in viam reducere non potuerint.

18 VIAS EIVS VIDI.) Hic Dominus ex aduerso amplificat misericordiam suam, quod isti populo, tametsi obstinato & periuaci, sit propitus, eumque gratia & misericordia sua pœnuient, acsi diceret, Ego populum hunc flagellis meis ad pœnitentiam reuocare nifus sum: quam præcepis in cupiditatibus suas tueret: sed contumacem & indomitum se præbuit: nihil profeci. Polsem equidem meritò ipsum perdere: sed sanare & conseruare malo. Hoc autem fieri non potest, nisi summa & incomparabili misericordia. Definam ergo in ipsum animaduertere. Proinde gradarim amplificat misericordiam Dei, quem velut medicum inducit cōsiderantem quæ remedia sanando huic populo aptissima sint. Insanabiles autem sunt morbi nostri, nisi nos misericordia sua Dominus præueniat. Nulla quantunvis grauia flagella nos ad relapsitudinem coget, nisi Dominus Spiritu suo nos impellat. Sequeritur enim maior periuacia, atque obstinationes red demut. Itaque in populi huius exemplo humani generis imaginem contemplari licet: vt quæ sit periuacia & contumacia nostra in Deum, & quæ remedia morbis nostris curandis necessaria sint, planius intelligamus: quod morbi & ferè perdit sanamur, reducimur in viam, deinde in ea perstamus. Significat autem hoc totum proprium Dei opus esse, vt pergamus in recto cursu. Hinc sequitur consolatio. Quod si desit pœnitentia, nulla ibi fides, nulla consolatio esse potest. qui enim sibi non displicant in virtutis lüs, nihil aliud quam iram Dei, terrores & desperationem concipere queunt. Contextus ergo Prophetæ notandum est, qui sanationi cōsolationem non temere subiungit. Quorum enim curati sunt morbi, simul animi lætitiam & consolationem percipiunt, quæ fruantur priuati. Vbi verò adiungit, L V G E N T E S, videtur specialiter notare pios, qui numero pauci erant: vt satius conflat ex Prophetatum querimonis, qui in stuporem, quo palam corruptus erat populus, inuechuntur. Eos ergo designat quos in communi reatu serius dolor ad luctum cogebat, & qui non modò populi mala deflebant, sed anxiè gemebat sub onere itæ Dei: quum alij fecuré deliciarentur.

19 CREDO FRVCTVM.) Explicatio est superioris sententiae, qua videlicet ratione Domini nus consolationem huic populo præbebit: hoc est, quia pacem ei promittet atque offeret. Nam per FRVCTVM LABIORVM significat se effectum ut ipsi audiant latos nuntios de pace, a quibus exhibentur. Mibi enim loqui videtur de publicatione pacis, quod ministerium Prophetæ, commissum est: ac deinde Apollonis & alii muniflris Euangelij mandatum est: sicuti docet Paulus, ipsos legatione fungi pro Christo, ad reconciliandos homines Deo. Repetitio in voce Pa-cis non modò ad certitudinem, sed continuum etiam tenorem notandum valet. acsi diceret, Nil nūc auditis preter horribiles minas. Silet doctrina gratiæ & salutis: quia non estis capaces. Ea est contumacia veltra, vt terroribus & minis vobiscum agendum sit. Sed aliquando restituum doctrinam pacis & labia Prophetarum aperiam, qui ipsam vobis annuncient. LONGINQVIS. Hoc ideo additum est, quod populus qui in exilium abductus erat, hęc ad se pertinere non putaret, quia lögē aberat: sed ad eos fortasse qui domi erant. Nam exilium erat veluti species abdicationis. Atqui denuntiat Prophetæ, quantunvis longè distiti sint, hius tamen gratiæ fore participes. Finis demum vel effectus additur, quod velit Deus populum sanare, hoc est, saluum præstare & incolument. Vnde colligimus quod nuper attigi, quicquid ad plenam & solidam Ecclesię felicitatem

citatem pertinet, metum esse Dei donum. Paulus videtur hunc locum attigitisse, Ephes. 2. vbi dicit Christum atculisse pacem nis qui propè, & nis qui procul. Loquitur autem de Gentibus & Iudeis nam Iudei propinquui erant: propterea quòd Deus cum ipsis sedis inierat: Gentes remota, quòd ab eo fædere aliena essent. Atqui Propheta de Iudeis tantummodo videtur loqui. Refredo, à Paulo retineri vetum Prophetæ sensum, si modo ritè omnia expendantur. Ideo enim longinquui dicuntur hoc loco Iudei, quòd Dominus videretur ipsis è domo sua expulisse: atque in eos similes erant Gentibus. Quom igitur abdicationis illius tempore, nihil inter ipsis & Gentes discrimini esset: merito Paulus, velut in codem gradu utroque locans, illos Gentibus ad equitatemque ita iis accommodavit quod Propheta de Iudeis protulerat. sicuti non ablimi modo alibi locum Hoste ad Gentes transfert.

Eph. 2.17

20 IMPRI AVTE M.) Quum prius de pace loquutus sit, qua p[ro]i frumenti: impiis contraria bellum assiduum & perpetuas animi exagitationes atque perturbationes denunciat: vt se habeat p[ro]i in igne pacis beneficium pluris astimenti: deinde, vt reprobri sciant sic filii Dei promitti pacem, vt nihil melior eorum conditio futura sit. Quoniam autem reprobri fallo obtendunt nomen Dei, & inaniter in eo gloriantur, Propheta ostendit nullam esse causam cur fibi huius promissionis nomine placeant, aut quicquam fibi arrogent, cum pacis nullo modo participes esse possint: nec eis quicquam profuturum sit, quòd Deus populi sui misericors, ipsi recipiat in gratiam, eiq[ue] iubeat pacem nuntiati. TANQ[UE] AMMARE. Elegans est ista Maris similitudo, & aptissima ad explicandam inquietudinem impiorum. nam in leipo turbatur mare: tametsi a vento non impellitur, tempore statibus horrendis agitatur: fluctus reciproci fibi in eo bellum mutuò gerant, & factio graui impetu, scelere stranguit. Eodem modo impii turbantur inestimo malo, quod in ipsis animis desixum est. Terret enim & conturbat ipsis conscientia: qua nullum grauius tormentum, nullus leuior carnifex esse potest. Furie agitant & infectantur impios, non ardentiibus tredis, vt in fabulis, sed angore conscientiae, & fraudis cruciatu. nam sua quenq[ue] fraus, & suis terror maximè vexat: suum quenque scelus agitat, amentiaque afficit: sua male cogitationes, conscientiaeque animi terrerunt. Aptissimè igitur impios procelloso mari & turbulentio comparauit. Quisquis autem has perturbationes, & diros animi cruciatus effugere vult, pacem quam Dominus ipsi offert, ne reniciat. Hic nihil medium esse potest. nisi enim abieciat cupiditatibus hanc pacem admiseris, angiti te miserere ac cruciari necesse erit.

Rom. 9. 15

21 NON EST PAX.) Confirmat superiori sententiam: nempe reprobos frustra paci quæc[on]dæ daturos operam, quia ubique bellum ipsis occurrit: nempe Deus est qui bellum denuntiat: nullus igitur est paci locus. Impii quidem pace frui vellent, eamque vehementer optant. nihil enim magis cupiunt quam securi esse, & sponere conscientias suas, vt liberè delicientur, & virtus suis indulgeant. Repellunt cogitationes de iudicio Dei, stuporemq[ue] & indolentiam acercent, easque optimas rationes & vias pacis esse putant: sed nunquam ipsis frumenti. Donec enim reconciliati fuerint Deo, conscientia ipsorum iis molesta esse, ac bellum gerere non detinet. Deum ergonicum pacis authorem inducit, qui horribili denunciatione delicias extorqueat Iudeis: & Deum suum vocat aduersus inanem iactantiam illorum qui falsò nomen eius obtendebat. Nec enim possunt agnoscere Deum, quandiu Prophetam eius & doctrinam respiciunt. Ideo Propheta intrepidè pronunciat se mandatum habere à Deo, vt bellum ipsis perpetuum indicat.

C A P V T L V I I I .

1  *Lama in gutture, ne cohibcas: quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo peccatum suum, & domui Iacob iniquitatem suam.*

2  *Me tamen quotidie querunt, & scire vias meas volunt: quasi genit[us] que iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non internus erit: scit[ur]tantur ex me iudicia iusticie, appropinquare Deo volunt.*

3 *Quare icunatis, & non aspexisti? humiliavimus animas nostras, & resili[imus]? Ecce quo die icunatis, inuenitis voluntatem, & omnes facultates vestras exigitas.*

4 *Ecce, ad h[ab]em contentione[m] icunatis: atque ut percutiatis pugno impio. Ne te iu[n]ctus sis ut hodie, vt audiri facias in excelso vocem vestram.*

5 *An tale est icunum quod elegi? vt die affligat homo animam suam, & quasi iuncus demittat caput suum, sternat sarcum, & cancrem? An hoc vocabis icunum, & dico?*

T.

gratum Ichouæ?

6 Amnon hoc est ieunium quod elegi? soluere colligationes impias, dissoluere fasciculos graues, oppressos dimittere liberos, atque ut omne ingum abrum patis?

7 Amnon ut partiarius esurienti panem tuum, & pauperes vagos inducas domum? Si videris nudum, operias cum, & à carne tua ne te abscondas?

8 Tunc profertur ut aurora lux tua: & sanitas tua protinus germinabit: iustitia anticabit faciem tuam, & gloria Ichouæ colliget te.

9 Tunc inuocabis, & Ichouæ exaudiet: claniabis, & dicet, Ecce adsum: si abstuleris è medio tui onus, & emissionem digiti, & sermonem "vanitatis.

^{"Vel, iniuti-} 10 Si effuderis fænclico animam tuam, & animam afflictam satiueris, orietur in tenebris lux tua, & caligo tua erit sicut meridies.

11 Et deducet te Ichouæ semper, & saturabit in siccitatibus animam tuam, & offa tua saginabit. Et eris quasi hortus irriguus: & scaturigo aquarum, cuius aquæ non deficitur.

12 Et erunt ex te qui instaurent deserta seculi: fundamenta generationis & generationis excitabis. Et vocaberis rupture reparator, director servitorum ad inhabitandum.

13 Si auerteris à sabbato pedem tuum, nec facias voluntatem tuam, in die sancto meo, & vocaueris sabbatum delicias ad consecrandum Ichouæ, eò quod sit honorabile, & honorem illi tribueris, ut non exequaris vias tuas, nec inuenias voluntas tuas, nec loquutus fieris verbi:

14 Tunc delectaberis in Ichouæ, & equitare te faciam super excelsa terræ: & pacem te hæreditate Iacob patris tui: quia os Ichouæ loquitur est.

IN CAPVT LVIII.



L A M A.) Malè fuit diuīsum hoc caput: quoniam hæc superioribus cohaerent. Quare, si tenete mentem Prophetæ velimus, sic à nobis hæc legenda sunt, ac si nulla sectio facta esset. Testatus est Prophetæ sic puniendum esse populum, vt tamen pacis spes reliqua esset: deinde impiis qui supino fastu Deum elidunt, bellum perpetuum indixit. Nunc confirmat eam doctrinam: ac diuinitus sibi has partes docet esse iniunctas, ut CLAM ET CIVITATUR, hoc est quod vulgo dicimus, & plein gofer. Quorū id: nempe ut annuntiet populo peccata sua. Non loquitur de sola contentione vocis, sed vehementiam Verbi & leueritatem intelligit, qua maximè hypocritæ opus habent, acsi Deus fulmina è cælo iacularetur. Sibi enim placent in vitiis suis, nisi arguantur seue rius, atque in lucem pertrahantur: immò nisi violenter prostrati cadant. Quod addit, NECO HIBEA, modus est loquendi valde tritus Hebrevis: Loquot, & non taceo. Vulgo dicimus, Crie sans espiquer. Diximus Prophetam non loqui de simplici vocis sono, sed obiurgationem seu tam & asperam significare, qua hypocritas percelli operæ pretium est. Exempli gratia, Si Prophetæ de Lege Domini solum verba faceret, atque ostenderet quæ sit regula bene & sancte viuedi, cōmendarent cultū Dei, virtus quoq; reprehenderent nulla adhibita vehemētia, quid efficeret apud hypocritas, quorum conscientia sic sopita est, ut nequeat nisi admiris aculeis excitari? Itaque simplex docendi ratio non sufficeret, nisi actius instaret, atque fulmina verborum in ipsos contorquentur. Paulus etiam imitatus Prophetas, postquam viuenterum genus hominū dñauit, maiores vehemētia insurgit in eos qui specie aliquā sanctitatis præ se ferabant, & abutebātur patientia Dei, Ecce, tu Iudeus cognominatis, & acquiescis in Lege, & gloriaris in Deo, & nosti voluntates, ac probas eximias, institutus ex Lege: confidisque teipsum ducē cæcotū, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, doctorem imperitorum, habētem formam cognitionis & veritatis per Legem. Qui igitur doces alium, teipsum non doces: qui prædicis non futundum, furaris, &c. Talibus iudicium Dei & horrendam vltionem denuntiat: quod bonitate eius abusi sunt, atq; inaniter eius nomine se iactet. Ita hoc loco Prophetæ nominatim aduersus Iudeos stylū stringit, qui Dei nomine gloriabātur, se tamē aduersus ipsum efferebāt. Hęc igitur ratio tenuenda est aduersus hypocritas, qui inanem præ se ferunt speciem sanctitatis, si modo ritè atque utiliter

ut ille officio nostro fungi vellimus. Quemadmodum Dominus hoc bellum genere exercuit Propheta, ita & nos hodie exerceri necesse est, ne dissimilemus, aut perfunctorie agnoscamus ipsos: sed omni contentione inveniamur. Obici posset, Si Dominus iubet argui peccata populi, cui promittit pacem: dubium non est quin reliquam voluerit ei facere spem salutis. Et tamen certum est ista reprobis, quibus ante bellum indixerat, designari. Respondeo, tunc pios exigeo sive numero, pauci enim oblatam sibi pacem amplectebantur. Cum ergo propinquæ pacis spem facit Iudas, exiguum illum gregem spectat, cum bellum indicet, multitudinem terret, quæ aliena erat à Deo, minimaque monta continebat. Is enim erat populi status, ut vix quicquid puti aut integrum, nancetur, quemadmodum cap. 1, vidimus. Merito igitur nominavit DOM VM IACOB, cùm maior populi pars corrupta esset, ac sedulò in Prophecy notanda esset haec distinctio, quod nunc voces spargunt in totum vulgus, nunc sermonem restraining ad panceos fideles. nec verò absque salta & amara sublannatione populum suum & filios Iacob nominat, qui ab origine sua excederant, & torpiter defecuerant à Patrum fide. Quare ironica est concessio, ac si diceret nullā prærogatiuam obstat quo minus audiant quod merentur.

M E T A M E N Q V O T I D I E Q V A E R V N T. Hic omnem obloquendi materiam adimere voluit hypocritis, quibus exceptiones istæ in promptu erant, Nos timemus Deum, colimus, amamus, atque cum quærum totu[m] affectu, cur nos tanquam impios obiurgas? nam instituere vitam nostram volumus ex præscripto Legis. Ut occurrat huic exceptioni, negat quicquid ab ipsis purè aut sincerè agi: omnia facta esse & simulata: itaque nullius esse momenti apud Deum, qui integrum animum requirit. Notandum est hic ordo quem Propheta sequitur: eis postquam enim bellum denunciavit impiis & hypocritis, seuerè iam ipsis arguit atque prætextus adimit, & fucos quibus se obtogebant. Sic enim tractandi sunt hypocritæ, & velut educendi clatib[us]: quia nihil apud ipsis aliqui doctrina proficere posset. Nec tantum hic ordo prius doctribus tenendus est: sed vnuſ quique in vſum ſuum hanc docendi rationem accommodare debet, ne ſibi placeat, aut virtus ſuis blandiatur: ne fecundum ſibi faciat, aut preſtigii Satanae illi di patiatur. Integrum ergo & parum animum afferat, si proficere in doctrina Verbi, & Deo gratus esse velit. Eſi autem perfidis & mendacibus concedit illis aliquam sanctitatis speciem; tunc tamen amarulenta figura eos perstringit, ac si dicaret in corum improba iactantia nimis crastam esse fraudem. Ita non complex ironia est, sed cōiuncta ſimilis expofulatio, quod Deum in ſpecie promerenti fatagant. verū, ſi quis proprius examinet ipsis, & totam eorum vita rationem expendat, animos longè alienos à Deo esse intelliger. **S C I S C I A N T V R E X M E.** Qui his verbis putant hypocritas expofulare cum Deo, & inſurgere in ipsum, quaſi item cum eo ſufcepturi, Prophetae mentem alſequunt non ſunt. Id quidem fieri paulò pôlit fateor, ſed antequam eō defecdat, latuam facta pietatis illis detrahit. Postquam ergo dixit eos quotidie Deum querere, ac ſi nulla illis eſſet potior cura quam pietatis: pergit in eadem ſententia, ac dicit ipsis ſcisciati iudicia, vi Deum colant, & teneant regulam bene vivendi, nempe dum ſimilant ſe ardore studio pietatis. Et ſanè Propheta hic præcipua fidelium exercitia recenſet, quæ interdum oſtentant impij. Hoc autem in pietate ſummum eſt, inquirere de voluntate Dei, ut vitam nostram ad eius regulam inſtituamus: pendere ab ore ipſius. Sed ita filios Dei mendaciter amuluntur hypocritæ, ut quæ ad verum Dei cultum pertinent tenere, atque interdum optimos quoque ſuperare videantur.

Q V A R E I E I V N A V I M V S. Progreditur vñterius in eodem argimento: & dicit factos ac præposteros Dei cultores non modo excacari ſua simulatione, ſed etiam turgere fastu, ut au- deant palam obſtreperere Deo, & vbi durius ipsis vrget conqueri, ac ſi magna ipius fieret iniuria, An tuncis obſequia noſtra, ieunia & preces? cur tibi grata non ſunt? an fruſtra noſ torquem iſi Concedit, ut iam dictum eſt, hypocritis quandam sanctitatis ſpeciem, qua homines fallunt: ſed nunc intus ſuperbia quoque inflatos eſſe & ebrios significat, cum facta habet opera, quibus Deo ſatisfieri putant: atque eo prætextu aduersus Prophetas effertuntur, libique in maximis virtus indulgentia ſunt, incedititas, rebellio, & contumacia in Deum: diſſidentia, crudelitas, fraudes, rapina. Hæc leuiam ſunt apud ipsis: atque ieiunia aut aliis exercitiis extermis facile eliduntur, nam ea ſunt præclara ipſorum merita in quibus cultum Dei conſtitere putant, & vnde ſperant ſceleram omnium expiationem. Ita excolant culicem, atque integrum camelum deglutiſe non dubitat. Si tales fuissent ſoli Iudei, & mundus ingenium mutasset, procul nobis querenda eſſent exempla: ſed cum idem quotidie experiamur, non eſt quod multum in expofitione h[ab]ens loci laboremus. Porrò querimonia hæc referti potest tam ad verbum, quam ad manum Dei. Dominus enim vtroque modo indicat hypocritas. Arguit enim verbo, & pœnas ſumit de obſtinata malitia ipſorum. Ergo tam ad ferulas, quam ad ſuperiorem obiurationem hæc referti poſſant. Eg[o] vero libenter de verbo interpetor, ut obiuri hypocritas, qui iactabant ieiunia ſua, eaque reprehensionibus Prophetarum opponebant: ac ſi veri eſſent cultores Dei, atque immoritio traducerentur. Nam ab iis diſſentio qui populum expofulare cum Deo exiſtunt, quod durius in exilio tractetur. Potius conqueri muli videtur de Prophetis,

Sup. 1.21

Gen. 17.1

Mat. 23.24

quod seuerius ipsum & vehementius obiurgarent. Iudæi enim volebant pīj & religiosi habeti: nec poterant a quo animo ferre, quod impunitas & nequitia damnabantur. Ideo Prophetæ de- regit affectus ipsorum, atque ostendit bellum ab iis suscipi cum Deo, ne quid sibi priuati negoti cū ipso esse putent. Secunda parte versus refellit in Dei persona quas hypocrita virtutes ebuccinant: quia scilicet non exuant interea prauos carnis affectus, neque incipiāt à sui abnegatione. hoc enim maximè dannat, quod suis desideriis addicti sint: deinde species qual-dam vitiorum enumerat. unde colligere promptum fuit, nulla relapsiendi cura eorum cor tangi.

4 E C C E A D L I T E M.) Hic versus cum fine superioris coniungi debet. nam cū priore membro induxit est hypocrites conquerentes de vchementia & asperitate Prophetatum: poste- riore rationem redditis, cur eorum ieunia, aliisque opera Dominus aueretur, quod scilicet à puro animi affectu non prodeant. Ostendit autem qualis eorum animus sit, à fructibus. nam reuocat ipsos ad officia secunda Tabula, ex quibus facilè deprehenditur quales simus. Animis enim puritas in eo sc̄e ostendit, cū viuimus innocēter, atque ab omni fraude & iniuria abstineremus. Hęc sunt puri affectus indicia, sine quo Dominus omnes externos cultus respuit, immo execratur. Vbi verò fraudes, rapina, iniuria vigent, ibi nullum Dei timorem esse certissimum est. Expro- brat ergo hypocritis, quod ex ieuniis maiorem captant licentiam peccandi: atque cō magis cu- piditatibus suis obsequuntur. Hoc quotidie experimur, nec enim solūm ieuniant plerique vt ex- pient fraudes & latrocinia sua, ac liberius prædentur: sed etiā vt ieunij tempore plus otii habeat ad expendandas rationes suas, perlegenda instrumenta, & suppeditanda feona, & cōminiscendas rationes quibus obratorum bona ad se attrahant. Quare s̄c̄pius hunc laborē in Quadragesima tempus & statu ieuniorum tempora reiiciunt. quemadmodum alij insignes hypocrite plures Millas quotidie audiunt, vt liberius & sine vlla interpellatione, sub religionis prætextu, fraudes & proditiones suas moliantur. Tandem ieunia eorum, vt cunque pretiosa ab ipsis ducātur, repudiāt: quia hoc modo ira Dei magis prouocetur. continuò post preces etiam reicit, unde appareret sicut fulvis dilectiūmis capite primo, nulla officia absque sincera cordis integratō Deo probari. Nullum certe sacrificium excellentius est inuocatione Dei: videmus tamen vt preces omnes viet, ac contaminat impuritas cordis. Cæterū, quia ieunium orationi coniungi solet, id pro confesso sumit Prophetæ. Est enim appendix orationis. Verat igitur ab eiusmodi hominibus in- struiti solennes preces cum ieunio: quia nihil aliud proficent, quam vt pœnas grauiores Domini- nus de ipsis sumat. Atque hinc colligimus (quod iam antea dictum est) Dominum externa ope- ra non morari, nisi prælucet verus eius timor. ieunium quale Iudeis in vsu erat, h̄c per se non improbat, quasi superstitiosus ritus: sed abusus ieunij, & praua fiducia. Quod diligenter notandum est: quia nobis longè alter agendum esset cum Papilitis, si ipsorum ieunia reprehendere- mus. Nihil enim præter superstitionem continent, cū huic aut illi diei, aut certis téporibus al- ligata sint, quasi reliquo tempore ingurgitare se se lec̄at: cū putant carnem immundā esse, atq; interea quaslibet delicias sibi permitunt: modò semel tantum se ingurgitare de ieunij, c̄gregiēte funestos esse arbitrantur. Quum igitur nihil omnino sit in iis quod probari queat, simplicitet à nobis damnari possunt: sed alia fuit hac disputatio. ieunium enim quod obseruant Iudei, per se probandum erat, quoniam à Deo institutum: sed falsa opinio reprehendenda. In Papilitis verò, & fallā opinio, & institutio ipsa, cū peruersa sit, damnanda est. Hoc commune habent Papili. & cū Iudeis, quod eo se defungi coram Deo, & meritorium opus esse putent. At ieunium cultus Dei non est, nec per se ab ipso requiritur: quemadmodum ea opeta quæ in Lege prescribit: sed exter- num exercitium est, quod oratione subseruit, aut domandæ carni vtile est, aut testificâde humi- liatione nostræ: cū velut rei, itam Dei in adueris rebus deprecatur. Sed de vsu ieunij & fine

Suf. 1. II.

Cap. 8. sc̄t. ipsius vide plura in nostra Institutione.

200. & 9. 5 A N T A L E E S T.) Confirmat superiorē sententiam: atque ostendit ieunium per se neque appetit à Deo, nec probatur: sed quatenus in verū finem dirigitur. Noluit autem ipsum penitus abrogari, sed peruersum vsum: quod sc̄iit et in eo statuerint cultum Dei ac polhabita vel etiam neglecta vera pietate, corporale exercitium sufficere putarent. sicut semper hypocrite externos ritus quasi piacula obtrudunt ad placandum Deum. Porro quia homines pro sua teme- ritate definient cultum Dei, disertè nos hic reuocat ad suum arbitrium: ne quicquid rectum iudicat sensus noster, ab ipso probari existimemus. Quanuis enim sibi placeant, miroque superci- lio elati sint, & arroganter se iactent, Dominus ipsos repudiāt, atque execratur: quia ius eligendi sibi vni vendicat. Porro Eligere tantum em valet ac gratum habere. Negat autem se oblectari si quis diem vnum famelicus trāligat, deinde incedat tristis & incurvus. Nā apta similitudine vsum est Propheta quod iuncus, quanuis rectus sit, facilè inflectatur: ita hypocrite se flecent, & ca- put incurvāt, quasi macie cōfecti vel ostentant inanē aliquam speciem humilitatis. Volut ergo Pro- pheta perstringere superstitiones gestus, in quibus hypocrite luctitatē aliquā constituant. s a c- cūm et CINEREM. Hęc etiā annexa erant ieunio: præcertum cū solēni ritu pénitentiam proflitebantur. etenim se inducabant sacco, & cinere caput aspergebant. Atqui sanctum & probatū Deo

Deo fuit eiusmodi exercitium: atque videmus Prophetas dum ad pœnitentiam hæc tamen populi, ad sarcum & cinerem conclamare. Sed quemadmodum diximus hic ieiunium, et ferent repichendi ita extermi hi itas ab Iisaiā nō damnantur, sed hypocritas obiurgat, quod propter evanescitatem separent. Si quereris, An facies & cenis nostro tempore conueni interponendos, et eis mediae, quibus inæstimationem vti licet. Ceterū in luce Euangeli, quo nobis liber et is adata est, talibus figuris opus non est. Similiter obseruandum est differeniam Orientalem natum, quae revarius ceremonias abundant, à nostris que multo simplicius esse gerunt. Quod ille is inquit vellemus, nihil aliud esset quam similes agere, aut histrionicam exercere. Nihil tamen prohibet quo minus supplicium more torpidas veiles induant, quibus propositum est reatum suum fateri.

D I E M G R A T U M I' E H O V A. Hinc apparet solennibus precibus, cum faceret consensus habetur, adhibitus fuisse ieiunium, nam ieiunium, orationis accessio est statim iam diximus: quemadmodum videmus etiam à Christo orationi adiunctum fuisse. Non est igitur institutum per se, sed in aliū finem dirigitur.

6 A N N O N H O C E S T.) Ostendit Propheta quae sint vera officia pietatis, & quae nobis potissimum à Deo commendentur: nempe, ut miseros & gravem onere pressos subieciimus. Sed videtur in viuacissimum Prophetam ieiunium tollere, cum opera recenseret in ipsius locis, quae Deo longè gratissima sunt. Respondeo, ieiunium probari, vbi charitati comitem est. Quamobrem Propheta nos ad illud principium reuocat, ut integræ & pure conscientię sint, ut mutuam inter nos beneficentiam exerceamus: quia si vigeat hic ordo, tunc ieiunium quod accedit, gratia Deo & acceptum erit. Atqui nulla hic mentio fit de puritate cordis. Responderemus, ipsam ab operibus, seu à fructibus designari. Ex his enim qualis sit animus facile constat, deinde commemorat officia secundæ Tabulae, qua tunc e dochicē totam Legis obseruationem comprehendit, ut alibi visum est. Nec enim satis efficit proximam beneficis iuware, si Deum interea contempnemus. Sed notandum est Prophetæ consilium: quia enim charitas erga proximos non potest siccari, nisi coeli, nisi quom eos in Deo amamus, ad probandum Dei timorem exigit hæc quatuor signa, si inesse, innocē & humaniter alij cum aliis verlatur. Adde quod externa specie contentas non fuit. Nec certe illic viget charitas, vbi non regnat Spiritus Dei: atque ideo Paulus in ipsam inter Spiritus opera recenseret. Cum itaque de obseruatione Legis agitur, non tantum externa opera, sed animi quoque affectus in rationem venire debent. **C O L L I G A T I O N E S I M P I A S.** Nonnulli exponunt Paulis cogitationes, quibus implieata sunt hominum corda: sed alio respectu mihi videtur Iisaias: nēpēs, quod hypocritæ sint plurimam crudelē in pauperibus vexandis, grauique: ipsi onera imponant. Nexus ergo siue colligationes vocat, quia vulgo grauamina dicuntur. Eodemque pertinet quod subiungit, **D I S S O L V E R I**, fasciculos graues: sib[us] quorum videbunt pondere gemunt inopes & fathiscunt. Iterum addit, **O P P R E S S O S** dimittere liberos, atque eandem rem pluribus verbis designat. Non definit igitur Prophetam ieiunium: sed ostendit quid Dominus priore loco ac potissimum requirat, & quare ratione possit obsequium ei noltrum probari, & qualiter ac imatos esse oporteat quibus ritę ieiunare propositum est.

7 A N N O N V T P A R T I A R I S.) Prosequitur charitatis officia, quæ superiorē veritate attigerat, nam quum prius ab omnī ieiunio abstinentium esse dixerit, nunc exercendam erga miseros, & eos qui auxilio nostro indigent, beneficentiam docet. Duæ enim sunt re, titulus & iustitia partes, primum, ut neminem ledamus: deinde, ut opes & facultates nostras in tenuis atque inopes conferamus. Atque hec duo inter se coniungi debent, nec enim satis est abstinerere ab iniuria, si ego opem tuam neges: nec multum proderit te ego opem ferre, si interim alii eripias quod alii largiare. Proximi enim preda aut furto iuandi non sunt: nec si quid inique, vel crudeliter, vel dolose egere, si tanta compensatione Deus in partem prede vocandus est. Dic igitur hec partes inter se cohærent, neccesse est, si modò charitatem nostram probemus Deo & acceptam esse velimus. **P A N I M** frangere iubens efficiunt, omnem excusationem admovere volant, auaros & tenacibus, qui obtendunt, sua sibi habere licere, Hoc meum est: ergo nulli ferare licet, cur in commune conferam quod nulli a Deo datum est: Resp[on]det tuum quidem esse: sed ea leges, ut famelico & sitiens imperias: non ut folius comedas in finu tuo. Et certe hoc diu in iste tentius, fraudari ture: Iao qui ciuiunt, nisi succurruntur corum ire diuificari triste illa fide: ieiunium fons etiam & trahentis misericordiam extorquet. Alios deinde species recenseret, quæ certainam ferre eos animos ad **ανθρώπους** tolent inflectere: quo minus excusabilis sit eorum animus, quis qui fratrem et inope & necessitatis sensum non tanguntur. Tandem concludit: **E T A C A R N B T Y A N E T E A L S C O N D A S.** vbi notandum est Carnis appellatio, quia intelligenti versu ho rines, quorum neminem ritueri possumus, quin, velut in speculo, canem nostram contemplaverim. Samime igitur inhumanitatis est, eos despiciere in quibus imaginem nostram agnoscere cogimus.

8 T V N C P R O F E R E T V R.) Ostendit Prophetas Deum nimis rigidum non esse: nec plus exigere à nobis quam aqua sit, ac frustra cōspici hypocritas, cui ipsum nimis leueritatis reculant. Obstrepat enim, cum dānantur corū opera, ac respondent nullā ratione, latranti podi Deo,

se iam nescire quid agendum sit, aut quā viam sequi debeant. Respōder, nihil aliud ab ipso quam purum & simplicem animum, hoc est, integrum conscientiam requiri. Ea si adsit, propitium fore Deum, ut colligat eos, & sanctitati testimonium reddat, atq; omni benedictionis genere prosequatur, quorum fallacias meritò castigat. Denique, nullam esse causam, cur ipsum nimis austerrum ac durum esse obmurmurent, quia beneficū & liberalē ipsum agnoscēt, cūm ita depo sita omni simulatione, se ad verum eius cultum comparabunt. Notanda est particula T V N C: quia significat ex aduerso hypocritas procul abesse à vero cultu Dei: cūm tamē sanctissimi videri velint. Sed eos satis conuictos tenet, cūm ab operibus ipsos nec colere Deum, nec timere ostendit. L V C I S nomine, prosperum statum designat: quemadmodum nomine Tenebratum, misera & ær umnosa vita significatur. Argi, hæc locutio satis visitata est Scripturis. Per SANITATEM denotat prosperū & incolument statum, sicuti alibi iterum videbimus: quia plaga manu Dei ob peccata inflit & populum deiecerant, vt tabesceret quasi ægrotus languore confectus. nullum enim genus morbi acerbius est, quam vrgeri iusta Dei vindicta, vel sub eius maledictione consumi. I V S T I T I A bifariam accipi potest: vel pro testimonio iustitia, vel pro recto ordine: quia Deus rebus confusis medebitur, recteque omnia componet. Huc ergo tendit prior sensus, Vbi Deus tibi placatus fuerit, testimonium iustitia tua coram Deo & hominibus conspicuum erit, ac si te apparitor quispiam precederet. Sunt qui iustitiam accipere malint pro recta gubernatione, quia Dei donum est, signumq; paterni favoris: & aliquoties vidimus vocem hanc ita sumi apud Hebreos. Sed posterius mēbrum quod sequitur, G L O R I A D O M I N I , &c. efficit vt priorem expositionem sequi malim, Prodibit iustitia tua, id est, omnes te sancti & iustum agnoscēt, cūm antea reus ac cōuictus es. Ita & gloria Domini ornaberis, cūm antea probris obrutus es. Probrofi enim & ignominiosi reddimur, cūm scelerum nostrorum peccas damus.

9 T V N C I N V O C A B I S .) Prosequitur Isaías id quod prius cōperat: nempe, omnia prosperecessura Iudeis, si ita æquos & innoxios se præstent, atque abstineant ab omni iniuria, vt inde appareat eorum pietas & religio. Idem enim pronunciat quod dicitur ab Hosea, & repetitur à Christo, Misericordiam sacrificiis preferendam esse. Postquam ergo de charitatis officiis loquitur, tūs est, atque restat bene futurum ius qui ea ferarent, subiicit. Tunc invocabis, & Dominus exaudiēt te. Hæc enim præcipua est pars felicitatis nostræ, si exaudiātur a Deo. contrà, nihil nobis infelicitis esse posset, quām si aduersum ipsum habeamus. Concedit autem præcibus nostris quod vlt̄ & gratiū largitur, vt fidem nostram exercet. nam si beneficia sua dormientibus semper ingereret, omnino frigeret, imò cessaret precandi studium, atque ita liberalitas Dei fomentum esset socordia. Etsi autem nos præuenit mera sua gratia, vult tamen intercedere preces medias. Atque ideo subiigit, Clamabis: & dicet, Ecce adsum. hæc enim promissio simul exhortationem continet, ne iaceamus otiosi. Quod se A D E S S E dicit, oculis quidem nostris non appetit: sed re ipsa declarat se nobis propinquum ac propitium esse. In fine versus iterum repeatit Iudeis, si resipiscant Deum fore placabilem. ac O N E R I S quidem nomine comprehendit omnes molestias quia pauperibus inferuntur: ac si dicere, Si desieris molestias esse fratribus tuis, atq; ab omni vi & fraude abstineas, Dominus prosequetur te omni genere benedictionis. D I G I T I quoque emulso quam subiungit, continet omnes species iniuria. Dicimur enim Emittere digitum, cūm minamur proximis, aut crudeliter ipsos tractamus, aut aliquam inferimus violētiā. IN SERMONE vano. Tertia est species iniuria, qua nocemus proximo, dum astutis & f. ilacibus verbis, aut blanditiis ipsum circunuenimus. Omnis enim iniquitas vel occulta malitia & fraude constat, vel iniulta violentia.

10 S I E F F V D E R I S .) Pergit commendare charitatis officia. hæc enim est summa totius cōcionis. Frustra homines colere Deum, si frigidas tantum & nudas cærenomias ei offerant. neque hunc esse vel rectum & solidum Dei cultum, qui seuerè præcipit atque exigit vt iustè & inno center vivamus cum proximis, nosque & operam nostram libenter ipsis impendere, prompte que & alacriter iis succurrere patati simus, quoties necessit̄ est. Atque huius officij notanda sunt duas partes, quas distincte expressit Propheta. nam priore loco commendat nobis affectum misericordiæ & humanitatis altero autem, ad opus ipsum & effectum hortatur. Nec enim satius esset beneficū profequi homines, nisi propensa erga ipsos, & benigna fuerit voluntas. Si distribuero omnes facultates meas in pauperes (inquit Paulus) charitatem autem non habuero, nihil sum. Effundere ergo animam, nihil aliud est, quāmcorum miseris cōdolefcere, arque sic affici eorum penurias, ac si eam ipsi sustineremus. sicuti rursum restringi omnes sibique addicū, ferreō & obfērato corde esse dicuntur, claudere sua viscera, & prohibere affectus. Quod alij vertunt, si protuleris animam tuam, frigidum est. Sequitur iterum eadem promissio, & sub eadem figura vel similitudine. Nam per T E N E B R A S, aduersum, per L V C E M, prospetum statum designat: ac si populo diceret, Efficiet Dominus ut cœlent omnes miseris quibus nunc opprelitus iaces, ac repentina felicitas exoriat. Nullam ergo causam esse ostendit cur expostulent cum Deo, quod tam grauiter affligatur. Emergent enim protinus, & felici statu frueretur, si verè colerent Deum, eique obedirent.

11. **E T D E D V C E T.**) Nunc clarius exprimit quod breuiter & figuratè dixerat, Deum vide-
licet ducem futurum: ita ut nihil ipsi ad plenam bonorum affluentiam deit. Deducere enim di-
citur, quum te ipsa fentimus ipsum nobis præire, acsi ante oculos, positum habemus. Adiungit
hoc non fore momentancum, quia Deus in medio itinere nunquam suos deserit: sed infatigabili
tenore beneficentia erga eos suam continuat: idè quoce promittit saturitatem in somma ino-
pia quia nunquam deest bonorum omnium copia Deo, quia subuenient suorum egestati: & pluris
est eius benedictio, quam largissimæ totius anni pluviae. Neque tamen letum & vberem frugum
prouentum, vel copiosam annam promittit fidibus, sed Deum illis fore nutritum, quanvis
è terra alimenta non suppetant. Et hoc modo à Dei auxilio pendere inbet, atque eos esse contem-
tos, licet non prorsus immunes sint à sterilitatis incommodo. Quo sensu paulò post sequitur, E-
ripiet ossa tua. Neque enim bene & pinguisser liginatos fore dicit, sed ita macilentos, vt in ipsa
cure ossa cimincat. Vocat igitur Ossa, vacuos præ media vel fame, homines quibus nihil ferè præ-
ter aridam cutem & ossa superest. Ac Iudeus cum penuria rerum omnium & macie luctandum
fore significat, donec à Deo restituantur. Eodem pertinent similitudines quas subiugit, HORTI
irrigui, & scaturiginis aquarum. Nec enim satisfacere sibi potest Iustus in exprimenda beneficen-
tia Dei: quia veros suos cultores dignatur, ne alibi homines quam in seipsis querant sterilitatis
causas. Summa est, fontem ipsum beneficentia Dei nunquam exarefcere, quin semper fluat, nisi
viam ipsi nostra culpa percludimus.

12. **E T E R V N T.**) Per D E S E R T A, intelligit Iustus hortendum vastitatem, quæ acciderat Iu-
deis, quum in exilium abducti sunt. Terra enim redacta est in solitudinem, vrbs diruta, excisum
templum, populus in seruitutem redactus & disiectus est. D E S E R T A portò S E C V L I vocat, quod
templum non potuerit statim reparari, nec villa eius instaurandi aut liberandi populi spes estet.
Nam si qua vrbs excisa aut diruta fuerit manentibus incolis, statim instaurari potest: quod si
nulli supersint incole, aut in longinquam regionem abducti sint, & diutissimè absunt, nulla spes
instaurandæ illius vrbs esse potest: & portenti in star videbitur, si postquam diu euera iacuit, ali-
quis significet eam restituendam à populo, qui perisse videtur, ac reparandam esse. Quum ergo
incredibilis esset ista promissio, Propheta dubitationi occurvere voluit: quia obsecere poterant,
Si nos restituere vult Deus, cur languore tantiū finit? Respondet, nullam temporis moram ob-
stare Deo, quominus ea quæ diutissimè iacerent, in sublime rursus attollat. Nec verò hoc ad
ædificium templi, quod cœpit Zerubbabel, & prosequitus est Nehemias, restringit debet: sed Efr. 3. 8.
comprehendit, que aliquo seculis postea sequuta est, Ecclesiæ instauratio. Quod dicit Ex te,
tantudem valet atque, Ex illo populo veluti emortuo exorituros qui medeantur tristibus rui-
nis, atq; ita architecti sint vel opifices ad extrēdam Ierofolymam. Verbum 122 qui lam passiè
vertunt: et quia hoc modo ambiguum sensum reddunt, actua significatio remenda fuit. Paulò
post toti populo tribuere videtur, quod de aliquibus dixerat adem tamen est sensus. Si enim que-
ritur, quis Ierofolymam instaurauit? certè fuit ille populus: sed ex eis multitudine quæ immensa
fuit, Dominus quasi electis aliis, exiguum numerum delegit. Quidam intelligunt impares ho-
minum copie vrbes fore, vt alias pridem dirutas extruere cogantur: quod videtur esse nimis re-
motum. In secundo membro per Fundamenta viii & alterius seculi, id est quod prius à Propheta
dici putant: atq; intelligunt Fundamenta generationis, quæ diu iacerent: quū ex iis statim
ædificium erigi atq; attolli deberet: nam varia impedimenta acciderunt, quibus opus illud interru-
ptum est, sed postquam referre ad futurum tempus, Excitabis ædificia, quæ multum diuq; per-
manflira sunt. Videtur enim diuturnū Ecclesiæ starū polliceri: acsi dicret, Alia ædificia diuturna non esse: hoc verò multis seculis duraturum. Quod si ad præteritum tempus quipiam referre
malit, ego non magnopere contendō. **E T V O C A B E R I S.** Hic Propheta utrumque comprehendit
nempe, quod populus similis foret diruto ædificio: deinde quod rursus in integrum restituendus
esset. Hoc autem Iudeus tribuit, reparatores fore ac directores viarum: quod scilicet Dominus
eorum opera vñs sit. Omnia enim accepta ferre conuenit virtuti Dei, qui nos tanto honore
dignatur, vt manus nostras operi suo adhucbeat. Insignem hinc promissionem habemus de colligen-
dis atque erigendis Ecclesiæ ruinis, quia in te quum Dominus labore nostro vti velit, nos totos ei
impendere ne dubiremus: ac tametibi reluctetur mundus, nosque sublanneret, atque infans iudicet,
colligamus animos, omnisque difficultates superemus. Concipienda enim est animis certa
fiducia, vbi Domini opus esse intelligimus, ac eius executionem nobis esse iniunctam.

13. **S I A V E T R I S.**) Putant aliqui Prophetam alludere ad externam Sabbathi obseruatio- Exodus 20.
nem, quod eo die iter facere non licet. Quod ertì non repudio, longius tamen sensum patere 8.
arbitror: nam per synecdochen significat toutum cursum vite humanæ satis vulgare est per In-
cessum, aut ambulationem, vitam nostram designari. Aut igitur, si desinas pergere in tuo cursu,
si tibi viam præcludas: ne pro arbitrio tuo ambules, &c Hoc enim est, A Sabbatho pede auerte-
res, quum hac necessitatem nobis iniunximus, ne liberè & solete in cupiditaribus nostris vagemur.
Quemadmodum verò prius sub ieiunijs specie omnes ceremonias comprehendit, & externas lar-
uas, in quibus sanctitatem suam constituebant, easq; vanas & inutiles esse ostendit: ita hoc loco
T. iiiij.

veram Sabbathi obseruationem demonstrat: ne confundere ipsam in externo otio putent, sed in vera abnegatione sui, ut ab omni maleficio & iniuria, ab omni libidine & prava cogitatione abstineant. Primum Pedis vox opera designat: quod cum Iudei aut iter facere, aut carnem coquere non auderent die Sabbathi, interim proximos vexare, & miseris insultare non verebantur: mox tamen translat ad voluntatem & sermones, ut omnes partes obsequi quod debetur Deo, comprehendat. **DELICIAS.** Hoc nomen ad Deum, non ad homines referri debet: quia nihil gratius Deo, aut acceptius esse potest vera Sabbathi obseruatione, & sincero cultu. Sed dulcissimum enim hoc inculcat, perperam si cere homines, si posthabitis Dei mandatis, que nullius pretij sint opera magni existimant: & admonet ex solo eius nutu iudicium fieri debere. Iterum vero species enumerat, quibus palam faciat veram Sabbathi obseruationem in abnegatione sui & integra conuersione confitente. Ideoque voluntatem vel etiam fundamentum statutrix ea erupunt sermones, deinde opera, loquamur enim quae animo comprehendimus, & sermone patefacimus voluntatem nostram, ac deinde exequimur. Quisquis ergo Deum vere colere vult, necesse est ut carni sue & voluntati omnino renuntiet. Atque hinc perspicimus cur tantopere Dominus in tota Scriptura Sabbathi obseruationem commendet. Altius enim spectauit quam ad externam ceremoniam: hoc est, otium & quietem: in quo Iudei facultatem summam esse putabant: quin potius voluit Iudeos abdicato carnis sensu, & affectibus valere iustis, fei submittere in obsequium: sicuti neceps potest celestem vitam meditari, nisi mundo & sibi emortuus. Nunc quum abrogata sit illa ceremonia, manet nihilominus veritas: quia Christus mortuus est, ac resurrexit, ut perpetuum sabbathum habeamus: hoc est, feriemur ab operibus nostris, ut Spiritus Dei potenter in nobis agat.

14 TYNC DELECTABERIS. Videatur alludere ad nomen Deliciatum. Verbum enim **בְּעִירָה** quo vtitur Propheta, deducitur ab **בְּעִיר**, quo ante vsus erat, cum summa ex vera Sabbathi obseruatione voluptatem Dominum capere diceret. In summa, significat populum nullam ex Deo oblationem percipere, quod ipsum prouocet, nec eius voluntati pareat: nam si vitam nostram componeremus in obsequium Dei, nos eius velut delicii essemus: ipse vicissim nobis delicium loco esset. Pronuntiat igitur non nisi per Iudeos stare, quominus Deo proprio freti hilarem & letam vitam degant. Quibus verbis tacite exprobrat eos sibi propria culpa multas molestias accertere. Addit equitatu super excelsa terra: quibus verbis redditum in patriam & securam illuc habitationem promittit. Scimus enim Iudeam edito in loco sitam fusisse supra vicinas regiones: quum Babylonis situs inferior atque demissior esset, ubi etiam populus quasi in spelunca trepidè latebat. Apertius mox declarat quid significauerit verbo **בְּעִירָתָנוּ**. Possessionem enim promittit eius regionis quae promissa & data fuerat Patribus, & qua ipsi tunc fruebantur. deinde ad tempus priuati fuerunt. **Q V I A O S D O M I N I.** Hoc addidit, ut absq; controversia hec omnia vera esse intelligerent: atque hoc referendum non solum ad promissiones illas, sed etiam ad initium capit. Obiurgavit enim hypocritas, qui iustam sibi causam tueri videbantur: ac merito suorum scelerum penas luere oportebat. Frustra etiam litigare cum Deo, & opposere opera sua, quae vanam professa & inanem erant. Itaque reducit ipsos ad veram Sabbathi obseruationem, & bene habituros demonstrarat, si pure Deum coluerint. Tandem concludit non esse ipsi negotium cum homine mortal, sed Deum esse iudicem, qui ita pronuntiat.

C A P V T L I X.

C C E non est mutilata manus Iehouæ, quin seruet: neque aggrauata auris eius, quin audiatur.

Sed iniquitates vestre dissidium fecerunt inter vos & Deum vestrum: & peccata vestra operuerant faciem eius à vobis, ne audiatur.

Nam manus vestre polluta sunt sanguine, & digitus vestri iniquitate labia vestra protulerunt mendacium: lingua vestra iniquitatem loquuntur.

4 Nemo est qui clamet pro iustitia, nemo qui discipiter pro veritate: confidunt rebus variis: loquuntur inania, concipiunt molestiam, parvunt iniquitatem.

5 Quare reguli excludunt, & telas aranearum texunt: qui comedent ex ouis eorum, moriuntur: si comprimantur, exiunt viperas.

6 Tela eorum non erunt in vestimentum: neque se tegent eorum operibus. Nam opera eorum sunt opera iniquitatis: & opus violentiae in manibus eorum.

7 Pedes

7 Pedes eorum ad malum currunt, & properant ad fundendum sanguinem immoxium: cogitationes eorum, cogitationes⁷ vanæ: vaſitatis & contritio in vijs eorum.

8 Viam pacis non nouerunt: nec iudicium est in gressibus eorum: scmitas suas peruerterunt ſibi: quiſquis graditur per eas, neſciat pacem.

9 Propter ea longè receſſit à nobis iudicium: nec apprehendit nos iuſtitia. Expeſta uimus lucem, & ecce tenebrae: ſplendorem, & ecce in caligine verſamur.

10 Palpamus ſicut cæci parietem: ſicuti qui oculis capti ſunt, palpamus. Impingimus in meridie tanquam noctu: in locis ſolitarij tanquam mortui.

11 Nos omnes quaſi vīſi vociferamur: & quaſi columbae ſuſurrando ſuſurramus. Expeſtauimus iudicium, & non appetemus ſalutem, & longe ſtetiſt à nobis.

12 Quoniam multiplicatæ ſunt iniquitates noſtre coram te, & peccata noſtra⁸ teſtata ſunt contra nos. Quoniam iniquitates noſtre nobifcum ſunt, & peccata noſtra cognociſſimus.

13 Iniquè egimus, & mentitiſſimus Iehouæ, & abducti ſumus à tergo Dei noſtri, loquentes calumniam & defectionem: concipientes & proferentes ex corde verba mendacij.

14 Et actum eſt retrorsum iudicium: & iuſtitia procul ſtetiſt. Quoniam corruit in platea veritas, & aequitas non potuit prodire.

15 Defecit inquam, veritas: & qui receſſit à malo, preceſe fuit expositus. Et vidit Iehoua, ac diſplicuit oculis eius, quod non eſſet iudicium.

16 Vidi, inquam, quod non eſſet vir: & admiratus eſt, quod nemo⁹ intercederet. Itaque ſalutem ei attulit brachium ſuum: & iuſtitia eius, ipſa ſtabilitat eum.

17 Et induit iuſtitiam ſicut loriam: & galcam ſalutis capiti ſuo. Induit, inquam, ultionem quaſi uestem, & indignatione amictus fuit vice pallij.

18 Quaſi propter retribuções, quaſi ad reddendam vindictam, hostibus ſuis indignationem, vicem inimicis ſuis, inſulis vicem reddet.

19 Proinde timebunt ab occidente nomē Iehouæ, & ab ortu ſolis gloriam eius: quia veniet quaſi umentum hostis, & Spiritus Iehouæ impellet.

20 Et veniet Sioni redemptor, & ijs qui redierint ab iniquitate in Iacob, dicit Iehoua.

21 Et ego cum iphis hoc fædus meum ſancio, dicit Iehoua. Spiritus meus qui ſuper te eſt, & verba mea, que posui in ore tuo, non recedent ex ore tuo, neque ex ore ſeminis tui, neque ex ore ſeminis ſeminis tui, dicit Iehoua, ab hoc tempore uſque in aeternum.

IN CAPVT LIX.

ECCE NON Eſt MVTILATA.) Hec concio ſimilis ferè eſt superiori: nam & quum hypocritis laruam detraxerit, qui ſe inaniter tactabat, eſque uiftas lære pœnas oſtenderit: nunc obiectionibus aliis reſpondet. Solent enim hypocrite Deum aut iuſtititatis, aut ſcueritatis nimis arguere. Oſtedit igitur ei neceſtentiam ad ſeruandos ſuos, nec voluntatem decife: ſed ipſorum prauitate impeſiri, quominus beneficentiam erga ipſos ſuam exercat. improbè ergo expoſitum eam Deo, & calumniari dum illa obiciunt, quum ſcipios potius accuſare debeant. Atque emphaticin habet particula iſ, ac ſe de preſenti diſerens, certitudinis notanda cauta eam digito inouitaret, ad preſcidendam anſam hypocritis, ne amplius tergiuersentur. Et ſ. baudienda ſunt antithefes in verbis AGGRAVATA & MVTILATA: quaſi dicereſt, ſatis olim ſuile p. refidij in manu Dei ad operem ſuis ferendam: deinde ſemper exorabilem fuſile & facilem exaudiendis votis: tam verò non eſſe diſsimilem ſui, quaſi vel manus eius fracti fuerit, vel aures heberate vrtadiuſ auſiat. Summa eſt, non poſſe aſcribi mutationem Deo, quaſi ab ingenio deſciverit: ſed totam culpam in iphis herere: quia peccatis ſuis quodammodo prohibeant eius beneficentiam, nec

"Vel, iniqui-
tatis.

"Vel, occur-
rere.

"Vel, ſalu-
tem illi fe-
cit brachiū
uum.

"Vel, fugi-
bit eum.

auxilium eius admittant. Quod si obstacula sua non obiicerent, atque potenter ac benignè cum ipsis actum atque olim solitus erat cum Patribus. Ita à perpetua & æquabili Dei clementia ratioinatur, suis eos peccatis reiicere Dei gratiam, nec auxilium admittere. Hinc colligimus sola peccata nostra priuate nos gratia Dei, atque dissiđū inter nos & ipsum facete. Quod enim Prophetas testatus est de hominibus sui temporis, omnibus seculis conuenit: quandoquidem agit causam Dei aduersus calumnias impiorum. Deus ergo sibi perpetuò constat, nec fatigatur bene agendo, nec minuitur potentia ipsius: sed aditum eius gratia præcludimus. Obiiciet quispam, Deum benemeritis hominum præueniri non posse, ac neceſſe ut indignis benefaciat. Respodeo, hoc quidem esse verum: sed interdum eoque inualeſcere hominum proteruiam, ut Dei beneficiis præcludat ianuam, acsi data opera procul ipsum à ſe abigere vellent. Et quanvis neminem sine venia exaudiat, ſicuti etiam culpa depreciationem coram ipso ſemper afferimus, tamē impiorum vota non exaudit. Quare non mirum eſt si populum accufet Prophetas, quod suis sceleribus Dei beneficia reiiciat, ſuāque oblitinatione eum reddat inexorabilem: denique diuortium fecerit, quod ſolitum gracie curſum atce vel auertit.

3 NAM MANVS.) Nun in mediū producit eorum opera, ne tergiuersentur, aut in dubium reuocent quanam ſint illa peccata, qua dissidium fecerūt. Omitem igitur iis excusationem adimit, ſpecies ipsis in medium producens, acſi in theatro ſpectabilis eſſet flagitiola eorum vita. Loquitur autem in ſecunda persona, quod veluti patronus cauſam Dei agat, & persequatur: atque ideo eximis ſe ab impiorum ordine. Nec enim iis aggregari vult, tamē non eſſet proſuſus immunis à peccato: timebat Deum, & colebat, & cōſciencia libertate fruſcatur. Nec verò poſſet liberè alios damnare qui iisdem vitiis implicitus teneretur, nec idoneus eſſet ad agendā cauſam Dei, qui ſuum ei ius ſceleratē viuendo eriperet. Nam oportet nos ab iis diſsimiles eſſe quos arguimus, niſi ludibrio exponeſe doctrinam noſtram, atque impudentes videri velimus. Vbi ve‐rò pura conientia ſeruimus Deo, pōdus & authoritatem obtineret doctrina noſtra, atque aduerſarios ipsos magis conuictos teneret. Quod ſceleratam populi vitam depingit, ſuperuacaneum nō eſt: nam homines varia ſubterfugia querunt, neque in ordinem cogi poſſunt, niſi vita priua ſua agnouerint. SANGVINIS mentionem faciens, non intelligit cedēs paſſim fuſile perpetratas, ſed hac voce deſignat inhumanitatē, rapinas, vīm, & iniurias, quas hypocritæ aduersus inopes & tenues exercabant. Nec enim erat ipsis negotium cum latromibus & ſicariis, ſed cum Rege & primotibus, qui magno in pretio & honore habebantur. Eos vocat homicidas, q̄ iudicatos crudeliter vexarent, atque aliorum bona per vim & iniuriam ad ſe raperent. Itaque continuo poſt, iniquitatē ponit pro ſanguine. Etiā enim videtur longus extendeſe ſeronem, eſt tamen repetitio, aut potius reduplicatio frequens Hebr. tis cū amplificatione: quia plus exprimit per Digits, quā per Manus: aci diſiſſet ne minime quidem partem ab iniuita violencia immunem eſſe. Deinde aliam maleficū ſpeciem attingit, neceſſe dum fallaciis, periuriis, aut dolis alijs alios circuueniunt. Nam aut crudelitate q̄a alii manu rmati, aut mendacis & fraudib⁹ cōtinetur ut plurimū iniquitas, quia proximos lēdimus. Hic autem Prophetas ſecundā Tabulam attingit, atque ex ſceleribus que aduersus ipsum admittunt, impios & omni timore Dei vacuos eſſe ostendit. Inhumanitas enim & peradīlia, q̄ in violatur hominum ſocietas, oritur à contemnū Dei. Itaque à manib⁹, hoc eſt, à rapinis & vi, ad mendacia & fraudulentas artes, ad periuria & captiones deſcedit, quibus proximos noſtrós circumveniunt.

4 NEMO EſT QVI CLAMET.) Significat nullum inter eos recti aut aequi ſtudiū eſſe: neminem ſe opponere iniuriis, quas potenteribus inferunt: atque inde crescere licentiam, quia omnes conniuant, nec cuiquam curat patrocinium iuſtitia ſuſcipere. Non ſatis eſt autem ſi abſtineamus ab iniuria, niſi eam quoque ab aliis, quātum in nobis eſt, arceamus. Et certe quisquis permittit quod prolubere liet, quodammodo iubet ut silentium quēdam ſit species conſenſus. Eodem pertinet quod ſubiicitur membrum. v̄v̄v̄, alijs paſſiuē accipiunt, & talē Prophetas ſenſum eſſe putant, Nemo iuste iudicatur: quia omnis plena ſunt cor ſpelis, interea ne‐mo repugnat. Sed actua significatio melius conuenit, quia inter ſe coheret hec duo, Neminem clamare pro iuſtitia: & veritatis aut rectitudinis nullum eſſe vindicem. nam quod alijs vertunt, Nemo ſeipſum iudicat verē, paulo darius eſt. Cæterum quia multis locis hoc verbum in Niphali pro Diſceptare capit, contextus hic aptius fluctu vīſus eſt, Neminem ſe interponere pro iure tuendo, ut iuſtitiam liberè & clara voce defendant, & litiget cū improbis: niſi fortē Clamate pro iuſtitia, ad miseros qui iniuite vexantur refertre placeat: quali dicet eis oīmūtſcere, quia nihil proficerent clamando. Sed hoc quoque alperum eſſet. Quod ſi tam leueſe damnanetur à Deo qui iuſtas hominū cauſas negligunt, nec ſuccurrunt laborib⁹, quid nobis fit ſi nullus zelus tuenda glorie Dei nos ad ſcelerum obiurgationem incitet: ſi cōmēcamus luſib⁹, quibus impiſ laſcam doctrinam Dei ſubſumāt, nomēq̄ ie eius profanant: ſi machinations quibus perdetē conantur Eccleſiam Dei negligamus, aīnon merito perfidi & dannatib⁹ in ſilentium noſtrōm: In ſumma, rectum ordinem noſtrā culpa pellam ire dicit Iaſas, niſi impiobis quoad in nobis eſt reſiſtimus. Deinde admonet hāc eſſe extrema confuſionē, vbi nemo exurgit iuſtitie patronus. Di‐cens

cess eos confidete rebus vanis, significat coaceruare peruersas fidicias, quibus callum obducatur. Est autem hic nequit cumulus, dum blanditas hinc inde captando, sponte se obdurrat ad contemptum Dei; & talibus illecebris demulceret Satan reprobos, donec proflus eos fascinet, ut omni timore Dei excuso, non modò despiciant fana confilia, sed fastu inflati audacter subflant. Quoniam igitur præcipites nos rapit audacia, vbi falsas spes opponimus Dei iudicio, Propheta fiduciam hanc, sub cuius integumento se occultant vafti homines, non abs te ponit quasi desperata malitia nota in qua infatibilem esse morbum conflat, vbi palam improbi sibi adulari non dubitant, fratreque sua protterua sibi quiduis licere putant. Addit in eorum sermone pallam confaci quales sint eorum affectus & mores, sicuti prouerbio dicitur, Lingua eile effigie mentis. Quanquam haec particula bifatiam exponi potest, vel quod nihil loquuntur tyncre, sed eorum lingua ad fallendum continuo vsu formata sunt: vel quod erumpat eorum improbitas in apertam iactantiam: quod secundum magis mihi probatur. CONCIPIVNT. Elegantes sunt iste metaphoræ, quibus comparat impios mulieribus quæ fætum in utero alunt, ac deinde emitunt. Ita impios, dum machinantur intus suas fraudes, quali grandos esse dicit, donec pariant suo tempore: id est, quum occasions & opportunitates nasci sunt. Dicit autem concipere nocendi confilia, ut deinde simplices inique vexent: quasi dicaret, coquere longa meditatione sua sceleræ, & semper paratos esse ad noxiam aliquam: quia non cessant hinc inde accersere obliquas rationes quibus exhibeant queris negotium.

5 OVA REGVL.) Longius progreditur, Iudeos comparans non tantum mulieribus, sed vitulentis bestiis: quod magis constet quicquid ab ipsis prodit mortiferum ac lethale esse. Primi igitur dicit Excludere oua reguli: quia sicuti viperæ ouum ponere nequit, nisi veneficum: ita eos prauitate sic imbuitos esse ac refertos, ut nihil nisi noxiuum emittant. Per TELAS ARANEARVM, significat ita steriles esse & vacuos boni, vti ipsa quoque virtutum specie fallant. Duabus enim notis impios designant: primù, quod opera quæ edunt, referant corruptam eorum naturam: deinde, quod nulli rei sint vtile: nihil humanitatis, officij, charitatis, fidei præstent iis inter quos versantur. Scio aliter exponi ab aliis: nempe, Impios, dum alii moliuntur exitium, seip. 7.16, pios pertendere, dum putant se industrios, frustra & inaniter laborare: irretiri suis ipsorum laqueis: c. 9.16, cadere in foueam quam foderunt. Sed existimo Prophetam voluisse quod iam dixi: Impios scilicet, vbi que, semper atque in omnibus rebus nocere, prodeesse nunquam. quisquis negotium habuerit cum ipsis, exitiales ac peccatores sensurum. Huc pertinet quod dicit in ouis latere exitiale venenum: si verò strangantur, exiturum esse serpentem.

6 TELÆ FORVM.) Idem repeat ac confirmat: quicquid aggrediantur vel suscipiant, semper esse humano generi inutiles: quia destinatò abhorreant ab omnibus humanitatis officiis. Hoc autem perditini ingenij signum est, ita se maleficiis addicere, ut nulla proflus cōmoditatis speranda sit ex eius vita, qui omnis iustitia vacua & sterilis esse appetit. Alij exponunt, Quod sine profectu acquirere diuitias studebunt, & assurgere in honorem. Sed ego simplicius accipio, Nemo se eorum operibus teget: quia in eorum texture nihil est solidi vel fitimi. Vatis autem locutionibus rei eandem inculcat, ut demostret eorum opera nihil omnino afferre utilitatis. Atqui in hoc nati sumus, ut ope nostra iuueniamus proximos, & in communem utilitatem aliquid vicissim conferamus. Etferat igitur sunt belluae, nec homines appellandi sunt, qui tantum ad nocendum solentes, summa industria cauent ne quid pro sint. Statim absque figura subiicit, iniquitatis esse deditos, & quasi deuotos.

7 PEDES EORVM AD MALVM.) Variis modis imaginem impietatis quasi extrema nobis depingit: vbi scilicet homines excusò timore Dei, & procul eiecto, se in omne genus scelerum proficiunt, atque in omnem scutitiam, rapinas & iniurias prorumpunt. CVRRE dicunt, quod strenui sunt, ac nimis ardenter properant ad maleficia. Porro de manibus & linguis antea loquutus, Pedes quoque adiungit, ut ostendat in omni genere maleficij exercitatos esse, nec cyl. im esse corporis partem quæ a scelere immunis & vacua sit. Nonnulli enim sunt violenti, sed cohibenti linguis suis. Alij harpyis similes, obvia tamen præda contenti sunt. Prophetæ autem gentiles suos pedum quoque celestes dicit ad exercenda latrocinia. VASTITAS. Significat istos quocunque pergant, feris bestiis fore similes, quæ rapiunt & vorant quicquid occurrit, nec quicquam faciunt reliqui, ut terribili occurrua prouligent omne animalium genus, ne ad eas accedere audeant. Eandem similitudinem usurpat Plinius de Domitiano loquens, cuius aduentus instar truculentæ bellum erat. Idem accedit in reliquis hominibus violentis, quos omnes tanquam feras bestias fugiunt. Atque hoc modo via eorum defertæ & solitaria redduntur, vbi nulla est cum ipsis communicatio.

8 VIAM PACIS.) Qui dam subtiliter interpretantur nomen Pacis, pro Tranquilla conscientia: quod necesse sit impios torquati afflido cruciatu. Sed Prophetæ impios sic in iudicium adducit, ut ex secunda Tabula transgressione ostendat nihil in iis esse fidei, nihil h. humanitatis: denique esse pacem esse. Viam pacis nescire dicit, quia eos sua immanitas iustitia & aquitatis exper testreddat, quibus hominū societas fouetur, ut inter se pacem & benevolentiam edant. Pax enim

institu& & integritatis alumna est. Quod si effrani furor quisque irruat in proximos, atque iniurias inferat, illic bellum apertū est: nec enim potest concordia foueri inter nos, nisi singuli & equitatem seruent. Quod apertius voce exprimit iudicij, ac si diceret, formidabiles esse quocūque veniant; quia nullam admittunt rectitudinem. Postremum membrū variè accipi potest: vel, Quisquis ambulat in illis, à pace alienus ipse quoque erit: vel, Qui incident in manus impiorum, truculentos ipsos & immunes sentiet. Vtque sensus conuenire potest, nec de eo magnopere contendendum puto. Postquā igitur in genere loquutus erat Propheta, atque ostenderat per Deū non stare quominus Iudei bene habeant, ad species defec̄dit: quibus apertius declarat quomodo se alienauerint à Deo, & que eius gratia indignos reddiderint. Oritur hīc aliqua difficultas, quod Paulus

Rom. 3.17

Rom. 2.26

Rom. 3. hūc locum citet ad damnandum omne genus humanum, quod vitiosum sit & corruptum, nec quicquam habeat boni: Propheta autem videtur specialiter accommodare ad homines sui temporis. Sed facilis respōsio est: nam dum Iudeos nominatum compellat, qui prae aliis sancti videbantur, Gentes etiam iis annunciarū necesse est. Si quis obiciat, Gentes, dum piē viuant, sibi ipsi legem esse: & pr. ep̄um reputari init̄ Circumcisionis: respondeo, Prophetam introducere Deum expostulantem cum omnibus qui non sunt regeniti Sp̄itu Dei. Iti nemo excipi poterit, si consideretur in sua natura. Propheta verò se ab eorum numero eximit, quod regenitus esset, & Sp̄itu Dei regeretur. Rectè igitur à Paulo citatum est hoc testimonium, quum demonstraret quales sint homines relati à Deo, in quibus propria eorū natura vigeret. Quanquam autem non semper in crassa flagitia etumpit hominum prauitas: & Prophete cōsilium est, corruptissimum seculum traducere: quoties tamē ita graſſantur feclera, quali in speculo inueniri licet qualis & quam profunda malorum omnium lacura sit hominum natura. Nec verò dubium est quin Iudei, qui vanā generis sui gloriatioне turgebant, valde acerba fuerit h̄c concio: sed quando ne ipsis quidem pepercit Sp̄itus Dei, non est cur suis deliciis aliae gentes indulgeat, quā natura non minus sunt vitiose.

9 PROPTEREA.) Postquā recensuit quām corruptus ac peruersus esset illius populi status, simul docet ipsum meritō p̄nas tam graues dare, ne durius aut asperius quam decebat ſecū agi queratur. Virtus igitur que palā nota erat, velut in tabula depinxit, quod melius agnoscereat q̄ iot & quam variis modis reus esset coram Deo: nunc iterum commemorat nihil esse mirum li Deus prefat̄is ingenis rigidiō sit, iustumque mercede repandat. IV D I C I V M recessisse ait, quod miserrimi essent omnium hominum, nec vindicem Deum, vt olim, habent. Iudicium & iustitiam pro tutela Dei usurpat, quum nos conseruat, atque ostendit ſe curā nostrī habere. IV S T I T I A M vocat, quum nos tuerat: IV D I C I V M, quum vlciscitur iniurias nobis illatas. Hīc pronuntiat Deum abieciſſe curā populi ſui, ac deſtituſſe auxilio & ope ſua, quod indignus esset. No tanda est igitur particula p̄-by: quia infert non esse expostulandum cum Deo, quali indignè populum tractet, quum tot modis ipsius maiestatem violarit. Eodem pertinet quod ſubnicit, expētiabim⁹ lucem perpetuas tenebras in eumbere. Metaphorice enim docet ferē contabuſſe in suis malis: & quum aliqui illeuationis ſibi promitterent, ipse ſui fraudatos eſſe. LVCIS nomine, proſperum ſtatū: Tenebratum verò, aduersu nnotari fatus vulgate eſſe. Intelligit ergo fruita meiorum ſtatū expectandum eſſe, vt diſcat populus ſibi imputare calamitates suas: ne fortuitō contingere ipſas, aut nimis ſeuferum eſſe Dominum putet. Semper enim conatur populum ad p̄enitentię doctrinam reuocare.

10 PALPAMVS.) Aliis locutionibus idem exponit: nam quum graues in populo querimoniæ audirentur, nihil pretermittere voluit quod faceret ad exprimendas eius calamitates. Forte per modum confectionis h̄c commemorat, perinde acsi diceret, Res noſtra ad extremam misericordiam redacta sunt: sed ea ſa potissimum ſpectanda eſt: quandoquidem h̄c & grauiora meriti ſumus. Sed non male conuenit, stupidos exasper fieri, vt mala ſua expendant. Eti⁹ enim plus ſati sunt queruli: diabolus tamen torporem abducit, ne eos signa ita Dei ad p̄enitentiā ſolicitet. Aliquid autem ad metaphoram illam, qua vſus erat proximo verfu, quā diceret populum in tenebris & caligine versari, nec vllum repetire exitum: ac significat eum deſtitui confilio, & tanta anxietate premi, vt nallem perfugium aut remedium habeat. Quām leuis malam vrget, circāſpiemus, itque exitum aliquem ſperamus: verū in maioribus angustiis oppreſſi desperatione nihil videmus, nec iudicamus. Propterea dicit in labyrinthum coniectos palpare. IMPINGIMVS. Eodem ſpectat, atque etiam grauius quiddam exponit h̄c locutio, ſi pedem moueant, varia ſe feniōnes vndeque occurrere: & quidem nihil relaxationis eſſe ipſorum malis, ac ſi dies in noctem conuerſus eſſet. Per loca foliaria, intelligo vel abyſſos, vel deformes & ſqualidas terras. Hoc enim loco libenter Hieronymi in verione in leporum, qui dictione διαβόλος deducit ab εύει. Iudei, qui à j̄ev duci volunt, mihi pauciliter argutari, nec quicquam ſolidi habere videntur. Viros enim significari putant, quod j̄ev Vnguentum ſignificet: atque auct̄ Gentes hoc nomine designari. Senſus autem verus Propheta ḡl, in ſolitudinem redactos eſſe Iudeos, vt extra conſortū hominum familiæ ſint mortui, nec vllam exitus ſpem habeant.

11 NOS OMNES QVASI VRSI.) Exp̄imunt duas formas eorum qui in ſerias ſuas taciti ferre

ferre nequeunt, quin externis signis demonstrent. Alij enim vultant vehementius, tanquam viri: alij tanquam columbae gemunt. Hoc posteriore similitudine vsus est cap. 38. quem Ezechiae genitus narraret. Hoc enim accidit, quum dolor in nostrum comprimere conatur, nec tam ita continere possumus, quin inuitis nobis externa doloris signa erumpant. Summa est, nunc vir doloris extortos illis fuisse clamores, nunc suspiris & obstreperis vocibus conquerentes esse: sed utrumque sine profectu quia nulla in melius cotigerit mutatio. Proinde iterum repetit frustra iudicium & salutem expectantes, significans populum auxilio Dei priuatum esse, quod maximè cupiebat. Atque vsus est Seluris nomine, ut id melius ac plenius exprimeret quod prius Iustitia, & nunc iterum Iudicij nomine designat. Hinc collige nos culpa nostra esse miseros, atque senescere & contabescere in miseriis nostris: quantisper ad Deum conuertimur. Peterimus quidem gemere & vularere, sed nullam doloris allcationem sentiemus sine penitentia. Nullus enim malorum fit, is esse potest, quandiu prouocamus iram Domini, nec reconciliari ipsi toto animo studemas.

Sup. 38.14

12 Q V O N I A M.) Confirmat id quod prius dixit: nempe populum iniuit è facere, quod Deum crudelitatis accusat, nec intelligit se iustas scelerum suorum penas dare, quorum alta congeties in cælum usque eminet: quo sensu dicit. Multiplicata esse. Multum etiam ponderis habet haec particula, Coram te: descedit enim Prophetæ in seipsum, & iustum Dei iudicium agnoscit, quod absconditum erat hominibus. Voluit ergo tacitam antithesin annotare inter iudicium Dei, & iudicium hominum. Hi enim sibi blandiuntur, nec reputant peccata sua: sed non è minus arguantur à Deo, qui iustus est iudex, nec vanas excusationes, quibus tegere se volunt, moratur. Proinde non satis ei fuit populum simpliciter damnasse: sed dicit. MUL TIP LICASSE peccata sua, hoc est, multis nominibus reum esse coram Deo. Agnoscit ergo iustus esse Dominum, & optimi iudicis officium agere, quum nihil apud homines recti aut iusti reperiatur. Ideo addit: non citari testes, vel produci è cælo, sed Iudeos conscientia testimonio constringi ac damnari. Diligenter notanda est ista locutio: quia multis probationibus apud Deum opus non esse docet, quandoquidem peccata nostra nos satis conuictos tenent. Non est igitur cum Deo litigandum, quasi immoritò puniat, aut grauius animaduertat: quia peccata nostra aperte produnt quales simus: nec aliis apud Deum testimonii opus erit. Pro nobis cœvum, alij vertunt, Supra nos sed malo proprietate verbi retinere. Homines subterfugiunt, varijsque formas induunt, vt iusti videantur: sed frustra, quia secum gerunt iniquitates suas, è quibus nequeunt se explicare. sicuti pronunciata Deus in damnatione Cain, peccatum excubias agere pro foribus: vt frustra elabi tentet sua contumacia, quisquis iudicium Dei spernit. Vbi dicit Iudeos cognoscere sua peccata, non intelligit ipsos verè intus affici, tunc enim sequitur penitentia: sed declarat eos, tamen si iudicium Dei effigere cupiant, proprio conscientiae testimonio constrictos esse & confitos, vt frustra tergiuersentur, aut excusationem querant. Quod autem loquitur in prima persona, ac se quasi unum è vulgi numero constituit, satis uitatum est. Interea ostendit hoc malum sic per vim eternum corpus graftari, vt nullum membrum integrum aut immune sit: & quanvis Deo causam suam probare possit, tamen quia peruagata sit per omnes corporis partes iniquitas, se velut unum ex membris putridis, ac communi contagione infectum esse fatetur. Nec verò secum pugnat, quod hæc tenus se exemerit à communī reatu, quod alios magis pungere: nunc vt omnem exceptionē tollat, seipsum quoque inuoluit.

Gen. 4.7

13 IN IQVE EGIMVS.) Quasdam hæc peccatorum species enumerat, ut populum vehementius ad peccati sui notionem extimulet. Hoc autē simile portento est, homines castigatos ac penè attritos manu Dei, superbire adhuc, atque ita peruicacis esse vt flecti nequeant, nec sensu peccati sui humiliantur. Flagellis enim & plagiis durissimis nostram emollire conatur Dominus: quum nihil efficiunt castigationes, deploratos esse necesse est. In hoc igitur incumbit Iudas, vt ostendat quām misera sit populi conditio, qui quām extrema pateretur, tremebat tamen aduersus Deum, nec se ad officium cogi sinebat. Atque ideo sepius inculcat hæc monitionem, & acerius instat, vt hanc populi contumaciam domet, & pluribus verbis via traducit, & species enumerat, postquam in genere corruptionem, quæ passim vigebat, demonstrauit. Nec via quædam leuia aut paucorum hominum nota, sed vniuersalem defectionem. Sic enim corruptos fuisse his verbis significat, vt nihil fidet, integratatis, timoris aut conscientiae in ipsis esset. Quid enim aliud est mentiri Deo, quām perfide ab eo descendere, ac si omne obsequium negetur: non ergo unam vel alteram Legis transgressionem exprobaret, sed dicit quasifigitios Deo renuntiase, ne vocantem sequantur. Postea adiungit fabricandis malis fuisse deditos, & penitus imbutos fallaciis: quia proferre ex corde incendacum longe grauius est, quām futiliter mentiri: vel et. à fallere, vbi occasio inuitat. Nec verò dubium est quin ista obiurgationes Iudeos vehementer ostenderint, qui elati superbia, sacrosanctos se esse existimabant. Sed ita tractanda fuit eorum hypocritis: quia simplex doctrina parum apud ipsos efficiebat. Hoc igitur exemplo pastores, quām Ecclesiam Dei corruptā vident, atque sibi homines placere, & virtus suis adulati, capita sua opponere, & acri obiurgatione inuehi debent.

14 ET ACTVM EST.) Falluntur qui existimant Prophetam ad priorē sermonem reuerti, & V.

concionari de pœnis quas populus manu Dei senserat: nam pergit adhuc in proxima narratio[n]e, atq[ue] morbos exponit, q[uod]ibus laborabat populus, vt meritò puniti ipsum constet. Sic autem distinguui debet à versu nono, vbi iudicium recessisse dixerat: nam illic pronuntiabat ipsos Dei auxilio desit[ur], quia eum cause sue vindicem habere non merebantur. Hic autem **IUDICIVM** retroactum dicit alio sensu, quod scilicet omnem inter se iustitiam ac æquitatem euerterint. Iusta igitur illis redditis fuit merces, quod nulla ad opem ferendam Dei iustitia affulerit, quando ius & æquitatem procul à se velut in exilium expulerant. Frustra enim expectamus à Deo quod negligimus aliis, atq[ue] à nobis ipsis rejecimus. **I N P L A T E A**, hoc est, in publico. Loca enim designat in quibus iudicia exercebantur: quo significat non priuatos quos tam duntaxat corripitos fuissent, sed totum populi statum adeò depravatum, vt nihil integrum superesset. Nam si virtus quedam regent in plebe, remedij aliquid afferri potest, quandiu est iudicio locus: quod si eversa aut corrupta sint iudicia, sequitur omnia contagione vniuersali infecta esse. Lentianus quoque impunè notat, quod palam scelerate agere non pudeat, nec lucrum & hominum oculos refugiant.

15 DEFECIT.) Hinc satis appetit Isaiam proximo versu de pœnis loquutum non esse. Idem enim filium orationis adhuc contexit, atque ostendit populum de atrocitate pœnarum conqueri non debere, cùm tamen grauiter offendere Deū, ac prouocari. Cōfirmat ergo quod dixerat prius, concidisse veritatem, nullum esse æquitatem locum: idq[ue] magis amplificat, cùm addit eum **PRAE-DÆ** expositum esse, qui recessit à malo. Iudæi ferè omnes hanc partem vno contextu legentes, sic exponunt, Veritas defecit, & recedens à malo fuit spoliata. Cur hic sensus placuerit, non video. Expositio Hieronymi quā sequor, multò rectior & cōuenientior est. Et satis visitata est Scripturis eiusmodi locutio, Job, 1. cap. dicitur fuisse vir integer & rectus, timens Deum, & recedens à malo. Solomon etiam Prover. 14. Stultus securus est, iulius autem solicitat seipsum, & recedit à malo. Significat autem Propheta sic ex oīlum fuisse omnē rectitudinem, vt veris Dei cultoribus, si qui restarent, innoxios esse non licet: ac si dicaret, Quisquis inter homines vivere vult, necesse est vt cum ipsis improbitate certet: quemadmodū fertur vulgari prouerbio, Inter lupos vulnus: cūdū esse: qui autem innoxie vivere volet, is tanquam ouis à lupis diripietur. Deniq[ue] exprimit hīc cumulū summā improbitatis. Sic enim veritatem defecisse ostendit, vt nemini bono esset inter ipsos locus: quia quisquis ab iniuria abstinet, se in prædam exponat. **E T V I D I T.** Hoc pertinet ad populi consolationem. Admonet enim, Dominū nihilominus habiturum rationem populi sui, tametsi adeò grauiter offendit, vt nullus veniat locus esse videatur. Et quanuis durissimas pœnas inflixerit, fore tamen deum fœderis sui memorem, vt morbo sanando incredibile auxilium afferat. Loquitur hīc de futuro tempore, ac promittit force aliquando, vt post tam varias calamitates Deus residuo populo succurrat: nam concidissent animos, fracti, essent omnino Iudæi, nisi Dominus consolationem istam attulisset. Ita homines in cōtrarii: vita ruere, & præcipitare sc̄le solent: nam cùm arguuntur, aut obstinant se & obdurant, aut cōlernati in deligatione ruunt. Diligenter ergo norandus est hic ordo, quem Propheta sequutus est. Primum enim Iudeos coargui necesse fuit, vt pœnitentia tacti & prostrati definerent expostulare cum Deo: deinde mitigationem pœnarum cum salute promitti, ne abiicerent animos, sed auxilium à Domino expectarent, qui Ecclesiam suam periire non vult. Sic enim ad tempus animaduertit in suos, vt ipsoz deleri ac perdi non sinat. Quanquam si quis tedium hoc Dei, vel disiplentiam restringere ad Iudicium malit, quod scelus populum meritò sit abominatus, nō repugno: quasi dicaret, Deum nihil in populo illo vidisse frater odij materiam, vnde sequitur, non alia causa fuisse adductum ad opem ferendam, nisi quia res erant prorsus perdita.

16 V I D I T.) Idem argumentum prolequitur Isaias: sed magis exprimit, & enarrat fuisse quod breuiter attigerat. Poterat enim obscurū esse id quod dixerat superiore versu, disiplentiam Domino, quod nullum esset iudicium. Repetit hoc loco Dominū vidisse quod nemo esset qui opem ferret Ecclesiæ, & admiratum esset. Vtitur verbo **H I T H P A E L**, quo significat Dominem sibi causam stuporis fuisse: ac si dicaret, Fecit se obstupescere. **γνωσθε**, nonnulli Deprecatorem vertutē: sed puto hūc esse sensum, quod nemo esset qui opem afferre studeret rebus afflictis: nullus esset medicus, qui manum huic morbo admoueret, propterea Deum mirari. Cur vero hanc admirationem Deo tribuat, colligere promptum est. Hac enim exprobratione pudore infligere volunt Iudei, ne suo more fucum obtenderent tegēdis suis peccatis. Quia vero res incredibilis & portento similis erat, nullū reperiri in sancto & electo populo, qui le iniustitiae opponeret, Deū nouitate attomitum inducit, vt Iudeos tandem sui pigeat ac pœnitent. cuius enim proterviē esset nō pudescere, quum sua malitia Deum in admirationem impellant? Simil corum hypocrisia perfidrit, si fingant apud se pietatem & sanctimoniam vigere, cùm Deus sollicitè querendo, ne vnum quidē rectū hominē inuenieret. Porro hinc extollit atq[ue] illustrat ingentē Dei misericordiā, quod populum tam deplerat, quāsi ex profundi inferis eripere dignetur. Neq[ue] enim dubium est his verbis admonitus fuisse Iudeos quomodo sperāda esset redēptione: nēpe quia Deus ad teruandū quod perierat, mirabiliter surgere velit. Adh[ec] Mirādi verbo, paternā q[uod]oq[ue] Dei sollicitudinem designat. Certū est in Deū nō cadere istos affectus, vt aliquid quāsi nouū aut infoīes miretur, sed ita

ita se nobis accommodat, ut malorum nostrorum sensu seriò tacti sortem nostrā exhortemus. Quum igitur ait Dominum vidi, significat nihil opis esse in nostra industria: quum **A D M I R A R I**, significat nos plusquam hebetes esse ac stupidos, quid mala nostra nec agnoscimus, nec curamus. Nec tamen obstat negligentiam nostram, quominus Ecclesia sive Dominus opere ferat. **I T A Q U E S A L V T E M.** Significat his verbis desperandum non esse, tametsi nihil auxilijs ab hominibus feratur. Interea omnibus aliis adminiculis in nihil redactis primas & ultimas partes gratitiae Dei bonitatis, & meritorum potentiae assignat in salute gentis suae, atque adeo totius generis humani. Sicut ergo Deum sibi abunde sufficere affirmans, satisque valida potentia intructum ad redimendos ludos, & debilibus manum porrigit: ita nihil afferre homines posse dicentes in salutis sui subsidium, omnem altitudinem proferunt, ut fiducia operum suorum exinaniti ad Deum accedant. Atque hoc Prophetae consilium obseruandum est: nec enim dum Prophetas & Apostolos legimus, lolummodo quid, sed quem in finem & quo consilio dicant, spectandum est. Hic igitur potissimum attendere debemus consilium Prophetae, satis in uno Deo ad implendam salutem nostram esse virtutis, ne huc & illuc circunspectemus: quia ad extrinseca adminicula nimium sumus propensi: sed spem salutis non alibi quam in Dei brachio locandam esse: & verum Ecclesia stabilimentum in eius iustitia: perperam facere qui aliunde pendent, quando nihil extra se mutuatum est Deus. ac latius patet huius doctrina: utilitas: quia tametsi omnia remedia sepe nos deficiant, tamen satis auxiliij in brachio suo Dominus inueniet. Quoties igitur hominum auxilio destituti sumus, omnisiq; generis eternum obruiumur, nec quicquam aliud quam interitu cernimus, confugiamus ad istam doctrinam: ac certi sumus satis esse praefidij in Deo, ut nos conseruet: & quum aliena ope non indigear, tutu in eius ope recumbere & acquiescere discamus. Interim tenenda est vniuersalis doctrina: nempe redemptionem Ecclesia admirabile solius Dei esse beneficium, ne quid hominum vitibus aut industria tribuamus. Detestanda enim illorum arrogancia est qui partem villam eius laudis quam ad Deum pertinet, ad se rapiunt: quando in ipso solo & causa & effectus est nostra salutis. **B R A C H I U M** hic potestiam & virtutem designat: **V S T I T I A** rectitudinem, qua virtut in procuranda suorum salute, quum est ipsorum vindex, atque ab interitu liberat. Quod dicit brachio Dei **S A L V T E M** ei fuile partam, hoc ad Deum restringendum non est: nec passiuē legi debet, quia Deus seipsum seruarit: sed actiuē, ut salus ista ad Ecclesiam refetur, quam ab hostiis manibus liberauit.

17 E T I N D V T.) Hic Deum instruit armis suis, tum ut magis ac magis piorum fiduciam confirmet, tum ut omni proprieate virtutis fiducia exuat cunctos mortales. Summa enim hoc tendit, Deo nihil ad hostes debellandos & pariendam victoriam deesse: quia ex sua iustitia, virtute & gratia, & ardenterissimo populi sui amore **a a c c e s s u s** sibi conficiat, atq; hoc rursus notatu dignum est: quanuis enim fateamur satis esse virtutis in Deo, tamen ea non contenti quatinus interim alia adiumenta. Semper igitur ad infidelitatem propensae sunt nostrae mentes, ita ut mediis inferioribus haereant, siisque admodum implicentur. Ut hoc virtutum corrigit Isaia, viuam illa descripitionem proponit: acsi diceret, Scitote Deum habere in manu omnia praesidia salutis veile, nec quicquam ei defuturum, quo vos inuitis hostibus liberet, atque in patriam reducat. Nō est igitur quod trepidetis. Deinde nihil proclivius est quam imaginari nos aliquid Deo conferre: atq; ita partem aliquam laudis ad nos conferre, qua in solidum penes eum manere debuerat. Quod vltione & indignatione quasi pallio Deū induit, ad hostes pertinet, quibus excandescere dicitur Deus in populi sui gratiam. Itaque quod magis satagit Satan, & contra nos omnia molitur, eō magis acceditur Deus ad opem nobis ferendam, & potestius exurgit. Quanuis ergo nō quiescat illi cum omnibus reptobis, sed omnis generis impedimenta opponat ad prohibendā salutem nostrā, imo futiosc incubant ad nos perdendos: Deus tamē omnes eorum conatus vnicā sua virtute discutier.

18 Q V A S I P R O P T E R.) Confirmat sententiam proximi versus. Ostendit enim qualis vltio illa futura sit, qua Dominū indererat: nempe quod paratus sit ad reddēlā hostibus vicē suam. Obseruanda est autē ratio, cur Propheta Dominum sic armatum, indignantem, atq; ad vltionem patatum describat: quia scilicet Ecclesia salus cum exitio impiorum coniuncta est. Deū prouide aduersus hostes qui nos perditos volunt, armatum esse oportet. Atque hinc immensum Dei craga nos amorem perspicimus, qui ita nos amat, ut inimicitias suscipiat cum hostibus nostris, eisq; paria se redditurum pronuntiet. Adeo propensus est in exiguum gregem suum, ut pluris ipsum quam vniuersum mundum faciat. Hac igitur ratio est, cur insulam, hoc est, transmarinis & longinquis nationibus se vicem redditurum dicat. Potentes enim monarchias, & quae inexpugnabiles videbantur, euerterit ut populum suum liberaret. Ceterum quanuis hic nominet solos mortales, principium tamen facere conuenit à Satana ipsum capite.

19. P R O I N D E.) Nunc testatur adeo magnificum & illustre hoc opus redempcionis fore, ut totus orbis admittetur, suspiciat, prædictet ac celebret, metuque perculsus reddat gloriam Deo. Incertum poterō est, an Gentium conuerlionem significet, an verò terrorem, quo Deus hostes suos conseruat. Ego in priorem sentiam magis inclino, vñq; ad ultimos terræ fines illudre plenūmq; venerationis fore nomen Dei, ut non solum expauescant Gentes, sed cū vera recipientia ipsum

colant & adorent In causa redditione quæ mox sequitur, variant interpres. Verus autem, meo iudicio, sensus est, tantum fore hostis impetus, ut torrenti rapido & violento similis omnia abrupturus ac perditurus videatur: sed Dominum effectum ut defluat protinus & evanescat. Est igitur amplificatio diuina potentia, qua immensa vis & formidabilis impetus hostium frangitur, atque alio impulsus cadit. Quæritur nunc quam redemptionem Prophetæ intelligat. Relipodeo, sicuti iam alio loco monui, has promissiones ad vincam redemptions, ut vulgo fieri solet, restringendam non esse: nam Iudei ad redemptions Babyloniam solummodo referunt: Christiani vero ad Christum solum. Ego veroque coniugo, ut totum illud tempus ex quo populus rediit, cum eo quod sequitur est vulgo ad Christi adventum comprehendamus: quia non est impleta haec propheta nisi in Christo: nec vlli alteri quæ hic dicuntur cœnire posunt. Nec enim prius vnuerso orbi patefacta est gloria Dei, nec ita fugati hostes, quin vires redintegrarent, donec Christus Satan, peccati & mortis viator singularem triumphum egit.

23 ET VENIET. Iterum confirmat quod prius dixit, populum scilicet liberandum esse: Deumque huius beneficij fore authorem. Iuber itaque populu bono animo esse in exilio, quod perpetuum futurum non est: deinde spem redemptions locandam esse in solo Deo, ut in eius promissa solummodo mentes desigant. Sionis nomine captiuos & exiles, sicut alibi, designat: quia recte eis procul electi essent è partia, Templum tamen in suis cordibus gestare oportuit: sed ne promiscue hoc ad se trahant degeneres filii Abraham, paulo post ostendit ad quos pertinera sit redemptio: nempe ad eos solos qui verè ad Dominum conuersi fuerint. Certum est autem multos è Babylone rediisse, qui nullo penitentiâ sensu afficiebantur: qui tamen euangelie beneficij participes facti sunt: sed Prophetæ loquitur de plena redemptions qua fruuntur soi electi. Quanuis enim ad hypocritas quoque externe redemptions fructus peruerterit, tamen beneficiū Dei non amplexi sunt in salutem. Huc tendit Prophetæ consiliū, utilem fore pœna exiliij, ut Ecclesiā suam Deus quisquiliis & fôrdibus purgatam colligat. Semper enim memoria tenendum est quod alibi de populi imminentione vidimus. Et hoc modo electos hortatur Prophetæ ad Dei timorem, ut sub eius seruulis proficiant. Hinc collige, non posse nos reconciliari Deo per Christi sanguinem, nisi prius à peccatis nostris resipiscamus: non quid ex penitentia nostra pendaat salus, que in remissione peccatorum fundata est: sed ita coniuncta est ei penitentia, ut diuelli non possit. Quos enim Dominus in gratiam recipit, eos sic renouat Spiritu suo, ut virtus sua detestentur, & vita genus immutent. Papistæ totam salutis doctrinā euentur, dum remissionem peccatorum miscent ac confundunt cum penitentia: nec tantum iij, sed & alij qui acutiores videri volunt. Patentur enim gratis hominē iustificari per Christum: sed addunt, quia per ipsum renouamur. Ita partē iustitiae nostræ in remissione peccatorum, parcer in penitentia constituant. Atqui sic nunquam tranquillæ erunt conscientiae nostræ: quia longè absumus à perfecta renouatione. Sic igitur haec distingua sunt, ut ne separantur nec miscantur: atque ita solidum nostræ salutis fundamentum retineamus. Paulus hunc locum citat, ut demonstraret spem adhuc aliquam restare in Iudeis: tametsi exindomita corsi obstinatione colligi posset prorsus reiectos esse, & aeternæ morti deuotos. Sed

R. 11. 26. *Ibid.* 29. quia Deus perpetuò memor est frœderis sui, & sine penitentia sunt dona & vocatio ipsius: mercato colligit Paulus fieri non posse, quin aliqua tandem reliquit ad Christum conueniant, patetq; per eum salutem potiantur. Tandem igitur Iudeos simul cum Gentibus colligi oportebit, ut ex virtu quoniam ouile sub Christo fiat. Atqui Prophetæ tractat de redemptions Babylonica. hoc quidem verum est: sed diximus eum simul complecti regnum Christi, & redemptions spiritualem. Ad eam enim hoc vaticinium pertinet. Unde colligere Paulum diximus, redemptorem mundi esse non potuisse, quin ad aliquos Iudeos pertineret, quorum partes elegerat, & quibus nominatum hec promissio destinata est. In fine verius ascribitur obsignatio tam præclaræ sententie.

21 ET EGO CVM IPSIS.) Quoniam difficile erat creditu quod haec tenus Prophetæ docuit: ideo pluribus modis confirmare Iudeos studet, ut certa fiducia recumbant in hac promissione salutis, tantumque honoris tribuant Deo, ut in eius verbo acquiescant. Et diligenter notandum est verbum FOEDERIS, quo Prophetæ magnitudinem & praestantiam huius promissionis designat. Promissiones enim latius patent, & tunc velut lapides ædifici, cuius fundatû est fœdus, quod totam molem sustineat. Hoc igitur nomine vñus est, ne putarent hic vulgare aliquid contineri: atque istas confirmationes adiungit, ut quoniam haec non statim prestatet Dominus, nihilominus firma & indubia spe expectarent, ac videtur subesse antithesis, ut alacrius aspirent fideles ad fœdus nouum, quod fanciendū erat in manu Christi. Videtur tamen dñe ac ieunium quod postea additur, vbi iuber Ecclesiā Verbo & Spiritu contentam esse: quasi vero haec magna sit felicitas, suspensoz hæc in solis Dei promissionibus. Sed mihi dubium non est, quoniam doctrinam praestantiam ac pretium cōmendat Prophetæ: non tamen eā disiungi à suo effectu. Sed quia sic gratiam suam temperat Deus ac dispensat, ut fideles quandiu in mundo versentur exercet semper ad patientiam: nec respondeat corū votis omni ex parte video eos ad doctrinam reuocat: quasi diceret, Tu quidem senties me variis modis beneficium, sed nulla tibi portio erit,

erit, vel magis experenda felicitas, quā me sentire præsentem Verbo & Spiritu. *Vnde colligimus,* hunc singularem cīscē Ecclesiæ thesaurum, quod sibi domicilium in ea elegit, ut in cordibus p̄ orum per Spiritum suum habitet: dein de conferuet apud eos Euangelio sui doctrinam. Denique prædictat fore, ut nunquam Dominus destruat populū suū, quin ei temper & Spiritu suo & sermone adsit. Spiritus coniungitur Verbo, quoniam sine efficacia Spiritus nihil cōiceret prædicatio Verbi, sed maneret infrectuo. Similiter Verbū à Spiritu sciungendum non est, vi singunt homines fanatici, qui ipso Verbo, nomine Spiritus gloriantur, & turgent inani fiducia iuuarum imaginatio-nūn. Est enim Sātan sp̄ritus qui diuellitur à Verbo, cui Spiritus Dei perpetuō coniunctus est. Vbi verò externam doctrinam viuificat, vt radices agat in animis nostris, etiam in multis miseriis beata est nostra conditio: nec mihi dubium est quin Propheta consulto pronunciet, quanvis Deus liberaliter agat cum Ecclesiā sua, vitam tamen eius ac talutem repositam fore in fide. atque ita dicternitur nouus populus à veteri: quia sicuti sp̄irituale est Christi regnum, ita ex quo surrexit à mortuis, fideles animas sursum attollit cum eo conuenit. Iam verò promittit in astimabili hoc bono Ecclesiā nunquam priuatū iri, quin Spiritu sancto regatur, & fulciatur cœlesti doctrina. Parum enim esset nobis temel offerri Euangelium, nōque Spiritu donari, nisi apud nos residerent.

I N O R E T V O. Ostendit Deus sic nos alloqui, ut hominum ministerio & opera vti velet. Posset quidem è celo ipse loqui, aut Angelos mittere: sed in eo magis nostri rationem habuit, quod per homines nostri similes compellat & conuenit, vt eorum voce & sermone magis familiariter nos ad le allicit. Hunc ergo ordinem in Ecclesiā statuit, vt frusta iactēte Deo patere velle, qui eius ministros reiiciunt. Ergo Verbum & doctrinam ex ore Prophetarum & Doctorum qui eius nomine & iussu docent, petiūbet, ne nouas reuelationes stulte venemur. Verbum, nō n RE C E D E N T, aliū vertunt in Imperatiuo, pro quo etiam futurum s̄p̄ius accipi notum est. Sed hic verbum imperandi aut hortandi non conuenit: quia promittitur à Propheta quod Deus præstare vult. Hinc quidem exhortatio deduci potest: sed promissio priores obtinere debet. Est autem eiusmodi, Dominum sic affuturum Ecclesiā, siue eius curam habiturum, vt eam priuari doctrina nunquam sinat. Ed igitur semper respiciendum est, cū rebus aduersis tentamus, nec omnia tace-dunt ex animi nostri intentia. Nam sustentari & erigidebemus Verbo & Spiritu, quibus nos Dominus nunquam destrutum iri promittit.

C A P V T L X.

- 1 VRGE, splendida esto: quia venit splendor tuus, & gloria Ichoue super te ortus est.
- 2 Quia eccc tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orictur Ichoua, & gloria eius super te videbitur.
- 3 Et ambulabunt Gentes ad splendorem tuum, & Reges ad fulgorem ortus tui.
- 4 Leua in circuitu oculos tuos, & vide. Omnes isti congregati sunt ut veniant ad te: filii tui à longè venient, filii & tue ad latus nutrientur.
- 5 Tunc videbis, & splendesces, "expauesces ac dilatabitur cor tuum, quia ad te conuer-si fuerit" copia maris, opes Gentium adte venerint.
- 6 Copia camelorum operiet te, pullorum Midiam & Ephā. Omnes c̄ Saba venient, aurum & thus afferent, & laudes Ichoue annuntiabunt.
- 7 Omnes oues Cedar congregabuntur tibi: arictes Nabaioth ministrabunt tibi: ascen-dent ad beneplacitum altaris mei, & domum glorie meæ glorificabo.
- 8 Qui sunt isti qui instar nubis volant? & quasi columbae ad fenestrā suas?
- 9 Me certe insule exspectātūt, & naues Tharsis, vt filios tuos abducant à lōc: argen-tum eorum & aurū cū ipsis, nomini Ichoue Dei tui, & sancto Isracl: quia glorificant te.
- 10 Et extribuent filij alienigenæ iuatos tuos, & Reges eorum ministrabunt tibi: quoniam in ira mea percussi te, & in clementia mea misertus sum tui.
- 11 Et aperientur portæ tue iugiter: die & nocte non claudentur, vt adueniantur tibi opes "vel, robur Gentium, & Reges eorum duci.
- 12 Quoniam gens & regnum quod non scriuerit tibi, feribunt: Gentes, inquam, pe-

"vel, dif-flues,
"vel, multi-tudo maris
& robur
Gentium.

nitus abolebuntur.

13 Gloria Libani ad te veniet, abies, pinus, & buxus pariter, ad decus loci sanctitatis meæ. Nam locum pedum meorum glorificabo.

14 Et venient ad te humiles filii afflignant te, & incurvant se ad plantas pedum tuorum omnes quæ te spernebat: & vocabunt te Cœnitatem Ichouæ, Sion sancti Israël.

15 Pro eo quod fuisti derelicta & exosa, ut nemo per te transiret, ponam te in magnificientiam perpetuam, gaudium generationis & generationis.

16 Et suges lac Gentium, mammillam Regum suges: & cognosces quod ego Ichoua, servator tuus, & redemptor tuus fortis Jacob.

17 Pro ære adducam aurum, & pro ferro adducam argentum: & pro lignis as, & pro lapidibus ferrum: & ponam præfecturam tuam pacem: & exactores tuos iustitiam.

18 Non audiatur amplius oppressio in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis: & vocabis Salitem muros tuos, & portas tuas Laudem.

19 Nec erit tibi amplius sol in lucem dierum, nec splendor lunc lucebit tibi: quia erit tibi Ichoua in lucem perpetuam, & Deus tuus in gloriam tuam.

20 Non occidet amplius sol tuus, nec luna tua occultabitur: quoniam Ichoua erit tibi in lucem perpetuam, & finientur dies luctus tui.

21 Populus quoque tuus omnes iusti, perpetuo hereditabunt terram germin plantationis eius, opus manuum mearum, ut glorificer.

22 Parvus erit in mille, exiguis in gentem robustam. Ego Ichoua tempore eius accelerabo hoc.

I N C A P V T L X.

V R 6 B.) Nunc ostendit quanta sit Verbi illius efficacia, de quo prius loquutus est. Erigit enim prostratam & afflitam Ecclesiam, nitoque suo restituit: & quoniam personam Dei iustinet, autoritatem hic tuam declarat. propterea vius est imperativus, ut sermo plus efficacia habeat: ac si pro imperio Ecclesiam in possestionem mitteret felicioris status, quem promiserat. Summa huc tendit, ut iacent fideles non eum verba in ærem iactare, sed cum effectu loqui. Surgere autem iubet, quia prius dixerat eam iacere, quia duo verba inter se opponuntur. De Babylone prius dicebat, Dilectende in puluere, capite 47. De Iudeis ipsis, capite 32, Sedebit populus meus in puluere. Contumacie in puluere, capite 52. Surge, surge, indu veste decoris tui. Ita nunc rursum quasi porrecta manu Ecclesiam atollit, ut honoris sui fidem recuperet, que ante prostrata erat, ac veluti tordibus & iquallore obsita. Porro ne Iudeos malorum caligo desperatione obruat, lucem quæ abscondita fuerat, paulo post exortitur dicit: nempe ad diei & noctis vicissitudinem alludens: ac si diceret, Dominus tui miseratus, te cripiet ex his tenebris in quibus iacuisti: Satis paenarum dedisti: iam tempus est ut melius habere incipias. **S P L E N D O R I S** igitur nomine, metaphorice salutis & integrum statum designat, sicuti antea per Tenebras, aduerum Ecclesie statum significauit. Similiter admonet lucem hanc non aliunde orituram quam ex sereno Dei vultu, ubi gratiam suam exercere volet. Vbi enim lumine suo nobis affulget Dominus, omnia propere succedunt: ubi vero à nobis aterius est, nihil miserius nobis aut infelicius esse potest.

Q V I A E C C E T E N E B R A B.) Nunc per comparationem amplificat gratiam illam cuius antea meminimus: ut quanto per Deum amet electos tuos, & quam insigni prærogativa dignetur, estimemos. Stima enim est, dum miseriis infinitis premimur, ac veluti demergitur uniusversus orbis, Deo populum suum cura fore ut eum variis beneficiis exornet. Ostendit ergo lucem gracie & favoris, cuius meminit, promitemus omnibus non fore, sed peculiarem populo Dei. Diximus Splendoris nomine prosperum Ecclesie statum designari: sed ne hunc statum ab extrema specie estimemus: alius enim concedit Prophetæ: nec mihi dubium quid de spirituali luce & splendori conceonetur. Alioquin non conveniret ea locutio qua postea vñus est, Ambulabunt Genites ad splendorē tuum: & contextus huius capituli cum superiori id facilè ostendit. Dicit enim fedus hoc contineri Verbo & Spiritu. Denique ex antitheto facile coligitur aliama Ecclesie felicitatem, quam in cibo & potu, vel otio & pace, & aliis commodis promitti. Ceteræ nunquam deinde sequuntur est tempus,

tempus, quo malorum caligo Gentes omnes obrueret tranquillis Iudeis. Quum ergo ostendatur Ecclesiæ conditio à toto orbे, beneficium, in cuius propagationem Isaías Ecclesiæ mittit, spirituale est: & spiritualis splendor quem promittit. Itaque ad spirituale Christi regnum hæc pertinent: quo lumen Euangeli per omnes orbis partes refusit, eoque extraneæ gentes illustratæ sunt. Atque hæc pertinet quod sequitur, **SUPER TE ORIBTVR DOMINVS.** Et si enim claris signis & efficacis fauorem Dei apparitorum ostendit, non tamen omittit quod præcipuum est, fideles verè tenitos eum patrem, ut salutem ab eo expectent. Hinc collige nostre brebis oppreflos esse, donec cum adoptionis gratia testimonio affulget nobis Deus. Loquor de toto genere humano. nam à solo Deo vivifici in hac lucem prodire docet Isaías, vt significet peculiare esse Dei beneficium. Secundum loco norandum est, solam Ecclesiæ compotem esse huius splendoris: hoc est, electos Dei, vnde sequitur, non promiscuum esse, aut naturale donum: sed quo Dominus communem naturæ humanæ defectum tulerat. Vnde etiam pertinimus nūquam lumen aut splendorem esse, quam in Ecclesiæ. Reliqui enim homines tametsi in luce esse, acplendere sibi videantur, obruuntur tenebris: quibus non alter quam lumen Euangeli, eripi possunt. Adiungit nomen **GLORIÆ,** quia postquam temet nos Dominus complexus est gratia sua, sic nos prosequitur, ut beneficiata in nobis magis ac magis adageat.

3 ET AMBULABUNT GENTES.) Confirmat quod iam diximus: non aliam esse hominum lucem, quam eum illis Dominus Verbo suo affulget. Hoc quidem factetur omnes, sed nō tanti faciunt hoc beneficium: quanti debent: ac vulgare quiddam esse putant, quod naturaliter in omnibus homines competit. Atqui, supernaturalem esse hanc gratiam ostendit. Distingui ergo debet à natura. Idque repetitio huius vocis, **SUPER TE,** qua prius vobis est, satis ostendit. Primum igitur teneendum, iolius Dei esse hoc beneficium: deinde non omnes promiscue ipsius participes, sed electos tantum: quibus felicitate grativito fauore Dominus affulget, ut à vulgo hominum exmaneatur. Hoc autem fit per Christum, qui vocatur Sol iustitiae: quoniam eius veluti radix illustratur. Cæterum, gratiam longè lateque à Iudeis diffutum iri docet: sicuti sonant veibea federis, In temine tuo benedicunt omnes Gentes. Neque enim si vobis tantum populus frueretur luce, quidquam aliis prodesset: sed quatenus ipsarum est Euangeliæ doctrina per totum mundum, præluxit Iudea Gentibus ante exercitatis ad viam monstrandam. Nam vobis populi splendorem proprium faciens, ostendit non aliter mundum illuminari, atque in huius beneficium societatem peruenire potuisse, quam si lucem petret ex Verbo illo quod prodit à Iudeis, & Ierosolymæ auditum est: ubi accentu fuit Lampas Domini, vbi exortus est sol iustitiae, ut inde in omnes terræ fines lumen suum diffunderet. Sicuti autem vidimus, Ex Sion prodibit Lex. Nulla igitur est lux quam ex Prophetarum doctrina: ut frustra te iacent in luce ambulare, qui ab ea recedunt. **AD FVLGOREM ORTVS T VI.** Alludit ad auroram, quia sicut Lucifer diem inchoat ab una tantum cali plaga, statim vero Soltotum mundum irradiat: ita primum dilueulum fuit in Iudea, vnde lux orta, atque per universum orbem deinde expansa est. Nullus enim est terra angulus, quenon Dominus haec luce illustraverat. **REGES** autem nominat, ne vulgus ignobile colummodo venturum ad hoc lumen purarent, sed principes & magnates, qui ahoqui sibi vehementer in sua dignitate placent. Summus vero hic honor est quem Ecclesiæ tribuit, quod tanto fulgeat splendore, ut populos & principes ad te conuertat. **LVMEN** Ecclesiæ vocat, non quodā se quicquam habeat luminis, sed à Christo, tanquam luna à sole, mutuetur.

4 LEVAIN CIRCVIT V.) Pluribus confirmat propagationem illam de restituenda Ecclesiæ, quæ incedebilis omnino videbatur. Nec enim facile erat in tam miero & perturbato rebus statu hæc Iudeis pertuadere, tunc regnum Iuda solummodo restabat, idque adhuc in dies minuebarunt, donec prorsus concideret, vbi vero in exiliis tractus fuit populus in horrenda illa dispersione, & tribus ruinis, adeo desperata erant omnia, ut putaretur de Ecclesiæ penitus aeternum esse. Pluribus ergo confirmanda fuit hæc doctrina, ne animi natura propensi ad dissidentiam, amplius dubitarent. Propterea adducit Iudeos velut in rem præsentem, tametsi procul abesse: ut nihil magis habuerint, quam si iam ob oculos ipsorum poneretur. Iubet autem fideles **ATTOLLERE OCULOS IN ALTVS,** id est, supra humanam cogitationem. Nam quandiu defixi sumus in externum statum, fructum harum propagationis percipere non possumus. Addit, **IN CIRCVIT V,** ut certò teneant non ab una tantum plaga, sed vndique venturos populos, qui in corpus vnum coalecent: nec vero tantum dispersionis quæ futura erat remedium ac finem promittit, sicut alibi dicitur, Dispersos Iraelis congregabit: sed latius extenditur hæc collectio. Significat enim mirabile fore in mundo conversionem, ita ut qui prius fuerant dissipati & extranei, in unum corpus coalescant. Denique notatur Ecclesiæ propagatio in ultimos terræ fines. Subest etiam tacita antithesis, quæ misericordia & calamitatum statum denotat, in quo prius erat mundus. quam auriculis Christi colligeretur. **FILII TVI.** Quidam per filios allegoricè intelligent robustiores ac firmiores in fide: per filias, infirmiores. Sed non existimo rati subtiliter Prophetam loquutum esse. Itaque simplicius accipio, Fore iacet ut filii ut filii ad Ecclesiæ concurrent: hoc est, non ratus domi gignantur, sed etiam foris, atque adeo in extremis partibus mundi. Vt etiam Ecclesiæ non

*Malic. 4.2
Gen. 22. 18*

Sup. 2.3

*Psal. 147.3
Sup. 56.8.*

iam aliquo mundi angulo constrictum iri, sed tam longè & latè se extensus, quām patet vniuersus orbis.

S T V N C V I D E B I S.) Hęc prima specie videntur aliquantum inter se pugnare, quòd prius in præsenti loquutus sit: nūc veiò futurum denuncier. sed prius de oculis fidei loquebatur, que apprehendit ea quæ sub hominum sensu non cadunt: nūc autem de ipso rei eventu, vel certè præsenti tempore certitudinem notare voluit: nūc verò, vt scilicet in tolerantia contineant fideles, restrinquit eandem sententiam. Ceterum, et si quæ Dominus promittit, ad tempus lateant oculos hominum, tamen à piis fide cernuntur: vt certissimè eorum succelum expectent, vt cuncte aliis incredibilia videantur. **S P L E N D E R E S.** Quia ἡλιος am Splendere quām Diffluere significat, ideo utroque modo verti potest. Referre enim postulamus ad gaudium quo perfunditur Ecclesia atque diffundit, cùm in huc modum augetur: vel ad ornatum, quo splendet ac resplendet. Sed hoc alienum videri posset à contextu, quòd paucis mētioribus facit, atque cum splendori vel gaudio permiscet, at qui non dubito quin hoc verbo admirationem & veluti stuporem notare voluerit, quo rapiet Ecclesia, cùm ie in solito & inopinato hoc honore affici, atque in tam sublimem honoris gradum euctam cernet. acsi diceret, Tanta erit operis magnitudo, vt opinione tuam supererit. Non est igitur paucus qui concipitur ex periculo aliquo, vel re tristi, sed qualis in maximis rebus, quæ ingenii nostri captum excedunt, evenire solet, dum attoniti sonniare quodammodo nos putamus. atque hęc trepidatio cum letitia optimè conuenit.

6 & 7 C O P I A C A M E L O R V M.) Describit Propheta figuratè gloriam Ecclesiæ, atque sermonem suum temporis accommodat, & per tonis, quibuscum ipsi negotiū crat. Est enim memoria tenendum quod s̄apius diximus: Prophetas habuisse rationem populi quem docabant: id est que res vſitatis, & notas cæteromias commemorasse, vt sub earum figuris, spiritualem Dei cultum designarent. Illi enim primūm instituendi fuerunt: deinde Gentes, ad quas istarum rerum veritas peruenit, perinde acsi diceret, populos longè disitos eum suis opibus venturos in Dei potestatem. Nam quòd Ecclesiam locupletandam prædictit, referri non debet ad hominum personas, sed propter unitatem capitis & membrorum, quod Dei & Christi proprium est ad Ecclesiam transferrit. Stulte ergo Iudæi huius vaticiniū prætextu decurant inexplicabilis sua cupiditate omnes terræ diuitias. nec minus perperam Papistæ verba hęc ad luxuriosam suam opulentiam pompāique detorquent. Camelorum autem, Thuri, Auri, Ouium ideo mentionem facit, quòd sp̄ecie quid vnaquaque regio proferat: vt ostendat omnes consecraturas Deo quicquid penes se habuerint, sive & sua omnia velut in sacrificium oblaturas. Vnde colligendum est, non posse nos verè conueri ad Dominum, quin omnes ei facultates nostras offeramus. Hęc enim sunt spirituales hostiæ, quas requirit, & quæ negari ipsi non possunt, si corda verè dicata ipsi & consecrata fuerint. Impi abutuntur beneficiis Dei ad luxum & intemperiam, atque ea, quantum in se est, indigna profanatione corrumpunt. Piaverò, dum iis vtuntur pura conscientia, Domino ipsa consecrant. Nemo igitur Dei esse potest, quin ei simul omnia sua addicat ac deuocat. Quod attinet ad regiones quas hic recentet Propheta, quo quæque loco sita sit, exponeo minimè necessarium est. Obiter tamen notandum, casus memorari quæ ad Orientem spectabant: potissimum verò Arabiam & vicina loca: quæ per Cedar & Nabaoth designat. Papistæ abusi quoque sunt hoc loco, vt probarent reges ab Oriente venisse, vt dona Christo offerrent. In quo seminimūridiculos præbent, cùm Propheta de omnibus ordinibus loquatur. Verum sine iudicio congerunt omnes huiusmodi locos, in quibus aurum vel thuris fit mentio, quasi Propheta intelligant ea dona quæ Magi obtulerunt. Hic verò nihil obscurum est: significat enim futurum vt Deus vbiq[ue] inuocetur, atque exteri omnes ad eius cultum conueniant. **A S C E N D E N T.**

1. Pet. 2. 5
Rom. 12. 1

Mat. 2. 11

Exo. 19. 24
C. Levit. 8. 29

Alli verrunt, Ascendent in beneplacito super altare meum: atque hypallagen esse putant, neque id ineptè proflus, meo iudicio: vt significet Propheta istas victimas quæ offerentur à Gentibus, gratias fore Deo. Alli sic interpretantur ιητα, acsi adiectiuū esset: quod proprietati lingua non convenit. Nam ιητα, significat Benevolentiam, vel fauorem. Quare præferendum censeo quod reddidi: nempe quòd ascendent hostiæ ad beneplacitum altaris. Ac sic resoluti poterit oratio, Ascendent ad placitum Deum: sicut in hoc ordinatum est altare, & offeruntur sacrificia, vt homines Deum sibi propitiū ac fauentem habeant: & Deus etiam iuxta suam promissionem sacrificia ex altari suo grata habet. nam tunc altare ad obtainendum Dei fauorem accessus erat. Tria hęc distinetè exprimit Propheta. Primum enim dum **S A C R I F I C I A** alcedere dixit, allusus ad veterem ceremoniam, qua olim in sacrificiis vtebantur. nam atcollebant victimas: quo significabant erigendos esse omnium animos, ne in terra fixi hæcerent, aut victimam solummodo spectarent. Deinde ea sacrificia grata fuisse Deo, vt à profanis oblationibus Gentium distinguantur: quæ carebant fide. Tertiū, In altari: quod solum oblationes sanctificare potest. Quicquid enim extra ipsum offerebatur, impurum ac detestabile erat. Ceterum, hęc figura nos ad veritatem deinceps debet Christus enim est altare Dei, atque in ipso offerendū, si victimas nostras Deo acceptas esse velimus. Porro iub Tempi glorificatione verā populi instaurationē declarat. Hęc enim precipua felicitatis pars erat, vt staret templum, in quo Deus purè iuuocaretur. nam initium hinc faciendum est,

est, ut Deus inter nos regnet, quo verè beati sumus. Propterea Dominus, cùm Ecclesiam instaurat ut significat, cùm mentione facit, quod eius gloriam restituat, ac si dicaret, Dominus mea nūc ludibrio Gentium exposita est: sed gloriam tandem, quia nunc spoliata est, ei restituā. Apparet autem ex Zacharia, Aggeo, & Malachia nō statim à populi reditu hoc finis cōpletum, nec verò in sum ptofa illa mole, qua Herodes altutē fauorem sibi acquirere voluit, veram dignitatē finis putandum est, id eōq; non antē emerit dignitas aut decus, cuius fit hīc mentio, quam vbi iam nām cōlocum Ierosolymā aperuit Deus, & inde palam vocavit omnes Gentes ad spem æternę salutis.

8 QVI SVNT ISTI?) Quoniam Prophetæ in exprimendo hoc Dei beneficio sibi satisfacte non potest, ipse in admirationem raptus, exclamat, quod sunt isti? hoc enim in illo plus habet vehementiā quam si simpliciter dixisset aduolare infinitam multitudinem: insidēque similitudinibus etiam vīsus eset. Plenius ergo exprimere voluit quād magnifica foret ista propagatio, cùm verba non repetit quibus rem ipsam exponat. **IN STAR NYBIS VOLANT.** Hīc Apostolos notari putant, qui incredibili celeritate vtque ad ultimos fines mundi penetrarunt, & nō nihil coloris habet eiusmodi interpretatio. Sed Prophetæ loquitur de vīniciis Ecclesiæ aggregatiōne quia vndiquaque homines properè & alacriter ad ipsam accurent. Columbarum humilitudo qua vītit, huic rei aptissima est, nam cùm in agris sparsæ sunt, nihil à fētis aībus differt, videntur: sunt tamen domesticæ, & columbarium suum habent, in quod se recipiant, atque in eō nīdulantur. Ita pīj fide illuminati agnoscere incipiunt certum suum, quod se ab horrenda dissipatio[n]e recipient. Quād necessitatis tuerit hīc monitio, facile agnoscunt omnes qui statim illius temporis horrendum ac miserum reputabunt. Nam si Prophetæ tot annis quibus assidue institerant Iudeis, nihil aut parum admodum efficere potuerunt, quid sperandum erat de Gentibus penitus à Deo alienis? Annon erat paradoxon, eas aliquando in Ecclesiam venturas? Non est tamen hyperbolice loquutus Prophetæ: sed ita obſtupescit, vt nos etiam in eandem admirationem adducat.

9 ME CERTE INSVLÆ.) Postquam Iudas quibus potuit elogiis insigne illud instauratiōnis beneficium extulit, Deum ipsum introducir loquentem, quod plas authoritatis habeat oratio. **EXPECTATIONEM** hīc nonnulli accipiunt pro desiderio, ac si dicere, hoc ideo fieri, quod trāmatinæ Gentes, velut famelice ipsum appetent: quia sentient se salute & vita esse destitutas. Alij simpliciter accipiunt pro Sperante, sed interdum quoque significat Obseruare. Atque ita vīspat David Psal. 56, Impij expectant animam meam: id est, vitæ meæ infidias tendunt, in qua significatione hoc loco accipi potest. Exspectabunt, id est, obseruabunt nutum meum: quemadmodum serui à Domini arbitrio pendere solent. Nolite ergo mirari, quod tam multi confluent in Ecclesiā: quoniam insulæ que nunc partim me contemnunt, partim oppugnant, sic miseri attendunt, vt quicquid mandauerit, exequantur. Et certe ex reliquo versu patet de tali obsequio nunc agi. **NAVES THARSI.** Hīc, si cui placat, suppleri potest particula similitudinis: hoc sensu, Quemadmodum naues Tharsis oīm commicabant in Iudeam, atque aduehebant res ad templi structuram & vīlum hominum necessarias, ita futurum vt rursus commicent, atque abrupta illa nauigatio cursum suum recuperet. Per Tharsis, id est Ciliciam, quæ opposita erat Iudeis, ~~et vnde ex hoc~~ intelligit omnes nauigationes, & commercia quæcum exteris nationibus exercabantur. Potest etiam simpliciter accipi, Naves Tharsis quæ nunc superbè despiciunt Ecclesiā meam, impetuo meo subiciuntur, atque ad ipsam filios ē longinquis regionibus adducent. **AVRVM CVM IPSIS.** Iterum repetit quod ante dixerat, sic venturas Gentes in obsequium Dei, vt se & sua omnia ipsi offerant. Papistici doctores, vt nuper attigi, summam impudentiam produnt, cùm his testimoniis abutuntur ad tuendas tyrannicas & theatrales p̄p̄s, quibus Antichristus Romanus, & eius asseclē perlucent & conspicui reddi vol. int. Cūm at. iu. int lux, aurōq, & gemmis nitcant, & meretricio cultu se se ferent, non pudet ipsos huius nequit. Spiritu sanctū authorem facere, vt quoties auri & argenti mentio fit in Prophetis, ad luxum suum id trāferant. In hoc certe persimiles se p̄t̄bent Iudeis, qui ad auri & argenti mentionem toti ex altātac ip̄tant se, aduentante Messia, in his volutatibus. Ita Papiste nihil aliud quād aurum & argentum cogitant, atque inani eiusmodi specie p̄t̄rūct, & eorum mentes se se attollere in cœlū nequeunt. Sed hic stupor longa refutatione non egit. Summa est, Deum velle in summum honorem euherere Ecclesiā suam, & ornamenti necessariis illustrem reddere. Et ne qua tam magnifice promissionis dubitatio pias mentes impedit, néve quicquam suis meritis attribuant, Deus ipse hīus rei se authorem fore pollicetur. Porro Gentium diuitias quas paulo ante vīsus ficerat Ecclesia in prædam aut victoria, præmium addicere, Deo nunc in lacram oblationem dicitur. atque ita clarissim exprimit quod dixi, nihil magis illi nobis expetendum, quād vt Dei imperio totas mundus subiaceat.

10 ET EXTRVENT:) Prosequitur idem argumentum, quemadmodum prius dixit ex eis se se submissuros ipsius imperio, vt templum instaurarent: ta nunc alienigenas operam suam collaturos ad extirptionem mīlitōrum. Variæ sunt comparationes, quibus instauratiōnem Ecclesiæ promittit. Est enim familiarē Scripturis, vbi de Ecclesia agitur, nūc Templum, nūc Ierosolym-

Mar. 16. 15

Psal. 56. 7.

mam proponere. Promittit autem exteros & alienigenas adiutores fore instruendo huic edificio, ne Iudei sua paucitate aut inopia territi animos despondeant. Poterant enim in captiuitate ipsa ad diffidentiam solicitari: ut quanuis sperarent se redituros in patriam, tamen haec à se praestari non posse existimarent. Hoc autem praestitit Cyrus, qui magnam auri & argenti cepiam suspenditauit. Sed in ipso haec tantummodo adubrata fuerunt: verē impleta sunt in Christo, ad cuius

Mat. 10.1. regnum haec omnino extendi debent. Paucis enim Apostolis primum vñus est Christus, qui tanto operi sufficere non potuerint: sed alienigenas deinde excitauit, ex quibus delegebat pastores, atq; exteros eorum principes, Ecclesiae alumnos esse voluit. Papistæ nimis improbè perverunt ac corrumpunt hunc locū, dum ad tyrannidem Papæ stabilendam ipsum detorquēt. Summā enim potestate in Reges ac Principes omnes penes ipsum esse volunt: atq; in hoc impudenter vicarium Christi esse mentiuntur. nec enim Christi regnū est de hoc mundo: ille barbaræ & tyrannicè dominatur, atq; licentiam mutandi & trasferendi regna usurpat. Atqui Reges ita se summittunt Christo, ut Reges esse non desinant: sed omnē potestatem suam ad cultum Dei seruandū, & iustum politiam administrandam conferant. Vnde videmus quām alieni sint à regno Christi, qui regibus autoritatem & potentiam eripere volunt, vt in se transferant. Hinc etiam refelli poslunt Anabaptistæ, qui sic politicū ordinē euentur, vt Reges non aliter Christianos esse posse existimant, quām si se autoritate sua abdicari int̄quando in regio etiam ordine Deus se velle excellere ostendit. Porro ne quis obiciaret facilius fuisse Ecclesiam tueri incolucem, quām ab inferis excitare, præuenit Deus, & Iudeos ita meritò fuisse afflictos docet: quia nimis provocatus fuerat eorum sceleribus, sed bene sperandi materiam suggestit, quia nolit exigere quas meriti erāt pœnas, sed contentū fore, si modō temporalis castigatio eos humiliet. Admonet interea Iudeos quām sit causa huius mutationis: ne ipsam pro sensu suo astiment. Dum enim mutantur regna, ac subinde euehuntur & concidunt, haec fortitudi contingere, & communem mundi fortē esse putant. Idem existimare poterant Iudei, cùm euerfo Chaldeorum regno, in libertatem restituti sunt. Propterea Dominus haec omnia prouidentia sua administrari testatur: ne scilicet profanorum hominum more executiant. Perinde ergo est aīsi diceret, Si queras cur tot miseriae tuleris, haec causa est, quod tibi iratus fuerim, atque sclera tua vltus sim. Si verē liberationis tuae causam inquiras, gratuita benevolentia mea, non dignitas tua aut fortuitus rerum euentus in causa

Hab. 3. 2. est. Itaque, non temere accidunt calamitates, nec sine causa irascitur Dominus: nec ita irascitur, quin misericordie sue locum relinquit.

ii. *E T A P E R I E N T V R P O R T A E.)* Malè exponitur vulgo hic versus, putant enim significari à Prophetā Ecclesiam sub fide & tutela Domini tutam ac securam fore. aperta enim portæ periculum procul abesse ostendunt. Sed Prophetā seipsum exponere mihi videtur: apertas scilicet fore portas, ut opes in ciuitate vndique aduehantur. Quia verò interdiu portari onera solent, Dies, inquit, nō sufficiet, adeò frequens erit concursus eorum, qui in ipsam pretiosos thesauros aduehent. Itaque assidua erit vectura, ita ut apertis nocte & die portis opus sit. Quod opes Gentium Ecclesiae fore dicit, ne referamus ad luxum carnalem, sed ad obsequium, quod vniuersus mundus Deo in Ecclesia prestat. quod enim Deo offertur, Ecclesiæ esse dicit: quoniam hic Deus nihil ab ipsa separatum habet. **R E G E S E O R V M D V C T I.** Malo retinere participium quo vicit Prophetā, quām sequi eos qui in verbum resoluunt. Deprauant enim Prophetā sensum, qui hoc consilium addidit, quoniam tanta est Regum ferocia, ut deduci vix patientur: quin potius freti sua potestate luxuriant, nec modō feceruntur quoconque libitum est, sed alios quoque velut torrentes violenti secum abducunt. Hos igitur tametsi ferocias natura & indomitos, sese summissuros potestate Dei & Ecclesiae ostendit.

12. *Q V O N I A M G E N S.)* Multus est Prophetā in confirmandis piorum animis, ne restitutionē quamlibet ipse pronunciat, talem fore dubitant. Incredibilis enim prorsus ista erant: & nos ipsi, quanvis ab euentu rerum satis habeamus confirmationis (nam omnium oculis patefacta sunt) tamen nisi spiritu Domini regeremur, vix ea animo concipere possēmus. Ostendit igitur nullā esse causam cur Iudei de instaurazione templi dubitant, quoniam Gentes ipsos pro sua virili adiuvabant. Sed hīc altius quiddam spectat Iāias, quām structurā visibilis templi. Intelligit enim obsequium quod Reges, nobilisque & plebei homines prestat Ecclesiae, dom puram doctrinam quantum in se est propagant: inī longius progreditur, idque magis confirmat dum Regna & Gentes deletum iri pronunciat, quā iphi Ecclesiae non ministrabunt. Quod si tam horrendum in eos qui Ecclesiam non iuuerint, iudicium est, quid dicemus de tyrannis qui furioso impetu in ipsam ruunt, totisque viribus diruere conantur? Si ignavis & negligentibus impunē non est, annō dita virtus manet impios, qui opus Domini turbant, atque euentur? Quod autem in singula rī dixerat mox repetit in plurali: ut significet, etiam totum mundum, si in eadem fuerit culpa, simul peccatorū nec enim multitudine obstat poterit quoniam cuncti qui sunt à Deo alieni, intereant, nec quicquā excusationis erit impii, quod le mutuō impediunt, sequere ad impietatem & nequitiam cohortantur. Seruire autem, ut antè vidimus, dicitur Reges & populi Ecclesiae, non quod imperium aliquod ipsa per se exerceat, sed quia Deus sceptrum verbi sui quo dominatur, apud eam

eam deposituit.

13 GLORIA LIBANI.) Iterum vñspat Isaias metaphoram qua prius vñs est, dum Ecclesiam Dei adiicio aut ciuitati comparauit. Ea enim recitat quæ ad edificandum necessaria sunt: abiectem scilicet, pinum, buxum, que in Libano nascebantur, quam sylua eximis arboribus constitutam tuisse scimus. Quicquid ergo excellens aut exquisitum in ea fuerit, in Ecclesiam inuenit iri significat. Sed ab his figuris teneda est anagogë ad spiritualem Dei cultum. nā Sanctuarium titulum ornat Dominus Ecclesiam suam, quia in medio eius residet. semper tamen alludit ad templum: vt se tempori & morti vñtato accommodet. Exemplar ergo templi, quod Ierosolymis extabat, nobis proponit, vt sub eius imagine consideremus templum spirituale, cuius viui lapides viauia materia sumus. Nam per LOCVM PEDVM, significat se ita residere in templo, vt tamen maiestas eius in eo inclusa non sit, nec enim tam angusto in loco continetur. pedes igitur tantum ac velut insinuam partem illius esse, vt cōscendamus in celum, nec in externis hisce lignis huc ereamus, quibus pro modulo nostro etudimur. Sic etiam in Psalmo, Adorate scabellum pedū eius, quoniam sanctum est. Item, Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius: non quid sursum & deorsum essentia Dei in partes diuisa sit, sed quia talibus vehiculis seruos suos veluti à pedibus ad caput attollit.

Fpbe. 2.21.
C. i. Petr.
2. 5

Psal. 99.5.
Ex 13.2-7.

14 ET VENIENT AD TE.) Prosequitur idem argumentum. ostendit enim quām magnificum opus hoc redēptionis futurum sit: venturos scilicet eos qui Ecclesiam persequeribātur aut spernēbānt, vt humiliter se ad eam prosternant, totōq; animo se summittant. Per FILIOS astigmentum, persequentes intelligit & hostes qui eam vexabant. Hoc quidem impletum est aliquā ex parte, cūm Iudei in patriam redierunt. sed is redditus obscura quādam vimbra fuit liberationis quam per Christum adepti sumus. Hec igitur verē impleta sunt in regno Christi: sic tamen, vt solidum omnium complementum in secundo ipsius aduentu expectāduni sit: sicut iam alio loco dīctum est. Queret aliquis, Annon hic honos, de quo loquitur Prophet. animis sit, ac maior quām vt Ecclesia debetur: nam incurvate fessae & prosterentes, signa honoris sunt, quē nemō hominū admittere debet. Respondeo, hunc honorem non membris, sed capitū exhiberi: nempe Christo, qui adoratur in Ecclesia: atque hunc cultum exhibent ij qui ipsum prius oderant atque insectabantur. Dicimus autem Christum adorari in Ecclesia, non vt Papistæ, qui honorem quo afficiunt idolum illud Romanum, Christo exhiberi putant. Reiciunt enim ac respūnt doctrinam, cuius gratia hæc dicuntur. Nam honore afficiunt Christum, qui parent eius doctrinæ: atq; hoc intelligit Prophet. qui ab ea prius alieni erant, se feso toto animo summissuros, vt Christo morem gerant. Si quia enim est Christi maiestas, ea rclucet in doctrina, quam opera hominū administrat. VOCABUNT TE CIVITATEM. Ecclesia prius ornata fuerat hoc titulus sed prop̄ deletus erat, cūm vrbs euerla, dirutum templum, populus in exilium abductus esset. Nulla erat Ierosolyma, nec in ea quicquam apparebat præter horrendam vastitatem. Eam igitur sic instaurandam esse significat, vt omnes ciuitatem Dei esse agnoscant. Loquitur postea de templo, vt omnes intelligent hanc dignitatem, respectu templi, tribui Ierosolymæ: hoc est, propter cultum Dei, quem illic Dominus instituit.

15 PRO EO QVOD.) Prophetæ respicit tempus illud intermedium quod iam instabat. nā paulò post eius mortem, populus hæreditate sua priuatus, atque in exilium abductus est, ita vt omnes de salute ipsius actum existimarent. Ne igitur haec cogitatio obreperet animis fideliū, quia ad desperationem adigi poterant. Nulli sumis rebus tam perditis nullum esse potest remedium, nec speranda melior cōditio: ostendit graues illas calamitates obstante nō posse Deo, quominus ipsos restituant. Nam et si ad tempus quadammodo destituti erant, cūm Dominus in ipsis animaduertebat, tamen in integrum & meliorem statum ipsos rursus erigere ei facile erat. Si quis obiiciat, hanc magnificentiam Ecclesiæ diuturnam non fuisse, responsio brevis est: tametsi varie attritus fuerit populus post redditum suum, nec etiam Christiana Ecclesiæ diu permanerit in sua dignitate, tamen impleta esse quæcumq; prædictum Prophetæ sub cruce enim reluet Christi gloria, ita vt nomen Dei maneat, sitque populus aliquis qui ipsum fide in vocet. Et etiam obseruandum nos fructum istarum promissionum non percipere ob ingratiitudinem nostram. Abrumptus enim cursus operum Dei, nōsq; ipsos eorum fructu malitia nostra priuamus. Porro semper memoria repeterem conuenit quod toties dixi, non de paucis annis vel exiugio tempore loqui Prophetam, sed complecti totum redēptionis curriculū a fine exilij ad Euangelij promulgationem, & demum vñque ad finem regni Christi.

16 ET SVGES LAC.) Loquitur de propagatione Ecclesiæ, cuius antea iam mentionem fecit, sed eadem scipio repeti operæ pretium fuit: quod incredibile videretur Ecclesiæ in tot tantaque angustias teda: tam, restitutum atque per totum orbem diffusum iri. Deplorata erat eius conditio: sed tandem ex tenuibus illis reliquis, que velut ex incendio creptæ sunt, magna omnium admiratione instaurata est, cuicunque fenen per omnes orbis partes longè latèque dispersum. Perinde igitur est acsi diceret, Sametli angustis finibus conclusa es, nec vlla tibi cum Gentibus fuerit cōmunicatio, ab his tamē fructus vñberrimos percipies. Per Lac & Mammillas, nihil

aliud intelligit quām ministerium & obsequium, quod Gentes exhibuit & erant Ecclesiæ ad fōbolem eius alēdām. Nam quum prius dixerit vno partu edituram fœtūs innumerōs, nunc lac illis affixat in alimentum, donec adolescent. Ac nominatim loquitur de Regib⁹: quoniam id difficultius creditu erat. Monentur etiam obire h̄c Reges officij līi, quo si recte defungi velint, Ecclesiæ ministros esse necesse est. Alioqui Dominus ab ipsis rationē reposceret. Et videmus quid de ipsis Psal. 2. David pronunciet. Sed quomodo Ecclesiæ lac & mamillas Gentium sugat diligenter tenendum est. hoc enim ipsis non conceditur, vt torius mundi facultates exhibuiat, sed vt itatum suum integrum atque incolumē conseruet. Quid enim magis alienum ab Ecclesiæ natura, quām si inexplicabilis fuerit gurges, atque omnium opes ad se trahat? H̄c igitur ad spiritualem eius statum referri debent, vt Deus in ea purè colatur, vt vigeat ac floreat ministerium Verbi, vt seruerat aliqua disciplina, qua velutī fr̄ano omnes cohibeantur. Interea meminerint fideles beatius esse dare quām accipere: atque ita patienter ferendam esse inopiam, vt spiritualibus bonis ditent ac locupletent alios. Tandem adiungit palam fore quod ad tempus absconditum fuerat, non frustra electos fuisse Iudeos, quia certa experientia sentient salutem suam cura esse Deo. Quæri potest: an non etiam nouerint antequam ab exilio reducerentur. Respondeo, exilium illud simile fuisse obscuris tenebris, quibus etiā id Propheta initio capit⁹ huius cōparauit. Cūm igitur sub dura illa tyrannide magnificientiam Dei & potestatem intueri non posse, Dominus ipsis in apertam lucem eduxit: nō quōd cesseret fides in angustiis, sed quōd alius sit fidelis, alius experientia sensus. Cūm videmur perditis, fides sese erigit extra presentem statum & densas tenebras quibus obvolumur. quōd si Deus in integrum restituat, tunc non oculis fidei, sed experientia ipsa rem perspicimus. Atq; h̄c est aperta notio de qua loquitur. acsi diceret, V̄bs me re ipsa ubi tam liberaliter erga vos egero, redemptorem velutrum agnoscetis. Nominatim usurpat elogium Fortis Iacob, quia s̄p̄ius se tales prestatuerat. nec modo Iacob variis modis expertus erat virtutem Deis, sed postea quoque in eius gratia satis esse pr̄fici cognoverat. Fortem ergo se vocat, vt agnoscat Deum erga se tales fore deinceps, qualis erga Patres olim fuerat.

17 PRO AERE.) Alludit ad strūturam templi veteris, atque ipsum cum cœlesti & spirituali confert. acsi diceret. Cūm abducti eritis in captiuitatem, deplorabitis ruinā templi: sed efficiam vi multo pr̄stantius à vocis extuatur. Itaque pro ære aurum, pro ferro argentum, pro ligno es, pro lapidibus ferrum adducam: id est, plena magnificentię & splendoris erunt omnia in eo templo quod in prioris locum succederet. Scimus autem hoc vaticinum nunquam impletum fuisse in externa illa populi restituzione, vel inter eius exordia: immo tunc erectum denudò templum, priorē longè inferius tuisse. Sequitur ergo Propheta cui solida fedeemptio in spiritu proposta erat, non tantum referre quid futurum sit statim à populi reditu, sed concionari de pr̄stantia templi spirituali: hoc est de Ecclesia Christi. Itaque ad Christum usque continua serie venire necesse est, si Prophetiam hanc tenere velimus. In eius regno h̄c abunde impleta sunt, & prioris templi dignitas magno interullo superata est: quia Dominus effudit dona Spiritus sancti, quæ auro, argento, & gemmis pr̄stantiora sunt. Instrūctum ergo nunc lapidibus preciolis templum videberit: quem idmodum prius cap. 54. dictum est. PRÆFECTVRAM. Alii Tributum vertunt. Non dubito quin Propheta obliquè conferre voluerit miseram populi seruitutem, sub qua detinendus erat, cum præclarā dignitate quam postea adeptus est. Paci enim & iustitiæ opponit Præfatos, qui exercuerant iniultam dominationem, dum auaræ & crudeliter vexati fuerant à Babylonis. Nunc ostendit, deletis exactoribus, nō aliam fore præfecturam quam pacis & iustitiae: Qui potestatem in te obtinebunt, iustitiam & pacem colent. Hoc plenius factum est, cūm per Christum à tyrannide Diaboli erexit sumus. nam per Euangelium erexit regnum iustitiae, nondum tamen absoluit, sed expectandus est ultimus aduentus, vt in eum simus intenti: atque interea primitius iusti contenti simus.

18 NON AVDIETVR AMPLIVS.) H̄i clarius exprimit quod iam diximus. Nempe, dum Propheta concionatur de felici Ecclesiæ statu, tacitè opponere miseras & calamitates, quib⁹ varie afflcta fuerat. Promittit igitur fore, vt nunquam in posterum tantas clades accipiat. Atqui varie nihilominus postea acciderunt. Hoc quidem verum est: sed nunquam ita dissipatus est populus, quin aliqua superesse Ecclesiæ forma, atque ita frueretur pace, & sentiret se manu Dei protegi ac seruari. His autem verbis nō promissa fuit immunitas ab omni molestia & incommode, sed per comparationem solatium hoc adhibitum fuit malis faturis, quia Ecclesiæ sive parcer Deus, sive ei sive protectione tutam fore. atque hiūs pacis quam celebrat Propheta, specimē appetuit non obscurum in ipso redēptionis cursu. Denique semper memoria repetendum, quod toris diximus, nos illa omnia ex parte duntaxat experiri: quia regnum Christi nondum impletum est. ET PORTAS TVAS. Alludit ad templi strūturam aut ciuitatis: sicuti iam aliquoties dictum est. Et docet non muris, aut turribus, aliisve clausuris tutam fore Ecclesiam: sed quanuis absit terrena prælia, satis fore salutis & tranquillia gaudij in uno Deo. Coniungit autem Ecclesiæ salutem, cum laude vel gaudio. Salua enim & incolomis exultat: cūm antea obrita & desperata iaceret in silentio.

19 & 20 N E C E R I T.) Docet felicitatem Ecclesie non temporariam, sed perpetuam fore, eam enim discernit à communi hominum cōditione, inter quos nihil stabile aut perpetuum est, quia nihil sub sole est, quanvis bene constitutum, quod variis mutationibus obnoxium non sit: sed Ecclesia ex præsentis vita periculis æstimanda non est: quoniam in mediis fluctibus conservatur, ac si diceret, Ne æstimes salutem tuam ex præsenti terum specie, sed in Deo repositam esse scias. Deus erit sol tuus, ita ut lunam à sole aut luna mutuari necesse non sit, ne ergo mutationem villam aut vicissitudinem rerum pertimescas: lucem enim perpetuam atque immutabilem habebis. Non intelligit Prophetas his verbis filios Dei communibus vite bonis priuandos esse, nam cum ea Dominus promiscuè omnibus hominibus largiatur, certè filii quoq; suis ea destinavit. inò in gratiam ipsorum omnia à Deo creata sunt, cum peculiarem de iis curam gerat. Sed Propheta notare voluit maius aliquid bonum, quo soli filii Dei fruuntur, Lucem videlicet cœlestē: quam ut ederunt impij, ita percipere nequeunt. Nam eti si fruuntur sole, & altis bonis, stabilis tamen & firma eorum felicitas esse non potest. Quia ut sunt infipidi, non gaudet quod præcipuum erat, Deum sibi esse in patrem. Itaque conditionem Ecclesie & piorum à communi sorte hominum distinguit, ne eam à vicissitudine rerum & mutatione æstimemus: deinde ut sciamus inter densissimas quasque tenebras fulgere prius paternum Dei favorē, qui eos exhilaret. Et certè quanvis elementa omnia vel officium suum subducant, vel tristis asperctu nobis minentur: sufficiere tamen debet Deum nobis esse propitium. Nomine autem Solis & Lunæ, synecdochice comprehendit omnem statum humanum, qui subinde immutatur.

1. Pet. 5.7.

21 P O P V L S T V S.) Hic ostendit quæ vera sit constitutio Ecclesie, nempe, quum ab impiis purgata est, & soli iusti in ea locum habent. Atqui scimus hypocritas semper veris Dei filiis in Ecclesia admixtos esse. Diximus hic describi vniuersum Christi regnum: non quia singulis temporum articulis futurum est, sed in sua perfectione. Hoc coepit facere Christus suo aduentu, cum Ecclesiastam repurgauit. Vnde etiam Euangelium cribrum appellat, quod eo paleat à grano separarentur, sed pergit quotidie in ei purgandi, atque perget vique ad diem melleis. Interim multas quisquilius tritico admixtas esse necesse est, quæ denum illo die tollentur. Adde quod subest tacita antithesis inter profanam illam & impuram turbam, quæ suis sordibus sanctuarium Dei antè polluerat. Plurali etiam numero videtur notari collectio Gentium, vbi populos omnes dicit fore iustos. Quod addit hæredes fore terræ in seculum, non dubito quin ad Iudeam respexerit, & tacitè oppoluerit restitutio tempus cum tempore exilij quod proximè instabat. ac si diceret. Tametli populum meum ab hæreditate sua expellam, tamè post leptuagintā annos ipsum restituam, ut perpetuam eius possessionem obtineat. Notandum præterea est, cum promissionem, quæ ad populum Sionis spectabat, restringit ad iustos, subiecti correctionis speciem, ut hypocritas excludat, qui falso & inaniter ad se trahere solent quod de veris Dei filiis dicitur. Conuenit ergo haec sententia cum initio Psalmi 73, Quam bonus Israeli Deus, iis qui recte sunt corde! Vbi Propheta nomine Israëlis, quod promiscuè omnibus in ore erat, solis probis Dei cultoribus vindicat. Ita hoc loco Populus tuus: nempe residua illa portio, quæ à sordibus purgata erit. Hoc non est per omnia impletum in Iudeis: sed initium ab iis factum est, cum restituti sunt in patriam, vt deinde vniuersitate terre possessione ipsius, hoc est Dei filii, eorum opera, diretur. Nam ut prius de instaurazione templi loquuntur est, que plena Ierosolymæ non fuit, sed per vniuersum mundum extendi debet: tā hæc terra possilio ad Iudeam restringenda non est, cum latius pateat, atque ad ipsam vocentur vniuersi homines, ut per fidem sine filii Abraham: sicque heredes fiunt. Diligenter ergo tenendæ locutiones quæ vñitatem sunt Prophetis, ut teneamus eorum sensum: neque abrumpamus sententias, vel ad sensus alienos torqueamus. Alienæ est autem ab idiomate Prophetarum & coacta interpretatione eorum qui per T E R R A M, cœlum & beatam vitam exponunt: quia hoc consilio terra Chanaan data fuit filiis Israel, ut à toto mundo quasi peculium Dei segregati illic eum pure colerent. Ideoque hereditatio iure habitare in terra nihil aliud est quam manere in familia Dei. Quod Deus Germanum nouum quod prodidit opus manuum suatum asserit fore, ad confirmationem spei valet. Neque enim humanitus renasci porerat Ecclesiæ, quum omnes videbant emortuam, præsertim quum radix occulta esset. Ergo ut gerinet, Deum instar agricultoræ fore dicit, qui turtius plantet quod euulsum exatuerat. Demique significat mirabile fore Dei opus, non hominum, quod Ecclesia ex misera & dura captiuitate emerget: quia velut à morte exierabitur. Et certè quicquid ad cœlestem vitam spectat, id neque ingenitum est nobis à natura, nec virtute nostra comparatum: sed à Deo solo manat ac proficisciens. Et quod in vniuersum de toto corpore hīc dictum est, vñusq; siq; sibi in specie applicare debet. Samus enim plantatio Dei à constituto mundo: deinde inseriti in Christum, ac vocati, ut electionis nostræ & plantationis testimonium habeamus. Impij non sunt plantationis Dei: unde etiam Christus, quos non plantauerit Pater eradicatoris esse pronunciat. Tandem subiicitur finis plantationis, ut illustrèmus gloriam Dei, & virtutes eius enarremus: sicut Paulus ad Ephe. primo capite præclarè docet.

Matt. 3.12.

Psal. 73.1.

Gal. 4. 28.

Eph. 1.4.

13.

Eph. 1.12.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.

100.

101.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.

255.

256.

257.

258.

259.

260.

261.

262.

263.

264.

265.

266.

267.

268.

269.

270.

271.

272.

273.

274.

275.

276.

277.

278.

279.

280.

281.

282.

283.

284.

285.

286.

287.

288.

289.

290.

291.

292.

293.

294.

295.

296.

297.

298.

299.

300.

301.

302.

303.

304.

305.

306.

307.

308.

309.

310.

311.

312.

313.

314.

315.</div

tamen Ecclesiam Dei populosam fore. Cum hæc prædiceret Propheta, adhuc ingens erat populi multitudo, sed postea sic imminuta est, ut tenues tantum reliquiæ supererent, sicuti cap. i. & 10. vidimus. Hanc paucitatem sic augēdam eſe significat, ut deinde immensus populi numerus, magnaque potentia præditus sit. Quod Iudeus dictum est, nobis etiam putemus hodie dici: nepe quanuis exiguī simus ac pauci, atque interiti proximi videamur, tamen Ecclesiam interire non posse, sed augendam magno in numero atque propagandam eſe. Est enim plantatio Dei, quæ ab externa specie aut ab hominum copia & viribus æstimari non debet. EGO DOMINVS. Ostendit nunc quorsum ea omnia dixerit quæ prius vidimus. Etiam si statum regni alicuius vel orbis mutare velint, nihil efficient. At Dominus vel minimo momento omnia immutat. Non loquitur ergo de ordinaria administratione, sed de admirabili opere, quo Ecclesiam suam Dominus liberat & propagat. In fine versus se properaturum dicit, ut hoc compleat. Sed particulam inserit notatu dignam de Ecclesiæ tempore. nam relatiū est fœminini generis, quod perperā ad Deum quidam referunt. Errandi cauſam præbeni qui vertunt, Tempore suo: quia relatio ambigua est. Significat Propheta præfixum eſe Ecclesiæ tempus quo liberanda sit: & hoc modo fideles ad tolerantium hortatur, ne le precipitent, sed pendeant ab æterno Dei consilio, qui nouit temporum articulos opportūne distribuere. Primum ergo opportunitatem notat, & quando utile sit Ecclesiæ ipsam liberari. Hoc quidem non percipiunt: quia statim vellemus obtinere promissa Dei, atque impatientes mortales sumus: Dominus autem differt in bonum nostrum, & quia nondū tempus aduenit. Deinde loquitur de celeritate: quia Dominus videtur nobis otiori & languere, dum cunctatur, cum tamen maturerit, ut pro opportunitate, quam ipse nouit, omnia efficiat.

CAPVT LXI.

- 1 Piritus Domini Ichouæ ſuper me. ob id vnxit me Ichoua: ad prædicandum afflictis misit me: ad obligandum contritos corde, ad publicandum captiuis libertatem, vincis apertionem carceris.
- 2 Ad publicandum annum beneplaci Ichouæ, & diem ultionis Deo nostro, ad confolandum omnes lugentes.
- 3 Ad conſtituendum lugentibus in Sion, ut dem illis decorem procurinere, elemi gaudij pro luctu, pallium laetitiae pro ſpiritu angusto, ad vocandum eos arbores iuſtitiae, plantationem Ichouæ ad glorificandum.
- 4 Et ædificabunt deserta ſeculi, priscas ſolitudines erigent: & inſtaurabunt vrbes vagitatis, ſolitudines multarum etatum.
- 5 Et ſtabunt alicui, & paſcent oves veſtras: & filii alieni erunt agricultoræ & vinitores veſtri.
- 6 Vos autem Sacerdotes Ichouæ vocabimini: miniftri Dei nostri dicetur vobis, ſubſtantiam Gentium comedetis, & in gloria eorum vos elcuabitis.
- 7 Pro pudore veſtro erit duplex præmium, & pro ignominia exultabunt de portione eorum: quia in terra eorum duplicita poſſidebunt, & gaudium perpetuum illis erit.
- 8 Quia ego Ichoua diligens iudicium, odio habens rapinam in holocausto, & conſtituam opus eorum in veritate, & fædus perpetuum feriam cum iphis.
- 9 Et cognoscetur in Gentibus ſenectus eorum, & germinia eorum in medio populoꝝ. Omnes qui viderint eos, cognofcent eos quod ſemen ſint benedictum Ichouæ.
- 10 Gaudens gaudebo in Ichoua, exultabit anima mea in Deo meo: quoniam induit me veſtibus ſalutis: indumento iuſtitiae circumcidit me: quaſi ſponſum ornatuit me, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis.
- 11 Quoniam ſicut terra profert germen ſuum, & ſicut hortus germinare facit ſemen ſuum: ita Dominus Ichoua germinare faciet iuſtitiam & laudem coram omnibus Gentibus.

IN CAPVT LXI.

P I R I T U S D E I .) Quoniam Christus huc locū de scipso exponit, Luc. 4. ideo *Luc. 4. 13.* interpretes sine controvēria ad ipsum h̄c restringunt, sumunt autem hoc principium, induci Christum loquētem, quālī ipsi soli h̄c omnia conueniant. Hoc ridēt Iudæi, quōd inconsideratē trahantur ad Christum, qua alius quoque Prophetis congruent. Sic itaque sentio: hoc caput veluti sigillum addi superioribus, vt que haec tenus dicta fuerant de restituenda Ecclesia Christi, confirmetur: atque in hinc finem restari Christum, sc̄ à Deo vñctum es̄: quo h̄c, vt sibi hoc vaticinum meritò accommodet, nam quālī alij obscurè tradiderunt, clare & apertè exhibuit. Sed hoc non repugnat, quin alius quoque Prophetis, qui à Domino vñcti sunt, conueniat h̄c sententia. Nec enim loquuntur priuato suo nomine, dum hanc sibi authoritatēm vindicarunt: ac potissimum Christi munus ostenderunt: cuius non tantum ista publicare, sed etiam præstare est. Sic igitur intelligendum est hoc caput, vt Christus qui caput est Prophetarum, principem locum obtineat, & solus exhibeat ista omnia: Isaías verò cæterique Prophettæ, & Apostoli, suam operā Christo impendant: atque singuli partes suas agant in publicandis eius beneficiis: vt que Haías per Christum complenda es̄ dixit, nunc re ipsa completa cernimus. **O B I D V N X I T M E I E H O V A .** Secundum hoc membris additum est vice expositionis, primū enim fuisse obscurius si tacuisse in quem finem prædictus erat Dei Spiritu: nunc ostendo vsu, longè clarius est, dum se publico munere fungi declarat, ne tanquam priuatus quipiam cœncatur. Quoties autē Scriptura Spiritus Dei mentionem facit, eūmque in nobis habitare dicit, ne quipiam inane aut vacuum, sed virtutē eius & efficaciam consideremus. Itaque, postquam Propheta de Spíritu Dei loquitus est, vñctiōnem subiungit, qua virtutes quā ab ipso manant intelligit, sicut docet Paulus diuersa quidem esse dona, *1. Cor. 12. 4.* sed vnum esse Spíritum. Diligenter obseruandus est hic locus. nemo enim docendi ius aut potestatem sumere potest in Ecclesia Dei, nisi ostendat se Dei Spíritu ad id fuisse excitatum: sicuti idem Paulus tradit nemini posse dicere Dominum Iesum, nisi in Spírito sancto. Atqui, dicet quipiam, videmus ferē omnes iactare Spíritum Dei, nam & Papa, & Anabaptistæ, aliq; heretici & fanatici homines semper in ore habent eius nomen, quālī ab ipso gubernentur. Vnde ergo iudicabimus aliquem missum esse à Deo, ac regi Spíritu ipsius? Ab vñctione: hoc est, si dominus prædictus sit, quā ad eam functionem requirūtur. Si ergo institutus à Domino, pollet gratiis Spíritus & facultate quam postulat vocatio, is verè Spíritum habet. Quōd si magistrum proficit velit, nec quicquam habeat doctrinæ, pro impostore habeatur. **A D P RÆD I C A N D V M .** Nō pius vendicat sibi Propheta ius & autoritatem docendi, quām ostenderit se à Domino missum esse. Authoritas in eo fundata est, quōd vñctus, hoc est, necessarius donis à Deo instruētus sit. A nobis igitur non tanquam priuatus homo, sed tanquam publicus minister & cælo protectus audiū debet. **A F F L I C T I S .** Alij vertunt, Mansuetis: & vtrunque significat nomen οὐνεῖ. Sed malui retinere priorem significationem, quōd Propheta de captiuis & vñctis loquatur. Videtur tamen mihi vtrunque comprehendere: quoniam intelligit eos qui cūm destituti binī omnino ac reiecti, apud se etiam miseri sunt. Iis enim solis promittitur Christus, qui mansueti sunt, & malorum lutorum sensu confusi, nihil altum spirant, sed in humilitate & modestia se continent. Atq; hinc colligimus Isaiam propriè de Euangelio loqui. Lex enim ideo data est, vt superbos & turgentes inianni fiducia animos prosternat: Euangelū verò afflictis destinatur: id est, iis qui se omni bono vacuos esse sciunt, vt colligant animos ac sustentent. Quorū enim Propheta & Apostoli, aliq; ministri vñcti ac missi, nisi vt doctrina gratiæ erigant afflictos ac consolentur? **A D O B L I G A N D V M .** Plures sunt metaphoræ quibus virtutis Propheta ad candem rem planius explicandā. Per obligare, nihil aliud intelligit quam mederi. sed plus quidem h̄c exprimit quam superiore membro. Ostendit enim prædicationem Verbi non esse inanem sonum, sed efficiēt medicinam, cuius effectum sentiunt non robusti & ferrei homines, sed vulneratæ conscientiæ. **A D P V B L I C A N D A M C A P T I V I S L I B E R T A T E M .** Hic quoque finis Euangelijs, vt qui captiui sint, in libertatem vindicentur. Sumus ergo vñcti & captiui, donec Christi beneficio liberemur: quum verò Dominus vincula nostra abrumpere velit, ne oblatam nobis ab ipso gratiam relapsimur. In genere hoc notandum est, hæc quæ commemorat bona, nobis cœlesti doctrina contenta: ad corum verò fruitionem non alios esse idoneos nūi qui inopie sae confici auxilium Christi cupidè appetunt, sicut dicit ipse, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reūcam vos.

A D P V B L I C A N D V M .) Hic nominatim tempus impertiendæ tam insignis gratiæ cœmemorat, vt dubitationes tollat, quæ oriri poterant. Multas enim obrepere & ancipites curas quibus variè distrahuntur animi, experientia ipsa quotidie discimus. Praconē verò futuræ gratiæ se esse affirmat, cui tēpus prescribit ex Dei beneplacito, nā sicuti gratiæ favore futurius erat Ecclesiæ Redemptor: ita meritò in ciuī arbitrio fuit tēpus deligere. Forte ad libelū alludit, sed hanc diuinę pronunciat expectandū esse placidis & quietis animis, donec placeat Deo manū tuam exercere.

al. 4. 4. &c. Hunc annum Paulus plenitudinis tempus vocat, Gal. 4. & Rom. vlt. Item antè vidimus, Ecce
 216. 26. nunc tempus acceptum, ecce dies salutis: quod Paulus ad suam prædicationem accommodat.
 upr. 49. 8 nam dum per Euangelium nos compellat Dominus, patet nobis ianua cœli, ut iam velut in
 Cor. 6. 2. possessionem bonorum Dei ingrediamur. Non est igitur procrastinandum: sed tempus & occa-
 sionem vrgere debemus, cum tanta nobis beneficia offerantur. Sed videntur hæc inter se con-
 traria: nempe, Dies beneplaciti, & Dies vltionis. cur tam diuersa coniunxit Isaías: quia Deus non
 potest liberare Ecclesiam suam, quin se iustum iudicem ostendat, atque vltionem sumat de im-
 piis. **B E N E P L A C I T U M** ergo ad electos: **D I E M V L T I O N I S** ad impios referit, qui Ecclesiæ infectari
 .Thes. 1. 6. non desinunt, id estque pœnas ipsos dare in liberatione Ecclesiæ neccesse est, sicuti etiam Paulus
 loquitur, iustum esse coram Deo relaxationem dare afflatis, rependere vero mercedem piorum
 hostibus qui iniustè eos affligunt. nec vero sperare in aliorum exitum poterant Iudei nisi profi-
 gatis suis hostibus. Interea notanda est causa nostræ liberationis: soli enim misericordia, non me-
 ritis nostris, dignitati aut industria tribuenda est. Videtur quidem, ut nuper attigi, alludere ad
 annum Iubilei, sed hoc præcipue obscurandum, salutem nostram in gratuita Domini voluntate
 omnino sitam esse. **A D C O N S O L A N D V M.** Repetendum memoria quod prius artigimus, Finem
 Euangelij esse, ut eripiamur è malis omnibus, atque in præsternam libertatem restituti ab eterno
 misereore fruamur spirituali gaudio. Quod si tanti beneficij participes non simus, incredulitatî
 nostrâ & ingratitudini imputandum est, qua Deum nobis sponte se offerentem arcemus ac reii-
 cimus.

3 A D C O N S T I T U E N D V M. Pergit in eodem argumento, significat enim talē fore pœnam
 que populo infligenda erat, ut tamen venire sit locus. Et quod melius hoc persuadeat, hæc sibi pro-
 vinciam à Domino iniunctam esse dicit, ut hanc liberationem nunciet: nec sibi tantum, sed etiam aliis, donec adueniat præcipius nuntius: nempe Christus, qui re ipsa præstet atque exhibeat
 quod tunc Deus iubebit in futurum tempus promulgari. Interea significat luxum impedimen-
 to non fore, quo minus letitia materiam suggerat Deus vbi visum fuerit. nam Constituere tan-
 tundem valeat tempus præfigere, ne mortale tedium exanimetur. Rutilus Dandi verbo commen-
 deret vaticinij efficaciam, ut certò persuasi sint de euentu. Alludit autem ad veteres ritus Iudeo-
 rum, qui cum premebantur aliqua clade, cineribus conpergabant capita, & faciem induabant.
 His squallorem & luxum significat, quæ miserum populi statum necessariò sequuntur: eaque
 oponit gaudio & letitiae, quæ fruenter cum in libertatem restituti erunt. Non videtur autem
 mihi prætereunda allusio quæ est in verbis **רָאשׁ** & **פְּנֵי**: transpositis enim solummodo literis res
 diuerſissimas significare, atque eleganti inuersione, status mutationem notare voluit. **A R B O R E S I V S T I T I A E.** His verbis restitutionem populi designat, ac si diceret, Eos cum prius eradi-
 cati, ac similes arido truncu essent, plantando & stabiliendois esse. Eos igitur reuocat ad con-
 templationem diuinæ virtutis, ut quanvis enecti sint atque mortui, tamen confidant se ita resti-
 tuendos, ut radices agant, virésque & incrementa accipient. Hinc colligenda est vniuersalis
 pbes. 1. 4. doctrina: nos scilicet non aliter in vitam restitui, quam cum à Domino plantamur. Vocamus qui-
 dem eius plantationem, quia nos elegit ab initio: sed alia quoque species est plantationis quæ prior
 illam sequitur, Vocatio scilicet, qua inserimur per fidem in Christi corpus. Hoc hominum
 opera & ministerio Euangelij efficit Dominus: sed totum illi tribendum est, quia solus est qui
 dat incrementum. Nam anagoge semper tenenda est à prima liberatione ad spirituale regnum
 Christi. Arbores iustitia vocat, in quibus reluet Dei iustitia vel rectitudo ordinis. Sciamus ta-
 Cor. 3. 7. men nos hac lege cooptari à Domino, ut nouæ creaturæ efficiamur, veraque in nobis iustitia re-
 gnet. Atque hinc sequitur, nos prauos ac corruptos esse natura, neq; aliter fructum afferre pos-
 sene, quam si nos mutarit Dominus ac plantauerit. Hinc diluitur vana & arrogans persuasio Pap-
 Cor. 5. 17. istarum, qui vel preparationes vel liberi arbitrij adminicula quelibet fingendo usurpant quod
 solius Dei est. Nam h plantamur à Domino, sequitur, nostra nos aridos & infertuosos esse. **A D G L O R I F I C A N D V M.** Hic finis est nostra plantationis, sed de his iam superiore capite dictum est,
 veriu vigelimo primo.

4 E T A D F I C A B V N T. Amplificat illam Ecclesiæ instaurationem: atque in id portissimum
 intendit, ut ludet certam redemptionis spem animo concipient, quoniam hæc pronusa incre-
 dibilia esse omnino videbantur. Atque hæc causa est cur beneficium illud redemptiois ampli-
 s & magnificis verbis exoneret. Falluntur qui hæc verba, **S E C U L I**, & **M V L T A R V M** etatum, ad
 futurum tempus referri volunt: ac si diceret, Firmum & stabile fore ædificium de quo loquitur.
 Fuit enim longè alta mens Prophetæ, siquidem demonstrat (ut alio loco notam) diurnas verbis
 ruinas impedimento non fore, quo minus de integro surgat. Nam cum alicuius verbis incole, hic
 atque illuc dispersi, diutissime absaerunt, nulla iesi esse potest illius instaurandæ: quemadmo-
 dum hodie nemo solicitus est de instaurâsis Athenis. Ita cum in lögimq; à regione ablegati essent
 Iudei, & septuaginta annis deserta fuisse Ieroſolyma, quis eam ædificatum iti ab ipsis cuius
 sperasset? Propterea vocat Isaías Deserta seculi, Præcas solitudines, Vibes vastitatis, Solitudines
 multarū etatū, ut ostendat hæc obstatre non posse, quo minus opportuno tempore vrbē Dominus

restitutus electis suis habitandam. Ceterum h. ec etiam ad tempus nostrum accommodari debet, vt quanvis patiatur Dominus Ecclesiam suam, vbi collapsa fuerit, diu in ruinis suis iacere, nec villa eius initaurande spes reliqua sit, tamen his promissionibus animum obfirmemus: quia proprium Dei manus est erigere & renouare quae pridem diruta fuerant, & quasi aeternæ putredini addicta. Sed de his prius capite quinquagessimo octauo tractauimus.

5 ET STABUNT ALIENI.) Significat exteros & alienigenas praestolo futuros ad obsequium eis praestandum. nam cum tunc diuini essent a reliquis Gentibus, nemo erat qui ipsos uare veller. Alienos igitur stare dicit, hoc est, Paratos es, vt occurrant ipsi, atque opem fecerint. Quod de pascendis oibus addit, agrisque & vitibus colédis, metaphorice sunt locutiones. Prophetæ enim tractat de regno Christi, quod spirituale est: sed plenam eius felicitatem declarat his typis, vt melius ipsam ab exemplis earum rerum quæ nobis cognitæ sunt, percipiamus. Intelligamus ergo tunc nos demum verè beatos fore, cum Christus imperium in nos suum obtinebit: quia hoc modo multa adminicula hinc inde præter spem accedunt, quibus merito priuantur filii Ade.

6 VOS AVTEM SACERDOTES.) Hic versus aliquantò plus lucis affert superiori: quia secunda parte prædicat fore, vt p. ij opibus Gentium fruantur, atque in gloriam euhantur ac succedant. Iudei quidē huicmodi sententias audiē rapiunt, & iam cupiditate deuorant omnium populorum bona, quasi aliquando ipsa possessi sunt: atque ita insultant quasi totius orbis ad eos peruenientia sit gloria, sed duo potissimum obseruāda sunt, vt ista melius intelligamus. Primū, Prophetas, dum regni Christi gloriam & felicitatem exprimere volunt, similitudines mutuari à rebus humanis: deinde, cum de Ecclesia loquuntur, sic caput coniungere cum membris, vt ipsum magis interdum quam membra considerent. Nec enim haec bonorum alienorum fructio sic intelligenda est, quasi aliorum bona, gloriam aut dignitatem ad se rapiant qui conuerterent ad Christum: quod à pietate alienissimum est: sed quia omnia redigenda sunt sub potestatem Christi, vt solus ipse imperium & dominationem obtineat. Atque id est quod iam dixi, non tamen membra quam caput ipsum spectari. Sed cum veniant in potestatem Christi, dicuntur nostra, quia nihil ab Ecclesia sua separatum habet. Eodem modo alibi dicuntur hostes Christi exosculaturi pe des ipsius, & veniam deprecaturi: cum tamen id fiat in Ecclesia, in qua Christum agnoscunt, & doctrinam ipsius subiiciuntur. Itaque docet Isaías quid datus sit Pater Filio, cuius legitima est in vniuersum orbem potestas, cuique omnia subiici debent. Interea non omittendum quod nuper dixi, Deum electos suos liberaliter alere in mundo, vt sentiant sibi longè inclusi esse quam incredulisi, nam ut cunque multis indigeant, pauxillo tamen contenti, Deo hilariter gratias agunt, vt ipsorum esfusæ qualibet saturitate infidelium melior sit. SACERDOTES. His verbis conditionem populi multò præstantiorē in fore quam antea demonstrat, ac si dicere, Haecenus vos delegat Dominus in peculum suum: sed multò præstantioribus donis vos ornabit: quia sacerdotij honore omnes dignabitur. Et si autem totus populus regnum erat Sacerdotale, scimus tamē vnicam solummodo tribum Leuiticam hoc munere functionem esse: Prophetæ in posterum commune fore omnibus denunciat. Hoc autem exhibitum non est, nisi sub regno Christi. Cœpit quidem instauratio Ecclesiæ, ex quo populus è Babylone reueritus est: sed aduentu demum Christi hac dignitate fideles ornati atque insigniti sunt. Omnes enim sancti consecrati sunt Christo, atque ipsis sacerdotiis munere funguntur. Quod pertinet illud Petri, Vos etsi gens sancta, regale Sacerdotium, &c. Quale vero sit hoc sacerdotij genus, diligenter obseruandum est, nec enim immolandæ sunt amplius victimæ terrestres Deo, sed homines ipsi offerendi sunt atque macrandi in obsequium Christi: quemadmodum Paulus se gladio Euangelij mactans Gentes significat, vt deinceps Domino obedirent. Hinc collige quam pueriliter inepiant Papistæ, qui abutuntur hoc loco ad sacerdotium suum probandum. Instituunt enim à Papa & eius aëlechis sacerdotes, vt immolent Christum non vt plebem doceant. Atqui semetipsum Christus eterna redemptione obtulit, & solus ipse semel hoc sacerdotio functus est. Sacrificij autem fructum offerri nobis interbet Euangelio doctrina. Sacrilegi ergo sunt qui hoc munus usurpant, & quod ab ipso perfectum est iterare volunt. sed unusquisque Deo seipsum offerre in sacrificium debet, suaque omnia, vt hoc legitimo sacerdotio fungatur: deinde, ministri qui peculiariter ad manus docendi vocati sunt, uerantur gladio Verbi, vt inactent homines & consercent Deo. Hi vero demum legitimū sunt ministri, qui nihil tentant aut aggrediuntur ex seipisis, sed mandata que accepertunt à Deo, fideliter ac strenue exequuntur.

7 PRO PYDORE.) Confirmat superiorē sententiam, vbi dixerat oleo gaudij perfusum iri fideles qui laco induti, & cinere conspersi lugebant. Hæc mororis in gaudium conuersio iterum promittitur. DILEXIT nonnulli interpretantur, quia coram Deo & hominibus beati fuerint qui redempti sunt à Deo. Sed nescio an satis solida sit ea interpretatio. Malo igitur simplicius accipere: ac si dicere Prophetæ, Tanta erit Ecclesiæ prosperitas, vt calamitates atque peruersa omnia, quibus nunc premitur, longè superet. Ergo, si nunc ipsam teneat sua conditionis, respicere oportet in illum diem, quo beatissima futura est. Iacobi Paulus 2. Cor. 4. 17 X. ii.

*Sup. 45. 14
Mat. 28. 18
Hebr. 2. 8.*

*Exod. 19. 6
Deu. 33. 10*

1. Pet. 2. 9.

*Rom. 15. 16.
Hebr. 9. 12
Rom. 12. 1.*

momentaneæ & levitati afflictionum æternum gloriae pondus opponit. Insultant nobis impij, & lasciuunt, quid superiores videantur, abutuntur prospera fortuna, ac despiciunt & contemnunt filios Dei: sed Dominus promittit se breui effectum, ut piæ crepti ab illorum tyrannide, eorum portionem obtineant. Hoc quidem fieri cœpit cum reuersus est ab exilio populus, sed luculentius testimonium editum est in Christo, atque editur quotidie, ac tandem perficietur ultimo eius aduentu, quo plenissimè omnia renouabuntur, & impisi deieciunt ad nos peruenient mudi hereditas. Huc spectat quid per modum cœssationis terram eorum esse dicit, hoc est, impiorum: quia nunc se quidem mundi dominos esse iactant, sed tandem sentient propriam & peculiarem esse filii Dei. G A V D I V M P E R P E T U V M. Hoc referri potest ad externum Ecclesiæ statum: quia suis Deus gratiarum actionis materiam quotidie suppeditat: sed quia multæ simul acerbitates illis vorantur sunt, eosque circundat multiplex tributum, non aliter impletur hoc vaticinum, quam dum viger palmamque obtinet in cordibus nostris gaudium spiritus, & pax illa que omnē sensum exuperat (vt inquit Paulus) qua soli filij Dei fruuntur, cum adoptionis testimonium habent. P E R P E T U V M vocat, vt demonstret quantum differat à gaudio impiorum, quod momentaneum est, ac protinus euaneat: sicut in stridorem dentium vertitur.

*Col. 3.15.
Phil. 4.7.* 8 QVIA EGO DOMINVS.) Non tantum confirmat quod pollicitus est Dei nomine, sed etiam hortatur ludæos ut resipiscant: atque ostendit unde salutem expectare debeant, quārōque & quali cum iudice ipsis negotium sit: natu enim Dei ratiocinatur quomodo vitam ipsos formare deceat, ne oblatam sibi gratiam sua prauitate respuant. Iudicij nomine, quicquid testum & æquum est comprehendit. Opponit enim hoc nomen inanibus figuris ludæorum, quibus satisfacere se putabant Deo, atque interim malitiam suam tegebant. Dominus enim, ut Iepiū viū fuit, cuiusmodi larvæ & vanos prætextus non moratur, sed exigit veram cordis mundicię, & manus ab omni iniustitia puras. Recto igitur animo sit, ac vita integer qui se siuāque ipsi probare volet. R A P I N A I N H O L O C A V S T O. Synecdochice denotat simulatum Dei cultum, sub Holocausto verò quodius sacrificij genus comprehenditur. Quum ergo ex fraude & rapina sacrificant homines Deo, vel cum sua mendacia, simulationem, impuritatem animi sacrificiis permiscent, vel malignè Deum fraudando cultum eius virtiant, nihil detestabilius est. Hoc autem commune est non viuis duntaxat ætatis vitium, sed omnium temporū. Omnes enim simulant se colere Deum, ac pudet impios iplos carere specie religionis, quandoquidē ad eō ingenitus omnium animis est sensus diuinitatis, vt reuelli nequeat. Interim maior hominum pars cum Deo ludit, atque puerilibus nugis ei satisfacere conatur. Hanc igitur hypocrisiñ damnat, atq; detestatur Isaías: ac docet Dominum misericordia potius a nobis requirere, quam sacrificia, nec enim ritè coli potest a nobis Deus, nisi secundam Tabulam obseruemus, atq; abstineamus ab omni fraude & iniuria, nam qui fraudat proximos aut violat Deum quoq; iniuria afficit. Deniq; consiliū Prophetæ est, docere quæ vera sit resipiscientia ratio: nempe, si hypocrisiñ sublata, figurisque omnibus valere iussis, beneficentiam inter se mutuam exerceant Dei cultores. O P V S E O R V M. Quidam exponunt Mercedem operis. Ego autem potius exultimo notari omnia vite instituta, quibus felicem exitum Dominus promittit. Peñsime succedit hominum institutio: quia Deum in consilium adhibere nolunt, nec eius auspiciis quippiam aggrediuntur. Ideo suæ temeritatis meritò pœnas luunt: quia fidunt consilii suis, aut à cœco fortuna eventu pendent: vbi nihil omnino veritatis, sed fallax tantummodo vmbra est. Iis autem qui spirito Domini reguntur, quique se totos eius rutele cōmunitunt, si feliciter & ex voto succedat, nihil mirum, quia à sola eius benedictione fluit omnis prosperitas. Porro sub Veritatis nomine æquabilis cursus notatur: quia & increduli plerunque euando gaudio inflati sunt, sed mox diffundunt. Stabilitatis causam in fine assignat, quia Deus non semel modo illis velit manum porrigeret, sed perpetuus esse dux itineris: atq; hæc vera perseveratio nostræ fultura est, quid perpetuus tedium nobiscum percutere dignatur, in quo sponte neum sc debitorem constituit, atq; vñtrò nobis omnia defert, cùm tamen nihil omnino debeat.

9 E T C O G N O S C E T V R.) Hic clarius distlerit Prophetæ de propagatione Ecclesiæ, quæ tunc velut in angusto terræ angulo conclusa erat, atque postea valde imminuta & accisa est: quemadmodum capite primo & decimo vidimus. Difficit ergo Isaías de Ecclesia post talē imminutio: & 10. 22. nem propaganda per totum orbem, ita ut conspicua sit omnibus Gentibus. Quod tamen ne sub 1. Reg. 10. regno quidem Solomonis acciderat, dū opibus & dignitate maximè florebāt Iudæi. Hoc autem omnino incredibile videbatur. Ideoque tantopere in eo persuadendo laborant Prophetæ: ac subinde hoc inculcant, ne suo sensu aut præsenti rerum asperetu restitucionem hanc metiantur. Nūc queritur quando hæc enierent. Respondeo (vt iam s̄pē alijs) hæc capitulo cum populis in partiam redit: quia & tunc, & subinde temporis progreſsi beneficii in Dei multiplicem erga se expertus est. Sed quia tenues solūmodo sc̄milla emicarunt: plenissimum splendorem in Christo refulsile, in cuius regno hæc cumulatè præstantur. Nā vbi summa erat pietatis sterilitas, pululauit Abraham soboles: quia per fidem insiti sunt extranei in electū populū ita exteræ nationes & barbaræ agnouerūt Iudeos senem Dei ac benedictū esse, dum ipsi in eandē fidei confessionem coauerunt, neque sc̄mī tantum hoc impletum est, sed quotidie impletur. Quid autem Iudei precel-

Hof. 6.7. &
Matth. 9.13
G 12.7.

*Supradicta, 1.9.
1. Reg. 10.
21. 27.* modum capite primo & decimo vidimus. Difficit ergo Isaías de Ecclesia post talē imminutio: & 10. 22. nem propaganda per totum orbem, ita ut conspicua sit omnibus Gentibus. Quod tamen ne sub 1. Reg. 10. regno quidem Solomonis acciderat, dū opibus & dignitate maximè florebāt Iudæi. Hoc autem omnino incredibile videbatur. Ideoque tantopere in eo persuadendo laborant Prophetæ: ac subinde hoc inculcant, ne suo sensu aut præsenti rerum asperetu restitucionem hanc metiantur. Nūc queritur quando hæc enierent. Respondeo (vt iam s̄pē alijs) hæc capitulo cum populis in partiam redit: quia & tunc, & subinde temporis progreſsi beneficii in Dei multiplicem erga se expertus est. Sed quia tenues solūmodo sc̄milla emicarunt: plenissimum splendorem in Christo refulsile, in cuius regno hæc cumulatè præstantur. Nā vbi summa erat pietatis sterilitas, pululauit Abraham soboles: quia per fidem insiti sunt extranei in electū populū ita exteræ nationes & barbaræ agnouerūt Iudeos senem Dei ac benedictū esse, dum ipsi in eandē fidei confessionem coauerunt, neque sc̄mī tantum hoc impletum est, sed quotidie impletur. Quid autem Iudei precel-

Gen. 22.18

præcellunt, aque priorem locum in secedere Dei obtinent, hoc misericordia Dei, non eorum dignitati tribuendum est, sicuti docet Paulus Rom. 3. Postquam enim ipsos natura à Gentibus nihil distinxit, atque eidem condemnationis subiecit, simul docet eos hac prerogativa excellere, quod primi omnium sermonem Dei & promissa acceperint. Hoc autem ex gratuato Dei beneficio, non ex meritis ipsorum aut dignitate profectum est.

10 **G A V D E N S G A V D E B O.**) Inducit Ecclesiam gratias agētem Deo, quod magis persuadeat ea quæ prius dixit: est enim velut hypotyposis, qua res oculis hominum quasi depicta subnictur, ut omnem dubitationem tollant. Nam sumus ad diffidentiam proclives natura, atque adeò leues, ut figuram hominum portius, quam verbo Dei fidem habeamus: ac de hac confirmatio-
nē forma diximus tam capite 12, quam 26, & aliis locis. **Q V O N I A M I N D V I T M E.** Hec quidem longè adhuc remota erat: sed oculis fidei certi ac percipi oportuit: vt certe attollendi fuerint oculi in cælum, quum Propheta de salute & iustitia concionetur. Nihil enim hic visibile, ac multo minus sensu apprehendi potuit tanta felicitas, quum omnia ad interitum vergerent. Sed quia ne hodie quoque tale appareret Ecclesia decus: in modo sub deformi crucis habitu contemptibilis est mundo: unde hic opus est, quæ celestia & inuisibilia comprehendit. **I V S T I T I A M** coniungit cum Salute: quoniam alterum ab altero sciungi non potest. Notæ hæc sunt metaphoræ **V E S T I V M** & **I N D V M E N T O R V M**. Perinde est ahi diceret, Collatum in se iustitiam & salutem. Quum vero hæc beneficia conferat Dominus, sequitur ab ipso solo petenda, atque expectanda ahi. **O R N A- V I T M E D E C O R E.** Metaphora sumpta putatur ab ornatu sacerdotiali: atq; ideo nonnulli de sa- cerdoto Christi philosophantur. Sed non existimo tam subtiliter loquuntur eise Prophetam, quum sponsi & sponsæ similitudinem adducat. Prius Ecclesia in situ & squallore erat, & passim ab omnibus contemnebatur, qualis repudiata mulier: nunc in gratiâ à marito recepta, miro splen- dore fulget. Respondeat locus Hosea 2. capite. Hoc præstitum est Christi aduentus: sed quotidianus simil nobis praefatur, dū iustitia & salute suos Dominus exornat. Plenissime vero ad extremum Christi aduentum, vt iam sèpius dictum est, omnia persicentur.

11 **Q V O N I A M S I C V T.**) Eleganti similitudine Prophetæ confirmat superiores promissiones. Reuocat enim Iudeos ad ordinariam potentiam Dei, quæ refugit in ipsis creaturis. Terra enim quotannis profert germen suum, horti post sationem vircescunt: denique herbae & plantæ, quæ mortuæ hyeme videntur, reuiuscunt ad veternam temperiem, vigorémque suum recipiunt. Hæc autem testimonia sunt & certissima documenta diuinæ potentie & beneficentie erga nos: quod quoniam ita sit, an homines de ipsa dubitate conuenit? Qui hanc vim & facultatem terra præbuit, annon ipsum magis exercet in populo suo libertando: & electum semen, quod promisit eternum fore in mundo, pullulare faciet: **C O R A M O M N I B U S G E N T I B U S.** Iterum ostendit terminos Ec- cleiae non fore amplius tam angustos, quam antea fuerunt. Efficiet enim Dominus, ut ipsa orbë vniuersum replete. **I V S T I T I A M** mentionem facit, cuius plena fuit demonstratio, quum Dominus populum suum redemit: sed potissimum apparuit iustitia Dei, quum Christus mundo patefactus est: non quod usque ad tempus illud Deus suppressam tenerit iustitiam suam, sed quod eam homines non agnouerint. Perinde ergo est ahi diceret, Sic Deus liberabit ac restituat populum suum, ut omnes ipsum iustum esse agnoscant. Nam redemptio illustre est specimen iustitiae Dei. Subiungit **L A V D E M:** quia tale beneficium gratiarum actio sequi debet. Finis iustitiae est, ut de- tur gloria Deo. Proinde hortatur nos ad gratitudinem quia plurimam indignum est nos acceptis beneficiis Dei mutos esse.

CAPVT LXII.

1 **R O P T E R** Sion non tacebo: & propter Ierusalem non quic-
cam, donec egrediatur ut splendor iustitiae eius, & salus eius sicut
lampas ardeat.

2 Et videbunt gentes iustitiam tuam, & omnes Reges terræ glo-
riam tuam: & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Ichouæ nuncu-
pabit.

3 Eteris corona glorie in manu Ichouæ: & diadema regni in manu Dei tui.

4 Non dicetur tibi amplius dixerit: nec terræ tue dicetur amplius desolata: quia voca-
bunt te beneplacitum meum in ea: & terram tuam maritatam. Quia beneplacitum Ichouæ
in te, & terra tua maritatibus.

5 Quoniam sicut adolescentis maritat sibi virginem, ita maritabit te sibi filij tui: & gau-
dio sponsi super sponsa gaudebit super te Deus tuus.

*Supr. 12. 1.
C 26. 1.*

*Hose. 2. 19
20.*

6 Super muros tuos Ierusalem ordinari custodes, qui tota die & tota nocte iugiter nonta
cebunt. Qui memores es tu Iehoue, ne silentium sit vobis.

^{Vel, me-}
moriam ce-
lebratis.

7 Et ne detis silentium illi donec reparet, & donec ponat Ierusalem laudem in terra.

8 Iurauit Iehoua per dexteram suam, & per brachium roboris sui: Si dedero frumentum tuum amplius cibum inimicis tuis, & si biberint filii alienigenae vinum tuum pro quo laborasti.

9 Nam qui congregauerunt illud, comedent; & laudabunt Iehouam, & collectores eius bibent vinum in atrijs meis sanctis.

10 Transite, transite per portas: repurgate viam populo: complanate, complanate iter: sternite lapidibus, leuate signum ad populos.

11 Ecce Iehoua publicauit usque ad extreum terrae: dicite filiae Sion, Ecce scriuator tuus venit: Ecce merces eius cum eo: & effectus operis eius coram ipso.

12 Et vocabunt vos Populum sanctum, redemptos Iehoue. Et te vocabunt Quiescitam urbem, non relietam.

IN CAPVT LXII.

DOCTOR SION.) Cum triste illud exilium immineret, quo vniuersitate propemodum gentis nomen delendum erat, pluribus verbis confirmari, atque animari pios necesse fuit, ut firma & certa fiducia in his promissionibus sub crucis onere perstarent. Hic igitur Prophetus fungens eo munere quod sibi inunctum erat, apergit piorum animos spe futuræ salutis, ut intelligent ac persuasum habeant, Deum Ecclesiam suæ liberatorem fore. Poterat enim frangere ipse quoque incredulitatem populi illius, atque animum despondere, quem res videret quotidie in peius collabi, & acerbam illam vltionem animo presumeret. Sed aduersus tantas difficultates fere nihilominus perliturum in officio declarat, ut intelligent omnes, neque internectionem populi, nec dissidentiam obstatare posse Deo, quominus promissa sua in tempore exequatur. Hec autem sepius repeti necesse fuit: quoniam ea est ingenij nostri prauitas, ut statim promisorum Dei obliuiscamus. Cum se nullum finem loquendi facturum dicat, simul alios admonet offici sui, ut colligant animos, certaque fiducia restitucionem expectent, tametsi in longum tempus distarunt: immo ut continua Dei vocibus respondeat infatigabilis eorum attentio. Id quam necesse sit experimur in dies, quum modis omnibus Satan nos a recto cursu auertere conetur. Simul ostendit quale piorum doctorum studium esse debet: nempe ut se toros impendant ac profundant in Ecclesiæ utilitatem. Nam quum ait, PROPTER SION, significat præcipue curandum nobis esse, ut salua sit Ecclesia, nec probos aut fidos esse doctores, nisi quibus tam chara est eius salus, ut nullis laboribus parcant. Nonnulli exponunt de precibus: sed ego ad doctrinam referre malo: & hoc melius conuenit, Prophetam nullo tedium nullisq; molestias fatigatum iri, & nullis obstaculis ceſſurum, quin pergit in officio docendi quod Deus mandauit de redemptione Ecclesiæ. Nam si tristissima cladi fuisse superstes, multis haud dubie conuictis eum exagitasset incredulū vulgus, ut alios Prophetas. verum quicquid acciderit, iniuncta se constantia instruetum dicit, ut nunquam pudore obmitescat, sed strenue nitendo pergit in suo cursu. Porro hac loquendi forma fidem conciliat ac vindicat suis victimis, ut ipso quoq; mortuo sonare non desinat in auribus piorum. IUSTITIA accipit priorem Ecclesiæ: quia tempore calamitatis damnata esse videbatur. Emergit ergo iustitia ipsius, cum restituitur in integrum, & pristinum statum recuperat. Latebat enim tempore exilij SALVTEM iustitiae coniungit: quia quos iustificat Deus, vel quibus suum ius allerit, simul illi salutem recuperat. Vnde colligimus nos ideo miseros esse, absque auxilio, quantisper ab indignis gratiam suā Deus subducere: adeoque alibi sepius vocavit iustitiam Dei, quam hic dicit esse Ecclesiæ. Inserimus ergo dum caremus iustitia Dei: hoc est, dum in peccatis nostris torpemus, & Deus seu erum iudicem vindicando se ostendit. Porro verbum EXEVNDI, significat iustitiam Ecclesiæ aliquādiu fuisse absconditam, & quasi sepultam: nulla quidem esse merebatur coram Deo: quin potius immensē eius iniquitate ita prævaluuerant, ut nihil quam iusta Dei vltio supereret. Verum hī respectus habetur ad homines, qui afflīctam Ecclesiam pro perdita iam duecabant, & factu suo probriri que ad inferos fere deiciebant. Denique eam cum mundo comparat, & mundi respectu iustum fore dicit, ubi purgatis eius vitis, cauſam eius suscepit. His verbis docet Prophetus semper de instauratione Ecclesiæ bene esse sperandum, quanvis sub terra caligine atq; in sepulchro demersa

mersa sit: quia tameti ad tempus oppresa lateat, Deum nihilominus vindicem in celo habet: qui postquam moderate eam castigauerit, tandem tibi eam fuisse cura ostendet. Et sane illustrē & conficiam esse oportet iustitiam eius: idque in eorum salutem quos sibi in populum & pecu lium delegit.

2. ET VIDEVNT GENTES.) Nunc apertius declarat, cur antea dixerit se non tacitum: nempe ut proprieter persuasum habent non frustra sibi salutem promitti. GLORIA MAGNA hic accipit pro salute. Quo argumento fessū ad constantiam instruere debeant Prophetæ, hic perspicimus: quod seilicet huius sit Dominus: atque tandem prestabilit quod semel pollicitus est, tameti aliquandiu diffrat. REGES. Hoc ad amplificationem valet: ac si diceret, non solum plebeios ac vulgares confpecturos, atque admiraturos gloriam Dei, sed etiam Reges ipsos, qui ē sublimi despiciere solent quod aliqui pretio & honore dignum erat. Executus enim eos suus splendor, & altitudo dementat, vt non libenter quicquam dignitatis extra se conspiciant. NOMEN porrò NOVVM accipit pro Celebritate. Sic enim dispersus erat populus, vt certum corpus nullum esset, ac penitus interisse videbatur. Tameti enim ingens multitudo in exilium traducta erat: quia tame inter Babylonios dissipati, quali lacerti corporis membra exulabant, vix retinebant nomen populi: quod etiam illis denuntiatur fuerat. Cum autem reducti sunt ab exilio, cōperunt tursus in corpus unum coalescere, atque ita nomen recuperarunt, quo priuati fuerant. Quanquam nouum proprieter insolito capit: ac si diceret Prophetæ, singularem & prius inauditam fore gloriam populi: quod scimus factum esse temporis successu: quia exigua illa populi manus, quum precario habitat in patria, nulla insigni prestantia acquirere sibi potuit tantā celebritatem: sed promulgata demū Euangelij doctrina, innovuit atq; excelluit Iudaicum nomen. Confirmat autē quod difficile alioqui creditu fuisse, Deum huius glorie fore authorem promittens: neq; enim in hominum arbitrio fuit, ignobilem & infamia coopertam Ecclesiam sic extollere, sed Deo qui pauperes erigit ex stercore, difficile non fuit noua fama decorare suam Ecclesiam. Quemadmodum ante quadragesima annos nulla erat Ecclesiar facies: & quanvis sēmen aliquod haberet Dominus, tameti ita confusum atq; obrutum erat, vt certus Dei populus non apparet. Nunc restituit Ecclesie nomen suum, quum eam verbo Euangelij aggregavit. Hoc igitur magnificum Dei opus nos in eo confirmare debet, vt sciamus ipsum nunquam Ecclesie defaturum: & quanvis nos maledictis lacerent impij, fugillent, conspiciant, modifiquent, omnibus sedare contentur, meminetur nos Deo minime eripi ius suum, vt nos in modo illustret, quorū nomina dignatus est in celis scribere. Alij subter let us exponunt: nempe quod pro Israhelitis vocandi essent Christiani. Sed ego superiorem illum sensim Prophetæ contextui, & vītato eius sermoni conuenientiorem proprio. Diligerent autem obseruandæ sunt ha*ec* loquendi formæ, quae peculiariæ sunt Prophetis, vt corū stylus assuefescamus. Summa est, populum restitutum iti, tameti deletus videatur: nouumque nomen non ab hominibus, sed à Deo consequiturum.

3. ET ERIS CORONA.) Idem argumentum prosequitur Isaías, nec mirum: nemo enim carnis sensu rem tantam concipere ac sperare potuisset: deinde voluit piotum animos intentos esse in regnum Christi, quod splendidis hisce elogii ecō magis ornari ac predicari necesse fuit, quia adhuc & obscurum, & procu*r* remotum erat. Duplex enim periculum anteuertere opus fuit, ne Iudei longissimè adhuc se abesse videntes à pristino honore, gratiam Dei contemnerent, vel subducerent in ipsius primordiis: atque ita posthabito Christo, tantum comodis terrenis addicti forent. Admonet igitur Prophetæ, redditum in patriam quasi preludium esse summam dignitatis, qua exhibito Christo speranda erat. Quid ad prius membrum spectat, nihil prexter desperandi materiam exules & serui apprehendere poterant, quum externum rerum statum intuebatur: quum etiam reuersi in patriam ac restituti, parum admodum in ædificando templo promouerent. Eos ergo in Deum respicere iubet, vt ab eo expectent gloriam à sensu carnis absconditam: & quia se apud ipsum charos & pretiosos esse norunt, hoc uno sint contenti, donec per Christi manum liberalius ipsos exoriet. Ecclesiam vocat coronam Dersusque Deus vult gloriam suam lucere in nobis, in quo inestimabilem Dei bonitatem suspicere & admirari par est: quod nos tameti natura sordidos & corruptos, atque sterquilinus fideiores, tamen ita exoriet, vt diadema regni sui esse velit. Excitemur ergo hac Dei bonitate ad studium bene vivendi, vt in nobis imaginis ipsius magis ac magis reformetur.

4. NON DICE TVR.) Occurrit dubitationi quae obrepere poterat animis piorum, cum derelicti ac destituti essent, qui interea diadema & corona vocarentur. Hac enim ridicula videri poterant, quum exoli atq; exercitibiles essent omnibus nationibus, prostrati erâ interdù iacent sub pedibus hostium, nec viquam auxilium appeteret: uehi tame ad celos, & locati in Dei manu. Significat ergo populam, tameti ad tempus ut initia repudiari ac derelicta mulieris, tame ita restitutum iti, vt conditione ac ratione mutet: ac si diceret, Repudium hoc perpetuum non erit: Deus te tandem ad se recipiet. Tameti ergo abiecta videatur Ecclesia, atque specie gerat mulieris repudiatae, tamen Dominus exultans eius ac miseriis finem imponet. Hoc autem a bene placito, hoc est, gratuito fauore Dei proficisci docet, ne quicquam hominum metitis aut digni-

Hosea. 2. 19. tati tribuat, sicut loquitur apud Hoseam, *D*esponsabo te mihi in misericordia & miserationibus. Ergo non alia de causa melius habituros docet, nisi quia Deus pro immensa sua bonitate gratis reconciliare dignabitur quos abdicauerat. Esti autem hoc ad Ecclesiam propriè spectat: in genere tamen discamus, fauore ac beneficentia Dei restitui vrbes ac regna in priorem statum: que ipso irato & auerso videbantur periisse. Propheta ergo Iudei considerandum proponit calamitatum omnium, quas perpessi erat, fontem: quum testatur Deo propitio eos fore beatos: quia inde colligendum est, Deum fuisse prius illis in statu, quum male & miserere haberent. Nam contingit elegans est metaphora, eaque duplex, qua restitutio populi significat. *F*inē dislidi inter Deum & Ecclesiam fore docet: quia haec quasi à placato marito in uxorem recipietur. Deinde quia populi frequentia tolleret viduitatis probrum. Terra enim, veluti arbores cum vitibus, quodammodo cum suis incolis maritur: rursum nudata incolis, vidua dicitur. *QVI A BENE PLACIT VIX.* Iterum repetit ac confirmat quod iam dictum est, gratuitum Dei beneficium esse, quod restituitur Ecclesia, quod manet in suo statu, quod terra recipit suos incolas: nam quum Deus avertit faciem suam, nosque auerterat, iuhil preter interitum sperari potest: nec quicquam ab hominum ope aut viribus expectandum.

S QVONIAM SIC VIT. Hic versus clariorem tantummodo explicationem atque confirmationem continet superioris. Videtur autem species esse repugnante, quod posteriore membro unum Deum faciat Ecclesie maritum, quum priore plures ei matitos assignarit. Verum facilis est solutio: nam quum de hoc Ecclesiæ coniugio agitur, unus est eius maritus, nempe Deus, qui semper hunc sibi titulum vendicat: idque in Christo impletum est: cui Pastores Ecclesiam, tanquam virginem castam despontent, ut et Paulus. Sed hoc non obstat quin metaphora coniugij ad exprimendam fidem unitatem transferatur, quam habent omnes filii Dei cum Ecclesia matre sua. In modo sic Deus Ecclesiæ maritus est, ut Ecclesiæ sua maritetur omnes populos qui ad eam aggregantur: quia dum liberis caret, quodammodo vidua est ac solitaria. Itaque hoc etiam respectu Dei dicitur, qui suis auspiciis sacram unitatem inter Ecclesias sue membra sancti, coniugij effectum ad totum corpus extendit. Atque hinc colligendum, Ecclesiam Dei verè populosa fere: est, multos filios habituram, quum marito Deo coniuncta est: nam à Deo initium faciendum est, ut Ecclesiæ sua paret, & eius auspiciis in eius finum colligantur. Tunc enim verè sacram erit coniugium. Alioqui magna populi frequentia non constituet Ecclesiam, sed potius fœdum lupanarium quemadmodum videmus in Papatu iactari Ecclesiæ nomine, quum interea Dei maiestas horrendis sacrilegii in eo violetur.

2. Corinth. 11. 2.

S VPER MYROS. Quoniam Propheta plenam regni Christi felicitatem describere volebat, ideo colligit omnia qua ad beatum regionis alicuius vel vrbis statum pertinent. Aliis igitur beneficiis presidia & custodiā adiungit, quia bonorum omnium abundantia & copia parū prodet, nisi ab hostibus tuti essemus. Itaque significat Dominum non modò suppeditaturum res Ecclesiæ necessarias, sed etiam adhibitū fidos custodes, à quibus hostes & latrones arceantur: ut ita intus & fortis beatæ vite author appareat. *NON TACEBUNT.* Hic Tacere accipit pro Quiescere, ac si diceret, assiduo fore in excubis, ut imminentia pericula longè praeveant. *Qui-* nam verò sint illi custodes subiungit, nempe *QVI MEMORES ERVNT DOMINI* id est, celebrabant memoriam nominis illius. Quanquam inter custodes non absurdè numerati poterit An-

Psal. 91. 1.

& Hebr. 1.

14.

2. Cor. 10. 4.

gelii, quibus has partes annectas ellī dicimus: sed quis sponte & alacriter aduigilant pro Ecclesiæ salute, nec ullis exhortationum stimulis indigent, Propheta sermone in dirigit ad alios vigiles. Verbum quo vtut ambiguae est significationis. Interdum enim significat Recordari, interdum In memoriam reuocare: nec male conueniet utraque significatio. Sed videtur mihi simpliciter significare, hos custodes ministros fore Dei ad nomen eius predicandum. *Quidam* vertunt, Annuntiantes Dominum: sed nimis coactum est, & sententiam Propheta abruptum: neque attingit eiusmodi interpres similitudinem custodum vrbis, quæ à Propheta usurpatur. Tametsi verò Propheta simpliciter docere vult Ecclesiam ab omnibus periculis tutam fore, quod Deum habeat presidium sue salutis: tamen semper animo reputandum, qualis regni Christi natura sit: nec enim vi bellica defenditur, aut armis: verum ut spirituale est, ita spiritualibus armis & praesidiis seruatur. Ministris ergo suos habebit Dominus, quorum opera vretur ad Ecclesiam tuendā gladio Verbi, ut non terrenis praesidiis, sed arcana & spirituali Dei virtute salua maneat. Et Propheta scipsum exponit, dum ait, *Qui memores es tu Domini*, quanvis autem haec sententia ad pios omnes pertinet, qui nomen Dei, quantum in se est, celebrare vbiique iubentur: tamen præcipue Sacerdotes attingit, qui quum munere publico fungantur, ceteris exemplo paret, totoque studio intenti in laudes Dei esse debent. Hic porrò monentur paltores officij sui: nec enim fatis est patere gregem Domini, nisi simul ipsum a latronum & luporum incursu defendant. Nocte igitur & die ipsos vigilare, atque in excubis esse oportet, si rite officio fungi velint. Dominus ipsos silere verat: quia vult sedulos ac diligentes esse: in quo ostendit quantopere folicitus sit de Ecclesia salutē. Teitatur etiam hic locus singulare Dei beneficium esse, quod fidos habemus pastores, qui curam nostri gerat. Nam periculis omnis generis expositi sumus, & patemus insidiis Satanæ,

nisi nos Dominus præsidiis suis tucatur. Quare semper rogandus est, vt nos quibus videt opus eile præsidiis muniat.

7 ET NE PETIS.) Haecen loquutus est Propheta de munere & studio docendi: sed quoniam hoc non sufficeret, nisi preces quoque accederent, ad eas ministros Verbi hortatur: nā ego particulari, ad Deum referendam puto. Infare igitur apud Deum, & contendere aliudius precebus conuenit, vt succelum aliquem præbeat laboribus nostris, qui inutiles alioqui forent. Et quum nos totos impenderimus in prædicanda doctrina, nosque fortiter opposuerimus Satanæ omnia machinanti, simul mentes nostras conuertere discamus ad Deum, ne labores nostros irritos esse patiatur. Quemadmodum igitur initio capituli silentium ad doctrinam retulit, quum dicceret, Non tacebo: ita hoc loco ad preces refert, quibus fructum aliquem doctrinæ à Deo obtinemus: quin etiam ad hoc precandi studiū suo exemplo Angeli quoque nos incitant, sicuti legimus Zachariæ primo, Angelū ardenter pro Ecclesiæ reparatione precari. D O N E C R E P A R E T. Hinc collige duo esse distincta beneficia: fidos habere paltores qui vigilent pro Ecclesiæ salute: deinde Ecclesiam erigi & conservari ipsorum opera in suo statu. Deus autē qui hic loquitur, hęc beneficia sibi proprie vendicat: quemadmodū & plerisque aliis locis. Quomodo prædicabunt, inquit Paulus, nisi mittantur? Est igitur Dei solius ordinante pastores: nemo enim alioqui ad tantam adeoque difficultatem prouinciam idoneus esset: deinde etiam solus ipse promovet eorum opera Ecclesiæ instauracionem: irriti enim prouersus & vani essent ipsorum conatus, nisi Dominus faciliem iis successum daret. Atque hic videmus externam hominum operam coniungi cum effigie Spiritus sancti. Quanvis enim solus agat Dominus & efficiat, tamen organa adhibet, quibus virtutis adficio Ecclesiæ instaurando. Hinc monemur non esse abiiciendo animos, etiam quum nihil præter ruinas & dissipacionem miseram intuemur: sed nostrum est orare, vt Dominus eam instauret: quod etiam se facturū promittit. Quod addit, D O N E C P O N A T L A V D E M, tandem valet ac Reddere Ecclesiam gloriosam, ut illinc materia laudis effulget. Nam quum nihil præter securitatem Dei sentimus, multi reddimur, & obruiuntur pudore quecum verò nos liberat ab ærumnis nostris ac recreat, simul nobis os aperit: quia nobis subministrat materia laudis & gratiatum actionis.

8 IVRAVIT DOMINVS.) Persequitur similitudines quibus antea usus est: nam quum proximo carnis nostra Christi regnum exprimi nequeat, sub figuris ipsum depingi oportuit. Quemadmodum igitur prius abundantiam rerum omnium, deinde fidam custodiari promisit, qua tutata sit pitorum conditio, ita hęc pacem & quietem, qua placidæ fruantur bonis suis, neque in posterum iis fraudentur: ac si diceret, Quicquid habuisti in manibus antea, præda & direptioni expoliū fuit: nunc sarta tibi & teclā erunt omnia, atque liberæ frumento & vino tuo vesceris, tranquilla deniq; erit tua felicitas. Quoniam verò ea est natura nostræ prauitas, vt Deo quāvis largè & munificè promittenti diffidamus: ideo iuntant̄ ipsum introducit. Nam eousq; Dominus indulget nobis, vt iusserandū adhuc beat, quō magis diffidentia & periuicacia nostra cortigatur. Iurat autē Dominus per seipsum: quia maiorem fe non habet, vt inquit Apostolus. B R A C H I I VERO dextri mentionem fecit, hoc est virtutis Dei: quoniam id præsenti orationi congruebat: quasi dicceret, Si qua est mea potentia, eam in salute vestra proferam, ac ne in te ardua torpeant mentes vestras, per inuitatam manum meam & omnium vietricem iuro, quæcumque difficultates occurrant, me tamen vindice vos fore incolumes. Quoties ergo salutem promittit, de virtute ipsius & potentia cogitemus. S I D E D E R O. Ecliptica est formula loquendi, qua docemur quām sancte & religiose iurandum sit. Atque idem valet ista oratio, ac si diceret, sibi in posterum fidem haberi nolle, nisi rerum euentus hęc promissa comprobarit. Pacatam tritici & vini fruitionem promittens, suo iudicio factum esse significat, non fortuito casu, quod Ecclesia frumento & vino spoliatā fuit: nam quoties grassantur hostes ac prædantur, id permisit Dei fieri certissimum est: sicuti in Legi minatur. Rursum peculiaris est hęc eius benedictio, vt quisque securè comedat sub vīte sua, & sub fīci sua.

9 NAM QVI CONGREGAVERVNT.) Exegesis est ac confirmatio superioris sententiae: poltquam enim testatus est se non passurum amplius vt bona Ecclesiæ sine præde expolita, subiungit fore vt ipsi bonis suis fruatur. Interea ostendit frumentum & vinum iure nostrum vocari, quum iusto labore ipsi compatiamus. Nam qui ad se rapiunt alienum panem, aut illicitis artibus eum acquirunt, ipsum à Domino nō habent: nec benedictioni eius possunt aſtibere, quia legitima est posse: cui respondeat quod in Psalmo legitur, Liborem manuum tuarum comedes, beatus es, ac bene tibi erit. Sed quū terra cultoribus victu affiget, cur dicit gratias Deo acturos? Cur verò homines Deum laudant, si ipsi labore suo congregant frumenta, & vina colligunt? Videatur enim facta esse gratiam in actio, si hominum sudori & industria tribuatur: nec veliam Deus mercetur laudem, si laboribus suis homines victum acquirunt. Sed noſcendum est, Prophetam vbi legitimam victus querendi rationem docuit, simul addere manem fore laborem nostrum, nisi Dominus ipse victum nobis suppeditet. Dei enim est quicquid habemus: atque ipsi soli, quod consequimur, tribuendum. Vbi addit IN ATRIIS, alludit ad solennem iustum faci-

Zach. 1.12

Ro. 10.15.

2.Cor. 2.16

Ebr. 6. 13.

Deut. 28.33

1. Reg. 4.

25.


Psal. 118.2

ficandi. Poterant enim bibete aliis in locis, & quisque domi suæ vesci: sed allusio est ad illū conlectandi morem, quo libari primitias Lex iubebat, vt totius anni prouentus Deo dicarentur: & trita est apud Moten sententia illa, Epulaberis & gaudebis in conspectu Dei tui.

Den12.13. 10. **TRANSIET.**) Concludit ex superioribus liberū fore transitum per portas vrbis, quæ prius clausæ aut dirutæ erant. Clausæ, quim obsidebatur ab hostibus; dirutæ, quim euersa vrbis & solo æquata est. Significat ergo talem fore vrbis instaurationem, vt frequentes in ipsa incole sint, & crebri ad eam committantur. Putant nonnulli verba fieri ad pastores, vt ingrediantur portas, atque aliis tanquam duces praetant. Sed generalis & translatitia est sententia, qua Ecclesiam comparat vrbis populos, quim ad tempus fuisset diruta ac deserta, qualis Ierosolyma fuerat. Alij subtilius philosophantur, atque aiunt apertas esse Ecclesiæ portas, quim annuntiatur in ea remissio peccatorum, qua legatione Deus omnes ad se inuitat. verum h̄i velimus alsequi Propheta sensum, tenendum est ista omnia per similitudinem dici: sicuti iam monimus. **REPVGATE.** Hoc quidem officium propriè doctorum est, sed generaliter loquutus est Propheta: atque omnes compellat quorum opera ad sternendam populo viam vñus est Deus. Tunc quidem Medos & Persas alloquebatur, quorum opera viam patefecit Iudeis, vt in patriam redirent: sed reliquos deinde omnes comprehendit per quos Dominus instaurauit Ecclesiam suam. Alloquitur autem imperio omnes homines vt vias purgent & complanent: vt intelligent Iudei omnia impedimenta facile sublatum iri, atque omnes homines, tametsi infestissimos, mandato Dei confessim obsequuturos. Hoc autem modo iubet fideles sc̄ ad opus strenuè accingere, ac si multi operari ad secundarias partes agendas præstol essent. & notanda est in repetitione verborum emphasis, quæ ad certitudinem valet. **STERNITE LAPIDBVS.** h̄p, interdum Lapidès remouere significat: interdum Lapidibus sternere: atque in hac posteriore significatione potius h̄ic accipendum putto: tametsi alter vulgo sentiant interpretes. Eodem pertinet quod iuber signum tollere. Significat enim populos ita obsequuturos mandato Dei, vt subdit Principibus solēt. Conuenient enim & concurrent signo sublato, & operas suas conferent ad populū reducendum. Itaque magnificè extollit potentiam Dei, ne Iudei le aliquando restituendos esse dubitarent.

ECCE IEHOVA.) Significat Dominum mirabiliter supra s̄hem & sensum carnis agendo, effecturum, vt Gentes omnes hoc fieri mandato eius intelligat. Obiici enim poterat, Qui fieri vt populi se Deo præbeant obsequentes, quum nūc ferociter ipsi resistat? Rationem reddit. Quia Dominus publicabit redditum velutrum: ita vt agnoscant vos impetio ipsius restitu. Quod autem subiicit, **DICITE FILIA SION**, non dubium est quin propriè ad ministros Verbi pertineat, & Prophetas, quibus Dominus hanc prouinciam intingit, vt Ecclesiæ liberationem & salutem promittant. Atque hinc colligimus has promissiones ad vnam solummodò etatem non restringi: sed ad finem vñque mundi extendendas esse: nam vt initium fiat à redditu è Babylone in Iudeam, progreendiā est vñque ad Christi adventum, quo verè deinde h̄ec propheetia impleta est, & Redemptio finem suam adepta. Venit enim Seruator, quum gratia Dei per Euangeliū publicata est. In summa, denuntiat futurum aliquād, vt ab ortu Solis vñque ad occasum vox Dei personet, nec ab vno tantum populo, sed ab vniuersitate audiatur. H̄ec autem est vox, **ECCE SERUOTOR** tuus venit, quam propriè Euangelij esse scimus. Iuber itaque Ecclesiæ doctores erigere animos piorum, fiducia aduentus Domini, tametsi procul à populo suo abesse videatur. Verum h̄ec promissio ad regnum Christi maximè pertinet, à quo plene & in solidum h̄ec præstata sunt. Nam se re vera seruatorem exhibunt Ecclesiæ sūt: quemadmodum prius capite quadragesimo vidimus. Iam ne qua amplius eos dubitatio solicet, vbi Deus seruator apparet, eum instruit potentia, sicuti capite 40. Eadem enim verba quæ illuc vidimus repetit: quād diceret, simulacrum Deo placuerit manum suam exercere, promptū & celarem fore effectum: quād sper enim cessat vel cunctatur, carnis sensus otiosum esse iudicat. Et videmus vt multifanatici homines inane fingant numen, acsi mortuam imaginem pingere. Merito itaque Propheta opus & mercedem coram Deo statuit, vt se iustum mundi iudicem, vbi opus fuerit, demonstreret.

ET VOCABVNT.) Exprimit beneficium aduentus Domini: quia scilicet electos suos, veluti peculium, sibi cura esse ostendens, palam faciet toti mundo non furtile lusorum adoptio-
Exod19.6. nis fœdus, quod pepigit cum Abraham. Ideo vocat Populum sanctam, quoniam Dominus eos sibi segregavit ac confecravit: nam etiū populus omnes gubernet, semen Abrahæ eligeret dignatus est, cuius peculare quandam curam gereret. Atque hoc sensu significat sanctum fore populum suum Deus, quim apparuerit Seruator ac redemptor. Quemadmodum enim i' refutari dicitur, quum afflictus & vexatus iudicis impiorum in i'ordibus iacet: ita Sanctificari, quum re ipsa Dominus se eius saluti preesse ostendit, quod mirifica redemptione impletum fuit: ac tunc eriam testatum fecit Deus sibi hereditatem suam cordi esse, quam in hominum oculis quali de-relictam neglexerat: nam in his vocibus, **QUESITA, NON DERELICTA**, antithesis notatur inter tempus quo diuortium fecit Deus cum populo: deinde quo sibi iterum reconciliavit quos abiecerat.



VIS est iste qui venit ab Edon, rubicundus in vestibus, à Bosra: iste decorus in vestitu suo, gradiens in multitudine virtutis suæ?

Ego qui loquor in iniustia, "multus ad seruandum.

"Vel, vali-
dus.

Quare ruber est vestitus tuus, & indumenta tua sicut prementis in torculari?

Torcular pressifolus: neque ex populis quisquam fuit mecum. Calcabo enim eos in ira mea, & concidabo eos in furore meo: & spargetur sanguis eorum super vestes meas, & omnia indumenta mea inquinabo.

4 Quia dies vltionis in corde meo, & annus redemptorum meorum venit.

5 Itaque aspexi, nec erat auxiliator: & admiratus sum, nec erat qui fulciret: itaque salutem miseri fecit brachium meum, & ira mea fulsit me.

6 Et concidabo populos in ira mea, & inebriabo eos furore meo, & prostram fortitudinem eorum in terram.

7 Misericordias Ichouæ memoria repetam: laudes Ichouæ tanquam super omnibus que contulit nobis Ichoua, & multitudine beneficentie erga domum Isræl, quam contulit illis secundum misericordias suas, & secundum multitudinem miserationum suarum.

8 Nam dixit, Certè populus meus sunt filii qui non mentiuntur: itaque factus est illis seruator.

9 In omni angustia eorum illi fuit angustia: & Angelus facie eius seruauit eos: in dilectione sua & clementia sua ipse redemit eos: portauit eos & extulit, omnibus diebus seculi.

10 Verum illi rebelles fuerunt, & irritauerunt Spiritum sanctum eius. Ideo conuersus illis in hostem pugnauit ipse contra eos.

11 Et recordatus est dierum prisorum, quibus Moses fuit cum populo eius. Vbi est qui ascendere fecit eos è mari, cum pastore gregis sui? Vbi est qui posuit in medio eius Spiritum suum sanctum?

12 Qui duxit ad dexteram Mosis brachio magnificentie suæ, qui duxit aquas coram ipsis, ad comparandum sibi nomen perpetuum?

13 Qui fecit eos ingredi per abyssos, tanquam equum in deserto, ut non impigerint.

14 Tanquam iumentum in planicim descendit: Spiritus Ichouæ requiem illi praestitit: sic duxisti populum tuum, ut faceres tibi novum gloriosum.

15 Aspice è cælo: vide ex habitaculo sanctitatis & glorie tue. Vbi zelus tuus, & fortitudo tua? multitudine viscerum tuorum, & misericordiarum tuarum erga me cohibuerunt se.

16 Certè tu pater noster es, etiam si Abraham nesciat nos, & Isræl nos non agnoscat: tamen pater noster es, redemptor noster: à seculo nomen tuum.

17 Quare fecisti nos errare Ichoua à vijs tuis? recedere fecisti cor nostrum à timore tui? Conuertere propter seruos tuos, ad Tribus hereditatis tue.

18 Ad exiguum tempus posse derunt populus sanctitatis tue: aduersarij nostri conculeant sanctuarium tuum.

19 Fuiimus à seculo, quibus tu non dominatus es, super quos non est invocatum nomen tuum. "O si disrumpas caelos, descendas, & à facie tua montes diffluant!

"Vel, si for-
te.

VIS EST ISTE.) Hoc caput violenter torserunt Christiani, quasi ad Christum h.ec pertinerent: cum Propheta simpliciter de ipso Deo pronuntiet: atq; finixerunt hic rubicundum Christum, quod sanguine proprio madidus esset, quem in cruce fuderit, atqui nihil tale voluit Propheta. Simplex sensus est, Dominum hic rubicundis vestibus prodire in populi conspectum, ut omnes intelligent ipsum vltorem suorum ac vindicem esse. Nam quum infinitis malis premeretur populus, atque interea Idumæi, aliisque hostes, quasi extra omnem periculi aleam positi, impune laetiur, periculose tentari poterat, quasi fortitudine hæc ei acciderent, aut negligeretur a Deo, aut acerbè nimium castigaretur. Nam si in Iudeis puniebatur Dei contemptus, multò magis in Idumæis, alisque aperitis nominis Dei hostibus puniendus erat. Huic grauissima temptationi occurrit Isaia, quum introducit Deum vindicem ab Idumæorum strage redeuntem, quasi madeat eorum sanguine. Est autem via & efficax descrip̄io huiusmodi, **QVIS EST ISTE?** nam ista interrogatio in admirationem rapit auditorum animos, atque magis afficit, quam simplex narratio. Quamobrem ad excitandos fiduciam animos, qui velut sopiti ac stupefacti erant, ea Propheta vltus est. Scimus Idumæos quodammodo sanguine coniunctos fuisse Iudeis: quoniam ab iisdem maioribus originem ducebant: sic enim vocati sunt ab Esau, qui Edom quoque dictus est. Ii quum purum Dei cultum corruerint, tametsi eandem Circuncisionis notam gererent, Iudeos hostili odio persequebantur. Accendebat etiam fuorem aliorum hostium in Iudeos: atque ex illius populi clade magna se voluptatem capere sua cohortatione ostendebant: vt satis appareat ex Psalmo 137, Memor esto Domine filiorum Edom, qui in die excidij Ierosolymæ dixerunt, Nudate, nudate eam vsque ad fundamenta. Venturis igitur in iudicium Idumæos Propheta denuntiat, ne quis impunit ipsi fore putet immanem illam scutiram, qua exarserant in fratres suos. Omnes enim impios atque hostes Ecclesie sic vlturus est Dominus, ut eam sibi cura esse ostendat. Porro quia tabes ex sanguine vctores inquinat & fœdat, decorum nihilominus in vestitu suo Deum fore pronuntiat Isaia, posteaquam hostes vltus fuerit: sicuti alibi vidimus strages impiorum sacrificiis conferri, quia in illis relueat Dei gloria. Quis enim pulchrior ornatus iudicio fingi potest? Itaque vt reverentiam conciliet iustus Dei vltionibus, sanguinem quo aspersus est, celsis ac perditis impiis, decorum & speciosum esse predicat: acti diceret, Ne existimet Deum vulgari cuidam homini fore similem: tametsi madeat sanguine, hoc tamen non impedit quod minus splendor & maiestas in eorū fulgeat. **GRADENS.** Variè exponunt Iudei dictiōnēm **QVIS,** Referunt enim transituō sensu quidam ad populum, quem Dominus ab exilio reduxit. Alij ad gentes quas Dominus alio transferet, tametsi firmam sedem habere videantur. Sed Prophetæ contextui conuenientius esse arbitror, si absolute capiatur. Est enim nomen **TO AR,** ut inquit. Describit igitur Propheta magnificum Dei incessum, & heroicam presentiam, qua ingentem potentiam præfert. **E GO QVI LOQUOR.** Dominus ipse responderet, quod multò plus habet autoritatis, quam si Propheta in sua persona loqueretur: ac fideles reuocat ad priora vaticinia, vt sciant in iudiciis Dei non modò iustitiam eius & bonitatem, sed fidem quoque palam fieri: quasi diceret, Ecce nunc impleri cernitis quod haec tenus sapientia per seruos meos vos testatus sum. hic promissionum mearum effectus clarè demonstrat me veracem esse, iusteque & bona fide, non frustrandi causa loqui. Frigida enim suis est vltio, nisi earum quas ante audierant promissionum memores suis sint Iudei. Quia autem hic erat finis, ut in Dei salutem recumerent, simul non vulgarem seruandi potentiam sibi vindicat.

2 QVARE RUBER.) Pergit in eodem argumēto: sed quia minus emphatica narratio fuisse, non statim explicat unde rubicundus color vestibus Dei: sed interrogationem suam prosequitur, quæ animos ad rei nouitatem & raro considerationem excitet. Significat enim sanguinis aspercionem aliquid esse aduentitium & insolitum. Porro simile à torculari sumptum optimè conuenit, quia op̄pidum Bosrah, cuius nuper meminit, in regione vitifera situm erat: quia diceret, alias fore vindemias quam pro more, quia sanguis pro succo vuarum fundendus esset.

3 TORCULAR.) Nunc Propheta vltionem exponit: cur videlicet sanguine timet sit Dominus nempe quod Idumæos & reliquos hostes qui inhumaniter populi suum traçtarant, vlturus sit. Ridiculum esset ista referre ad Christū, quod solus & sine humana ope nos redemerit: nam intelligit Deum sic animaduersum in Idumæos, ut auxiliis hominum minime indigat: quia per se sufficiet ad ipsos delendos. Nam obliuicere poterant Iudei, potentes esse Idumæos, nullisque bellis infestari, florere, & pacato frui rerum statu. Ostendit Propheta hæc obstat non posse, quo minus peccata de ipsis sumat Dominus quum volet. Vtus quidem est mediis humanis, quum Idumæos vltus est: sed ita ut palam cunctis fieret id omnino ipsius regi manu, nec quicquam hominum viribus aut consilii tribui posset. Subira enim & impetuosa clade opprefisi sunt: cuius vnum Deum esse authorem ambigere non debuit populus, qui toties iam admotus

Gen.36.1.
8.9.

Psal.137.7

Supr.346



nitus fuerat. Quod subvenit neminem ex populis secum suisse, huc pertinet, quoniam exorturi sunt è terra populi, qui perdant gentem Iudom, tamen separatum fore ab ipsis Dei opus: quia proflatus hostibus nihil minus erat propositum quam peccata exigere inuitate crudeliter ab Iudeis. Ergo inter strepitum armorum & turbulentos motus reputari & lucere vult Deus iudicium suum. C A L E C A B O. Ego libenter retineo futurum tempus: quoniam Propheta loquitur de rebus futuris, & nondum impletis: quod tameth integrè essent ac securi Idumæi, tamen graues peccatas Deo ob suam crudelitatem daturi erant. Cum Propheta vtatur metaphora torcularis fango inolenti, cuius triste ac terrum spectaculum est, iam aliqua ex parte attigitus: simul tamen addendum est peccatas & supplicia quae Deus sumit de hostibus eius vindicta aperte vocari: ac si colligeret ipsos, quum delect aut proficit. Quemadmodum etiam alibi supplicium huiusmodi solenne sacrificium vocatur: ut discamus non minus tribuendam esse gloriun Deo, quum iudicia sua exercet, quā vbi misericordie signa ostendit. Singularem interea erga Iudeos armorem suū exprimit, quod eorum gratia dignetur se perfundere sanguine hostium. Vnde & Inquinandi verbo vitim. IN I R A M E A. Hoc solummodo perdendis Idumæis sufficere ostendit, quod iis iratus sit Dominus: ac si diceret, neminem ereptum ipatos, quum animaduertere volet. Vnde colligere licet, nō aliunde interitum esse hominibus, quam ab ira Dei: quemadmodum è diuerso, à sola eius gratia pender nostra salus. In summa, hic testatum voluit Deus, Idumæos non impunè laturos, quod Ecclesiam Dei persequuti erant.

4 Q V I A D I E S V L T I O N I S.) Priore membro huius versiculi significat Deum in officio suo non cessare, tameth protinus iudicia sua non exequatur: quin potius differre in tempus opportunum, quod ipse melius nouit: neque vero nostrum est ei praecipere quando aut quomodo hoc vel illud agere debeat: sed arcano eius consilio deferendum est, vt omnia pro arbitratu suo administret. Ne ergo dum cunctatur interea ipsum dormire aut lacere existimemus. Tollerore membro hæc omnia in gratiam piorum fieri demonstrat, quum ait, A N N U S R E D E M P T O R V M. Diem & Annūm hīc pro eodem accipit: sed per vocem Anni notatur exiliū diuturnitas, ne desperent Iudei aut tedium deficiant, si longius protrahatur redemptio. Dominus ergo punit impios & proficat, vt pios liberet, atque Ecclesiam suam redimat, cuius portulū rationem habet. Denique per illorum strages & excidia viam gratiae suę sternit. Atque hæc ad consolationem nostram pertinent, vt quoties extant signa ire Dei aduersus impios, fructum penarum quasi ipsi ferent, ad nos peruenientur sciamus: quia hoc modo clare appetat exauditos suis nos gemitus, vt Deum vbi vult afflīctis succurrere, armatum esse viribus ad proficandos omnes Ecclesię sue hostes. Itaque quoniam nobis graue sit crucis onus, patienter tamen ferendo discamus spē attolleremus ad annum, quem Deus vindicta sue prescripsit.

5 A S P E X I , N E C F R A T.) Tameth destituti essent omni auxilio Iudei, nec quisquam eos aut verbis, aut re iuaret: tamen solum Domini brachium sufficere ostendit ad puniendo hostes: ipsos vero in libertatem vindicando. A solo igitur Deo expectandam esse salutem docet: ne huic atque illuc circunspiciant, sed in Deum penitus defixi sum, qui aliena ope non egit. Itaq; Deum introduceit obstupescētem, quod nō sit qui manum ei portigat, quum iudicia sua exequi vult, quod magis hanc doctrinam animis piorum infigat, Deum scilicet humanę opis non egere, ac per se sufficere ad salutem populo suo comparandam. Atque hac circumstantia magis illustrat quam statuerat populo suo opem ferre, partim ut diffidentiam corrigit, partim ut in posterum ad gratitudinem hortetur: alienam enim personam induit Deus, quum dicit se quasi attonitū stetisse: quia hic stupor propriè erat in Iudeis, qui vix credebat quod humanitas fieri non poterat. Itaq; omnibus adminiculis brachium suum opponit, cuius inexpugnabili potentia te force contentum dicit, tam ut suorum seruator appareat, quā ut dissipet ac prosterat omnes impios.

6 E T C O N C V L C A B O.) Concludit ex proxima tentativa iram Dei satis validā esse ad perpendendos impios, ut aliunde sublidia non accersat, idque eo consilio ne Iudeos à bene sperando deterreant aduersas vites. I N E B R I A R E hic alio sensu accipi debet, quā p̄t. us aliquot locis. Supr. 29.9 Interdum inebriari nos vidimus, quum Deus furor aut dementia percellit aut spiritu vertiginis, vel cœmique in reprobam mentem nos connicit. Sed hic nihil aliud significat quam Repicere, & ad sarcinatatem vñque percutere: vñgō dicimus, tout leur faul: quia etiam metaphorā non raro utuntur Prophetæ. P R O S T E R N A M F O R T I T Y D I N E M: id est, tameth inexpugnabiles se esse putent, tamen ipsos deniciam ac delebo. Summa est, Iudeos, quā attinguntur, taluti lux diffidere non debere, quasi Deo exosi essent: nec obstupescere in peccatis quas sustinent, quasi fortitudine contingat, alios enim populos à quibus nunc vexantur, peccatis daturos: futuram retum visibilitudinem, nec easuros tandem qui triumphum sibi canunt ante tempus. Product autem in exemplum Idumæos, quod viciniores essent reliquis, & notiores, atque etiam p̄e omnibus molesti.

7 M I S E R I C O R D I A S.) Consolationem assert Isaias populo suo in rebus miseris & calamitatis: ac m̄bet exemplo suo Iudeos, dum angustias prementur, in memoriam reuocare pristinā Dei beneficia, & ad preces configere: ne similes sint hypocritis, qui prosperis solū rebus be-

nitatem Dei sentiunt: aduersis verò sic deiiciuntur, vt nullius beneficij meminerint. Atqui vbi nos castigat Dominus, cuius beneficia commemorare & celebrare debemus, atque in posterum melius sperare: quia Dominus semper idem est, neque consilium aut animum mutat. Proinde si locum eius misericordiae damus, nunquam destituirur. Hæc ratio contextus esse mihi videtur: tametsi aliter alij accipiant: nempe, Propheta antehac de exitio populi loquitur, scilicet consolari, hac misericordia fiducia, quod Deus aliquos seruare velit. Sed in eo falluntur, quod putent Isaiam haec tenus loquitur de Iudeis: ac si Deus ipso tanquam puniret, quum testatus sit eum de aliis quoque gentibus pœnas sumpturum, ne solos se exosces Deo esse existimarent: atque ideo nunc ipso hortatur ad celebrandam memoriam beneficiorum quæ Deus in Patres omnium contulerat, vt eorum exemplis amorem Dei erga se melius apprehendant. Et ex contextu clarius patet, Iudeos partibus suis coniungi, vt commune fœdus eos ad bonam spem animet.

T A N Q U A M. Vtus est particula similitudinis, vt ostendat nobis in rebus adueris statim occurrere debere ea beneficia quibus populum suum affectavit Dominus, ac si ob oculos posita essent, tametsi longa vetustate sepulta videantur: quia nisi ad nos pertineant, frigida & inutilis erit eorum recordatio: quod etiam confirmat particula Nobis. Nam quia eiusdem erant corporis membra Iudei, meritò ab auis & aliis maioribus posteros annumerat. Non senserat quidem Isaías ipse illa beneficia quorum mentionem facit: sed quum in Ecclesiast collata essent, fructus eorum aliqua ex parte ad ipsum quoque peruererat: quoniam Ecclesia membrum erat. Et certè tantum apud nos v. ilere debet illa communicatio sanctorum quam profitemur, vt nobis datum esse potemus, quod Ecclesia ex manu Dei recepit. Vna enim est Dei Ecclesia, & quæ nunc est nihil separatum habet ab ea quæ aliquando fuit. Et scilicet explicat Isaías, quum addit, in multitudine beneficiorum erga domum Israel. Ergo quum se liberalem & beneficium erga suos præstiterit Dominus, id m. hodie sperandum est, quum domestici ipsius & eiusdem Ecclesie membra simus. Quanvis iratum nobis ipsum sentiamus ob peccata nostra, tamen erigendi spe animi, & fiducia armandi quoniam Ecclesiam suam destituire non potest. Interea diligenter observandum est, quod Propheta magnificè prædicat atque extollit misericordiam Dei, vt in ea nostra salutis & honorum omnium fundamentum esse intelligamus. Excluditur enim hic merita hominum, ne quid eis villo modo tribuatur. Et quod melius hac doctrina percipiatur, habenda est ratio temporis de quo loquitur Isaías, eo enim maximè florebant iustitia & pietas: nam et si valde corruptus erat populus, tamen Moïses, Aaron, aliquique pii viri præclara innocentia & sanctitatis exempla dabant, quicquid tamen Dominus in Moïsen & aliis bonorum contulit, hoc non meritis ipsorum, sed misericordia Dei tribuendum esse Propheta docet. Nos verò quales præ Moïse sumus, vt aliquid à Deo mereamur? Hæc igitur repetitio beneficiorum, misericordiarum & miserationum, sicuti debiles animos in sublime evenerit, vt supra arduas tentationum moles emergant: ita omnem de hominum meritis cogitationem tollere atque absolvere debet.

Dent.32.15 8 NAM DIXIT.) Commemorat electionem populi, & de ea loquentem introducit Deum, vt finis nostra vocationis in mentem nobis veniat, voluisse ipsum peculiarem populum habere, apud quem inuocetur. Atque interea ingratitudinem populi accusat, quod Deum expectatione sua frustratus sit: non quod falli possit Dominus, quum satis præuideret quales futuri erant, atque etiam per Moïsen significasset: sed ita loquitur Scriptura, quum non stat per hominum ingratitudinem, quo minus Deum frustrentur, vt prius capite quinto vidimus. Expectauit vt faceret mihi vias, & fecit labruseas. Nec verò de arcano Dei consilio differit, sed humanitus loquitur de matu Dei & pitorum consensi, vt Deo vocanti respondeant omnes, quibus se in patrem offere dignatur: firmum enim stat fundamentum, Neminem ex electis perire, quianouit Deus qui verè lumen sui. Interea sciimus hunc finem nostræ vocationis esse, vt sanctam & innocentem vitam degamus: vt testatur vniuersa Scriptura, & iam sepius alios locis dictum est. Merito igitur ait Dominus se populum elegisse, vt sanctus ac verax esset: vt filios haberet à mendacio & vanitate alienos. Sed populus fecellit fidem, & longè absuit ab ea simplicitate quam sequi debuerat. Omnia enim fraude & hypocrisi plena fuerunt. At nihilominus spem veniam facit, modò ad Deum confugiat, atque ex animo conuersus se humiliet. Oferit autem Propheta quid precipuum sit in cultu Dei: nempe vt corpus utrumque integrum geramus. Vnde sequitur ideo nos deferi à Deo, quod perfidi atque freditragi simus. Cum igitur hic populus sibi in malis suis placet, eum prius infidelitas sua conuinci oportuit: vt deinde ad Deum conuersus, seruatorem ipsum experiretur.

9 IN OMNI ANGUSTIA.) Amplificat bonitatem Dei erga populum suum: atque docer beneficium fuisse patribus, quandiu passi sunt se ab ipso gubernari: atque ita solicitem de iis fuisse, vt ærumnas eorum & angustias ipse tulerit. Sic enim loquendo incomparabilē amoris declarat, quo Deus erga suos affectus est. Et quod magis nos commoueat & ad le alliciat Dominus, quicquid paterni affectus, amoris & auxiliis esse potest, in se transfert, & humano more accommodat. Nec tamen in rebus humanis ullū charitatis aut bencvolentiae genus excogitari potest,

ri potest, quod non ipse magno interuallo superet. Fateor particulam **n** per propriam negatiuam esse. Ideoque diueritum sensum non prorsus repudio, populum in suis malis non sullenxi, quia semper aliquid solatij Deus adhibuerit ad leniendo dolores. Sed quam ex aliis locis patet **s** sepe mutari in recte, in eo iudicio, docti interpretes relative hic accipiunt, quo testetur Propheta, vt Deus angores populi sui & molestias levaret, ipsum onera subiisse: non quod angi villo modo possit, sed humanas passiones figura satis visitata in se suscipit ac transfert. Huius curae effectum deinde explicat, quod per manum Angelii sui semper eos eripuerit, quem vocat **ANGELVM FACIEI**, quia testis fuerit Dei presentia, & quasi eius apparitor ad iusta excusanda: ne putemus Angelos prodire a seipsis, aut proprio motu legerere, ut opem nobis ferant: quia Dominus virtutem eorum opera, & presentiam suam nobis per eos declarat. Angelii nihil ex se posse sunt, nec opem ferunt, nisi quatenus eos emitit Dominus, vt sint ministri nostrae salutis. Ergo ne haecamus in ipsis, quum recte nos ad Deum ducant. Si cui magis placeat exprimi vivam Dei effigiem, quia Angelus iste dux populi & custos quasi in speculo faciem Dei ostenderit, apte conuenient. Nec vero mihi dubium est, seruandi munus Christo tribuit, sicuti scimus primarium fusile Angelum, sub cuius manu, custodia & patrocinio incolunis stetit Ecclesia. **I N D I L E C T I O N E.** Ostendit quae tantorum beneficiorum fuerit causa: nempe amor ipsis, & gratitudo beneficentia: sicuti etiam docet Moses, Quis factum est, inquit, vt Deus suscepit patentes tuos, nisi quid amauit eos, & cor eius ipsis adglutinatum fuit? Vult enim Moses omnem opinionem tollere quam de seipsis concipere poterant, quod essent arrogantes & fastuosi, & sibi plus aequo tribuerent. nullam itaque aliam esse causam tantorum bonorum, quam meram & gratuitam Dei bonitatem ostendit. Eandem postea metaphoram usurpat, qua vitur Moses in Cantico suo, **D e u t . 3 2 . 1 1** Deum non secus populum suum portasse quam aquilam pullos suos alis fulcire docet: nisi ad oves forte referre libeat, sicut alibi vidimus. Fetas ipsis gestabat quanquam Matris similitudo optime quadrat, quae non modò factum gestat in utero, sed euehit in iustum robur. Summa est, non semel modò populum quum redemptus est expertum fuisse Dei gratiam, sed continuo virtus cursu, ut omnia ei soli accepta ferri debeant. Ideoque additur, **D I E B U S S E C V L I :** id est, continua serie multorum annorum, nec enim fatigatur Dominus beneficiando: nec vni duntaxat extati clementiam suam ostendit: nunquam enim cessavit Ecclesiam suam ornare variis donis ac locupletare.

I O V E R V M I L L I R E B E L L E S F V E R V N T , &c.) Nunc descendit ad secundum membra, quo significat ideo deinceps Dominum benefacere populo suo, quod descuerit ille, atque auctoribus. Summa est, Deus longo tempore prosequitus est beneficentiam suam erga patres nostros: ut candem ipsi non experimur: an dissimilis est sibi? Minime: sed nos ipsi perfidia nostra bonitatem eius abiecerimus, imò repellimus. Quanquam Propheta non tantum seculi sui homines accusat, sed damnat etiam superiores aetates. Videmus enim vt duce etiam Moses murmurant aduersus Deum, ac rebellarent. Hinc effectum esse docet, vt Deus qui amicissimus ipsis erat, eorum contumacia hostis redditus sit. Scipios igitur accusent, quod seculetum suorum pœnas lunt. Deus enim ad beneficentiam propensus est natura: nec quicquam ei gratius est, quam si beneficia sua protequatur. Porro **S A N C T U M D E I S P I R I T U M** malitia nostra exacerbate dicimus humano more, quod magis detestabile sit nobis peccatum, quod iram & odium Dei provocat. Nam quum idem sit Spiritus per quem Deus operatur salutem nostram, admonet Propheta peccata nostra Deum alienare a nobis, abrupto coniunctionis vinculo: quod petinet illud Pauli, Ne **E p h e . 4 . 3 0**. contristetis Spiritum Dei, quo obsignati estis, &c. Est etiam hinc notandum, non esse cur homines accusemus, qui nobis infesti ac molesti sunt, quum Dominus bellum gerat, atque eorum manu secleta nostra vlciscatur. Ea igitur accusanda potius ac damnanda sunt, quum malis omnibus que patimur, causam praebant.

II E T R E C O R D A T V S E S T . Hic est finis castigationis, vt populus excitetur a veterino suo, atque in memoriam reuocet ea quæ prius oblitus erat. Sic enim inebriamur rebus prosperis, vt Dei penitus obliuiscamur. Hanc igitur cogitationem quæ in nobis deleta erat, flagella reducent, Vbi est Deus qui tot olim beneficia in patres contulit nam ad præteritum tempus hinc refecto: atque ideo verti **P R I S C O R V M**: nam **S E C V L I** hoc loco non conuenit, cum ea tempora commemoraret quibus Moses præterit populo Dei. Itaque verus hic Propheta sensus est, Iudeos dum misere premerentur, de temporibus præcis cogitasse, quibus Dominus exerebat potestiam suam ad populum suum vindicandum. Quod nonnulli ad Deum referunt, ac si luctatus sit cum populi malitia, quia maluerit beneficia sua apud ingratos male locare, quam non implere quod cœperat, videtur esse asperius & nimis remotum: potius ergo gemitus & querimonias miseris populis recitat Propheta, vbi ex flagellis didicit quam miserum sit à Dei protectione excidere. **P A S T O R E M**, intelligi Mosen: nec video cur in plurali potius quam in singulari vertendum sit. Modum quoque exprimit, quod ipsum donauerit singulari Spiritus gratia: nam Ponete Spiritū in meo eius, tantundem valet atque exercere Spiritus sui virtutem. Alij ad populū reterre malunt: cui

Hebr. 1.14

Dent. 4.37

Dent. 7.8

Exo.17. 2.

& Num. 11

1. & 20. 3.

sententie nō repugno. Sed cūm Dominus Mosen delegerat, ac constituerat totius populi ducem, dicitur in eo potissimum Spiritum suum posuisse. Dederat autem ei Spiritum suum totius populi bono, vt ei esset insignis gratiae minister, ipsiusque in libertatem vindicaret. Simul autem in medio totius populi apparuit Spiritus Dei potentia.

12 QVI DVXIT.) Prosequitur hīc mirificam populi liberationem, qui Mosis auspiciis ex AEGypto educatus est; ac pergit in referendis querimoniis, qua Iudeis afflictis in mentem venire poterant. Hīc duo simul coniuncta videmus: nempe, Dexteram Mosis, & Brachium magnificētia Dei. Sic autem vtitur hominum opera & ministerio Dominus, vt nihil de eius laude & gloria imminui vel obscurari debeat. Sic enim hāc ducēt Mose gēla sunt, vt Deo omnia tribuātur. Vt quum hodie ministri Euangelij dicuntur remittere peccata, quod tamen solius Dē est, an id de authoritate eius & maiestate imminuit? Minime verò: nam organa tantummodo sunt, & operam suam accommodant Deo: cui laus integra tribuenda est. Et sānē quid præstisit vnius hominis manus, nisi à Dei brachio emissa? Ideo finem disertē addit, mirabiliter tunc egisē Dē, vt sibi nomen aeternum pararet; quo si cum spoliare fas non est, non licet vel minimam laudis partem ad hominem transcribere.

13 & 14 QVI FECIT.) Hāc ad amplificationem illius beneficij addita sunt. Similitudines etiam subiungit ad insignem illam virtutem Dei exprimendam. **TANQVAM** equum in deferto: vti iumentum in planicie: hoc est, tam placide eduxit populum suum, ac si quis equum in planicie educeret. Neque enim Deserti nomine intelligitur solitudo Parā, vbi quadraginta annis fui populus: sed pro communi lingua Hebraicā vbi significat loca pascua, in quibus pecora & armenta liberè vagantur: quod ex sequenti versu melius liquet, vbi loco Deserti Planicie nominat. & idem sensus ex eo elicetur, quod dicit populum sine offensa ambulasse per abyssos, vt so lent equi in deferto. In summa, docet mare tubrum impedimento non fuisse, quo minus per medias abyssos iter faceret populus, ac si in agro plano incederet. **NOMEN GLORIOSVM:** nuper Perpetuum dixerat eodem sensu. Nunc obicit Deo populus, si semel gloriosum nomen acquirere voluit, hanc ci curam abiiciendam non esse. Ahoqui futurum vt memoria beneficiorum quæ olim contulit in patres, penitus deleatur.

15 ASPICE.) Postquam totius populi nomine retulit beneficia superiorum temporum, id nunc ad presentem caufam accommodat, ac petit à Domino vt rationem habeat populi sui. **E COELO: VIDE EX HABITACULO.** His verbis significat non imminutam esse Dei potentiam: tamenets id non semper apparet. Subaudienda enim est antithesis, quod tunc Deus quasi late-ret, nec se talem exhibet ipsiis qualēm patribus: Tametsi ergo nūquam te cernamus Domine, atque ē cœlo inclusus quodammodo à nobis te subduxeris, vt videri queas curam nostrī penitus abiecisse, tamen aspice ē cœlo, atque ex habitaculo tuo ad mala nostra attende. Sic enim pios ab incredulis differre oportet, vt potentem Dēum & beneficium agnoscent, etiam quum nulla potentia aut beneficentia signa percipiunt, atque ita etiam quum longē remotus est nihilo minus inuincibilis: quia nunquam cessat Dominus curam habere populi sui, quum nec de sinat vllā mundi partem gubernare. **VBI ZELVS?** Hac interrogatione videntur quodammodo fideles exprobare Deo, quod nullo iam tangatur erga ipsos affectu, aut minuta sit eius potentia: sed alius est Prophetæ sensus: nam ideo beneficia ista prædicat, sicuti iam monui, quod pigrum spem in futurum confirmare velit: vt intelligent Dēum sibi perpetuō constate: nec vñquam populi sui curam abiecturum. atq; ex iis quae sequuntur satis patebunt. **MVLITVDINEM** viscera & misericordiarum accipi pro ingenti Dei bonitate: nam Dominus explicat nobis quodammodo viscera sua, & effundit, cūm nos prosequitur liberalitate & beneficentia, quæ profectō tanta est, vt eam prodignitate prædicare non possimus. Nec verò nouum est, vt fideles dolore coacti familiariter cum Dēo expostulent, quod viscera sua claudat. Retinent quidem principium illud, Deum quia naturam non mutat, misericordem semper esse: quod verò talem non experiuntur, tamenets impunitam suis peccatis, ne tamen desperationi succumbant, togant quā fieri poslit vt minus clementer cum ipsis agat Deus: sūmō quali ingenii sui oblitus, meri tantum rigoris signa ostendat.

16 CERTE TU PATER.) Permittit nobis Deus familiariiter animos nostrōs coram ipso exponere: nam oratio nihil aliud quam explicatio cordis nostri coram Dēo est, vt hāc optima leuatio est, curas nostras, angores & solicitudines velut in sinu deponere. Volute super Dominum curas tuas, inquit David. Postquam igitur Prophetæ beneficia Dei recentur, ex quibus beatitas eius & potentia satis perspecta est, vt sola hominum peccata obstare confleret, quo minus eam vt olim tentiant, ad hanc cogitationem redit, tantam nihilominus esse bonitatem Dei, vt hominum nequitiam supererit. Deum, Patrem vocat, Ecclesiæ nomine. Nec enim sic vocari potest ab omnibus: fed Ecclesia singulare priuilegium est, vt paternum nomen Deo obiciat. Unde colligendum est, Christum tanquam primogenitum, in modo unicūm Dei Filium semper Ecclesia præfuisse: nec enim aliter Deus Pater quam per ipsum vocari potest. Atque hīc rursum videmus non litigare fideles cum Dēo, sed ab eius natura ratiocinari, vt viēlis temptationibus ad bonam spem nitantur. **ETIAM SI ABRAHAM.** Queritur hīc, cur dicat populū a Patriar-

Patriarcha non agnoscit. Hieronymus hoc ideo fieri putat, quod degeneres essent, ac propterea indigni tanto honore: sed nimis coacta mihi videtur illa interpretatio. Tenuis autem verus est, Nam et nos abnegent Patres nostri, tamen nos Deus pro filiis habitus est, itaque patrem nobis praestabat. Quid dicunt Abraham & reliquos fideles non habere amplius curam rerum humanarum, nimis subtiliter detorquent verba Prophetarum. Ego de ipia non loquor: sed dico verbis istis non probari, sanctos euram nostri non habere. Simplex autem ac verus tenuis est, Domine, quod pater noster es, id adeo firmum ac stabile erit, ut etiam si ius patrum cognati que omnis in terra esset, tamen pater esse non desinas. Potius enim naturae iura cedebunt, quam te nobis patrem non praebas, vel laetificetur sacra adoptio, quia in tuo consilio immutabilis fundata, & virginigeni filii tui morte lancita est. Interea colligere possumus, sanctos homines ita le offere Deo ac precari, ut nullas aliorum intercessiones petant. Sic enim orare nubentur, ut paternae Dei elementorum confisi alias omnes fiducias valere iubent. Quod si Iudeos animum ad Abraham & Iacob, quibus tot tantaque promissiones datae erant, conuertere non docuit Propheta ut exaudientur a Deo, certe nos ad Petrum, Paulum, & alios multo minus configere debemus. Nec enim haec vnius vel alterius hominis priuata est oratio, sed publica & vniuersalis totius Ecclesie: ac si Propheta communem formam prescriberet. Atque sic fundata esse debet fiducia nostram paterno fauore & elementu Dei, ut oculos nostros ad omnia hominum aut viuentium aut mortuorum patrocinia claudamus. In summa, proficitur fideles ne non circumspicere huc aut illuc, sed conquiescere in solo Deo. Queritur nunc, cur Abraham & Iacob potissimum nominantur, praeterito Itae? Haec ratio est, quoniam fuit magis solennis cum iis duobus sanctio secederis Itae quidem secederis non minus particeps fuit: sed non tam amplas tamque frequentes promissiones accepit. REDEMPTOR NOSTER. Exprimitur hic redemptio, quasi testimonium illius adoptionis. Hoc enim documento Deus te patrem populi ostenderat. constanter igitur ac secure fideles inuocant Deum Patrem, quoniam insigne specimen paterni erga ipsos affectus ediderat, quo ad fiduciam animabantur. Sed non satis fecerit simplex & nuda redemptio, nisi promissio simul addita fuisset. quemadmodum ergo semel redemit, ita se perpetuo patrem fore pollicitus est. Per nomen SECVLI, ostenditur stabilitas & firmitudo paterni eius nominis. Nec enim filiorum nomen promeriti sumus: sed immutabilis est eius voluntas, qua nos semel in filios adoptavit. Quum igitur Dominus habeat aeternum nomen, sequitur titulum & gratiam, qua simul coniuncta est & ab illa aeternitate sunt, stabilem ac perpetuam fore.

17. **QVARE FECISTI NOS ERRARE IEHOVAM?**) Quoniam duræ & asperæ vindicent hæloquitiones, nonnulli putant incredulos hic introduci obstreptentes Deo, atque blasphemis facientes, ut est furiosorum peruvicia, quum desperant. Sed nullo modo patitur id contextus horum verborum: nam Propheta ostendit fructum qui ex calamitatibus & tribunis ludorum sequuturus erat, quia subiecti & domiti forecire, atque sibi in virtus suis placere desinunt. Eos igitur piget superiorum temporum, quod ita ab alienati fuerint à recta via, & culpam ipsi suam agnoscunt. Et certe dum mala sua assignant iræ Dei, culpa se liberare aut reatum delere nolunt. Sed tritaloquendi forma vñse est Propheta: satis enim vñstatum est Scripturis, ut dicatur Deus in errorum impellere, coniicare in reprobum tenorem, & obdurare. Quum autem fideles italoquuntur, nolunt Deum erroris aut sceleris facere authorem, quasi sint innoxii, aut culpam suam eleuare: sed altius spectant, ac potius agnoscunt se culpa sua alienari à Deo, atque destituti Spiritu ipsius: atque hinc fieri ut præcipitentur in omne genus malorum. Qui dicunt Deum nos inducere in errorem priuatiè, hoc est, quia nos priuat Spiritu suo, ad scropum vñque non pertingunt. Deus enim ipse indurare dicitur & execrare, quum Satanæ execrandos tradit, qui iræ ipsius minister atque executor est. Alioquin libidini Satanae expositi esse mus: sed quum nihil per se efficere possit in uestitu Dei, cuius imperio subiacet, Deum execrationis & indurationis authorem rectè dicemus: quemadmodum etiam Scriptura psalmi testatur. Nec tamen propterea author culpa dici aut nominari potest, quia ingratitudinem hominum eiusmodi execratione vñcitur. Ita fatentur hæ fideles se relictos à Deo, sed culpa sua: atque iustum Dei vindictam in se agnoscunt. Sic Moses vbi dicit habetens Deum populo non dedisse oculos ad videndum, & cor ad intelligendum, non onerat eum crimen, sed Iudeos admonet unde scordiaz, cuius convicti erant, petendum sit remedium. Atqui videntur hic aliud obtendere, dum cauam inquirent, atque expostulare eum Deo, quod aliter agere, & mitius ipsos tractare debuerit. sed respondeo, fideles semper intueri bonitatem Dei, etiam quum fatentur se meritò pati ob suas ærumnas. Quidam referunt hæ verba ad exilium: quasi querantur pii, quod Dominus eos tandem in exilio languere finat: acsi dicaret, Maiorem obstinationis cauam esse, quod Dominus nullum gratiæ suæ gustum us præbeat. Periculosa enim temeritas onetur bandi pii, quum vident impunitè grislantes impios, ac propemodium desperant: sicuti præclaræ à Davide scriptum est, Pälmō centesimo & vigesimo quinto. Sed videtur mihi generalior Propheta intentio: nam agnoscunt fideles se errasse, quod Spiritu Dei gubernati non fuerint: nec expostulant eum Deo, sed exceptant Spiritum illum, à quo dum olim regabantur Patres, prospera omnia obtinebant. ηεψη Nonnulli vertunt: Indurasti: sed quia non conuenierit hoc

2. Thess. 2.
11
Rom. 1.28
G 9.18

Rom. 9.18

Dent. 29.4

Psal. 125.3

verbis cum eo quod sibi patitur, In timore tuo : malei vertere, Recedere fecisti. Nam & neq^{ue} significat Remouere & elongare. Quod igitur, C O N V E R T E R E P R O P T E R S E R V O S & T R O S, ali qui patitur ad vniuersum populum spectare, sicuti plerunque seruos Dei nominat Scriptura omnes Ecclesiæ domesticos. Sed propriè ad Abraham, Isaac & Iacob referri potest, si que multè probibitus est: non quod niteretur populus intercessione illorum, sed quia Dominus in carnem ipsius fœdus pepigerat, quod de manibus manus ad posteros transmiserent: non ergo iustos tanquam unho mines sibi proponunt, sed tanquam ministros ac depositarios, vel internumios fœderis, quod fundamentum fiduciae ipsorum erat: quemadmodum in canticis illo, Memento Domini David, Patriarchæ mortui nomen proponitur Deo, non quod patrocinio futuri omni ipium sancti existimat, sed quod promissio vni data de regno stabilendo in eius familia in omne ævum, ad populi corpus pertinet. Has voces audiendè arripiunt Papistæ, quasi intercessionebus sanctorum suffragantur, sed quām facilis sit responsio, satis ex vera interpretatione appetit. Est enim mentio Patrum, non quod promeritis sint ex se aliquid, aut nunc intercedant, sed quod gratuum fœdus cum iis initum sit, quod non tantum ad iustos, sed ad posteros omnes pertinet. A D T R I B U S . Particulam a d, que subaudienda est, adiunxi, ut facilius constaret tenus. Est autem Hebrei^s visitata forma loquendi, Conuertere tribus, pro Ad tribus: ac si dicaret, Redi cum populo tuo in gratiam. Hinc apparet ea quæ prius dicta sunt non aliò spectare, quām ut populus propositis Deo misericordiis & calamitatibus suis, ipsum ad misericordiam provocet. Atque ita nos ad Deum accedere necesse est: nempe repetendo pristina beneficia, & proferendo nostras ærumnas, si ab iis cupimus liberari. H A E R E D I A T I S vocat, quod Deus cum populum sibi velut in peculium delegit: ac si dicaret, Vbi erit populustuus, si pereamus? non quod alligatus esset ei populo Dominus, sed quod fidem eiusam dedisset. Deum igitur ob sua promissa interpellare ac precibus virginere audet populus, quod se sua sponte & patribus & posteris obligauerit. Nunc quoniam promissiones omnes factae & confirmatae sunt in Christo, ac veritatem rerum omnium obtemperamus, nos maiore fiducia erectos esse oportet: nec enim solummodo percutsum est fœdus in eius manu, sed eius sanguine ratum & stabilitum est. Fuit quidē & ipse mediator Patribus antiquis, sed nos clariora & apertiora habemus omnia, quoniam illi obsecutoribus umbris adhuc hæcerent.

18 A D E X I G V M . Mirum est Prophetam exiguum tempus vocare, quoniam mille & quadringenti anni fluxisse, ex quo populus terram illam possidere cœperat. Sed considerada est Gen. 17.8 promissio, quia perpetuam fore femini Abraham hereditatem dixerat. Breue igitur erat illud tempus, scilicet perpetuitate conferatur. Quare fideles obiciunt Deo breuitatem illam temporis, non quod male fidei ipsum insimulat, sed ut pauci & fœderis recordetur, atque rationem potius habeat suæ bonitatis, quām poenarum quas ipsi promeriti erant. Sic Psalmus 120. queritur vetus Eccl^a virtus suam in itinere afflictam, abbreviatos esse fides iustos: rogatque ne perimatur in medio vita curu: quia scilicet etatis plenitudo à Christi aduentu pendebat. A D V E R S A R I I . Multo gravior fuit hec querimonia, quod terra, quam sibi consecraverat Dominus, profanaretur ab impiis. Hoc certè multo acerbius fuit populo quām ceteræ calamitates: ac meritò & necessitati nostri rationem habere debemus, quām cultus Dei & religionis. Atque hic etiam est finis redempcionis, ut sit populus qui Domini nomen celebret, ac ritè colat.

19 F V I M V S A S E C V L O Duplex esse potest sensus Prophetæ. Sic enim hunc locum nonnulli accipiunt, ac si populus obiceret Deo, te electum fuisse e tempore quo ceteræ nationes reiecerat: atque iam à seculo, hoc est, à multo tempore, fœdus hoc sancitum esse. Alter sensus, quem potius sequor, talis est: obiciere populum Deo, ac conqueri, quod nihil ab incredulis differre videatur: quia scilicet nullam opem aut allevationem nisi ab eo percipit in aduersitate quod abiurdum atque indignum est. Atque insignis & notanda est lenitatem. Lieet enim nobis, quoties ultra modum premur aduersis rebus conqueri cum Deo, cūque proponere vocationem nostram, ut omnipotenter, ac demonstret quantum sit inter nos & exterros disserimus. S V P E R Q V O S . Eodem hec pertinent: significat enim vocationem Dei irritam esse non debere. Et certè Dominus haud frustra volt à nobis inuocari. Inanes enim atque inutiles essent preces, nisi Dominus curam nostri haberet. Hac autem nota insignitur Ecclesia Dei, quod nomen eius super ipsum inuocetur. Nam impius ipsum inuocare non possunt: nec enim patet ad ipsum aditus, nisi per Verbum, cuius hi notationem non habent. Vbi igitur est fides, illuc etiam inuocatio est: quod si absit, nullum illic spem aut fiduciam esse certum est. O S I D I S R V M P A S C O E L O S ! Particula ista, mihi hoc loco videtur esse optans: quoniam enim plures significations habeat, hanc tamen convenientiorem esse huic loco contextus ipse docet. Erumpunt enim hic fideles in votum ardentius, sicuti accidere solet, quum angustis duriter urgentibus non reperimus in simplici sermone quod effectui nostro respondat. C O E L O S disfumpare dicitur Deus, quum rarum & memorabile aliquod lignum prebet sue virtutis, idque ex imperato. Atque huius locationis ratio est, non modò quod homines dum gravius premituntur, soleant in celum suspicere, vnde auxilium expectant: sed quia perrupto naturæ ordine miracula vi in solitam sibi faciunt. Videtur autem Deus celo inclusus, quum nullum auxilium affert, ac negligere que in terra aguntur. Propterea dicitur Aperte celos ac disfum-

disfrumpere, cùm exhibet nobis testimonium aliquod præsentis fūx, quod eum magno alioqui interuilo abesse existimemus. Hęc autem dicuntur prolenii carnis nostræ, sicut & Deicende-re. nec enim moueri loco Deum necesse est: sed ita nobis accommodat, ut melius ista compre-hendamus. MONTES DIFFILVANT. hoc est, ita ut maiestas tua palam appareat, atque eius tenui percula clementia cedant ac obtemperent: quemadmodum plenius statim lequeritur.

Gen. 11.5
Ex. 18.21
Jas. 18.10

CAPVT LXIII.

I Anquam incendio ignis liquefactionum, ignis aquas ebullire fecit, ad manifistandum nomen tuum hostibus tuis: à facie tua gentes tremebant.

2 Cūm faceres terribilia, que non expectauimus, descendisti: à facie tua montes defluxerunt.

3 A seculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit Deum preter te, qui faciat expectantise.

"Vel, Deus que facit."

4 Occurristi lætanti & facienti iustitiam. In viis tuis recordabantur tui: ecce tu iratus es, & nos peccauimus in ipsis seculis, & saluabimur.

"Vel, salutis fūmus."

5 Et fūmus quasi immundus nos omnes, & tanquam vestimentum inquinatum omnes iustitiae nostræ. Et decidimus instar folij omnes nos, & iniquitates nostræ, quasi ventus, abstulerunt nos.

6 Non est qui inuocet nomen tuum, nec qui se excitet ut te apprehendat: qui & abscondisti faciem tuam à nobis, & tabescere nos fecisti in manu iniquitatis nostræ.

7 Et nunc Ichoua, tu es pater noster, nos lutum, & tu filius noster: opus, inquam, manuon tuarum fūmus omnes.

8 Ne irascaris Ichoua, ultra modum, ne in seculum nemineris iniquitatis. Ecce respice quæso: nos omnes populus tuus fūmus.

9 Vrbes sanctitatis tuae fuerunt desertum: Sion desertum fuit, Ierusalem solitudo.

10 Domus sanctuarij nostri, & glorie nostræ, in qua te celebrarunt patres nostri, fuit in combustionem ignis: & omnia nostra desiderabilia in vastationem.

11 Au super his te continebis Ichoua: tacebis, & affliges nos ultra modum?

IN CAPVT LXIII.

I ANQVAM INCENDIO.) Hęc omnia in futuro, aut etiam in subiun-
& ctu legi possunt, ac si dicere: Domine, si detenderes, Gentes tremerent ad con-

2 spectum tui: hostes tui protinus liquecerent. Sed quod veri mihi videtur simili-
cius. Est enim certissimum, Prophetam hie alludere ad montem Sinai, vbi pa-

Exo. 19.11

lām ī populo Dominus patefecit. Vnde etiam appetat quām præpostera sit ea-
perit se fatio, quando hęc narrātur in eius vori confirmationē, quod potius iactio locari debuerat.

Vidimus autē alibi, vbi Deum populo suo auxiliatum fuisse Prophetæ commemorant, specimen in historia redēptionis proferre. Quoties verò Prophetæ mentionem huius historiæ faciunt, omnia beneficia complectuntur quae Deus inquit in populum suum contulit: non solum cūm li-

beravit eum à tyrannie Pharaonis, cūm in mōte Sinai apparuit, sed etiam per quadraginta annos omnia necessaria ei subministravit in deserto, cūm profligatis hostibus induxit eum in possessionē terræ Chanaan, denique, omnia testimonia comprehendunt quibus te propitium populo suo, for-

midabilem verò hostibus olim præbuerat. IGNE liquefactionū aquas effervesce dieci: quia præter morem imbrisbus violentis ignes & fulgora permixta erant, quasi dicere igne Dei liquefactam fu-

isse summan quamque diutinem, aquas verò feruore consumptas. Eodem spectat quod addit mon-
tes fluxisse à conjectu eius: quia per ardua quaque obstatula transiū patefecit populo suo. Di-

cit etiam videlicet Iraclitas quod minime sperabant: quia et si eos præmonuerat Deus, iamque multi-

pliēm virtutis fūx gustum dederat, huic tamē ingeni captum & omnes fūtus longē tuperat

formidabile illud spectaculum de quo agitur.

3 A S B C V L O.) Confirmat hic veritus quod iam ante adictum est: si deiles nihil nouum hic

aut insolitum petere: sed tantum ut Deus se talem erga ipsos præbeat, qualem se erga Partes olim

præbuit: atque beneficentiam suam prosequatur. Cùmque ipsi sicutum sit succurrere suis, atque certa dare signa præsentia lux, ne celst in posterum, vt virtus & potentia ipsius magis ac magis elucescat. Sic enim fideles precantes Deum introducit, vt se confirmat memoria præteriti temporis, eoque maiore animo ad opem Dei configuant. O C V L V S N O N V I D I T . Non dubium est quin Prophetæ ingentem Dei bonitatem celebrare propositum sit, cùm tot beneficia commemorat, quibus olim populum suum affecit. atque hoc splendidissimum est elogium genus, quod rapptus in admirationem ipsorum, exclamar, nullum præter ipsum Deum esse: inaudita atque inusitata esse ea quæ Dominus in populi sui gratiam designauit. Sed bisfariam hæc legi possunt, nam dñs, vel in accusatio, vel in vocatio legitur: Domine, nemo vidit præter te quæ facis expectantibus te. Sed altera lectio magis recepta est, Nemo vñquam vidit aut etiam audiuit talēm Deum. Atqui in hac lectio particulam similitudinis subauditio oportet, quoniam aliter sententia non constaret. Nam verbum נָבָי absolute possum est, Nulla auris audiuit, nec oculus vidit talēm Deum, qui sic faciat. Atque ita discernitur Deus ab idolis, à quibus superstitionis homines purant̄ bona omnia obtinere. Illa enim mera sunt hominum figura, nec prodeſſe possunt, nec obſerſe, cùm 1. Cor. 2.9 Deus beneficis omnis generis cultores suos prolequatur. Paulus videtur aliter exponere hunc locum, atque in aliam sententiam torquere. citat etiam ipsum alii verbis: nempe quia lequitus est versionem Graecam. Quia in re Apostoli morosi non fuerunt, cùm sententias potius quam verba spectarent. satis enim erat ipsis monuisse auditorem loci Scripturæ unde peti poterat quod docebant. Quod autem Paulus videtur de suo addidisse, Nec in cor hominis aſcendit quod præparauit Deus diligenteribus ipsum: explicationis causa factum est. Nihil enim adiecit quod non contentaneum sit cum Prophetæ doctrina. Atque ut melius intelligamus quām bene conueniat cum Prophetæ, consilium eius nobis tenendum est. Differit e loco de Euangelii doctrina, quam ostendit humani ingenii comprehensionem superare. nam alienam admodum & remotam à tensu carnis nostræ scientiam continet: denique arcana sapientia est, quod fit ut merito Paulus in admirationem eius rapiatur. Atque ut Prophetæ beneficia Dei admirabilia secum expendens quasi attonitus exclamat, nihil vñquam tale fuisse auditum: ita in præstantissimo omnium beneficio, vbi scilicet per Euangeliū nobis offertur Christus, eundem in modum exclamare licet, Domine, quod præstas populo tuo omni captu humani ingenii maius est: nullus oculus, nulla auris, nullus sensus, nullus animus ad tantam altitudinem peruenire potest. Itaque Paulus optimè ad suam disputationem accommodat hunc locum, nec abutitur Prophetæ sententia, dum peculiarem qua Deus Ecclesiā suam dignatur gratiam supra mundum locat. Vnica tantum superest difficultas, quod Paulus ad spiritualia tranſerat, quæ hic de temporalibus beneficiis à Prophetæ dicuntur. Verum, dicere possumus hic simpliciter Isaia intueri causam beneficiorum Dei, rametis præsentis virtutis statum spectet. Omnia enim quæ virtus & cultus causa accipimus à Deo, documenta sunt paterni erga nos fauoris. Atque hoc fidei proprium est, à visibilibus gratiis ad inuisibilis aſurgere. Quanuis ergo Prophetæ de extera liberatio & aliis huius virtutis beneficiis verba facere videatur, tamen altius conicendis, atque illa potissimum spectat quæ ad populum Dei peculiariter attinebant. Qualis enim esset hic stupor, si dum fruimur beneficiis Dei, fontem ipsum, hoc est, paternum amorem non recipieremus? Fruuntur promiscuè boni & mali communibus gratiis: sed fauor ille quo nos complectitur, peculiariiter ad domesticos pertinet. Ita fit ut non obliteremus ea solummodo quæ sub hominum leniſus cadunt, sed causam ipsam contemplemur. Quanuis igitur nece oculi, neque aures eō pertingant, ut comprehendant gratiam adoptionis, quia scilicet Dominus patrem nostrum testatur, tamen id Spiritus sui testimonio reuelat. Eſt etiam probabile, cùm de speciali Dei beneficio loquutus esset Prophetæ, hæc occasione ad vniuersam considerationem fuisse euectum. nam in reputandis Dei operibus hoc solenne piis ac tritum est, ut à specie vna ad totum genua tranſeant. Ita vnum hoc tam insigne diuinæ bonitatis exemplum, Prophetæ mentem altius rapere potuit, ut immensam illam bonorum affluentiam, quæ fidelibus in celo est recondita, secum volueret. Imò clare peripicitus, sub hoc elogio comprehendit feedus gratuitum quo ſibi filios Abraham in ſpem æternæ vitæ Deus adoptauit. Summa huc redit, Cùm tanta sit Dei bonitas & potentia, non est quod ei diffidamus: sed ita reposita in eo esse debet fiducia noſtra, ut speremus eum certò ad futurum esse. Atque huc spectat beneficia illa præclara quæ hic à Prophetæ commemorantur.

4. O C C V R R I S T I .) Pergit in eodem argumento. Deplorat enim populus fortunam suā, quod in aduersis nihil ſentiat allecationis, cùm tamē patribus olim Deus manū portigere ſolitus effet. Loquuntur ergo fideles in hunc modum, Solebas occurrere Patribus nostris: nunc facieſ tua à nobis auerſa eſt: & quia te invocando nihil proficiamus, videris inexorabilis: vnde iſta varietas, quæ mutata natura, alius nunc eſſes quām fuisti. Subiungunt deinde, & fatentur ſe merito pœnas dare, quia peccarunt. Prius admonui nihil omnino melius effe in aduersis, quām ſi beneficiorum Dei recordemur: nec eorum tantum quæ ipſi experti ſunus, fed etiam quæ à Scriptura referuntur. nec enim firmore clypeo muniri possumus aduersis omnis generis tentationes. Perpetram hunc verſum, meo iudicio, exponunt qui hæc coniunctim legenda putant, L A E T A N T I & F A C I E N T I I V S T I T I A M: quæ dixiſſet, Occurristi iis qui voluntariè tibi feruunt, & qui- bus

bus summa voluptas est recte agere. Existimo enim Lætantes hic vocari eos qui rebus prosperis gaudebant: quia tunc populus in luctu ac morore erat. Subest enim tacita antithesis, Olim solebas occurrere patribus, antequam villo incommodo premerentur, cōsq; aduentu tuo exhilarare: nunc longè abes, nōque mātore & luctu contabescere simus. Eōdem pertinet quod addit recordatos fuisse Dei, quia presenti eius gratia fruebantur, cūmque sentiebant authorem ac praeisdem suā salutis. atq; ita per Vias Dei, res prosperas intelligit: siue quod hoc modo propinquus illis erat quum molliter ac delicate velut filios tractaret: siue quia Deus ad beneficentiam propensus est natura. Sed quoniam dixit Deum occurrere solitum facienti iustitiam, recordatio ad studium pietatis referri potest, quod scilicet sedulò ad Deum colendum se addixerint. Atque ita explicatio erit superioris membrī. Solent enim Prophetæ pluribus confirmare quod semel dixerunt. **R E C O R D A R I** Dei, est suauis eius memoria sic allici, vt nos nihil magis optemus, atque in eoc felicitatem nostram constitueremus. Nihil enim est quod nos magis delectet, quam diuinę clementia recordatio. Contrà verò, si iratum sentiamus Deum, eius commemoratione absterrēmus. **E T N O S P E C C A V I M V S.** Causa redditio est: quod enim tam dissimilem experientur Deum, non obmurmurant aduersus ipsum, sed omnem in se culpane transferunt. Hinc discamus, nunquam de flagellis quę Dominus infligit cogitandum esse, quin simul peccata nostra nobis in mentem veniant: vt nos iustas penas dare fateamur, & reatum nostrum agnoscamus. **S E C V L V M** nihil aliud est hoc loco, quām Diuturnitas: sed referri potest vel ad Peccata, vel ad Vias Domini. Ad peccata hoc modo, Tametsi obstinati fuimus in peccatis nostris, ac digni quos censes perderes, tamen misericordia tua haec tenus seruati sumus. Si de viis Domini intelligamus, erit causa redditio, cur non perierit populus: quia perpetuae & stabiles sunt viæ Domini, nec unquam cessat misericordia ipsius. atque hic sensus magis quadrare videtur huic loco. Supplement nonnulli, fundatum esse in viis Domini seculum. Sed malo simpliciter accipere verba vt sonant: quemadmodum Psal. 30. vbi significat David Dominum non nisi ad momentum iraci, placabilem esse, ac perpetuo misereri. nec enim vel cito, vel immodo feruore abripitur iracundia, more hominum: sed constans in benevolentia & fauore est. Nondum tamē integrum Prophetę sententiam tenemus. Seruatum enim populum dicit, qui tamē in exilium, velut in sepulchrum, abductus suam calamitatem deflebat. Itaque prateritum accipio loco futuri. Votum enim aut precatio potius quām affirmatio est. Nec gloriantur Sancti se adeptos salutem, sed deplorantes miseriā suā, ad perpetuas Dei misericordias configiunt. Prædicant ergo quod optant, non quod iam consequuti sunt.

S E C V L V M V S. Pergunt fideles in sua querimonia: deplorant enim statum suum, quod Deus nullam ipsorum rationem habere videatur. Non consentiunt Hebrei in expositione vocis בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, נָבָע. Certum est tamen rem vitem & nullius pretij significari, imo quæ sua immunditia fecerit hominibus. Ceterum hic duo notari debent, primū, fideles reatum suum fateri, ac meritū se penas dare: deinde, nihilominus conqueri de gravitate penarum quas sustinent: non vt expostulent cum Deo, sed vt ipsum ad clemētiam prouocent: quemadmodum vbi reus iudicem flectere conatur, misertias ei suas & calamitates exponit. Hic se nonnulli torquent, quod Propheta de scelerum inquinamentis loquens sine exceptione Iudeos omnes exprimat, in quibus tamē nonnulli restabant puri Dei cultores, sed frustra: quia non loquitur de singulis, sed de vniuerso corpore: quod cūm infra omnes homines abiectum, atque extrema clade affectum eslet, panno sordido comparat. Hic locus citari à quibusdam solet, vt probent adeo nihil esse meriti in operibus nostris, vt coram Deo putida ac fœtidā sint. Sed hoc mihi videtur alienum à Prophetę sententia, cūm de toto genere humano non loquatur: atque eorum querimoniam describat, qui in exilium missi, iram Domini in se sentiebant: idēque se cum iustitiis suis panno inquinato similes esse fatebantur. Ac primū hortatur ipsos ad confessionem peccati sui, vt reatum suū agnoscant: deinde, vt nihilominus veniam à Deo postulent, cuius impetranda ratio est, quod dum miserabiles & calamitosos nos esse querimus, simul nos iustas scelerum nostrorum penas dare agnoscimus. **E T D E C I D I M V S.** Pulcherrima comparatio est, qua ostenditur homines inactescere omnino ac concidere, cūm iratum sibi Deum sentiant, que madmodum præclarè descriptum est Psal. 90. & 103. idque etiam cap. 40. notauimus. Meritò ergo folius comparamus, quos iniquitates, tanquam ventus, abripiunt.

6 N O N E S T Q U I I N V O C E T. Confirmat id quod antea dictum est. hortatur enim fideles, tametsi grauius illa Dei vltio videbatur, tamen vt ī eūmodi pena dignos esse statuant. Commemorat autem grauius peccata: & quoniam lögum fuisse omnia sigillarum referte, fontem ipsum designat, ac neglectum Dei cultum esse dicit, nam Invocationis nomine comprehendit vniuersum cultum Dei, vt satis visitatum est Scripturis: quoniam hoc præcipuum est in colendo Deo, vt ipsum inuocemus, ac fiduci, e in ipsum nostræ telimonium demus. Certum quidem est preces & vota semper fuisse in vī: sed quia cor remotum erat, fictas omnes ceremonias pro nihil ducit: idque elatius expl:cat proxima particula, vbi dicit neminem seriō animum adiuvare & operam dare querendo Deo: sed omnes diffluere, suaque segnitie dissipari. Ac primū quidem

Psal. 30. 6.

Psal. 90. 5.

G 103. 15

Sup. 40. 6.

ostendit nihil magis esse optabile quām ut penitus Deo sumus coniūxi. Nam cūm sumus ab ipso alieni, omnia nobis infeliciter cedere necesse est. Sī inīus autem tardī & lēgēs natura: quamobrem stimulis opus habemus ad nos excitandos. Cūm pīgitie nostrā indulgeamus natura, audiendum est consilium Prophetæ, ne omnino torpeamus: quia sicut tandem vi nos vicissim repudier, vel prae fastidio abiciat. Describit enim Prophetæ deploratum populi statum, in quo nullum quārendi Dei studium, nulla cordis ad pietatem excitandi ratio erat.

T A B E S C E R E. Iterum queruntur se obrui mali grauitate, nec quicquā allēnationis obtinetē a Deo, nam totius populi nomine h̄ec prædicat Isaias: ac precatur Deus, ne in tātis miseriis ipsum dūtius tabescere sinat.

7 Et nunc domine.) Postquam de miseriis suis conquesti sunt, q̄ibus prop̄e obruti erāt, iam apertius veniam à Domino, & malorum allēuationem petunt, & maiore fiducia obiciunt Deo s̄e tamen eis eius filios. Sola enim adoptio ad bene sperandum erigere animos potuit, ne in patrem suum recumbere definerent, quanvis afflictionum mole opprēsi, atque hic ordo diligenter notandus est. Nam ut verē animis humiliemur, deiici nos ac prosterne, ferēque conteri expediat. Sed vbi se ingerit desperatio, hanc consolationis aram arripere necesse est. Quum Deus nos sibi in filios eligere dignatus sit, salutem ab eo in rebus quoque extremis sperandam esse. Respetū ergo gratuiti fœderis Israelitæ sc̄ Dei filios eis prædicant, ut paternum eius fauorem experiantur, ne euāda sit eius promissio. Compatatione amplificant Dei gratiam, vbi fatentur ex despecto luto se formatos esse, nec enim querunt in se præstante cauā, sed in sua origine celebrant misericordiam Dei, qui ex ignobili & fœtido luto filios sibi creare voluerit. Eōdem pertinet secundum membrum, vbi vocatur Deus formator, populus autem opus manuum eius, quia vni Deo ascribunt quidquid sunt & quidquid habent: quæ vera demum gratitudo est. neq; enim quantisper vel minimum sibi arrogant homines ius suum obtinet Deus. Loquitur autem Isaias non ut de communi hominum natura, sed de regeneratione, ob quam fideles peculiariter opus Dei vocantur: sicuti iam s̄epius alii locis dictum est. Agnoscunt autem h̄ic singulare Dei beneficium, quod electi essent in populū, tōtque & tantis beneficiis ornati.

E 22. 11. 8 NE TRASCARIS.) Deprecatur populus acerbitatem pñnam, & rigorem iræ Dei, non quod Deus exceedat modum: sed quia obruerentur omnino, si summo iure cum ipsis agere velit. **E 27. 11.** Petunt ergo mitigationem pñnam: quemadmodum Ieremias 10. cap. Castiga me Domine, sed in iudicio: hoc est, moderate. Iudicium enim iræ opponit: ut alibi etiam dicitur nos castigare manus hominis, quia potentiam manus suæ non exercit ad nos puniendos, ne protinus deleamur. **Iere. 10. 24.** Est autem notandum non simpliciter deprecari vel subterfugere Dei iudicium, sed ita se offerre corrigit, ne sub flagellis deficiant. Atque h̄ec ratio est cur iniquitatum memoriam deleri cupiant: quia nisi clementer ignoscat Deus, nullus erit finis. Idem repetit Prophetæ: quod paulò antè dixerat, genus Abrahæ diuinus fuisse electum, quia imperanda venia h̄ec optimæ erat fiducia, Deum qui verax est in suis promissis, non posse abdicere quos semel elegerat. Omnes discendo, non loquitur de singulis, ut antè admonui, sed totum corpus Ecclesiæ comprehendit. Etsi autem maior pars impia sua defectione exciderat, yetum tamen hoc fuit, Iudeos peculiarem esse Dei populum, & h̄ec precatio non promiscue quibuslibet, sed residiis tantum filiis Dei dictata fuit. Non obiecat autem populus Deo sua merita, sed configit ad gratuitum fœdus, quo adoptati erant. Hoc enim certum & vnicum piorum asylum, hoc omnium malorum remedium est.

Ez. 32.13 Atque ideo Moës aliisque Prophetæ toutes id inculcant.

9 V R B E S S A N C T I T A T I S.) Iterum miseras recentef Ecclésiā, ut Deum ad misericordiam flectat, veniāque obtineat. Vrbes in solitudinem redactas esse dicit: atque amplificationis causa addidit, s̄i oñ desertum, quoniam sedes erat regia, in qua Deus volebat inuocari. Addit etiam IEROSOLYMA, in qua Sion erat: quoniam videbatur indignum, diripi ab hostiis ac deleri ciuitatem quam Deus sibi consecraret. Vrbes sanctitatis vocat, quoniam ut populum sanctificauit Dominus ita etiam vrbes, imò totam regionem volebat sibi consecratam esse. Vrbes igitur cūm dicat Deo essent, meritò vocantur Sanctitatis eius: quoniam in iis regnabat Deus, atque inuocabatur. Eodem modo possumus hodie appellare Vrbes sanctitatis Dei, quæ reiectis superstitionib; puro & sincero ritu ipsum adorant.

10 D O M U S S A N C T V A R I I N O S T R I. Sanctorium alia ratione vocatur populi, quām Dei, nam quia testimonium erat sacra inter Deum & populum coniunctionis, sapientia dicitur sancta Dei domus, quia scilicet eius sanctitati respondeat: nunc passim nominant fideles saum Sanctuarium, quia inde illis petenda erat sanctificatio: idque apertius confirmant per vocem Gloriat. Fiantur s̄e nihil habere in quo glorientur, præter templum, in quo adorari & coli Deus volebat. Et tamen videmus sapientiam inuincere hanc gloriationem, atque ideo reprehendi à Ieremias, Ne confidatis verbis mendacij dicentes, Templum Domini, templum Domini. Sed ut præpostera erat eorum gloria qui effeteabant in anibus titulis, atque infolescabant: ita vera & solidi corum erat qui institutum Domini animo comprehendebant, & Verbi testimonio freti sciebant se habere sub eius umbra, qui sibi familiare domicilium inter eos erexerat. Nā extructum iussu Domini templum erat, ut meritò gloriari in eo possent Iudei, quod Deum haberent præsidem sue salutis.

salutis. Quia verò tunc corruptus atque adulteratus fuerat cultus Dei , omnēsque propemodum ad superstitionem & impietatem deficierant, ideo prioris seculi, non praesentis mentionē facit. ac si diceret, Tametsi eum quem decebat cultum nos tibi non exhibuiimus, tamen hoc templum est, in quo te Patres purē coluerunt: an profanari ipsum sines ac deleri? Annon in te hęc ignomina recidet, cūm ad cultum nominis tui pertineat? Tacent hic Iudei de sua vita, nec exculpationes assertunt, potius fatentur culpā sed obiciunt Deo cultum ipsius, vt memor sit foderis, nec promissa sua irrita esse patiatur, quod exemplum piis omnibus imitandum est. Laudandi verbū pro gratulatione accipit ut acsi diceret, In eo templo, cuius lamēcabilis ruina dolorem & lachrymas piis omnibus elicet, olim personuisse Dei laudes, quā benigne & suauiter populu suum toueret.

12 AN SVPER 115. Confirmat se populus certa fiducia, quod Deus gloriā suam conculeati non sinet, etiamq; infinitis hominum sceleribus prouocetur. Hinc nihil omnino consolationis ad hypocritas redire potest, sed ad eos solum hęc pertinent qui vero misericordia diuinę sensu tanguntur: hi statuant ac certō periuersum habēt, quanvis interitus immineat, tamen Deū habita glorię sue ratione reliquis saltēm propitium fore, ne extinguaturo semen. **ET AFFLIGES.** Ostendit hieri non posse quin Deus memor sit misericordiae sue: nec enim seipsum abnegare potest. Est autem cum eius gloria coniuncta nostra salus: quod diligenter hęc notandū est. Postquam enim loquitur est de gloria Dei, subiungit, Non affliges nos ultra modum. Moderabitur ergo castigationes suas Dominus: quia nos à morte saluos emergere intereat glorię ipsius, quam negligere non potest. Ad hanc igitur depreciationm configuiamus quoties ab hostiis nostris inuidiam non hypocritarum more, qui plenis buccis gloriam Dei iactant, cuius nullum habent gustum: sed cum p̄nitenția & fide, vt solidum eius fructum p̄cepimus.

C A P V T L X V .

1  At feci me iis qui non interrogabant, inuentus sum ab iis qui non quererant me: dixi, Ecce ego, ecce ego, ad gentem que non invocabat nomen meum.

2  Expandi quotidie manus meas ad populum rebellem, gradientes via non bona post cogitationes suas.

3 Populus qui me irritat semper in faciem meam, qui sacrificat in horris, & suffitum facit super lateres.

4 Qui manent in sepulchris, in desertis pernoctant, qui comedunt carnem suillan, & ius pollutorum in vasis eorum.

5 Qui dicunt, Mane apud te, ne accedas ad me, quia "sanctificarem te: isti sumus in furore meo, ignis ardens tota dic."

"Vel, san-
ctificare sum
quām tu."

6 Ecce scriptum est coram me: non tacebo, quin reddam & repandam in finum eorum.

7 Iniquitates vestre & iniquitates patrum vestrorum simul, dicit Ichoua. Quia suffitum fecerunt in montibus, & super colles probro me affecerunt, ideo remetiā opus eorum vestustum in finum eorum.

8 Sic dicit Ichoua, Quemadmodum si quis inueniat muslū in botro, & dicat, Ne perdas illud, quoniam est benedictio in eo: ita faciam propter seruos meos, vt non perdam totum.

9 Et educam ē Iacob semen, & ē Iuda heredem montium meorum: & hereditate obtinebunt eam clementi mei, & serui mei illuc habitabunt.

10 Et erit Saron habitaculum pecudum, & vallis Achor locus ad accubitum armanti, populo meo qui quiescerunt me.

11 At vos desertores Ichouae, qui obliuiscimini montis sanctitatis meae: qui paratis exercitu mensam, & impletis manuero libamen.

12 Itaque monerabo vos ad gladium, & omnes in eadem corrueatis: eo quod vocati, nec respondistis: loquutus sum, nec audistis, fecistiisque malum in oculis meis: & in quibus voluptatem non ceperi, elegisti.

13 Propterea sic dicit Dominus Ichoua, Ecce serui mei comedent, & vos esuriatis. Ec-

Ecce serui mei bibent, & vos sicutis. Ecce serui mei letabuntur, & vos erubescetis.

14 Ecce serui mei iubilabunt prece hilaritate cordis, & vos clamabitis prece dolore cordis, & prece angustia spiritus vultabitis.

15 Et relinquetis nomen vestrum in execrationem electis meis: interficiet te Dominus Iehoua, & seruos suos vocabit nomine alio.

16 Qui benedixerit sibi in terra, benedicet se in Deo veraci, & qui iurauerit in terra, iurabit in Deo veraci: quia obliuioni traditae sunt afflictiones priores, & absconditae ab omnibus meis.

17 Quia ecce ego creabo caelos nouos, & terram nouam: priorum non erit memoria, neque in cor ascendent.

18 Sed gaudete & exultate in perpetuum ius que ego creo. Nam ecce ego creo Ierusalem exultationem: & populum eius, gaudium.

19 Et exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo, nec audiatur in ea amplius vox fletus, & vox clamoris.

20 Non erit illic amplius infans dierum: nec senex qui non impletat dies suos. Quoniam filius centum annorum morietur adolescentis: & qui peccat filius centum annorum, maledicetur.

21 A Edificabunt domos, & inhabitabunt: plantabunt vites, & comedent fructum eorum.

22 Non edificabunt ut alius inhabitet: non plantabunt ut alius comedat: quoniam secundum dies arboris, dies populi mei: & opus manuum suarum perpetuabunt electi mei.

23 Non laborabunt frustra, nec parient in terrore: quoniam semen benedictorum Iehouae erunt, & soboles eorum cum ipsis.

24 Et erit, antequam clament ego exaudiem: at huc illis loquentibus ego audiam.

25 Lupus & agnus pascentur simul: & leo sicut bos comedet paleam: & serpenti puluis erit panis suus. Non affligent, neque nocebunt in vnuerso monte sancto meo, dicit Iehoua.

I N C A P V T L X V .

GAFFAECI.) Propheta nunc transit ad aliam doctrinam. Ostendit enim iustam esse Deo rationem cur repudiet arque abiiciat Iudeos: quia scilicet apud ipsos nihil aut monitiones aut mira profuerunt, ut a suis erroribus in viam reducerentur. Nam verò ne putarent fædus Domini propterea irritum fore, subiicit alium sibi populum exoriturum qui ante nullus fuerat, & ubi prius incognitum faerat, nomine suum celebre & illustre fore. Hoc Iudei instar portentis esse dicebant, atque omnino alienum iudicabant a fædere quod Divinus cum Abraham inierat, si ad alios quam ad posteros huiusmodi beneficium traxi ferri contigeret. Sed Propheta stultam iis fiduciā adimere voluit, ne Deum posteritati Abrahæ alligatum putarent, nec enim Dominus iis se oblitus xerat nisi certa lege, quam si violarent, ut fæderi & perdidì nullum ex fædere fructum consequerantur. Nec vero Abrahæ tantum & iis qui originem ab ipso ducebant facta erat promissio, sed omnibus qui per fidem in eius familiam interfendi erant. Sed commodius erit a secundo verbi incipere, ubi exponitur refectionis causa, quod nobis melius pateat Propheta contilium.

EXANDI.) Accusat Iudeos, atque de ipsis in gratia adine & contumacia queritur: atque hinc demonstrat nullam esse causam cur sibi iniurium fieri dicant, si Dominus gratiam in alios suos transferat Superbiebant Iudei, atque efferebantur in Deum, quia si merito electi essent, Dominus eis in gratitudinem & insolentiam istam ipsos velut indignos renecit, atq; exprobrat quod fæstra expanderit manus suas ut eos adduceret, sibique adiungeret, nam per expansionem manuum significat quotidianam iniurationem. Variè autem manus extendit ad nos Dominus. Nam aut re, aut Verbo nos ad se allicit. Hoc loco præcipue ad Verbum referri debet. Numquam loquitur nobiscum Dominus, qui simus manum porrigit, venos tibi coniugat, eumque vicissim nobis propinorum esse sentiamus. Imò nos amplectitur, paternamque sollicitudinem ostendit, vt nos & tantummodo culpe imputandum sit, nisi iniuriant pareamus. Crimen etiam non patrum exaggerat affiditas ipsa, quod Deus longa etatum serie non destiterit Prophetas aliquos alios submittere: imò, ut alibi dicit, manū surrexerit & prosequutus sit eandem etram usque

tert. 7. 13. & 11. 7. & ad vesperum. Primo autem rebelles eos vocat, vel immorigeros: sed continuo post declarat cuius-

in simo sit ea rebellio, quod scilicet populus suus cogitationes sequitur. Nihil enim est quod magis displiceat Deo, quam si homines sint *irritati*, hoc est, ingenio suo addicti. nos enim proprium sensum abdicare iubet, ut vera doctrinae capaces esse possumus. Testatur ergo Dominus per se non iteris quo minus populum retineret, solitoque favore prosequetur, sed ipsos sua se dementia alienasse, quod suo ingenio hancem quam Deum sequi ducem maluerint. Demonstrata causa huius reiectionis, videntur est ad Gentium vocacionem, qua in Iudorum locum succederunt. De hac enim tractari vers. 1. minime dubium est. Nam autem iam dudum per Mosem predixerat Dominus, adeo ut nouum hoc videri non deberet: *Ipsi provocauerunt me in eo in quo non est deus: ad iracundiam concitaverunt me in vanitatis suis: & ego quoque provocabo eos in eo qui non est populus, in gente stulta irritabo illos.* Denique idem minatur nunc Propheta quod postea à Christo denunciatum fuit quum execratio instaret, *Austeretur a vobis regnum Dei, & dabitur genti que fructum proferet.* Cùm dicit patet auctumiri Deum *qui non interrogabant*, ostendit Gentes praeventas esse gratia Dei, nec quicquam attulisse meritum aut dignitatem, quo Deum provocarent, quod aperte conuenit cum eo loco quem citauimus, vbi Moses Gétem itulam appellat. Itaque, sub typo vniuersali describit qualis sunt homines antequam ipsos Dominus misericordia sua praeueniat. nec enim invocant Dominum, nec querunt, nec de eo cogitant. As diligentem notandum est hic locus, ad stabilitatem certitudinem nostrae vocacionis. Est enim haec veluti clavis qua nobis regnum cœlorum aperitur. Hinc pacate & tranquille redduntur conscientia nostra, qua semper dubiae & incipites essent, nisi testimonius huiusmodi intererentur. Videmus ergo non temere nec subito casu accidisse, ut vocaremur a Deo, atq; populus eius censeremur, cùm id iampidem multist testimonis prædictum esset. Ex hoc loco Paulus fortiter pugnat pro vocacione Gentium: ac dicit Isaiam audere fortiter clamare, & afferere Gentes esse a Deo vocatas, quia maius quiddam & clarissim expressit, quām ferret ratio illius temporis. AEterno igitur consilio Dei longe antequam res accideret nos vocatos esse hic perspicimus. Bis repetens *ecce ego*, magis confirmat tam familiariter pacificatum iri Deum extraneis & profanis gentibus, ut in medio sui habitare non dubitent. Et certè ut difficilis creditu erat subita illa mutatio, confirmari opus fuit, quoniam in ipsa quoque nouitate extollere voluit Propheta inopinatam Dei grariam. Summa est, vbi se Deus gentibus obtulerit, atq; ipse in sanctam Abram et sibolem coauerint, aliquam fore Ecclesi in mundo Iudeis profligans. Quicquid autem hic à Propheta prædictum est, per Euangelium implenum esse cernimus, quo verè Dominus esse exteris nationibus obtulit atque exhibuit. Quoties igitur insonat nostris auribus haec vox Euangeli, at ipsi verbum Domini legimus, sciamus Dominum presentem esse, ac se ostre, ut familiariter a nobis cognitus secundū certaque fiducia inuocetur.

3. POPVLVS QVI ME IRRITAT.) Hic designat ac fuius prosequitur quibus in rebus Deo rebelles fuerint Iudei: quod scilicet relieto Dei mandato, varii superstitutionibus se polluerint. Nuper dixerat alienatos fuisse Iudeos a Deo, quod in suis figuris errarent: nunc fructum humi licentia ostendit, quia frenum suis cogitationibus laxantes euerterint purum Dei cultum. Et certè hæc omnium superstitionum origo est, quod libi placent homines in suis inuentionibus, sibiique sapere malunt quam frenare sensus suos sub Dei obsequio. Frustra allegant superstitionis suas deuotiones, quas vocant, & bonas intentiones quas sic Deus exhorret ac detestatur, ut qui eas sequuti fuerint, rei sunt fedelis violati, ac laesa maiestatis. Nihil enim a nobis proprio sensu aggrediendum, sed iubenti Deo parentum est. Denique initium & perfectio legitimi cultus est docilitas Irritandi verbo, impudentiam populi notat, qui velut ex profundo Deum provocavit, nec reveritus est maiestatem ipsius ut imperio se subiiceret. Idque magis auget, cùm dicit, *IN FACIEM*, nam cùm veluti præsentem intueantur Deum, qui verbo eius monentur, longè grauius peccant, maiorisque perniciaci & impudentiae rei sunt, quam alij qui nunquam Verbum audierunt. **IIORTOS** nominat, quos confrauerant suis idolis: atque in his se provocatum dicit. **LATERES** hic nonnulli per contemptum nominari putant, & obliquè opponi altari, in quo tantummodo sacrificari Deus solebat: atque ita existimant hic commemorari testa in quibus superstitioni solebant immolare: quoniam lateribus constabant. Sed ego simpliciter altaria quæ extruxerant idolis, notari puto. Tametii enim specioso prætextu non carerent, quod formam illam altaris a Deo præstitam imitari vellent: Deus tamen quia à Verbo suo alienum erat, abominabatur.

4. QUI MANENT.) Enumerat alia genera superstitionum, quæ eti propter breuitatem obserua sunt, qualia tamen fuerint ex aliis locis colligere pròptum est. Nam ut Necromantice palam recepta tuit apud Gentes profanas, ipsi quoque Iudei in sepulchris & desertis consulebant demones, cùm Deum solum consulere debuissent: & quia à mortuis peterent responsa, demonum præfigitus falli periiculum apud ipsos erat. Quam vero sancte id Dominus vetuisset, ex cap. 18. *Deuter. 18. 12.* Deuter. & aliis locis manifeste liquet. vidimus etiam non nihil cap. 8. Generaliter autem docebatur nihil esse quod Dominus requirat præter obedientiam: quia victimis & sacrificiis anteposuit. *C O M E D V N T C A R N E M S V I L L A M.* Ante conqueitus est inquinari Dei cultum ad- *Supr. 8. 19.* *1. S. 15. 22.*

uentiriis commentis nunc addit confundi omne discrimen, ut inter mundum & immundum non discernantur; ac speciem vnam producit, quod non abstineant a carne suilla. Atqui hoc leue videatur. Minime vero nec enim ex nostra, sed ex Legislatoris sententia quam graue sit peccatum iudicandum est; nec leue quicquam celeri debet quod a Domino vetitum est. Hoc ad externam fideli professionem pertinet, ut quia Iudeos testari oportebat quantum a pollutione Gentium alieni essent. Ab ea ergo regula, quam nobis Dominus prescrivit, ne latum quidem vnguem discedendum est.

¶ QVI DICUNT.) Extremam impietatem notat in Iudeis, quod indomitos se & contumaces opponerent Dei cultoribus, nec villis monitionibus parere vellent. Est enim aliqua spes reliquiasque quandiu monitis & reprehensionibus locum damus: quod si eas respuamus, desperatos nos esse certissimum est. Erit autem verba in speciem obscura sunt, summae huc redit, morose & ferociter hypocritas repellere pios monitores: quia vel sibi falsam sanctitatem arrogent, vel preter superioribus non sustineant reprehendunt. Nunquam enim hypocritis moroso fastidio & superbia vacat. Ne miremur ergo eos qui hoc virio laborant, insolenter se esse, ac iactare virtutem & sanctitatem suam, aliusque omnibus se se præferre: nosque idem experiri in nostri temporis hypocritis, quod Isaia de suis predicabat. Nam eos excœcauit Satan, ut inani magniloquentia tanta vocant suam quam vocant devotionem, verbum Dei vilipendent. Existimant interpres generalem hic esse sententiam, qua reprehenduntur Iudei, quod se Prophetis subnoscere nollent. sed videtur mihi consideranda circunstantia, quam non satis perpendunt: quod continua serie haec superioribus coniungantur, atque vehementer reprehendantur Iudei, quod non solum desciuerint a vero cultu, sed etiam peruicaciter figura sua sequuti sint, ut facilius iubentur quisquis non applaudaret. Nam istud Mane apud te, nihil aliud est quam Apage, quali negarent quidquam sibi negotiis esse cum probis monitoribus.

6 E C C E S C R I P T U M E S T.) Alludit ad communem iudicium morem, apud quos scriptæ sunt alicuius rei inquisitiones, testimonia, acta, & ciusmodi, ut cum iis vti opus erit, facile reus convincatur. Nam scribimus ea quorum in posterum memoriam extare cupimus. Testatur ergo Dominus haec nulla obliuione deleri posse, quoniam scripta sunt, quoniam enim ad tempus diligauerit, tamen non impunè euidentur impii, sed iustum tandem iudicem esse sentient. Hinc colligendum est non esse abutendum patientia Dei, quod diu nos tolerat, nec statim exercit manum ad nos puniendos: quia nihilominus apud ipsum descripta sunt omnia, quorum tandem penas nos dare necesse erit, nisi res ipsam. Dominus quidem Scriptura, quali subfido memorie, non eget: sed hac loquendi forma vtitur, ne quid cum oblitum esse existimemus, cum tardius iudicia sua exequitur. Imò apud Ieremiam expressius loquitur, Peccatum Iehudah scriptum esse stylo ferreo in vngue adamantino. Haec loquatio, Repedere in sinu, satis visitata est Scripturis: quoniam homines peccata sua aut latere, aut in rationem ventura non esse existimant, sed effreni cupiditate feruntur, vel culpam aliò deriuantes, metum a se procul repellunt: ideo minatur Dominus se repensurum in eorum sinum, ut cogitent cum quo iudice negotium sibi futurum sit.

7 INIQUITATES.) Amplificat Isaia id quod breuius dixerat superiore versu. Oltendit enim Iudeos non esse nunc primum reos huius perfidie: sed vetus est, si exemplum patrum, quos è vestigio sequuntur. Quem admodum prius quererebatur Dominus, se populum illum diu sustinuisse, ac tandem fatigatum esse. Exaggerat ergo grauitatem mali, cum Iudeos exemplum patrum sequi dicunt: acsi dicceret, Pessima ouia esse malorum coruorum. Nam quod sepius ac diligenter admoniti fuerint homines, eo magis peruicacie damnandi, si non relipiscant. Eos ergo negligenter monitionibus ac minis, multos annos in inequitate & impietate sua perseuerasse ostendit: ne quid amplius excusationis aut praetextus obiciant: sed potius intelligent se grauioribus suppliciis dignos esse. Hic videmus tantum abesse ut corruptela que manauit a patribus, sit excusationis filiis, scilicet obiciunt imperiti, ac vulgo huiusmodi elypeo vtruntur: ut potius iudicium granum ipsi accessint. Si MVL. VIT, acsi dicceret Dominus se vna colligere, ac velut in fasciculum redigere sceleram patrum & filiorum, ut tandem vlciscatur, non quod filius sustineat iniuriam patris, & penas ei debitas perfoliat: sed cum subscribant patrum sceleribus, eodem iudicio comprehendenti ipsos ac damnati necesse sit, dum oblatione insanabilis ostendit esse morbos. QVI A SVFERTIVM. Speciem vnum attingit, sub qua synecdochice reliqua etiam virtus designat. Significat enim totam distinctionem qua se populus subduxit a vero cultu, siveque alienis dies adduxit ac deuouit. Hoc aaron extremam malorum est. Sublatu enim timore Dei, nihil sanum aut integrum in nobis esse potest. Omnium ergo malorum fontem indicat, qui eo magis animaduertier debet, quod tibi perplacant homines, siveque magna laude dignos esse existimant, cum suo arbitrio Deum colunt: neque intelligunt nihil apud Deum voluntario & fictio culti in execrabilius quicquam esse. Minime certe dubium est quoniam populus Deo gratus esse cuperet suffitum faciendo in montibus: sed non est opus eorum ex animi proposito & intentione, ut vocant, astimandum. Audienda est præ omibus hominibus vox Domini testantis se ignominia graui affici: ne petrocinium nobis constitutum in nostra intentione, quæ nos bis reos eam Deo reddet. RE-

Iere 17. 1.
Psal. 79. 12
Iere. 32. 18.

Lyc. 18. 20

M E T I A R . Variè exponi potest dictio οὐσαν. vel, Remetiat cum sua vetustate, vel In primis, vel Olim, vel Ab initio. Verum circumstantia loci consideranda est: quia ex ea facilius liquebit Prophetæ consilium. Cum de operibus patrum inupt loquutus sit, dubium non est quin eos rideat qui in his defensione suam locabant. Est enim leue atq; mane præsidium. & certe obseruationes patrū, hoc est diuturnā corruptelā, obnucere Deo fruolū est: quia hoc modo grauius nobis iudicium accersiamus. Et tamē hoc ē p̄textu adeō inebriat multi homines, vt omni exceptione maiore esse putēt: nec quicquā p̄terea audire velint. Multū quidē venerationis habet antiquitas: sed nemini tāti eis debet, vt de honore Dei quicquā immunitat. Insignis est hic locus ad cōvincendos eos qui annorū multitudine superstitiones tueri volūt: quāli inueterat⁹ error pro lege habēd⁹ sit.

SIC DICIT.) Hic temperat Propheta superiorem sententiam, nam valde alioqui durum erat sic in memoriam reduci patrum iniquitatem, vt Dominus patres & filios simul perderet: atq; tantum horritus hæc incutere poterat fidelibus, vt de salute sua omnino actum ē se existimarent. Sedulò igitur nobis cauendū est, & animaduertenda ratio, cur nobis Dominus iascat. Sic enim nos terrere vult, vt ad se adducat, nō vt in desperationē coniciat. Ideo fideli⁹ bus sp̄e avertit, ne abiiciant animos: & adhibito solatio ad resipiscētiā animat. Similitudine id cōfirmat. Quē admodū si quis vitem sibi incommodam vel damnosam eradicare statuit, ac tructuosum palmitem reperiens, ei parcer: ita sēt continebit Dominus ne euellat eos in quibus aliquid reperiēt vi-goris aut saporis. Prius conquerebatur inutile eis populū, mō verō acerbos fructus edere. Eandum similitudinē retinet Iaias: sed aliter eā accōmodat. Tamē populus sit velut vitis infragi-fera & degenerata: tamē reliquā eis quodā palmites fructuosos, quos Dominus perire non sineat. sed hoc bitat⁹ accipi potest, vel quid Dominus seruabit populū suum propter electos: vel quid perditis reprobis, pios ab intiritu vindicabit. Inter has duas interpretationes magna est differen-tia, quod ad primā attinet, scimus interdū pari impiis propter pios, quos Deus perdere, eodemque iudicio inuoluere non vult: quēadmodum varia Scriptura exempla satis ostēdunt. Dominus pepercūtēt Sodomā, si vel decē tantū bonos viros in ea reperiēt. Omnes qui cum Paulo nauigabāt, numero 276, ipsi dati sunt à Deo, atq; ē naufragio excepti: quō magis cōspicua esset virtus quā in seruo suo ecebat. Dominus Putifariis benedixit Dominū, prosperāq; omnia cōcessit propter Iosephū, qui in familia illius erat. Sunt & alia eiusmodi exēpla, quā per se quisq; facili colligent. Sed alterā interpretationē magis probo, Dominū sic vlturū scelerū populi sui, vt tamen habeat suorū rationēm: nec in vniuersū omnes codē exitio delectat. Nec verō tātū intelligit pios fore saluatos, sed aliquēt populū superstitē fore, in quo nomen iphius inuocetur. Atq; diligēter notanda est similitudo. Exiguas enim reliquias fore ostēdit, p̄t ea multitudine quē tūc erat: sicuti iam ante 1. ca. declarat⁹ est. Quod autē pīj sp̄e cū reprobis dant p̄nas, ne immeritō id fieri existimēt⁹. Satis enīm culpæ in vnoquoq; nostrū reperiēt Dominus, vt nos affligat & puniat, deinde vult nos crudire atq; excite flagellis suis: & cūm alieci populo coniuncti, ac velut corpori insiti simus, mirum profētū videri non debet, si ilidē plagis ac doloribus afficiimur, cūm membra quo-dammodo morbo lūsimus. Interēa temperat Deus p̄nas, ne electas plantas radicitus euellat.

9 ET EDVCA M.) Explicat superiorem versum aliis verbis, atque ostendit Dominum velle sibi refetuare aliquod semen, à quo inuocetur. Sic enim castigare solet Dominus populum suum, vt Ecclesiā extare velit, in qua veritas ipsius & pura religio conseruetur. ob quam etiā causam Paulus ipsam vocat columnam & firmamentum veritatis. Non est igitur æltimanda Ecclesia ex 1. Ti. 3. 15 presenti rerum statu (cūm hīc nihil stabile eis posuit) sed ex conilio Dei, qui eam euerit aut de-leti non patietar. Hęc ergo diligenter nobis tenenda sunt, ne cladi bus aut ruinis, aut vlla quantumvis deformi Ecclesiā vastatione terreamur. Hęredes montium nominat qui ab exilio reuerſi patriam rursus incolent. Erat autem mōtuosa Iud. et regio, vt satis notum est. Rurflus autem ex-plicat quē obscuriora videri poterant, significat enim reddituros Iudeos in pristinū statum, vt ea regione fruantur, tanquam hereditate sua, ē qua electi erant. Redacta enim est paulò post Iudea in summam vultatem, hoc non fore diaturnum testatur Dominus: & quō magis cōfirmet, summatum mentionē facit fāderis, quo terra illa ipsi destinata est, vt eam h̄ereditatio iure pos-siderent. Tamē ergo dia exilarunt: tamen eos hoc hereditatis nomine excitari oportebat, vt īc-tidem eis p̄missionem recuperaturos eis confiderent. sed notandum est ad electos & veros Dei cultores restringi hanc gratiam, ne eam promiserē ad sē traherent quilibet.

10 ET ERIT SARON.) His figuris nihil aliud docet quam rurflus habitandam esse terram, q̄ ī deserta fuit. subest enim tacita comparatio, Tamē incolis eius in longinquam regionē pul-flis deserta fuerit & vasta: men ita denū coletur, vt pecoribus & armentis abundet, atq; fertili-a & cōpascualēca habeat, omniaq; ad vītū & cultum necessaria abundē subministrat. SARON cōpascuus locus fuit. item A C H O R: sed ille pecudibus, hic armentis aptus erat. Videlicet hic promissio Dei non tantum futurū, sed etiam praesentis vita beneficia continere, vt magis ac ma-gis liberalitatem eius ac beneficiū suū gūtemus. His enim ad maiora ac p̄stantiora cele-britas vita beneficia inuitamur. Quod Dominus liberalitatem suam in pecora vīque & armēta ex-tendit, nos cō magis confirmati decet ac certiores reddi de paterna eius cura & felicitudine 1. Tim. 4. 8.

C. 5. 2. 4. 7

Gen. 18. 32

Act. 27.

24.

Gen. 39. 5.

Supr. 1. 9.

erga nos. Nam si pecorū rationē habet, quæ in gratiā nostrā creata sunt, multò magis omnia quæ ad præsentē ac futurā vitā necessaria sunt, suppeditabit. Quanquā simul tenenda est anagogē, de qua alibi diximus, à terrena benedictione Dei ad spirituale Christi regnū quod sub imagine Prophetæ adumbrant. P O P V L O M E O. Hic quoque reprobos excludit, quos Dei nomine inaniter ac frusta gloriari non pudebat. Tametsi promissiones & sacramēta iactēt cōfidenter, tamen nihil cōmune habēt cū filiis, atq; ab omni spē beneficiorū Dei exclusi mercede suę iniquitatis recipiūt. Et addendo, Q V I Q Y E S I E R V N T M E, apertius designat quinā horū beneficiorū participes futuri sunt, vt reprobos & hypocritas omnino abdicet, sicuti iā dictū est. Hęc enim certa cīl nota, qua agni ab hędis, legitimū filij ab adulterinis secesserūt, nępe Q Y E R E R E Dominū. nec enī satis est nomē & titulū obtendere, sed querēdus Dominus putat cōscientia, vt cī toto animo adhæreāp^r.

11 AT VOS DESERTORES. Iterū ne hypocrite abutantur his promissionibus, aut ad se pertinere putet quę de restitutione populi dicta sunt, his verbis ipsos cōpellat: ac Desertores vocat, quod mōts Sion obliti sunt, hoc est à vero Dei cultu discesserint. nā metonymicē per M O N T E M sanctitatis, significat regulā bene viuēdi, quę verbo Domini præscripta erat, quandoquidē templum extructū erat Domini iussu, vt illuc inuocaretur: itē altare in quo Dominus sacrificia offerri volebat. Impura igitur erat ea sacrificia & libamina quę alii in locis aliisue diis siebāt, vel aliter quām ex patre Legisritu, nihil enim arbitrio suo aggredi fas est hominibus; quia Domin⁹ nihil præter obedientiā requirit. Obedientia autē nulla cīl sine fide. Fides verò nulla cīl sine Verbo, nec extra ipsum inquirere de Deo aut cogitare licet. Q V I P A R A T I S. Enumerat eorū superstitiones. Dic̄tio τα varia exponitur. Alij enim louē, aut stellā louis, alij Fortunā significari putant. Hieronymus vertit, Qui ponitis mēsam Fortunę, existimat enim notati prosperos succellūs: sed probabilius mihi videtur τα accipi pro Copia, seu turbā: aut euā exercitu, atq; ue etymologię vocabuli & cōtextui satis cōuenit. Est loc⁹ inter alios notatu dignus, Genes. 30 vbi Lia gaudet propter accessionē liberorū: nā sic intelligendū cēleo id quod ipsa pronunciat: נָכְרָה, ac si diceret, Nunc mihi copia liberorū est, plures enim iā antea habuerat. Vnde etiā nomē τα, quinto filio imposuit. Ita hoc loco τα, accipiendū puto pro Turba vel Exercitu, quia tot ipsis erat factitij dij, vt pte multitudine vix numerari possent. I M P L E R E, hīc bifatā accipi potest: nępe, quod largē & munificē omnia suppeditauerint ad cultū idolorū: nā superstitionē nullū aut finē aut modum habet: & qui parci sunt in cultu Dei, omnia idolorū gratia libētissimē profundūt) vel quod nullū idolū prætermiserint cui cultū suum nō exhiberēt, quę sensum ego potius sequor. nec enim satisfacū sibi puritā idololatriæ, nisi cuique duo suum honorē exhibeat: & quod plures coluerint, ed sibi melius futurū arbitrātur. Id quod etiā plus satis hodie experimut in Papilis. Per N U M E R U M idē intelligit quod p̄ Exercitu significabat. Est enim repetitio vñitata Hebreis. Intelligit ergo Parati mēsam, hoc est, sacrificiū fieri nō vñi idolo, sed isinus: vt quām graues penas meriti sint, aperte ostēdat.

12 I T A Q Y E. Alludit ad numerū deorum, de quo loquuntur est: ac declarat Dominus se facilē deprehensurū quo in numero sint. Se enim gladio numeraturū ipsos. Atque hinc appetet Prophētā loqui superiore versu de duobus planetis, Louis scilicet, ac Mercurij, vt nonnulli putāt: sed quod vno Deo nō contēti accerſerent sibi varia idola. Atque friuola cōiectura cīl eorū qui nomine τα, Mercurium designati volunt, quod τα, significat numerare, ac Mercurius numeris ac metatorib⁹ præset. Apertū enim est cōsiliū Prophetæ, qui ideo numerādūm gladio populū significat, quod ingēti deorum numero gauderet: neque acquiescere velleret in uno Deo. E O Q Y O D voca VI. Amplificat magnitudinē ac grauitatē perfidie illius, quod ludej deliberata malitia, atque ex industria potius quām ignoratiā peccaret. Fuerant enim edoēti sapius ac moniti, sed protuberū omnia monita reiecerāt. Ergo longē minus excusabiles sunt, quām alij ad quos nulli Prophetē misli fuerunt, nam etiā ignorantiā excusationem nulli hominū obtendere possint, tamē multō minus Iudæi & in quibus verbum Domini annuntiatur. Grauem igitur p̄ ex alis condemnationem sustinebunt. Modum vocandi exprimit, quod hortatus populū fuerit per Prophetas. Loquendi enim verbo bis idem repetit, vt moris Hebraicis esse iam antea diximus. A V D I R E Dominū, est obsequi Verbo ipsius. leue enī es: accōmodare aures, nūf obēpetaremus Verbo: idq; accideret quod dicitur in proverbio, Annī aurib⁹ annūt. Deus enim ex animo auditi vult, nec fictā audiētiā probat. Ostēdat autē vnde faētū sit, vt vocatiōne respuerit, quia scilicet aures clauferunt Prophetica doctrina: & quia initū parendi est aſterre dīſcēdi studiū. I N O C V L I S tātūdē valet atque Inſiciē: quia loquēdi forma paulo antē vñs est. Omnes quidē in oculis Demini peccāt, nec quisquā eius cōspectū fugere potest, sed propriē dicimur in oculis eius peccare, cūm ab ipso vocati, præsentia eius nō veremur. Propius enim accedit ad eos quos per Prophetas vocat, & iis se quodāmodo præsentē exhibit. Magis ergo detestāda est eorū ipietas & flagris asperiorib⁹ digna, qui Deū vocātē ac propū inuitatē, quasi protectō omni pudore, cōrēnūt ac despiciūt. Porrò ex fine versu appetat p̄cipue eos dānari nō ob crassa ūcleras, sed ob ilūtas deuotiones, quib⁹ vñtabāt Dei cultū. Ethi enī tñrenē operā dabat sacrificiū à ūcōficiis, quod se hoc modo putarēt Deū prometeri aplē tamē se abominari pronūciat peruerfa eorū studia. Non est igitur permīſa cuiq; libera electio, vt id sequatur quod magis placuerit: sed quid probet Deū, spectadūm nec ab eo

ullo modo deflecentum est. Videamus autem non fuisse virtus seculi vitium, ut homines in colendo Deum libidinem suam sequentur, & figura sua pro Deo adorarent, sed quantumcumque voluptatem ex iis capiant homines, Dominus ea se dampnare atque execrari testatur.

13 & 14 PROPTEREA.) Hic etiam clarius Prophetas discernit hypocritis qui locum occupabat in Ecclesia Dei, à veris filiis & germanis. Nā etsi promiscue omnes filios te vocat, tamē plures è familia abdicandos esse ostendit: & qui superbe & arroganter populi Dei nomine se efferebant, sive sua quæ fallax & inanis erat, frustrandois esse. Est enim diligenter notanda antithesis, quæ magni est pondus, inter seruos Dei, & eos qui filio nomen eius obtendunt. Nā tis inanes titulos, & falsum iactatione aut vanâ persuasionem nihil profutura esse docet. COMEDENT, BIBENT. His verbis felicitatem & prosperum vitæ statum designat, ac si diceret, curè libi fore, ne qua re indigeant fideles. Sed videtur Dominus aliud promittere seruis suis, quām quod te ipsa prestat. Sepe enim eliriunt ac sitūt: cūm interea impij afluat bonis omnibus genetis, atq; ad luxum 1.Cor. 4. II. & intemperantiam abutantur. Sed obsecrandū est regnum Christi hic describi sub figuris, quoniam aliter ipsum comprehendere non possemus. Ideo Prophetæ similitudines dicunt à regnis terrenis, in quibus dum opulentia horet populus, bonisq; omnis generis fructu, cōspicua est Dei benedictio ex qua censetur paternus eius amor: sed quia in terrenis commodis occupari pios nō decet, satis est gustu aliquo fidem eorum soueri. Quod si interdum premantur inopia: tamē modico vietu contenti, Deum Patrem, eiusq; beneficentiam nihilominus agnoscunt; atque in sua tenacitate Regū & magnatū opes supertant. Impij vero, tamēt abundant bonis omnibus, quoniam illis bona conscientia frui nequeunt, sunt omnī hominū miserrimi. Respicit ergo Prophetæ purum vnum donorum Dei, nā qui purē Deū colunt, tanquā filij ex manu patris omnia vite subiicia accipiunt: alij vero ea tanquam fures & sacrilegi prædātur. Nunquam impiis satisfacit quantumvis magna rerū copia: semper diffidunt ac trepidant, nec trāquilla esse potest corum cōscientia. Nihil igitur hic promittit quod non re ipsa præstet: neq; ab externo rerum statu hæc felicitas, stimulanda est. Quod etiam ex sequentibus melius patet, vbi latitiae, & gratiarū actionis fit mentio, nec enim dubium est quin breuerit admoneat Prophetæ, satietatem politā in rerū copia nō esse, sed in trāquilla pace animi, & spirituali gaudio, quia incredibilis insipida sunt omnia. fideles autē sensu patrem Dei amoris suuū cōdimens omnibus oblectat. Inter ea notemus felicitatem omnē à folo Deo expectandā esse, qui suis nihil omnino eorū que ad beatā vitā pertinent deesse linet.

15 ET RELINQUITIS.) Prosegitur eandem doctrinā docet, Deū tandem hypocritis separaturū à vetis setuis. Nec certe mirū est Prophetā tantopere hæc partē vrgere: quia nihil difficiens persuadetur hypocritis, qui superbia inflati seipso fallunt atque excēdunt. Exectabile vero eorū nomen fore afferit, quia lemen sanctū se esse extimabat, nec vllū aliud sub caelo esse dignū memoria, ac eodē spectat verbū Relinquenti, quasi diceret violēter excusum iri fallām iactantiā, cui tātopere affixi erant. Prinde ne tibi in gloria téptiali & mox peritura placeat, Dominus arroganti illā retundit: ac se alios seruos habitū declarat, quibus illi exercitatione erūt. vt etiā in solēni executione hoc exēplum sumatur, Deus tibi ut Iudei maledicat. **VOCABIT NOMINE ALIO.** Refellit confidentiam eius gentis, que nullum Deo populu fore arbitrabatur, si posteris Abrahā careret. Testatur enim se cooptaturum nouum populum: neque ita se Iudei astricētū esse, quin alios facile inueniat, quos populi sui nomine exornet. Quod nonnulli per Ahud nomen intelligunt Christianum, nimis coactū est. Et prophetam alio spectante ex circūstantia ipsa apparet, nam quia Iudei antiquitatem sui nominis superbe iactabant, atque infolecebant, quod lāndudum essent electi à Deo, ac si Deus ipsi eature non posset: ostendit alium populū ab ipso eligendum atque adoptandum esse: nec tamen propterea argui posse inconstantia aut levitas: quasi consilium mutavit. Consilium enim suum & iusta iudicia excuetur in eos qui falso nominis eius prætextu gloriam eius oblectant, totāmque pietatem corruptunt.

16 QUI BENEDIXERIT.) Hic opponitur orbis vniuersus angulo Iudeæ, in quo cultus Dei quodammodo conclusus erat, postquam enim patefactus est vbiique Deus, non iam in certa aliqua regione, sed omnibus in locis sine discrimine colitur, quemadmodum etiam docet Christus, Venit hora quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem. Et Paulus, Volo, inquit, vītos in omni loco scollere puras manus, atque ita & disceptatione. TERRÆ igitur nomē, quo hīc vniuersum orbē designat, tacitè Iudeæ opponit. **BENEDICTIONE & IVREIVRANO** vniuersum Dei cultū nota, lūsurādū est species cultus Dei, vt ante vidimus: eo enim iudicū omne deferimus Deo: cūmq; testē & conscientiū rerū omnium quæ aguntur, agnoscimus. Benedicimus vero, cūm omnia prospéra ab ipso optamus, cīq; soli ferimus accepta. Deniq; nō alitet nobis bene esse fatemar, quā ex meta eius liberalitate. Per Deū vetum, fidelē in suis promissis & flabilē in suo cōilio intellige: quāquā fortē subiect obliqua antithesis inter veracē Deū, & fallaces Gentium deos. **QUI A OBLIVIONI.** Hec promissio ad folos fideles pertinet. Significat Deus se finē eternis & malis impositū, ne sit perpetua Ecclesiæ calamitas, quod fieri ceperit est, cūm ē Babylone eductus est populū". Tamēt enim variis adhuc modis & in numeris & domi afflicti sit, simul tamē adiūta fuit grauibus penis moderatione: quia reditus in patriū, lēphi instauratio, restitutio politie, leniebat dolores, animōisque bona lēpe fulciebat vīq; ad Christi aduentū.

17 QVIA ECCE.) His metaphoris promittit insignem rerum mutationem, ac si diceret Deus, sibi in animo esse, atque etiam in manu, non modò restituere Ecclesiam suam; sed ita restituere, ut nouam vitam obtinere, atque in novo mundo habitare videatur. Hyperbolice sunt haec locutiones; sed non potuit aliter exprimi tanti beneficij magnitudo, quod aduentu Christi exhibendū erat. Nec verò de primo tantum aduentu intelligit, sed de vniuerso regno, quod ad extremū usq[ue] aduentum protendi debet; sicuti iam aliis locis dictum est. Itaq[ue] per Christum mūdus quodammodo renouatur. vide etiam Apostolus ad Hebr. Seculum nouum appellat: nec dubium quin hanc Prophetā sententiā spectat. Atqui, loquitur Prophetā de restitutione Ecclesiæ post reditum è Babylone. Hoc quidem verum est: sed restitutio illa manca est, nisi ad Christū usq[ue] extendatur. Atque nos etiamnum in progressu & cursu lūmū nec illa complebuntur usq[ue] ad resurrectionem ultimam, quæ nobis velut meta constituta est. Quod priorum memoriam fore negat, nonnulli ad cœlum & terram referunt, quasi diceret nullam virtus famam, nullumq[ue] nomen posthac fore, sed ego ad tempora superiora referre malo. Tantam enim lētitiā restitutio-
nī fore significat, ut non amplius miseriariū lūrū recordetur, nisi forte magis placeat de be-
neficis accipere, quæ tamēthi memoratu digna erant nomen perdiderint, vbi incōparabilis Dei
gratia illuxit, quo sensu dixit alibi Prophetā, Priorum ne recordemini: non quod primā redem-
ptionem aboliri aut deleri voluerit Deus ex cordibus piorum: sed quia ex cōparatione inducta
fuit quādam obliuio, sicuti Sol exoriens stellis eripit suum fulgorem. Meminerimus hæc in no-
bis eatenus habere locum, quatenus renouati sumus. Sumus autem dūtaxat ex parte renouati: i-
deoque nondū planū cœlum nouum & terrā nouam cernimus. Non est igitur mirū mētēores no-
bis & luctus supereſſe: quando nondū exūmus omnino veterē hominē, sed multe adhuc super-
funt reliquiae: nouitas autē nobis initium facere debet: quia primū ordinem tenemus, & nostro
peccato creatura ingemiscunt, & vanitati subiecta sunt, vt ostendit Paulus. Vbi verò plenissimè
fuerimus renouati, cœlum quoque & terra penitus renouabuntur, integrūmque statū recipiēt.
Atque hinc colligendum, quod sēpius notauiimus, Prophetam vniuersum Christi regūm spe-
ctare, usq[ue] ad metam ultimam, quæ etiam dies renouationis & instauracionis appellatur.

18 SED GAVDETE.) Hortatur fideles vt gaudium quale decet ex hoc Dei beneficio percipi-
ant. Atque hoc amplificationis causa additū est: quoniam homines nō sati pro dignitate cūm
reliquia Dei beneficij, tūm verò hoc summum, & præ aliis maximè insigne reputat. aut enim ne-
gligitur, aut minoris fit quādam decebat. Propterea excitari fideles huiusmodi exhortationibus,
atque stimulare necesse est, vt gratos se & memores presentent, nec leviter prætereundū esse arbi-
trantur, quod redempti per Christi manū pignus aeternæ & cœlestis vitæ in cordibus suis gestat.
Ideo non aliter redemptioni iustum tribui laudem docet Isaías, quād si toto vitę cursu gaudium
continuent fideles, sēque exerceant in celebrandis Dei laudibus. Quod Ierusalem vocatur gau-
dium, & populus eius exultatio, durū primo intuitu videri posset: optimus tamen sensu elicitor,
tantam fore in Ecclesia liberatione materiam gaudi, vt omnes tristitia & nebulas abstergar. Et
certe quēm miseriē quoque nobis adiumento sint in salutem, in ip̄s meritō gaudendum est.

19 ET EXULTA BO.) Plus exprimit quād superiore versu, significat enim his verbis se non
modò datum hominibus materiam qua gaudescat: sed etiam eiusdem gaudi participē se nobiscū
fore. Tantus enim est ip̄s erga nos amor, vt non minus delectetur nostro bono, quād si eo no-
biscum vna frueretur. Atque hinc non parum confirmationis fidei nostræ accedit, cūm Deum
tali, tantōq[ue] affectu erga nos duci audimus. Si male habemus & dissipamur, ait le mōrō & tri-
stitia affici. contrā, si bene nobis est ac comodi, magnam ex felici nostro statu voluntatem se
capere. Vnde etiam prius vidimus Spiritum Domini affici tristitia, quum eversus ac confusus est
is ordo quē requirit ac probat: alibi sponsi personā in se trāfert qui in vxoris amore acquiescit.

20 NON ERIT AMPLIUS.) Nonnulli putant hic discrimen notari inter Legem & Eu-
angelium: quod Lex veluti pädagogia, discipulos tenuerit in primis rudimentis: Euangelium au-
tem nos ad prouectam usq[ue] ætatem perducat. Alij nullum amplius etatis discrimen fore intel-
ligunt, quod vbi æterna est vita, ibi neque pueri, neque senis ratio habeatur. Ego verò Prophetā
verba sic interpretor, Siue pueri sint, siue senes, sic ad maturam usq[ue] ætatem peruenturos,
vt semper vigeant, velut in ipso flore etatis. denique, semper vegetos atque integros fore. Nam
senescimus & desficiuntur viribus ob peccata nostra. Cuncti dies nostri te irascent dilabuntur,
inquit Moses: annos nostros finimus dicto citius. Dies annorum nostrorum quibus viuimus, anni
sunt leptuaginta, aut ad summum octoginta: quod ultra est in presentissimis, labor est, ac mole-
stia: velociter transit vigor noīter, nōisque auolamus. Christus autem venit vt reparet vires no-
stras, ac restituat, statūmque nostrorum integrum seruet. Quanquam distinguere conuenit inter
duo membra. Nam vbi longēuos fore dixit Ecclesiæ ciues, vt nemo nisi matura ætate, & comple-
ta cursus sui meta, tollatur ē mundo: simul adiungit in ipso quoque senior robustos fore. Etsi au-
tem maior pars fidicium vix se præ debilitate sustentat, alii etiam ante tempus vires sunt cadu-
cæ, non tamē fallax est ita promissio: quia si verè & perfectè in nobis regnaret Christus, flore-
ret haud dubiè virtus eius in nobis, corporisq[ue] & animi vegetaret. Etsi igitur nostri vitii impu-
tandum, quod morbis, doloribus, tenio, aliiisque incommodis sumus obnoxii: quia nos plenè à

5H. 4.3.18

Rom. 8.20.

Act. 3.21.

Rom. 8.28.

Sup. 63.10.

C. 62.5.

Gel. 3.24.

Tsal. 90.9.

Christo posideri non patimur, nec ita profecimus in nouitate vita, vt omnem vetustatem exuerimus. Est etiam hic notandum, benedictiones aut animarum aut corporis in tolo Christi regno, id est, in Ecclesia esse extra ipsam igitur nihil aliud quam maledictio est. Vnde sequitur miseris & infelices esse omnes qui alieni sunt ab hoc regno: & quanvis homini & vegetu videantur, putrida nihilominus coram Deo & fidei esse cadavera.

21 & 22. N O N A E D I F I C A B V N T D O M O S.) Commemoratis verbis quod in Legge d. Etiam est: Nam haec sunt benedictiones Legis, ut qui obsequi fuerint Deo, habitent in domibus quas edificaverint, colligant fructum ex arborebus quas planterint, contraria immortigeri expellentur a domibus quas extruxerint, atque alienigenis cedant, & futuris a borum quas planterint, poluentur. Dominus, inquit Isaia, vos ab ista maledictione eximet, ut rebus vestris fruamini. Proponunt autem Prophetae ea quae ad presentem vitam pertinent, atque ex his similitudines mutuantur: sed ut altius concedendre nos doceant, atque aeternam & beatam vitam amplecti. Non est enim caducus hisce bonis haerendum: sed his velut talis viendum est ut in celum euccl, & aeternis & immortalibus bonis frui possimus. Merito autem regente Ecclesia & quaero mero Dei beneficium innatur & gratuito fuori, promittit eorum bonorum fructu quibus te increduli priuarent. Quod mox additur, Secundum dies arboris, quidam hic aeternam vitam promitti putant: ac si homines haberent arborem vitæ. Sed arguit coacta est, & nimis remota à Prophetâ Ieremi. Ac miror equidem interpres in huius loci explicatione tanto labore operari: quoniam Prophetâ non solum de vita, sed de tranquillo vita statu loquitur: ac si diceret, Plantabitis vineas, & veccemini fructu ipsatum: nec prius eripi emini est vita, quam fructum percipias: nec tantum vos, sed liberi quoque vestri & posteri iis fruenter. At arbore verò similitudinem virpar, quod prius de vinciis plantandis loquatus est. Itaque promittit futurum ut populus tranquille fruatur a domibus & vineis suis, neque ab hostibus aut prædibus infestetur: nec minus diuturna sit hæc tranquillitas, quam vita arboris. O P V S S V M. Opus continuari aut persequari dicitur, cum prosperum succellum habet, nam alioqui frustra ie die multum que fatigant homines, nisi Dominus succellum daret. Aut enim hostes diripient, aut vastabunt quod instituimus, neque perfici poterit. Continuari ergo propriè dicitur, non cum aliqua solū est progressio, sed cum absoluatur. Hic obtinendum est, non alter nra nos posse compotes esse rerum nostrorum, & tranquillitate legitimè frui, quam si degamus in regno Christi qui solus est mundi haeres, atque eius corporis in finis limis. Impii quidem multos annos frui bonis huius vita poterunt: sed perpetuò inquieti erunt, seque misere excedent, ut ipsa quoque possesso exitialis sit ac mortifera, quæ cunque enim pertinent ad beatam vitam fidei solū apprehendimus, qua qui carent, Christi membra esse non possunt.

23. N O N L A B O R A B V N T.) Enumerat alias benedictionum species quas Deus regno Christi promitti: nam et si populo suo tempore benedixit Dominus, tamen suspicere quodammodo erant benedictiones vixque ad Christi aduentum, in quod lolla & plena apparuit felicitas. Summa est, tam Iudeos quam Gentiles omni ex parte beatos fore tub regno Christi. Quemadmodum autem lignum iræ Dei & maledictionis est, cum nullum ex labore nostro fructum percipimus: ita ex aduerso benedictionis lignum est, cum laboris nostri fructus nobis constat. Propterea dicit non frusta laborem consumpiuros, nec lusuros operam qui ab exilio reuerterentur, ut prijatur vera & plena redempzione. Lex ministrabit orbitam, bella hostilia, priuationes, bonorum, et errorum in animis: ex aduerso hæc promittit fecunditas, pax, fructus laboris, tranquillitas. Atque huiusmodi benedictiones diligenter notandasunt, nam pauci sunt qui in suis laboribus benedictionem Dei repueri, ut ei soli omnia attribuāt, ac persuasum habeant se nihil omnino effecturos, nisi Dominus prosperum succellum donet. Ergo, ut omnis benedictio optanda est a Deo, ita si soli acceptam ferre conusset. Quod sequitur, Non parituras mulieres in terrore, quidam ita exponunt, partum non fore tristem, vel formidolosum, quia expertes erunt doloris. Scimus hanc penam infligi tam esse mulieri ob peccatum, ut pariat cum labore, ac periculò mortis subeat. Generatur enim liberum in meum & trepidationem, quem aliquia est suspicio bellii & probabile est huc potius respicere Prophetam, nempe eam fore tranquillarem, ut neque mulieribus, neque viris tripandam sit. Nam ad viros que parentes hoc referendum est, qui posteris suis non metuent, ut fieri solet quoties impendet aliquid discriminis. Q Y A S E M E N B E N E D I C T V M. Optimè convenit hæc ratio. Vnde enim meus ac terrores, vnde inquietudines, nisi ex maledictione Dei? Sublata igitur maledictione, meritum dicit Propheta: parentes cum sua fobole immunes fore a formidine & anxia cura: quoniam persuasi erunt proprio Deo se tutos tempore fore & saluos. S O B O L E S. Hoc contrarium est orbitam, quæ inter maledictiones Dei numeratur. Idem ergo est ac si diceret, Non primabo amplius eos filios quos genierit, sed efficiam ut sis, cum reliquis beneficiis quibus ipsos ornabo, perfruantes.

24. E T F E R I T.) Insignis promissio nihil enim optabilius est, quam vi Deum propitium habea nos, utque nobis ad eum facilis accessus pateat. Nam et si infinita ærunt & calamitates nos circumstant, tamen misericordie non possimus quandiu nobis ad Dominum e. confugebilem. Hic igitur promittit Dominus, nos non sumus precatiuros. Atque hoc etiam Paulus habebit ege promissum erat. Certum est enim exauditos ab initio mundi sunt Patres, quicunque ipsam in-

uocarunt. nam hic præcipuus fidei fructus est. Sed hoc magis ac magis confirmat: quoniam diu exiles futuri erant Iudei, Dominus testatur se non pauperum vt in exilio diutius langeant, neque dilatur am amplius auxilium suum: exauditur ipso, etiam priusquam clamet. Atque hoc ad regnum Christi potissimum pertinet, per quem exaudimur, atque aditum habemus ad Deum Patrem: sicut Paulus præclarè docet Ephes. 3. Patribus quidem patebat idem aditus: nec aliter quam per Christum exaudiri poterant: sed angusta adhuc & quasi impedita erat ianua: nunc latissime ac plenissimè patefacta est. Sub Lege populus in atrio procul stare solebat: nunc ab ipso tanquam ingressu nihil nos prohibet, quoniam velum templi tenuissimum est. Nobis igitur in celum aditus per Christum patet, vt liberè & cum fiducia ad thronum gratiæ accedamus, vt misericordiam confitemur, atque opportunum auxilium inueniamus. Obincetur quæstio, An nulli hodie sint fideles in mundo, nullum Christi regnum: quia non appetet Deum ita promptum esse ad opem ferendam, nec illus constat fructus precium nostratum? Respondeo: quanvis tunc deum appareat nos exauditos esse, quum euentus re ipsa id comprobar, nos tamen interim non negligi à Deo, qui deficere nos non sinit, sed virtute Spiritus sui sustentat, vt patienter illum expectemus. Neque propterea differt, quod tanquam homines, opus habeat tempore: quia patientiam nostram exercere ac probare vult. In summa duplex est Deo exaudiendi modus: primùm, quum apertum auxilium præberet: deinde, quum virtute Spiritus sui assistat, ne malis vieti deficiamus. Quod si tenaciter infixa esset animis hominum hæc doctrina, alacrius ac liberius ad Deum conficeremus, nec tam pertinaciter de sanctorum inuocatione disputarent. Qui enim fit vt homines tam variis sibi patronos confingant, ad quos potius se recipiant quam ad Christum: nisi quod istam doctrinam non admittunt, atque beneficas & liberales huiusmodi promissiones repudiant?

Gren. 1.28 25 L V R V S E T A G N V S.) Significat omnia in integrum restitutum iri, vbi Christus regnabit. Atque hæc viderat tacita esse conparatio inter Adamū & Christum. nam semius omnes præsentis vitæ trumnas fluxisse ex peccato primi hominis: quia tunc priuatum imperio & dominatione quam Deus homini dederat in animantia omnis generis: quæ certè omnia prius libenter parebant imperio hominis, & morigera erant ad eius nutum, nunc vero eorum plurima insurgunt in hominem, atque mutuò etiam inter se bellum gerunt. Quod igitur lupi, vihi, leones, & aliae eiusmodi feræ noxiæ sunt homini, aliisque bestiis, ex quibus utilitatem aliquam percipimus, immò animalia, quæ utilitatem afferre homini debuerant, ei inf. Ita sunt, hoc eius peccato a signandum est, quoniam inobedientia sua rerum ordinem perturbavit. Quum autem Christi sit omnia in statum atque ordinem suum colligere, deo confusione vel dislocationem quæ nunc est in rebus humanis Christi aduentu sublatum iri significat: quia tunc abolitis corruptis redibit mundus ad primam originem. Leo veletur sine noxa, nec amplius prædam appetet. Serpens suo pulvere contentus, in eo delitescat, nec amplius venefico mortuus nocet. Denique, quiequid confutum aut perturbatum est, ordini suo restituetur. Interea minimè dubium est quin Propheta allegorice loquatur de tanguiariis & violentis hominibus, quorum fera & immitis natura domabitur, quoniam Christus subiungit. Sed prius confutio quæ hominis lapsu contigit, in creaturis omnibus diligenter consideranda. ea enim præterita, beneficium hoc restitutione non satis aperte & accurata à nobis expendi posset. Simul repetenda sunt memoria quæ vndeclimo capite de simili allegoria diximus. Docetur hic quales sint homines antequam eos conuerat Dominus, atq; in ouile tuum acribat: sunt enim feræ bestiæ & indomitiæ: atque tunc deum ab omni noxa abstinere incipiunt, quoniam Dominus eorum libidinem, & insanum nocendi appetitum repellent. Addit tandem in toto monte sancto, quia discusis quisquiliis & sordibus Dominus puram sibi Ecclesiam colliget: nam sub nota universalis intelligitur purgatio. Mirum interea videri non debet, quod tam multi adhuc perseverant. Pauli enim sunt veri incolæ montis Dei: pauci integri ac fideles, etiam inter eos qui se Christianos proficiuntur. Quoniam in iis adhuc regnet ac vigeat vetus homo, dissidia quoque & bella inter ipsos vigeant & grallati necesse est.

IN CAPVT LXVI.

ICdicit Ichoua, Cælum sedes mea, & terra scabellum pedum meorum. Vbi ista domus, quam ædificabis mihi? & vbi hic locus quietis meæ?

2 Atqui manus meæ haec omnia fecit, & cæperunt esse haec omnia, dicit Ichoua. Et ad hunc respicio qui humilis est ac contritus spiritu, tremitque ad sermonem meum.

3 Qui mactat bouem, ac si hominem occidat: qui sacrificat pecudē, ac si canem iugulet. Qui offert Minha, ac si offerret sanguinem suillum: qui recordatur thoris, ac si benedicat idolo. Et sane elegerunt vias suas: & abominationes corum anima ipso-

rum desideravit.

4 Ego quoque eligam illusiones eorum: & terrorem ipsorum inducam illis: quia vocavi, & nemo respondit: loquutus sum, & non audierunt, & fecerunt malum in oculis meis, & ea in quibus non obligeo elegerunt.

5 Audite verbum Ichoue, qui tremitis ad verbum eius. Dixerunt fratres vestri odio vos habentes, & cientes vos propter nomine meum: "Glorificetur Ichoue. Atqui videbitur cum laetitia vestra: illi autem pudecent.

6 Vox tumultus ex urbe, vox ex templo: vox Ichoue redemptoris mercedem hostibus suis.

7 Antequam parturiret, peperit: antequam veniret illi dolor, enixa est masculum.

8 Quis auduit huic simile? quis simile huic vidi? An parietur terra die uno? An nascetur gens vice una? Quoniam simul doluit ad partum, simul peperit Sion filios suos.

9 An ego factus emittio, & non pariam dicit Ichoue. An ego parere facio, & cohierbo? dicit Deus tuus.

10 Letamini cum Ierusalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio omnes qui lugitis super eam.

11 Ut fugatis & saturamini ab ubere consolationum eius: ut mulgeatis & delectemini splendori glorie eius.

12 Quoniam sic dicit Ichoue, Ecce ego deriuo super eam, quasi fluminum, pacem: & quasi torrentem inundantem, gloriam Gentium. Sugatis itaque, super latus portabimini, & super genua delectabimini.

13 Sicut virum quem confortatur mater sua, ita ego confortabor vos, & super Ierusalem erit vobis consolatio.

14 Et videbitis, & latabitur cor vestrum, & ossa vestra quasi herba florebunt: & cognoscetur manus Ichoue erga seruos suos, & indignabitur hostibus suis.

15 Quoniam ecce Ichoue in igne veniet, & quasi turbo quadrigae eius, ut reddat in furore iram suam, & increpationem suam in flamma ignis.

16 Quoniam in igne Ichoue indicabit, & in gladio suo omnem carnem: & multi erunt interfecti Ichoue.

17 Qui sanctificant se, & qui se purificant in horis post unam in medio: qui comedunt carnem suam, & abominationem & muram, simul tollentur, dicit Ichoue.

18 Nam ego opera eorum, & cogitationes eorum. Quia venit tempus ut congregentur omnes gentes & linguas: & venient, & videbunt gloriam meam.

19 Et ponam in illis signum, & mittam quosdam ex illis seruatos ad gentes Tharsis, Pul, & Lud, qui trahunt arcu, Thubal & Lauz, insulas remotas: que non audierunt nomen meum, & non viderunt gloriam meam, & amuntiabunt gloriam meam in gentibus.

20 Et adducent omnes fratres vestros ex omnibus gentibus oblationem Ichoue in equis, & quadrigis, in vehiculis, & mulis, & celeribus animalibus, ad montem sanctum meum Ierusalē, dicit Ichoue: quod admodum adserunt filii Israhel in vase mundo in domū Ichoue.

21 Adeoque affuntem ex illis aliquos in sacerdotes & Levitas: dicit Ichoue.

22 Nam sicut carni nomi, & terranova, que ego facio sunt coram me, dicit Ichoue: ita stabunt sime vestrum, & nomen vestrum.

23 Et accidet, ut è mensa mea rem eis, & ex Sabbatho in Sabbathum eius veniat omnis earo, ut adoret coram me, dicit Ichoue.

vel, gravis
est: vel, one-
rotus vel,
glorificabi-
tur.

24 Et egredientur, & videbunt cadavera hominum qui praeuaricati sunt in me: quia vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erit naufragium omnium carni.

IN CAP V T L X VI.

I C D I C I T. Hec concio diversa est à priore. nam hic Prophetam inuenitur in Iudeos, qui inani sacrificiorum & templi fiducia elati, securè deliciabantur, sibique in peccatis suis sub hoc praetextu placebant. atque hanc fiduciam non modò stultam & inanem, sed diabolam & exerandam esse ostendit: quoniam Deo crasse illudunt, qui externo iuri ipsum colere & placare student. Itaque ipsiis exprobavit quod idolum loco Dei fabricare nituntur, dum templo ipsum includunt. Postea de Ecclesiæ renouatione disserit, ciuitate propagatione per totum orbem. Porro larvatus vel fucatus Dei cultoribus delicias executere volens, ab eius natura exordium sumit. nam cœlum pro domino assignans, significat maiestatem Dei omnia implere, ubique esse diffusam, nullumque loco includi aut circuncribi: tantum abesse ut templo includatur. Sæpe docet Scriptura, Deum esse in cœlo, non quod illic inclusus sit, sed ut mentes extra mundum euchamus, nec quicquam humile aut carnale aut terrenum de ipso cogitemus. Solus enim ecoh aspectus nos altius euchere, atque in admirationem rapere debet. Interca, testatur infinitis locis, se nobiscum esse, ubique diffundit, suam potentiam, ne cœlo inclusum esse imaginemur. Hoc videtur carere omni controversia, atque tunc apud omnes pro confessio receptum erat. Quis enim negicerat cœlum & terram impletam maiestatem Dei? Obsecrero ergo poterant: neminem deturbare Deum è cœlo velle, sicut: à quo excandescere Propharam, & tam vehementer inuehi. Nec dubium est quin magno cum fastu hanc Prophetæ doctrinam repudiarint, & summa indignatione exarserint, quasi fieret sibi grauis iniuria. Sed in promptu est exceptio, quum homines suo arbitratu placare Deum student, alienū profus ab eius maiestate idolum fingere. Hi confisi frigidis ceremoniis suis, probè te functiones officio putabant, quum frequentarunt templum, ut & sacrificia in eo fecerant. Prophetæ non cœleste hoc modulo metiendam Dei maiestatem ostendit, ac meras esse nugas quicquid sine cordis puritate obtruditur, nam quum ex cœlorum habitatione constet spiritualis esse Dei naturam, nisi respondeat cultus, virtutum & perversum esse certum est. **T E M P L I** nomine, ceremonias omnes comprehendit in quibus constitutum Dei cultum esse putabant, quia ergo Deum & eius cultum metiebantur pro templi ratione, Prophetæ hoc indignum maiestate Dei esse docer, cum affligeret visibili & cœduo adiicio. Nec enim hic disputat simpliciter de essentia Dei, sed de vero eius cultu simul concionatur: quem ideo spiritualis esse docer, ut natura Dei, qui Spiritus est, respondeat. Quod si homines sedulò reputarent qualis sit Deus, cultus ei peregrinos & nouos non affingenter, nec eum ex se metentur. Itaque plus habet ponderis & efficacia hæc vulgaris & trita ienititia, quam si Prophetæ nouum quippiam in medium adduxisset. Ostendit enim eostam stupidos esse ac hebetes, ut ignorent id quod vel minimo cuique notum erat: atque mutis bestiis esse similes, quod Deum in templo sedere ac quiescere potent. Contemptum itaque querit, Vbi nam est iste locus? quia neque Deum in terra subsidere, neque ergastulo inclusum latere contentancum est. arqui templum in monticulo extructum erat, nec capere poterat Dei gloriam suis angustiis. **L O C U S M E A E Q U I E T I S.** Atqui, de templo dixerat Dominus, Hec requies mea semper intererna, hic habitabo, quoniam elegi eam. Et alibi, Ingredere Domine in requiem tuam. Item prius cap. 11, vidimus requiem Domini in eo gloriosam fore, denique solennis fuit hinc templi titulus, quem tamen nunc Prophetæ reprehendit. Respondeo, Templum Requiem Dei vocari, quod signum presentia sua in eo daret. Eum enim delegerat locum ubi inuocaretur: unde etiam virtutis & potentia sua documentum praebaret. Sed non ideo exrui iussi, ut eius maiestatem homines fingerent suo arbitratu: quin potius, ut signis presentia Dei admoniti, altius mentes attollerent, & eucherent in cœlum, atque ipsum toto mundo superiori & maiorem esse agnoscerent: sed ut proprie ad superstitionem sunt hominum mentes, ex adminiculis impedimenta sibi fecerant Iudei: & quum fide assurgere in cœlum deberent, Deum sibi deuin etum esse persuasi, defunctione tantum, in modo lusoriè cum colebant pro suo ingenio. Hic locus perquam accommodè citatur à Stephano, & tacite aptatur à Paulo in hunc sententiam quem diximus ostendit enim eos vehementer falli & errare, qui carnales ceremonias obtrudunt Deo, ac si purus cultus & religio constaret, vel statuis & imaginibus seculisti & impie eius gloriam deformant. Iudeos enim compellat Stephanus, qui dediti legalibus figuris veram pietatem negligebant. Paulus verò apud Gentiles verba faciens negat Deum in templis manifestis habitare.

2 ATQ YI M A N V S M E A.) Prophetæ refellit falsam opinionem quam homines cōcipiunt de cultu Dei, quod sacrificia & externos ritus multum per se valere existimant. Hic enim status est questionis: Deum nihil per se morari ceremonias, inanes & frigidas esse larvas, quoniam Deo farissieri homines putant. Quod se hæc omnia fecisse dicit, non est solummodò referendum ad templum: sed ad omnia qua Deo illic offerebantur. **P B C I S S E** autem ideo se dicit, ut intelligent homines, Deum externo hoc cultu non indigere, sicuti Psalmus 50. omnia animantia se credeant

Psal. 32

Supr. 11.10

Aet. 7.

c. 17

creass: & sua esse pronunciavit, quorum vietimis ipsum promereri volebant Iudei. Sed hoc vitiolab-
orant stulti mortales, quod Deum trahitgurari pro suo ingenuo, quum ipse commodi potius no-
stris causa quam tui, cultum exteñum instituerit, ut scilicet pro modulo carnis nostre exerceamur.
C O E P E R V N T . Idem est aucti dicere, se non eile his rebus comparandum, quæ aliquando
eile coeperunt, quum ipse æternus sit, nec initium habuerit. Potui, inquit Dominus, carere iacrisi-
ens vestris, quum prius eilem quam ipsa eile coeperint. Ea igitur nihil nulli affecte posunt. De-
nique cæremoniæ per se nihil efficere contendit, sed in aliis finem speat. Sumit autem pro con-
fesso Iasias, si et non posse ut quiequam Deo aceret. unde tequitur, te vno eile contentum: quia
ab ultima æteritate mundo carere potuerit. Postea additur legitimæ cultus definitio: quum enim
Deum ad humiles respicere dicit, non dubito quin Propheta hic H U M I L E M & contritum spi-
ritu, tacite oppona: cæremoniæ pompa splendorique illi & elegantiae, quibus perstringi homi-
num oculi tolent, ut in admirationem rapiantur. Testatur ergo Dominus teponus requirere hu-
miles & deictos animos, & qui ad eius mandata contremiscant: quibus verbis notatur interior
cordis puritas, verutque pietatis affectus: ac simili docet quomodo nos comparatos eile deceat, ut
Deo grati simos. Quid attingat ad tremorem, posset absurdum videri in speciem, quod eum in fide-
libus requirit, quum sermone Domini nihil lenius sit aut suauius: nec alienius quicquam ab eo,
quam terrere. Respondeo, duplex esse tremoris genus: unum quo absterrentur in qui Deum fugi-
unt & oderunt: alterum quo tanguntur & subiguntur in obsequium Dei, qui ienerentur cum
accident. Scio membrum hoc ab aliis referri ad Legem, quæ minatur ac terret, atque horribile
Dei iudicium denunciat: sed ego generalius accipio: nam ad promissiones etiam pri contempti-
cunt, quam eis reuerenter amplectuntur. Hinc collige veram pietatem in eo consistere, ut sensus omnes
compositos habeamus in obsequio Dei, nec quiequam nobis confidenter aut proterue arroge-
mus. Hæc enim fidei natura est, ut morem geramus Deo, cum que loquentem attente patienterque
audiamus. Vbi vero in un periuasione nostri efferrimus ac tumemus, vacui tumus pietate ac timore
Dei. Nec enim vel tantillum arrogare nobis possumus, quin Deum aspernemur. Ac diligenter no-
tandum est quod dicit, T R E M E R E ad sermonem Dei. Multi enim te Deum reuereri & time-
re iactant, sed dum negligunt eius Verbum, simul te Dei contemptores esse ostendunt. Quiequid e-
nim reuerentiae debemus Deo, Verbo ipsius deferendum est, in quo plenè tanquam in via imagi-
ne agnosci vult. Summa est, hoc sacrificium alii omnibus præferri à Deo, dum fides vera sui ab-
negatione sic prostrati iacent, ut nihil de ictu lapidum, sed patiuntur se in nihil redigi. Sic & Pial-
mo s. Sacrificium Deo spiritus contritus, cor afflitum Deus non despicias, quia autem hæc mo-
destia fidei docilitatem parit, hic quoque pietatis affectus additur, ut deicta omni peruvacia tre-
mant ad sermonem Dei. Ex his verbis colligenda est insignis consolatio: Tametsi miseri videcamur
in nostra deictione & humilitate, itque indigni hominum conspicet, tamen beatos & felices esse,
quum nos respiciat Dominus, & favore suo protegatur. Cum ad desperacionem sollicitamur, co-
gitemus Dominum hoc modo ieruos iuos, quanvis ad inferos vique deicti sub onere propè defi-
cient, tamen in cœlum eucœli.

3 Q V I M A C T A T B O V E M) Huius versiculi duo sunt membra: priore Iasias aperte
pronunciatis, omnia saefissitia gentis sua nullius esse pretii apud Deum, sed meram esse abominati-
onem: altero, horrendam corruptelam notat, qua rius Gentium miserant sacrificiis Legis, atque
hoc modo omni corruperant ac peruerterant. Plerique his verbis sacrificia Legis abrogari pu-
tant, sed falluntur: quoniam Iasias idem hoc loco tractat quod ante capite 1 , & 58. neque damnat
præcisæ sacrificia, sed potius eorum vitia & corruptelas, quod fallaciæ nudaque specie fauillier Deo
putarent Iudei: atque interea verum timorem Dei & puram conscientiam negligenter. Non loqui-
tur ergo de ipso, sed homines perstringit, qui sacrificii abutebantur: quia hoc tantudem erat,
quam Deo putamen vacuus nesciis offerre. Summa est, nulla sacrificia placere Deo, nisi que à puro
animo & recta voluntate proficiuntur. Inter ea probabile est Prophetam alludere ad sacrificia
Gentium, quæ horrenda & portentaosa erant. Maestabant enim viuos homines, aut defodiebant, à
quo seclerent nec Romani, qui se religiosiores alii esse putabant, immo nec Iudei abstinebant: Quin-
etiam paricidiis multis sic polluerunt gaudiis homines, dum te patrem suum Abraham tequi exi-
stimabant. Idem ergo facere ipsos dicit Iasias, dum maestant bouem, ac si hominem interimerent.
Atque ita ostendit Iudeos, tametsi peculiarem cultum atque à Deo institutum haberent, amen ni-
hil meliores esse Gentibus, apud quas omnia profana & impura erant: nec magis Deo probari:
quia pietatis simulatio non fecus profana: Dei nomen arque adulterini & fictiti cultus. Quam
verò necessaria fuerit hæc admonitio alibi vidimus: quia vbi seculerum omnium convici erant Iudei,
quantisper tamen sibi hac umbra delitescebar, se putabant tutos esse. Meritis itaque occurrit
Propheta, nihil eos magis proficere ad Deum placandum, quam si piacula quererent ex abomi-
nationis Gentium sacrificiis. Vbi in fine versus dicit, E T S A N E E L E G F R V N T , hic locus bisari-
am verti potest. Nam reliuum tam in Gentes, quam in Iudeos potest competere: nempe Iudeos
se misericorde atque involuisse impiis tribus Gentium, vel tuas ipsorum iniuriones te quitos esse. Ac
prior quidem expostio non male quadraret, nisi esset coadæquia nomen Gentium prius explicata.

non fuit. Hic enim sceleris cumulus fuit in Iudeis, quod non tantum abusus sunt puro Dei cultu, sed etiam contempta Legi, templum & loca omnia impius & nefandis ritibus contipuerunt. Extraherant exulta, lucos plantabant & nutriebant, edebant ludos, edebant spectacula, certaque omnia quae ad corrumpendos animos instituta erant, amolabantur. Ita confusa quadam iuventus perfisionum farrago apud ipsos erat, qualis hodie spectatur in Papatu, vbi consutus varios centones videmus ex omni genere superstitionum, non tantum Ethnicarum & Iudaicarum, sed etiam earum quas recens excogitauit Satan, ut facilius & maiore cum praetextu mundo impuneret. Hos ergo ac similes his damnados esse meritò dicitur Propheta, quod quum iacent Dei nomen, atque eis cultum profiteantur, cum tamen facilius impiarum Gentium polluere & contaminare non pudeat. Altera interpretatio neque obcura est, & perquam conuenit, Iudeos addictos fuisse suis commentis, & sequitos esse suas abominationes. Negat igitur Deum ex animo colere, qui pro sua libidine eum contemnunt, non modò quia pleni sunt avaritia, odio, ambitione, fraudibus, trahita & rapinis; sed quia suis figmentis Dei cultum adulterant. Etsi enim relatum de Iudeis intelligiter, omnes tamen superstitiones damnat Propheta, quas mutuari erant à profanis Gentibus. Ita in re parum est differimini; quia tantum docet, quom audacter & protecuere iugum Dei excusserint, quom apud eos palam graffetur impietas, quicquid ab ipsis manat impurum ac detestandum esse. Neque enim riuii exturbido & inquinato fonte lutum & foetorem trahentes, puri aut liquidi esse possunt. Elecio & desiderium contumaciam apertius detegunt; nempe quia scientes & volentes iepretis Dei in Iudeis, inimicum adiecerint ad omnia contraria, ac si ex professo resipueret vellet quicquid à Deo profectum erat, ut pravae sua cupiditati morem gerent.

4. Ego quoque. Significat Propheta Iudeos nihil proficere, dum varios obtrudunt & speciosos colores, ac subterfugia querunt: quia Deus altitiam hominum, & inania verba nihil moratur. Nec certè Deum ingenio nostro metiri decet, nec pendere oportet à iudicio hominum: sed de operibus Dei ex verbo ipsius iudicandum est. Elegamus: hoc est, ita discutiam nebulas, quas offendere conatur, ut illationes eorum patiantur, & conspicuæ sint omnibus; nunc enim videtur abi conditæ, sed aliquando in medium proferentur. Summa est, quia tantum sibilicentre fumiperant Iudei, ut quecumlibet ibimus esset præferent Dei mandatis fore etiam Dei suas vices, ut pro arbitrio omnes corum fallacias explicet. Sub voce βροντη, idem repetit, more Hebreis vñ ato, Efficiam ut intelligant se erratis, atque ut errores quos sequuntur fuerint in eorum capita recidant. Nihil igitur iis subterfugia aut prætextus habet proderunt ad confundendam cum mendacio veritatem, & velandas superstitiones: quia Dominus ea probè discernet. Quoniam vero vocavit. Damnat ruris Propheta in Iudeis obstinationem, quod si à Domino corrigi passi non sin. Hoc enim tantum remedium superest vitis nostris corrigendis, ut Deum loquente audiamus, quum nos in viam reducere conatur. Sed quoniam obstinatus arcte induramus animos, malorum omnium extrellum est. Quum ergo institutis & mandatis Dei homines commenta sua præserunt, aperte contemnunt Deum: cuius voluntati te submittere debuerant, præsertim vbi accedit præfæcti animi durities, ut piis monitionibus clauta sic ianua: ac frusta obtrudunt disperdere. Deo non posse quod ipsius colendis gratia suscipiunt: nam quecumlibet Verbo eligunt ac sequuntur homines, Dominus reicit atque execratur. Reperi etiam quod ante dixerat, peccasse Iudeos in Dei conspicuæ, ac si cum laetuisse propositum fuisset. Modum tandem adiungit, quia peruerso studio expuestrant quæ veterat Deus, nec verò tories perstringit impiam lasciviam, qua fraudant homines Deum suo iure, sicutque deque habentes quid proberet.

5. Avide te verbum iehovae. Conservit sermonem suum ad veros Dei cultores, atque eis promittit quod in diris illis calamitatibus vix sperare potuissent. Eos porrò nominat compellas, quia multi eo tempore nomen Dei faciabant. Imò promissa multitudine reliqua, seorsim ad pieos dirigit sermonem, sicuti capite 8 dictum est, Obsigna Legem, ligat testimonium inter discipulos meos. Hac autem nota veros & genuinos Dei filios designat, quod ad verbum Domini conremiscantur: quæ rara proficit & virtus. Itaque eam opponit filia profissioni eorum qui Circumcisionem gerentes, censerunt vexatilabacantur diceret, Vobis certamen est non modò cum exteris gentibus, sed cum hostibus domesticis, qui locum in Ecclesia occupant: vobisque proper commune Dei sed fraterna necessitudine deuincti sunt. Si vir fastuose Deum quoque ipsum despiciunt, Iudibrio illis est vestra simplicitas, vobis constanter & intrepidè repellenda est huc tentatio. Fratres ergo nominat, qui tamen hostes priorum erant ac veibi Dei: nam hoc nomen, quod filii usurpant, sis per concessionem tribuir. Vnde colligitur non esse nouum hoc malum: hostes qui fratrum nomen gerunt, in sinu Ecclesie foueri. Bellum hoc intestinum perpetuò sustinendum est cum hypocritis, qui ex quo animo ferre non possunt, quod recta & pura conscientia

terentia à nobis Deus colatur. RE T I C I E N T E S. Ad verbum, iubentes vos procul faciessere: quem tmodum videmus Papam aduersus nos diris fulminibus agere, quasi in secleros & perditos: ut hypocri. & exiguum piorum numerum reuecabant. Nam quum superiores sunt numero, auctoritate, & opibus, eam quoque tyrannidem exercent, vt protulabidne probet atque improbeat omnia, & efficiant ut pū nullo in numero habeantur, quos non modis multitudine obtiuvint ut palea triticea, sed fastu etiam conculeant. GLORIFICETVR DOMINVS. Velix futuro tempore, Glorificabitur. Alio verum, Grauis est: ied videamus quis tensus melius conueniat. Qui transierunt Grauius est, putant impios conqueri de nimia Dei severitate, quod non parceret populo, ac iegnus eam ipso ageret: atque hac vocelicitatem ad desperationem populum fuisse putantur quum impii nos alienare à Deo conantur, tollunt omnem spem ac fidiciam salutis. Sed ego alterutram ex duabus aliis expositionem potius sequor. Hæc quidem magis recepta est: Quoniam impi prophetias iudebant & promisla, quod nusquam ea gloria quam a siduè inculeauerat Prophætæ, appareret: ac si dicerent, Exhibeat Dominus specimen aliquod suæ gloriae, vt tuò in ea recumbanus: veile Prophetæ armare pios aduersus talēm blasphemiam, ne fidem suam impiorum tamis labefactari sinant. Commodè tamen & fortè rectius posset ita acipi hic locus, impios optimæ queque sibi fuisse pollicitos, ac si ius officii promeriti fuissent Dei fauorem, sicut etiam illis expiobrat Amos, quod securè Deum prouocantes, confidant sibi propitium fore. Quoniam ergo frater suis piaculis spernerent omnes minas, Dicū nque sibi auxiliatorem fore iactarent: rēpōdet longè diuerto modo visuros Dei gloriam, perinde ac si diceret Deum effecturum suo aduentu, vt pī intelligant se non frustra petuisse. Apparebit enim piorum bono, & exitio eorum qui appariturum ipsum prædicat impietatis patrōnum, cuius feuerus erit vtor. Illi gaudio fruentur & cōsolatione: hi vero pudore fessaudentur: nam sentient propediem iudicium Dei, quod nunc rident.

6 V O X T V M V L T V S.) Confirmat superiorem sententiam, nempe non frustra minatum esse Deum hypocritis breui adfōre vindicem, quod pī cupidius expectet: quod de lexitia promulgatur est. Quoinam verò hostes designet, dubium est: potest enim hic locus expomi de Babylonis, quorum clades fuit Ecclesiæ lux redemptio: potest etiam de aliis hostibus, qui in Ecclesiæ gremio fouebantur, atque huc ego magis inclino, tametsi non nego posse de quouis hostium genere accipi. Sed recipit domesticos hostes, de quibus haec tenus loquutus erat, qui vocem Dei a siduè personam in ore Prophætarum recipiebant. Denunciat ergo futurum breui ut aliam vocem atque horribilorem audiant. Sed continuo post tequitur mitigatio, ne idem terror pios Dei seruos exanimet. Summa est, frustra gloriari impios, teámque proteruiam opponere Dei iudicis: quia eius manum minime effugient: imò ex templo quod illis peruerteret & confidenciam latibulum erat, proditum eius vocens, pīs verò patientiæ tuae fūctum tunc capturos. Utinam hodie similem contemptum non experemur in hypocritis, qui omnes monitiones & minas paruipendit: neque verbo Dei honorem habent. His ergo pro placida & leni voce quam nunc audiunt, vocem tumultuosa denuntiare cogimur, quam aliquando ab atriis longè diuini bus magistriis audient. Nam quum sacrilego contemptu mundus recipiat verbuni Dei: armatam vocem, hoc est, flammas & cædes non tantum audire, sed etiam experiri cogetur.

7 A N T E Q V A M.) Quum prius consolatus sit pios Dominus, ne fratrum arrogantia & delicia entia mouerentur, quos tandem vlturus erat: atque ita firmo & constanti animo aduentum Domini expectare iussit: simul addit īe ita vlturum illos, vt in eorum interitu, piorum saluti coniulat. Nec de uno tantum aut altero homine loquitur, sed de tota Ecclesiæ, quam mulierem comparat: atque ea similitudine iam aliquoties vñus est. Hoc enim agi potissimum Deus, vt nos in unum corpus colligat, in quo habeamus testimonium adoptionis nostræ, cumque agnoscamus patrem: atq; in Ecclesiæ velut matris nostræ vetero foueamur. Est igitur admodū propriæ hæc matris similitudo. Significat sic restituendam esse Ecclesiæ, vt magnam & copiosam sobolem obtineat, tametsi ad tempus orbi steriliisque videretur. Atque eam repetit sententiam, qua iam aliquoties vñus est, sed plus quidem exprimi: nempe subitum & inopinatum fore hoc Dei opus. Reuocat enim pios à sensu carnis, ne ex suo iudicio restitutionem Ecclesiæ testiment. Mulieres gerunt veterum per decem menses, ac tandem partum magno cum dolore emittunt: sed Dominus longè aha gignendorum liberorum ratio est. Nam facturum esse dicit ut prius in lecem fetus emergat, quam animaduerterit ullo doloris tentu percipi possit. Vnde etiam totam sibi laudem vendicat, quia miraculum industriam hominum excludit. Masculum autem potissimum nominat, vt viuillam & fortē animum horum liberorum designat: generosum enim prolem, non mollem aut effeminate fore intelligit. Sicut etiam scimus Christi Spiritu regenerari fideles, qui invicta fortitudine peragant militias suæ cui sum: qua ratione dicit Paulus, non iam esse prædictos Spiritu timidatrici, &c.

8 Q V I S A V D I V I T.) Prædicat magnitudinem rei de qua loquutus est, admirabilem enim atque invidram Ecclesiæ restitutionem fore significat, vt eam pī non ex naturæ ordine, sed ex gratia Dei testiment. Nam quum de ea cogitant secum homines, instar sonni esse putant: quod è admodum etiam dicitur Pialmo 126. Ceterum non intelligit Ecclesiæ plenè ad momentum re- Pial. 126. 1

Amos 5.18

Rom. 8.15

stituendam esse: sunt enim multi progressus & longi huius restitutio[n]is: imo etiam pro carnis fensu lentu[s]: sed ostendit initium ipsum omnem ingenii humani captum superare. neque tanien loquitur hyperbolice: quia saepe videmus Ecclesiam parere, quae prius grauida non videbatur. Imo cum puratur sterilis, prædicatione Euangelii redditur fecunda: ita ut magnopere temp[or]i patet, vbi evenit, admiremur: quam incredibilem omnino esse ante iudicauimus. Hec in impleta fuit alia ex parte, quum redit populus e[st] Babylone: sed multò luculentius testimonium in Euangelio edidit, quo publicato, statim varia soboles & numerofa prodiit. Nostris verò temporibus annos huius prophetie complementum vidimus? Quo enim liberos à triginta annis, quib[us] s[ed] Euangelium predicatum est, genuit Ecclesia? Annon Dominus suos hodie magno in numero & biquet, ratiū habet? Nihil igitur hic prædictum est, quod non evidenter appareat. Miraculi gloriam illustrat similitudine: nulla gens est quae statim in mundo extiterit. Nam paulatim conuenient homines & numero augentur, & gentem suam propagant. Ecclesia verò longè alia ratio est, quae statim non uno tantum in loco ingentem multitudinem parit. Summa est, Deum mirabiliter facturum, ut in solito more in numeri Ecclesie filii simul & repente nascantur. Terram pro qualibet regione, vel pro incolis accipere licet.

9 A N B G O.) Quemadmodum superiore versu opus Dei magnificè extulit, ita nunc ostendit incredibile hoc videri non debere, nec ambigendum esse de eius potentia, quae omnem natura ordinem superat: nam si consideramus quis loquatur, & quam facile sit ei praestare quae promisi, haud ita anticipes habebimus, quin protinus succurrat mundi renouationem esse in eis manus, cui difficile non esset creare momento uno centum mundos. Nuper admiratione interposita extollere magnitudinem operis voluit: nunc verò ne quid pias mentes impedit vel moretur, ad reputandam tuam virtutem hortatur: ac quod melius persuadeat nihil tam arduum esse coram hominibus, quod non sibi expeditum sit, & aib[us] suo subiaceat, proponit in medium ea quae ipsi quotidie cernimus: nam in partu mulierib[us] admirabilem eius potentiam intuemur ac suspicimur. An non verò te Dominus multò admirabiliorem praebet in augenda & multiplicanda Ecclesia, quae præcipuum est gloria eius theatrum? Niunis ergo maligne restringitur eius virtus, si minus creditur valere, vbi immediatè & quasi palam exerta manu per se agere volet, quam vbi operatus per natura media.

10 L A E T A M I N I) Promittit latum fore statum qui moestus antea & lugubris era: nam reipicit Ias[us] non suam aetatem, sed exili tempus quo assidue gemebant pii, ac moerore confecti propè desperabant. Pios igitur omnes ad gaudium hortatur atque incitat, qui singulari affectu & crux Ecclesiam ducuntur, nec quicquam habent optabilius eius futurum. quo admonet non alios tanti boni confortes fore, nisi quos pius Ecclesie amor & studium ad expertandam eius liberationem sollicitat: & quidem vbi contemptibilis est coram mundo, sicuti Psal. 102. dicitur, Quoniam diligenter mansueti tui lapides eius, & pulueris eius miserebuntur. Ideoque addit, Q V I LVGETIS: nam quia in exilio deformis & horrenda dissipatio era, nec quicquam salutis amplius sperabatur, exercitata pios, ac late animo esse iubet, vel saltem se accingere ad gaudium. Atque haec exhortatio promissionem quoque & plus quiddam continet. Nec enim tantum efficacia habet, sed simplex promissio: sed ista ad vnum tempus duntaxat restringi non debent: nam tenenda est generalis regula, de qua iam saepius diximus. nempe istas promissiones à populi reditu usque ad regnum Christi & cōplementum eius extendendas esse.

11 V T S V G A T S.) Hic versus superiori coniungi debet: nam Propheta exponit qualis gaudi materia fu: ura sit: quia feliciter infelix ac miser Ecclesie status in beatum & felicem mutabitur. Sugendi autem verbo ad teneros infantes alludit: ac si diceret, Frui amarre veltra cum bonis omnibus, atque à mammis eius pendatis. Hic verò pueris similes facit pios omnes, cuiuscumque sint aetates, ut meminerint infirmitatis lux, ac Domini virtute confirmantur. Quamobrem diligenter haec sugendi & mulgendi metaphorā notanda sit. C O N S O L A T I O N U M vocem alii actiue, alii passiu[m] accipiunt: ego verò significacionem passiuam amplecti malo. Intelligit enim consolatiōnes quas accepit Ecclesia, quarum etiam liberos suos participes facit. Et certe ea gaudi materia, nulla maior aut amplior, nulla insignior afferri potest. Idque apertius liquet ex proximo membro, vbi additur delectatio in splendore glorie.

12 Q V O N I A M.) Protequitur metaphorā suam: ac filios Dei comparat pueris infantibus qui in vlnis gestintur, qui fouentur in finu martrum: cum quibus eriam ludi ur. Atque ut magis affectum tuum erga nos exprimat Dominus, martri se comparat, cuius amor reliquos omnes vincit magno interullo, vt alibi visum est. Vult ergo nobis Dominus esse loco matris, vt pro molestiis, iudiciis, miseriis, & angoriis quos sustinuimus, nos delicate trahet, & veluti in finu foueat. P A C I S nomine, felicitatem designat. In voce G L O R I A E, repetitio est, qua significat omne genus opulentia, vt nihil ad absolutam & integrā pacem desit. Nam quum an è in deliciis ageret Gentes, refertaque essent multiplex bonorum copia, diuinas omnes, & quicquid ad beatam vitam spectat pitorum fore affirmat, sicuri in mare decurrunt fluui. Per continuū verò defluxū notatur perpetuitas: nā quia Deus fons est inexhaustus, multū eius pax differt à pace mūdi, quic statim defluit,

defluit, & cuius exarescit fundus. Quoties ergo tristis ac luctuosum Ecclesiast statu videmus, memoriam has promissiones ad nos quoque non minus quam ad populum illum pertinere. Cum sint Domino fluuij pacis quos emittere vult in Ecclesiam suam, ne in mediis, atque etiam acer- rimis bellis animum despondeamus: sed in miseriis & angustiis nostris erigamus animos ac le- temur. Quod autem nos quasi infantes, non tanquam adulos homines, delectat, agnoscere de- bemus conditionem nostram, ut consolationibus eiusmodi contenti simus. Et certe singularis indulgentia signum est, quod ita infirmitatem nostram tolerat.

13. & 14. SIC VT VIRVM.) Miru est Prophetam tantopere in hanc renouationem insiste- re, cum prius satis de eadis videatur. Sed quia nec magnitudinem amoris & ardorem, quo Deus erga nos afficit, exprimeres, nec sibi dicendo satisfacere potest, ideo repetit Iep̄ius atque inculcat. Quod dicit gaudium illis fore super Ierusalem, bisfariam exponere licet. Potest enim dici pios lat̄is animis fore, quem restitutam Ecclesiam videbunt: vel Ecclesiam, posteaquā resti- tuta erit, partibus suis functurā esse, vt filios suos exhilararet. Cui interpretatione ego potius adhe- reo: quanquam utraque conuenire possit. Prior quidē interpretatione vbetur: sed quid voluerit Prophetā, non quid magis arrideat, spectandum est. Deum quidē primum facit latitūdine au- thorem, & meritō adiungitur tamen secundo loco Ierusalem quasi ministra. Ceterū hoc pro- fanis contemptoribus nō dicitur, quos nulla Ecclesiast cura tangit, sed qui pio studio eius fe filios esse declarant. Videndi verbo certa experientiam exprimit, ne de cunctu fideles dubitet: sed va- ticismū hoc plena certitudine amplexi Ecclesiast orbitatem patienter ad tempus ferant. Simili- tudine hoc idem illūtrat, ossa cōtum dicens recuperatura nouum vigorem, sicuti herbae emor- tue reflorēscunt. Ossa vero nominat, quae ut tristis spiritus desiccatae, ita alacer & lat̄us replere & vegetare solet. Vehementem ergo & incomparabilem latitudinem designat: ac videtur alludere ad tristitiam qua pīj in exilio fere contabuerant ut aridi, mortuissq; hominibus similes redditi essent. Eos ergo consolatur Dominus, atq; florentem bonisq; omnibus abundantem Ecclesiā promittit. acsi ossa si cōcarentia nouum vigorem recuperarēt: sicuti herba quæ hyeme emortua videtur, quotannis germinat. Postea iterum ut fiduciam concipiāt, assurgere ad Deum iubet, qui tunc patefaciet luum auxilium. Sequitur autem non semper cognitam fuisse Dei manum, sed aliquā- diu ignotum latuiss, acsi nullam suorum curam haberet. Nam in specie videbatur ipsos abici- se, quum Daniel aliisque pīj non minus quam Zedechias in exilium abducti essent. Ergo ubi illu- xerit serenitas, discimēt bonorum & malorum tale fore dicit, ut conspicua sit h.e. manus, quæ prius quodammodo abscondit, erat: quia nō dissimulabit amplius, nec impios grātāti sinet, sed appetit ostendit quantum pro suis curam gerat. Ergo si ad tempus praevalent, atque impunē grā- fantur hostes: si negligi ac destituti omni auxilio videbūr, ne desperemus: quia veniet tempus quo se patefaciet Dominus, nōsque ab eorum iniuriis & tyrannide vindicabit.

